

RESPONSIO PACIFICA

Ad Apologeticum de Prętenso Monachatu Augustiniano S. FRANCISCI.

AVTHORE

R. P. M. F. THOMA DE HERRERA Eremita Augustiniano,

Eminentissimi, ac Reuerendissimi D. D. AVGVSTINI CARD. SPINOLÆ Archiep. Compost. Confessario, & Theologo Et in S. Suprema Inquisitionis Hispaniarum Senatu Consultore Qualificatore.

Eminentissimo, ac Reuerendissimo D. D. HIERONYMO CARD. COLVMNÆ Archiepiscopo Bonon. Principi &c. Dicata

Superiorum Permissu

BONONIAE, *Typis Clementis Ferronij.* M. C.XXXV

ADMODVM R. P.

FR. LVCÆ VVADINGO

Sacræ Theologiæ in Conuentu Romano Montis Aurei quondam Professori Doctissimo, nunc S. Isidori in eadem Vrbe Guardiano, totiusque religionis Seraphicæ eruditissimo Chronographo.

CVM ad manus meas, SAPIENTISS. PATER, in principio anni 1626. peruenisset Apologeticus tuus de prætenso Monachatu Augustiniano S.Francisci legi illum, fateor ingenuè, cum voluptate & admiratione. Vterq; affectus me rapuit; voluptas, quia delectabat me eruditio tua, ingenium, & animus humeris exerendi, vt nescio quis dixit, Anchisem patrem è fumo flammæ, quasi magis fumeus foret Franciscus Seraphicus, in claustro Religiosorum, quàm in foro sæcularium. Admiratio verò, quia mirabar hominem doctum & religiosum in aliquibus minus voluisse aduertere, & in alijs noluisse minùs loqui. Vtrumq; dante Deo, ostendam in Responsione ista, quam ideò prænominaui pacificam; quia Deum inuoco testem super animam meam, descendo ad bellum istud mente pacifica; & si mihi persuasissem, verbum aliquod, etiam leue, per excessum cum iniuria aliqua tua, vel sanctissimæ & Illustrissimæ tuę Religionis effusum, sanguine è venis extracto, si necesse foret, deleuissem. Sequi enim malo consilium Patris mei Augustini (vt in Pharetra habet S. Card. Bonauentura [a]) *Esto etiam bellando pacificus, vt eos, quos expugnas, ad pacis vtilitatem vincendo perducas.* In hoc enim bello, meo videri, idem debet esse præliantis munùs atq; prælati, ad quem spectat, *vt modestè & maturè* (ait Bonauent. [b]) *& benignè ad singula respondeat, & impetũ furoris reprimat, ut in voce, aut vultu, seu motibus impatientiam ostendat. Tunc enim magis proficit per patientiam; & tandem deuincit, quos impetuosè agendo, amplius prouocaret. Sic Gedeon [c] modestè respõdẽs viris Ephraim contra se insurgentibus, compescuit spiritum eorum, quo tumebant. Nam teste Sapiente Prouerb. cap. 15. responsio mollis frangit iram. Sermo durus suscitat furorem; vix enim commotio commotione sanatur, & vitium vitio non sanatur.* Quòd si fortè incautus excessero, non me protegam Hieronymiano scuto Epist. 14. ad Aug quò priùs vsus fuerat M.F. Ioannis Marquez [d] & tu modò libellum tuum niteris excusare. [e] *In ipsis culpa est, qui prouocarunt; non in me, qui respondere compulsus sum.* Imo neq; adhibebo totam Pauli responsionem [f] *Factus sum insipiẽs, vos me coegistis;* sed scuto Paulino hinc inde compacto, *in omni patientia,* fatebor, *factus sum insipiens, & ignorans feci* [g] *vt vel sic faciliùs habeam misericordiam* (vt exponit Hugo Cardinalis) *quia non ex certa scientia peccauero.*

Solum ergo pro veritate vel indaganda, vel asserenda pugnabo; *cùm fratribus* (verba sunt P. August. [h]) *non valeam resistere, iure, quo eis seruus factus sum, flagitantibus, vt eorum in Christo laudabilibus studijs, lingua, ac stylo meo, quas bigas in me charitas agitat, maximè seruiam.* Possumq; in hac parte mitioribus tamen verbis, dicere, quod apud S. Antoninum [i] Gregorius XI. ad oratores Florentinos. *Audiuimus, Florentini, defensionem vestram aduersus argumenta per processus nostros obiecta vobis. Quiq; accuratior fuit vestra oratio, eò magis patet, omnia collegisse, quæ vel in causa, vel extra causam dici pro excusatione possunt. Et nos quidem vti suadetis, iudices erimus recti, nec ira, nec indignatione mouebimur, neq; calumnijs credemus; sed solummodò veritati. Vos autem hortamur vt inutilia omissa fallacia, & vnà simul nobiscum veritatem inueniamus.*

Vt autem clariùs veritas pateat, visq; tuorum argumentorum elucescat, ne illa

detrun-

a lib. 1. cap. 47. pag. 2.

b in tract. de sex alis Seraphin cap. 3. & 4. 19. pag. 2.

c Iudicum cap. 8.

d in suo Apologetico cap. 1 in principio pag. 2.

e § 4. n. 2. pag. 41.

f 2. Cor. cap. 12.

g 1. ad Thim. cap. 1. 9

h in proœmio lib. 3. de Trinitate.

i 3. p. histor. tit. 22. cap. 1. §. 3. f. 146. pag. 2.

detrũcans enetuem relatione mea (quod tibi in hoc Apologetico passim euenisse, passim adnotabo) vellem ex vna parte ad finem libri, stare acies & agmina castrorum tuorum, & ex altera Eremi Augustinianæ incultum tabernaculum inermis militis cum *Ruth. colligentis spiculas* (vt ait Bonau.[a]) *secundùm Doctores vestros*. Nec tibi ex his spiculis cõfectus *panis noster* (ait Augustinus de vita Christiana cap. 1. si illius opus est) *quamuis rusticus videatur esse, displiceat. Rusticus enim panis incultior videtur esse, sed fortior, & celeriùs esurientem stomachum satiat, fessumq; corroborat, quàm qui siligineus videtur, & nitidus. Poteram fortassis* ego etiam (vt ait Vrsinus in vita S. Leodegarij Episcopi Augustodunensis & Martyris)[b] *annuente Deo occultis & incognitis verbis vti, sed ea causa nolui, vt rustici & illiterati me possint intelligere*. Nunc ergo dicam sermone prout valeo, in eo desiderans castrametari tabernaculo, ex quo mille clypei (non enses ad repercussionem, sed ad defensionem, clypei) pendeant. Hæc omnis armatura fortium; *vt sic patens veritas* (verba sunt Bonifacij VIII. de schismaticis cap. ad succidendos lib. 6.) *per se ipsam veniat in publicam notitiam; nostrumq; silentium, dum obmutescimus ad vindictam, in supplicium eis sit*. Placuit tamen (vt de Florentinis dixit Antoninus[c]) ad obiectiones eius (Galeatij .s. Ducis Mediolanensis) respondere, *ne fortè taciturnitas conscientiam arguere videretur*.

[a] in lib. luminaria Ecclesiæ serm. 11. fol. 25. pag. 1.

[b] ap. Surium tom. 5. in præfatione ad Ansoaldũ Pictauorum Episcopum.

[c] 3. p. tit. 22. cap. 3. §. 4. fol. 236. pag. 2.

Increpans ergo in omni patientia, & doctrina qua potero, defendam Matrem, & Magistrum. Huius pugnæ non illegitima causa. Religio enim, quæ me aluit, mater mea est. Fr. Ioannes Marquez, qui in Academia Salamanticensi me docuit, Magister meus est, à quo quæ in hoc opusculo accepero, non negabo, sed fatebor ingenuè, imperturbato ordine, ne contra me dici possit illud Hugonis Cardinal.[d] *sunt quidam nous scriptitantes, qui perturbant ordinem scriptorum veterum, quod est in fine, ponentes in principio, vt ab eis noniter inuentum videatur*. Conabor igitur ostendere cum illo, & pro illa opinionem, seu placitum Authorum asserentium B. Franciscum ante Seraphici ordinis institutionem per biennium dedisse nomen Ordini, vel Congregationi S. Ioannis Boni sub Regula Augustiniana, satis esse probabile; pluresq; ex ijs, quos in titulo appellas errores, & à te detegi, & refelli gloriaris, minùs æquo Iure nomine erroris infamari. Ita sanè existimo. Fortè erro. Tamen *si error est* (vt alibi dixit Ambros.[e]) *pietatis error est*. Si enim ibi Magistrum rogabat mater pro filijs, hic filius & discipulus, pro sanctissima matre, & eloquentissimo Magistro, licèt rudis Eremita, pugnabit. Faxit Deus, *vt pax Christi* (dicã cum Augustino Epist. 112.) *vincat in cordibus nostris*. vt in ijs verbis incipiam responsionem meam, quibus tu concludis opusculum tuum; eoq; me pacis amantiorem demonstrem, cùm ante bellum pacem desiderem, tu post pugnam & sanguinis effusionem; sed sanguis iste non clamabit ad Deum de terra aduersum te: quia cum sanguine Christi clamabit meliùs: *Pater ignosce illi*. Nec tamen *per hoc trepidus ero* (vt ait August.[f]) *ad proferendam sententiam meam, in qua magis amabo inspici à rectis, quàm timebo morderi à peruersis. Gratãter enim suscipit oculum columbinum pulcherrima & modestissima caritas; dentem autem caninum, vel euitat cautissima humilitas, vel retundit solidissima veritas. Magisq; optabo à quolibet reprehendi, quàm siuè ab errante, siuè ab adulante laudari; Nullus enim reprehensor formidandus est amatori veritatis. Etenim aut inimicus reprehensurus est, aut amicus; si ergo inimicus insultat, ferendus est, Amicus autem si errat, docendus; si docet, audiendus; laudator verò, & errans, confirmat errorem, & adulans illicit in errorem. Emendabit ergo me iustus in misericordia, & arguet me* (psal. 140.) *oleum autem peccatoris non impinguabit caput meum*. Ergo descendamus ad pugnam, in nomine Domini mente pacifica, *si tamen de hac re disputantes* (verba sunt August.[g]) *illis vitijs scatere possumus, quæ plerumque studijs humanis & concertationibus excitantur, dum supra quàm scriptum est, vnus pro altero inflatur aduersus alterum, ne dùm altercando quærimus vestigare, quomodò possit vistigari Deus, ipsam pacem, sanctificationemq; perdamus, sinè qua nemo poterit videre Deum*.

[d] in cap. 1. secundæ Corin. fol. 112. pag. 1

[e] lib. 5. de fide ad Gratian. de matre filiorũ Zebedæi loquens.

[f] in proœmio lib. 2. de Trinitate.

[g] Epist. 112. cap. 11.

AD-

EMINENTISS. AC REVERENDISS.

D· D· HIERONYMO COLVMNAE S·R·E·CARDINALI

ARCHIEPISCOPO BONON.

PRINCIPI ETC.

PACIFICAM hanc pro Auguſtinenſi Eremo reſponſionem ſub ſolida clariſſimi nominis tui luce (Princeps Eminentiſſime) communis fieri debere iuris, ex multis magniſque nominibus exiſtimaui, tibiq; ſacram agnoui. Etenim miſſo, quòd cùm Eremiticam Auguſtini familiam, ſuum à tanto parente principium, ſuamq; per duodecim integra ſæcula continuatam ſucceſſionem, tot, tantiſq; tum doctrinæ, & ſanctitatis præſtantibus, cùm in omni Eccleſiaſticæ dignitatis ſede corruſcantibus Patribus, quorum laudes nulla obſcurata eſt obliuio, nulla conticeſcet ætas, illuſtrem habuiſſe, in ea defendatur, oſtendatur. *Et in habentibus idem ſymbolum facilis ſit adhæſio* ſecundùm Ermetem; [a] tibi congruentiùs inſcribenda eſſet, vtpotè inclitæ Columnenſium gentis Marci Traiani Imperatoris per eius filium Vlpium Eburnum, [b] vnde Eburna olim dicta eſt, claræ Auguſtæq; ſobolis purpurato Principi. Cuius annoſa nobilitas tot ſæculorum fines egreſſa eſt; vt vetuſtas (quæ vt ait Varro) *pauca non deprauat, multa tollit*, imperiale hoc principium aliqualiter potuerit recondere. Vndè æternitatis æmula in annalium monumentis ſemper celebris, ſemper illuſtris, ſemper eadem, inſignibus adaucta titulis, principio carens conſpicienda ſe obijcit. Quæ cum Agnete incliti Auſtriæ generis Alberti I. Imperatoris Auguſti quintogenita, Andreæ III. Vngariæ Regi ſecundò nupta, [c] cum Maria Riccardi Secundi Britanniæ Regis nata, ex Iſabella Galliæ Regis filia; cum Ioanna de Aragona Ferdinandi Neapolis Regis pronepte, cum Aloyſia Ducis Lorenæ genita, Regiſq; Galliæ nepte; cum Anna filia Marchionis Montis Ferrati, cum Hippolyta Gonzaga, Ducis Mantuæ nepte, cum Agnetina de Monte Feltro Federici Primi Vrbini Ducis filia, cum Helena de Robore, cum D. Margarita de Auſtria, & Brancitorte D. Federici Columnæ Butheræ Principis fratris tui digna coniuge, Caroli V. Imperatoris Auguſti pronepte, & cum alijs primæ Europæ nobilitatis Principibus ſua celebrauit coniugia. Quæ inter ſummos S. Romanæ Eccleſiæ Pontifices, (præter illos, quos omniũ edax tempus deglutijt) Marcellum [d] ſanctitate clariſſimum, Adrianum Primum, [e] & Martinum V. glorioſa ſua habuit germina. Inter purpuratos Patres, vnum ſupra triginta, [f] quàmplurimos ſub alijs ſacris infulis, mariſque. Inter Beatorum agmina, præter D. Marcellum, alioſuè, Agrippinam, Ægidium, & Margaritam. Inter primi nominis doctores; (vt illos omittam, qui ſua non euulgauere volumina) Ægidium, Ioannem, Pomponium, & Alexandrum, qui ſua cum æternitate nomina adæquarunt. Quæ tot, tantoſque ſtrenuos in bello duces, prouidiſſimos ſub toga Heroes, omnium gentium, omniſque memoriæ clariſſima lumina, qui immortalibus egregij animi monumentis indelebilem nominis gloriam comparauere, ſemper edidit. Quos recolere non audeo; tum quia alta volumina, nedum exiguum epiſtolæ ſpatiũ auitam generis tui gloriam capere non poſſent. Reiq; etiam per ſe patula ſuper omnem dicendi vbertatem ſua ſtatuit trophea. *Nuſquam* (ait Auguſtinus [g]) *non inuenio quid dicam, quàm vbi res de qua dicitur clarior eſt, quàm omne quod dicitur.* Tum etiam quia præcone ſilentio efferri, virtutis, & meriti eſt præeminentia ſingularis, & conſulenda laudatori electio, ad ſilentij vmbras confugere, quando commendandæ rei magnitudinem verborum fuco adæquare non valet. Sub ſilentij .n. vmbris abſcondita rei magnitudo, eò elucelcit clariùs; quò delitescit obſcurius. Proprias etiam ſingulareſq; prominentis animi tui dotes oſtenderem, quę per maiorum laudes adminiculari non indigent. Fruſtra .n. pręclara auorum memorantur facinora, vbi quo-

[a] lib. 1. de orb.ũ proportione.
[b] Olimpiodorus Hamal lib. 14. de annalib. Mũdi. Fanuſius Cipanus lib. 1. Familiarũ Illuſtr. Italię eaſũq. originũ c. 7. & 8. Timocrates Aſeonius lib. 2. de nominib. & familijs Romanorũ. D. Rodulfus in ſuo chronic. Chronic. de mirabilibus Vmbriæ. Iacob. Corelli' de Cardinalatu, & Cardinalibus.
[c] Fer Ioan. Cuſpinianus i vita Alberti in fine, in opere de Cęſarib', & Imperat. Rom. Arbor Auguſtiſs. Domus Auſtriæ per Malcom Saucler an. 1629. ſculpta
[d] Lozan' lib. 3. vitæ SS. in vit. S. Marcel.
[e] Fanuſius, & Corellius vbi ſupra.
[f] Iacob' Corell' vbi ſup.
[g] lib. 1. de peccatorũ meritis cap. 1.

quotidiana non deſunt exempla. A tuarum quoque laudum præconio me abſtineo, ne tuas modeſtiæ plenas aures, imò & ipſas tuas laudes offenderem. Quæcunque enim de tua in Deum religione, in Bononienſem Eccleſiam gubernatione, quàm diligentiſſima, in commiſſum gregem potiſſima vigilantia; de vita tua à teneris cum omni integritate traducta, de tua experrecta virtute, morum ſuauitate, pietate ingenita, ſuaui, efficacique rerum diſpoſitione, deque alijs diuiſis animi tui dotibus, quæ fauſtis acclamationibus recenſet Bononia, exteri prędicant, exprimere poſſem, longè minora ſunt his, quæ concepi. Nam vt tibi de te dicere exordiar, tam deſunt animo verba, quàm verbis animus deeſt. Scio enim quòd honorem purpuræ, quam induis, ſic illuſtras vt tibi potiùs, quàm Marco Catoni conueniat Plinianum illud. Hoc (dicebat) *clariſſimè intelligi poteſt ex M. Catone, cuius authoritati triumphus atque cenſura minimum conferunt, tantò plùs in ipſo eſt*, Ad intimas magiſq; proprias dicādi operis cauſas accedo. Indeque ſolidiſſimæ, clariſſimęq; Columnę tuę ſub vmbra, meliùs dicam ſub luce, in lucem opus exire debere, animo concepi. Quia in eo à calumnia vindicatur ſacra Auguſtini Eremus, quàmplurimis, & non vulgaribus Columneæ gentis aucta beneficijs, honoribuſquè cohoneſtata. Quam Columnenſis lineæ digna ſoboles, Auguſtinianæ ſcholæ dux, & auriga; qui ob doctrinæ firmitatem doctor fundamentarius dictus eſt, ob vitæ ſanctitatem Doctor Beatus, Ægidius Romanus eiuſdem Eremi cultor; & Prior generalis, Archiepiſcopus Bituricenſis, Aquitaniæ primas, & S. R. E. Cardinalis electus, licèt morte præuentus publicatus non fuerit, [b] tam doctrina, quàm ſanctitate, nunquam marceſcente gloria Illuſtrauit. Quam perpetua ſæculorum omnium memoria celebrandus, purpuræque decor Petrus Columna protector deſignatus, protectoris munus, quàm cumulatiſſimè quàm beneficentiſſimè explens, gubernauit. Cui chriſtianæ religionis luminare maius, quod, ad vniuerſæ Eccleſię ſalutem, pacemque ad annoſum, peſtiferumque ſchiſma eliminandum Columnea gens genuit, congenita virtus educauit, meritum euexit, & non ſolùm purpuratorum Patrum Collegium, ſed integrum vniuerſale Conſtantienſe Concilium, Catholicam Eccleſiam repręſentans, vnanimi conſenſu parique lætitia in ſuprema Eccleſiæ Cathedra collocauit, Martinus V. S. Matris Monicæ corpus, vtpotè Auguſtini Parentis primogenitæ, legitimæq; hæredi, & (vt ipſe ait [i]) *nepotibus, quos filius matri genuerat*, largitus eſt; quamplurimiſq; priuilegijs gratijſque fauit. Quam generis tui alij proceres multis adauxerunt conuentibus, donis locupletarunt. Et maioribus ſuis non ſecunda Eminentia Veſtra, innata humanitate, quæ (mirabile) cum maieſtate coniuncta refulget, quibus omnium aduerſum ſe, corda deuincit, ſimulq; obſeruantiam, obſequiumq; comparat, ſuis ſibi ligauit gratijs, & obſtringit quotidie. Eaq; veritas de Auguſtinenſis familiæ antiquitate in hac reſponſione, ex voluntate loqui volentium, à calumnia vindicatur, quā plures purpurati doctores ex clariſſimis hauſere fontibus, quam multi ſummi Pontifices, inter quos præcipuus eſt Martinus V. tum in bullis eidem conceſſis, tum in ſermone de tranſlatione S. Matris Monicæ Romam, tradidere. Eiuſque author eſt Mag. F. Thomas de Herrera ab olim, cùm Compluti iuri pontificio dares operā, tui deuictiſſimus. Et in grati erga religionem meam, & Magiſtrum animi ſignum per me in vulgus profertur, quem dum Theologiæ ſtudijs Compluti vacarem, ſub protectionis tuæ vexillo benigniſſimè recepiſti, poſtmodum Theologi tui, Conſultoris Sancti Officij, & Examinatoris Synodalis muneribus authoraſti, tuiſque quotidie cohoneſtas, & deuincis gratijs. Publico ergo, & priuato meo nomine ſumma tibi neceſſitudine deuictus, opus vtroque tibi titulo omninò debitum, in memoris animi argumentum, obſeruantiæ obſequijq; teſtimonium, tum voto, & propoſito meo, cùm vniuerſi Eremitici ordinis, tibi ſacro, dicoque. Et vt in tui clientelam, ſubque optato tuo patrocinio admittas, te ſuppliciter oro. Et Deum, vt (prout omnium vota, precesque flagitant) quàm diutiſſimè Eccleſiæ ſuæ te incolumem ſeruet. Vale.

[b] Bzoui⁹ to. 14. Annal. Bar. an. 1316. col. 282. Antonius Poſſeuinus tom. 2. apparat⁹ ſacri verbo Ægidius Columnius. Ioan. Ohenu in Hiſt. chronolog. Archiepiſcoporum Bituricēſiū.

[i] In ſer. de tranſlatione S. Monicæ.

Eminentiſſimæ, & Reuerendiſſimæ Dominationis Veſtræ

Humillimus Seruus

Frater Ioannes Philippus Lamannius à Regalbuto Eremita Auguſtinenſis, & S. Iacobi Bononienſis Regens.

AD VTRIVSQVE LECTOREM.

Occasionem, scopum, & modum huius nostræ pacificæ responsionis in Epistola ad Rev. P. F. Lucam Vuadingum satis, superq; exposui. Hac te solùm lector admonitum velim, me curaturum ex animo, non verbo, neq; lingua tantùm; sed opere & veritate, vt offensas & conuitia procul faciamus. Pollicitus est & hoc noster concertator. Vtrum id præstiterit, iudicet qui legerit. Facilè promittitur, quod difficilè impletur, lædens, etiam grauiter, læsionem ignorat; læsus, etiam, leuiter, non leuiter dolet. Ferat ergo iudiciũ, nec lædens, nec læsus, qui tamẽ vtrumq; opusculum euoluerit. Procul tamen sit humanus affectus. Vbi enim amor, & odiũ voluntatem subiugauerit, illud accidit quod sibi contigisse fatetur P. Aug. lib. de duabus animabus cap. 9. nempe, vt quidquid dicerent Manichæi, miris quibusdam modis, non quia sciebam, sed quia optabam verum esse, pro vero approbabam: *At verò* vt odium & gratia desiere, *ait Tacitus,* a ius valuit. *Fateor mihi & curæ, & pænæ esse, in oppositum stare tantum virum, quem* a lib. 5. fol. 113. *pro familiari amicitia tenerè diligo, pro regularis vitæ obseruantia summè veneror, & pro exquisita eruditione & doctrina cum admiratione suspicio. Nollem scribere, ne contra amicum scriberem; vellem scribere, vt pro veritate pugnarem. Decertarunt intra me amicitia, & veritas. Illa prohibebat scribere; hæc vrgebat vt scriberem, eoq; magis quo grandior, & eruditior erat eloquentia aduersarij; tantò enim perniciosiùs mordebat, quantò suauiùs & dulciùs. Persuasiloquium enim mentibus legentium subtiliùs & intimiùs irrepit falsiloquium. In hac ergo lite vicit amicitiam veritas; laudandus enim ille est, cui licèt sit amicus Plato, magis tamen amica veritas est. Id tamen suauiter persuasit amicitia, vt in hoc pio certamine ita pacificè pugnem, vt si quando veritas feriat, nunquã tamen sanguinis guttã eliciat. Cùm enim vulnerauerit veritas, prohibebit sanguinem charitas. Eruntq; meliora vulnera amici, quàm oscula inimici. Hæc enim dolosè leniunt ad ruinam, fallaciter demulcent ad interitum. Illa autem pungunt vtiliter ad salutem, percutiunt salubriter ad vitam, dum destruunt falsitatem.*

Quòd si ex nobis aliquid fortè exciderit asperum, aut minùs lenè quàm par erat, noueris me nihil minùs voluisse; intellectum tamen aut erroris caligine immersum, aut inaduertentiæ nebula cæcum, quo voluntas nollet, pro humana fragilitate miserè lapsum. Victoriam nolumus conuicijs & opprobrijs comparare. Feriendum nobis quidem est, aut cadendũ (*verba sunt Hieron. in Apologia ad Pammachium*) Non possum me existimare victorem nisi aduersarium videro truncatum. *Nolo tamen concertatorem vestrum, eiusue sacram Religionem lingua vulnerare lãcea; sed ad amorem ferire dulci gladio charitatis & veritatis, vt opusculi titulo exteriori, respondeat opus internum, & cùm legeris,* & vestibula videris (*ait Doctor Bethleemiticus in Epist. ad Marcellam*) facilis coniectura sit, qualis ipsa sit futura domus; *quæ vt supra charitatem & modestiam religiosam fundaretur, aliquando quasi obmutescere, & à bonis silere malui; censui enim cum Augustino* falli eos (*lib. 19. de Ciu. c. 12.*) qui credunt, quod nisi nimis accusaretur Cacus, parùm Hercules laudaretur; *Absit gloria ex alieno dedecore comparata; rubor mihi est, inde velle venari gloriam, vnde alter erubescit.*

A bonis igitur aliquãdo silui, quia satiùs duxi, gladium ad vulnus quàm scutum ad patientiam & defensionem amittere. Græcorũ leges (*ait Plutarchus* b) non qui ensem aut lanceam; sed qui clypeum amittebant, mulcta damnabãt: docentes oportere militi magis qui non accipit, quàm qui det incommodum, curæ esse debere. *Eadem ni me fallo christiana militia lex est, in qua (vt olim Tisamenus Elensis Pausaniæ & Græcis augurali scientia præditus dixit apud Plutarchum in Aristide) victoria portenditur, si scuto potiùs quàm ense vtamur.* b in Pelopida fol. 81.

Potuisset quidem alius respondisse breuiùs, ego volui maturiùs, ne aliquid aut minùs solidum, aut magis acerbum infringeret opus, aut inficeret. Noui enim & ego illud Plutarchi in Pericle. c Artificibus artes ipsas ingenio suo & artificio illustrare certantibus maximè admirabilis erat in his conficiendis celeritas. Nam quorum singula vix videbantur multis successionibus atq; ætatibus cõfici posse, ea vniuersa vna innouatione Reipublicæ ad finẽ c fol 70.

per

perducebantur. Atqui per id tempus ferunt Agatarcho se efferente celeritate, & facilitate pingendi animalia, audientem Zeusim dixisse, Ego verò in longo tempore. *Nam in opere faciundo promptitudo ac celeritas haud potest stabilem grauitatem, & exquisitam pulchritudinem rebus adiungere; ac labori tempus impensum robur ad conseruationem & perpetuitatem operis affert.* [c]

d Tract. 67. in Ioannem.

a lib. de peccator. meritis & remissione cap. 36.

f lib. de Baptismo cōtra Donatistas cap. 1.

Nimiam in dicendo breuitatem vitaui. Ne sit & ipsa breuitas *(ait August.* d) altera obscuritas. *Tibi tamen in congerendis testimonijs prolixus ne videar.* opusculi prolixitatem fortasse defenderem (*verba sunt August.* e) nisi illud vererer facere defendendo prolixiùs. *Extorsit plura causæ grauitas, & legentis commoditas, ne ad alios passim libros remitteretur.* Noui enim (*inquit August.* f) quemadmodum soleat contristare lectorem, cùm ab eo libro, quem gerit in manibus, quando in aliquem nodum quæstionis inciderit, in alium mittitur, vbi eius solutionem requirat, quem fortè non habet. Quapropter quæcunq; in alijs libris iam diximus, si necessitas præsentium Quæstionum breuiter iterare compulerit, ignoscant scientes, ne offendantur nescientes. Satiùs enim est offerre habenti, quàm differre non habentem.

Addam ad finem: si alius te in hac pia causa fautorem exoptat; quia pro patre decertat, ego et & pium & iustum, in pijssimo & iustissimo bello desidero: quia pro Matre & Magistro contendo scuto patientiæ & veritatis, ne feriam, aut vincar, armatus. Non vt à Francisco Seraphico, quem ex visceribus amo & colo, gloriam auferam, sed vt tribuam; gloriosiùs enim illi ex nostra Eremo ad culmen perfectionis, quàm ex sæculo procastinata perfecta conuersione egressum fuisse ad statum religionis. Itaq; si vicero, Augustiniana Eremus & Franciscus etiam erit gloriosior. Hic, ex religiosa familia non ignobili, in qua se Deo dicare non distulit; illa, ex sanctissimo Patre, quem olim inter suos potuit numerare. At si vincerer nulla Francisco vera gloria, & ingens Augustiniana familia derogatio, quæ præ tenera ad Seraphicum patrem deuotione, gaudet se de tanto germine saltem probabiliter posse in Domino gloriari. Si ergo pietas iudicet, causa mea erit. sed vt

g lib. 1. de symbolo cap. 6.

vincat veritas, quæ (*sicut de Ecclesia dixit August.* g) pugnare potest, expugnari nō potest. iustitia iudicet. *lege lector, & iudica. Vale.*

APPROBATIONES ET FACVLTATES.

Reuerendiss. P. Gener. iussu, opus Adm. Reu. & sapientiss. P. Mag. F. Thomæ de Herrera Eremitæ Augustiniani &c. quod inscribitur, Responsio Pacifica ad Apologeticum de prætenso Monachatu Augustiniano D. Francisci accuratè perlegi. In quo nil reperi, quod nostræ catholicæ fidei legibus, vel bonis moribus aduersaretur; sed omnia planè suo authore digna, eiusq. sapientiam, studium & integritatem redolentia. Inspexi enim authorem passim nihilominus eiusdem veritatis amicum; qui plurima quæ vel sub ignorationis tenebris ob antiquitatem latitabant, vel quæ aliter referebantur, maximo rerum antiquarum studio elucubrata, enucleata diligentissimè. Inq; aduersantium & conuitiantium obiectionibus eluendis summam & eruditionem, & modestiam. Quare in lucem eum dari, in magnum Religionis Augustinianæ & studiosorum ornamentum cedere existimo. Dat. Romæ Idibus Martij 1633.

Fr. Io. Philippus Lamannius à Rogalbuto Eremitar. August. S. T. Mag. & Conu. S. Augustini Panormitani Regens.

Facultas Reuerendissimi P. Magistri Generalis.

Magister Fr. Hieronymus Rigolius Corcetanus Ord. Eremitarum S. Augustini Prior generalis licèt indignus.

Visa supra inserta attestatione, tenore præsentium & nostri muneris authoritate facultatem concedimus, vt opus Reuer. P. Magistri Fratris Thomæ de Herrera ordinis eiusdem, quod inscribitur, Responsio pacifica ad Apologeticum de prætenso Monachatu Augustiniano D. Francisci, summo studio, & industria ab eo compactum, typis mandari possit. In quorum fidem &c. Dat. Romæ idibus Martij 1633.

Frater Hieronymus à Coruato generalis indignus.

Locus sigilli.

Librum Responsio Pacifica ad Apologeticum de prætenso Monachatu Augustiniano D. Francisci inscriptum, authore Ad. R. P. M. F. Thoma de Herrera magis admirationi compactum, quàm censuram egentem, attentè vidi, voluptuosèq; perlegi; in hoc materia grauis, alta & obscura ponderato differitur stilo, excelsis enucleatur argumentis, meridiano graditur methodo. In hoc omnia litteratis rara, nulla fidei dissona, innumerabilia moribus apta inueni. Dignum opus est in lucem quòd prodeat, lucem omnibus vt tribuat. In quorum fidem.

Ego D. Obautanus Finarius Cler. Reg. S. Pauli in Metropolitana Bononiensi Pœnitentiarius pro Eminentiss. ac Reuerendiss. D. D. Card. Archiepiscopo.

Opus hoc A. R. P. Magistri fratris Thomæ de Herrera ordinis Eremitarum S. Augustini, inscriptum Responsio pacifica ad Apologeticum de prætenso Monachatu Augustiniano D. Francisci: quia nihil continet erroris in rebus fidei, & bonorum morum, & ita copiosè, eruditè, ac solidè explicat, describit, ac probat quidquid in præsenti materia & dici & afferri potest; ideo dignū existimaui, vt in omniū vtilitatem, atq; animi solamen typis mandetur. Ego

Imprimatur Ego Fr. Hieronymus Onuphr. Theologus Bonon. Collegiatus, atq; ibidem Lector publicus, & Sanctiss. Inquis. Consultor pro Reuerendiss. P. Magist. Paulo de Garrexio Inquisit. Bonon.

RESPONSIO PACIFICA AD APOLOGETICVM De prætenso Monachatu Augustiniano DIVI FRANCISCI

Authore Reuer. P. Mag. Fratre Thoma de Herrera Eremita Augustiniano EMINENTISS. D. D. AVGVSTINI CARD. SPINOLÆ Confessario, & Theologo, & in sacro supremæ Inquisitionis Hispaniarum Senatu Consultore qualificatore.

RESPONSIO I. AD §. I.

EXPLICATVR OCCASIO DISPVTATIONIS.

1 CONGRVE' sanè ante pugnam proponitur occasio,& scopus disputationis. *Omnis enim quæstio* (ait August.a) *nisi intentum feceris proposita, non delectabit exposita.* Propositio quidē tua speciosa, & spatiosa. Nos breuiùs,& mitiùs belli causā aperiemus. Seraphicus Franciscus biennio antè sui ordinis institutionem egit Eremitā. Ecce pugna, ecce certamen. Reuerendi Patres Franciscani contendunt fuisse Eremitam sæcularem. Augustiniani in Cōgregatione S. Ioannis Boni sub Regula Augustini nostram incoluisse Eremū piè, & probabiliter credimus. Id olim asseruit Iacobus Philippus Bergomensis in supplemēto Chronicorum; Hieron. Roman. retulit lib.6. Rerumpublicarum, & alibi; Magister verò Fr. Ioannes Marquez in libro de Origine Eremitarum S. P. Augustini latè defendit esse probabile; impugnans quædam asserta R. P. Antonij Daza Franciscani. Pro impugnato sodali, contra Magistrum Marquez hostile clasicum canis,& mortuis insultas, & sapiētissimum verbis pungentibus gloriaris non semel virum triumphasse. Hæc tua posset esse excusatio, quòd homo non Hispanus, & iuuenis tunc minùs benè illum nosset; quæ fuit alterius olim, *damnauit iste, nunc recolo,* (ait Petrarcha b) *Bernardus Claraualensis Abbas, de quo sermo est, Petrum Abailardum literatum quendam virum. Huic iratus Berengarius Pictauiensis, vir & ipse non infacundus, ac discipulus Petri, contra Bernardum librum vnum scripsit, non magni quidem corporis, sed ingentis acrimoniæ; de quo postmodum à multis increpatus, se excusat quòd adolescens scripsisset, & quòd sibi viri sanctitas nondum penè nota esset.* Ad cū igitur modum posses tuum libellum excusare. Interim tamen conabor ego prout potero obiectis tuis satisfacere, vt constet. Vtrum adeò efficaciter tua platita probaueris, quòd opposita asserta præ inanitate, & imbecillitate sua, nec probabilitatem habere cōuincātur. Quòd vt clariùs fiat, numeros apponam in §. singulis §. tui Apologetici, & illi occurram per numeros.

Disputationis scopus.

a tract. 19 in Ioan.

b in apologia contra Galli calumnias pagin. 181.

Series operis.

AD NVMERVM I.

B. Franciscus non post tria integra sæcula incæpit affirmari Augustinianus.

DIcis ex vita Eremitica S. Francisci
2 per biennum ante ordinis sui institutionē desumptā occasionem post tria integra sæcula cùm adiudicandi Eremitis Augustinianis. Cæterùm hæc relatio minùs certa. Primò, quia vt infrà euidenter ostendam in responsione ad §. quinti numerum 9. tui Apologetici, vix excurrerant centum anni, aut paulò ampliùs, quando Henricus, & Iordanus retulerūt clarè, quòd Vincentius, & Bonauentura, & alij per signa aperta, sed verba operta narrauerunt. Secundò, quia quamuis, vt contendis, primùs Author eius opinionis esset Bergomensis; adhuc non esset desumpta occasio post trina integra sæcula; is enim Author Venetijs impressit

Assertio aduersarij.

Reijcitur primò.

D. Vincentius, & D. Bonauentura per signa aperta Monachatum Augustinianum D. Francisci retulere.

Reijcitur secundò.

An.1486. fupplementũm Chronicorũ. Francifcus vixit in habitu Eremitico vfq. ad An.1209. ab an. aũt 1209. vfq; ad 1486. etiam ijs annis inclufiuè enumeratis, tantùm intercedunt Anni 278. defunt ergo 22. anni vt compleantur trina integra fæcula; non ergo fumpta occafio poft trina integra fæcula.

3 Euafio.

Sed occurres dici occafionem fumptã poft trina integra fæcula; non quia id accìderit poft trina fęcula finita: fed poft eã incepta, & inchoata; vel dici poffe poft trina fæcula, quia licet impleta non fuerant, tamen parum deęrat vt implerentur. Cœterũ contra hæc eft primò; quia non rectè dicitur accidiffe poft tres dies integros, quód accidit antequàm finirentur tres dies; dici quidem poteft, accidiffe poft tres dies, qua ratione dixit Chriftus; poft tres dies refurgam [a] Cœterum dici non poteft abfolutè, & fimpliciter loquendo, accidiffe poft tres dies integros, id quod die tertio euenit. Vnde nec de Chrifto dicitur refurrexiffe poft tres dies integros. Secundò quia demus ita dici poffe, quare ergo [b] infurgis in Magiftrum Marquez, eò quòd [c] dixerit Iordanum fcripfiffe ante trecentos annos inchoatos, licèt non finitos; & vt infra probabimus poft 260. annos iam finitos? Verùm neque præterire poffum, quòd eo in loco minùs recta fide refertur, M. Marq. afferuiffe Iordanum fcripfiffe antè tercentum annos; id enim ille non affirmat, fed effe Authorem plufquàm trecentorum annorũ, quę duo longè diuerfa funt; ficut fi ageremus de retractationibus S. Auguftini, & ego dicerem fcriptas effe ab Auguftino, qui eft Author plufquàm mille ducentorum, & viginti fex annorũ, non ideò dicerem Retractationes à toto eo tempore fuiffe fcriptas, quæ fuerunt editæ ab Auguftino circa an. 426. atque adeò antè 1204. & non amplius annos.

Reijcitur primò.

[a] Matth. 27.

Reijcitur fecundo.

[b] §. num. 7. fol. 87. tuæ impreffionis.

[c] libro de origine ordinis Eremit. S. Auguft. cap 21. §. 1. pag 354.

AD NVMERVM II.

Monachatus Auguftinianus S. Francifci auget gloriam Religionis Auguftinianæ.

4 Affertio aduerfarii. Amplexatur.

DIcis Monachatũ Auguftinianum D. Frãcifci nobis fuiffe perfuasũ, & ad honoris incrementum altis cordibus infediffe, Non nego, non abnuo, ita prorfus Nouimus rem iftam non infirmo inniti fundameto, cedereq; in gloriam ingentẽ Auguftiniani nominis; amplexi fummus ex corde; quis id non faceret? Quos infignes fanctos potens tuæ familię Seraphicæ ex pbabili fũdamẽto, vel tibi vifo pbabili, ad fe ribere; quos ad tuę religionis decus nõ aſcripferis? vt quid ergo Auguftiniana familia tãtis fũdamẽtis innixa non numeraret inter fuos Sanctifsimũ Francifcũ; ex quo ipfi tantus honos accrefcit?

NVMERVM III.

B. Bonauentura non fuit præfidens in vnione Generali anni 1256.

REctè, & cordatè, quòd R.P. Antoni⁹ Daza ex Volaterrano prę inanitate emortuũ ad inuidiã fufcitauit de pfidẽtia D. Bonauentura in vnione generali ordinis Eremitarũ S Auguftini, nec probas, nec approbas, hoc ipfo fatis improbas, & meritò: Rem enim apertam, quam velut fontem clarum Raphael pedibus obfcurarat, Ioannes manu, & calamo clariorẽ reddidit: [d] vt enim de Tiberio Plutarchus [e] afferuit, M. Marquez *facundia, qua malam etiam caufam fuftinere potuiffes, tunc iuftam honeftamq; dicendi materiam nacta fuperior inexpugnabilifq; euadebat.* Ex cuius oratione (vt de Platone dixit Guarinus Veronenfis) [f] *fi aliquid demas, mutefue, etfi commodè firmè facias, de elegantia tamen parte non paruam fanè detraxeris.* Obijt vir tantus non fine ingẽti fuorũ, & facrarum literarũ iactura Salamanticę dũ effet conuentus illius prior, Anno 1621. in die S. Antonij, menfe Ianuario, vefperarius Theologiæ in Academia Salamanticẽfi, & Philippi III. Regius prædicator, & prædicatorum Rex.

5 Aduerfarij affertio fauorabilis probatur

[d] lib de orig. Erem. S. Aug. cap. 4.

[e] in Tiberio, & Caio Gracco fol 156.

Magiftri Fratris Ioannis Marquez facundia.

[f] in Platone fol 381. in tomo Plutarchi

Quanta ex M Marquez morte iactura

Addamus, & nos in Volaterranum, qui folus Commentum, quod nemo eò vfq; audierat, fomniauit, occafionèmq; errãdi præbuit alijs; id quòd Plutarchus [g] notauit in Theopompùm: *Theopompus autem* (ait Plutarchus) *ducibus Bœotijs abire iam parantibus, veniffe Phrixum Spartiatam virum fcribit, ab Agefilao talenta decem afferentem difceffus mercedem, vt profectioni, quam dudum animo deftinaffent, ab hofte viaticum fuppeteret. Quòd quidem haud fcio, qui cæteri fcriptores ignorarint, folus animaduerterit Theopompus.* Eadem prorfus ratione ignoro, quomodò D. Bonauenturę præfidẽtiam in vnione generali fcriptores cæteri ignorarint, folus animaduerterit Volaterranus?

6 Singularitatis conuincitur volaterranus.

[g] in Agefilao fol. 338.

Sanè fi in re hac vel leue aliquod probabilitatis fundamentũ inueniſsẽ, faterer ingenuè. Mallẽ enim Seraphicũ Doctorẽ

7 Quam libenter recepta fuiffet D. Bonauenturæ præfidentia, fi vel leue habuiffet indicium.

Bona-

Bonauenturam, virum sanctissimum; postea S. R. E. Card. & tandem Dinorum Catalogo adscriptum, nostræ vnionis Præsidem egisse, quàm Richardum Anibaldensem Diaconum Cardinalem; quem solum Capitulo Romano pro Eremitarum Congregationibus vniẽdis, præsedisse, ex Bulis Pontificijs liquidò cõstat. Neque, id dedignaretur Augustiniana Religio, quæ sincerè, & candidè apud Marquez, a produxit in lucem Bullam Innocentij IV. datam Perusij 17. Cal. Maij, Põtificatus sui anno 10. (atque adeò Christi 1253. vel vt alij cum Marquez habent an. 11. atq; adeò 1254. in quo Pontifex obijt, 7. Idus Decembris) in qua Guillelmus Fliscus S. Eustachij Diaconus Cardinalis Protector Congregationis Eremitarum S. Ioannis Boni, causam Reformationis, vnitatis, & pacis in eadem Congregatione; in qua duo Generales, oborto schismate simul imperabant, commisit electo Paduano, & Fratri Simoni Mediolanensi Lectori de Ordine Minorum Capellanis, & socijs suis. Non inficiamur hæc fateri, & negaremus D. Bonauenturam nostræ vnionis præsidem? Nunquid melior, aut dignior Fr. Simon Lector Mediolanensis, quàm S. Bonauẽtura? Negamus ergo rem, quam vellemus ita fuisse, non quia nobis noceat; sed quia non fuit. Quid autem in nostra Religione agere potuerit. S. Bonaudicam in responsione ad §. vltimi num. 13. tui Apologetici, vt vel ex aliqua parte illi pro aliquo beneficio grates referamus.

a Cap. 13. §. 17 pag. 145.

Argumento à maiori ad minùs veritas cõfirmatur.

8 Sed omittere interim nequeo, quòd ibidem subiungis M. Marquez contra promissionem suam non ita bilem abiecisse; quin demulcendo feriat, & feriendo demulceat. Quàm facilè festucam in oculo fratris videmus, & trabem in nostris non aspicimus? Nunquid & tu non polliceris, vel potiùs affirmas in præfatione ad Lectorẽ: *Offensas & conuitia procul fecimus*; & in hoc §. num. 2. ais, *à scõmatibus & dicterijs omninò abstinebo*? Nunquid stetisti promissis? Nunquid fidem implesti? iudicet qui totum libellum legerit, & intellexerit. Vnde & nos dicere poterimus, ex Augustini ore verba colligentes, b (vt quæ pro se pater, proscipsis filij loquantur) *Laudando mordes, labijs mulces, & dentem figis.*

In quo aduersarius M. Marquez culpæ offendisse deprehenditur.

b Serm. 49 de diuersis.

9 Verùm & adhuc in fauorem M. Marquez proponemus tibi decretum Congregationis generalis Indicis ab Eminentissimis Cardinalibus, longè aliter sentientibus editum: quibus potius quàm tibi credi debere, quisque iudicabit. Decretum est huiusmodi: *In Congregatione Generali Indicis habita die 23. mensis Nouembris anno 1620. Illustrissimi, & Reuerendiss. DD. Cardinales decreuerunt (facto etiam verbo cum Sanctissimo) permitti, ac publicari vbique posse librum quendam Hispanica iam lingua compositum, per R. P. M. Fr. Ioannem Marquez, & in Italicam conuersum per R. T. Baccalaureum Fr. Innocentium Rampinum Ord. Erem. S. Aug. Derthonæ impressum, cui titulus est*; Origine delli Fratri Eremitani di Sant'Agostino, & la sua vera institutione auanti al gran Concilio Lateranense &c. *Cùm Author ipsius valdè modestè procedat, & ab omnibus conuitijs, iurgijs, & contumelijs penitus in eo abstineat*, (sic decernunt Cardinales facto verbo cũ sanctissimo; tu aliter censes; ego illis assẽtio &c.) *In quorũ fidem &c. Dat. Romæ in Conuentu S. Mariæ supra Mineruam die 15. Iunij 1621. Fr. Franciscus Magdalenus Ord. Prædic. Sacræ Theolog. Professor, ac Congregationis Indicis Secretarius manu propria. Locus † Sigilli.* Addam autem cum Augustino, c Vincentium Victorem excusante; *Si quid inter disputandum, quòd in tua Religionis contumeliam tibi videtur redundare, expressi, non eum conuitiantis voluntate crediderim, sed diuersa sentientis necessitate fecisse: vbi enim animus hominis ignotus est, & incertus, meliùs arbitror meliora sentire, quàm inexplorata culpare.*

Modestia M. F. Ioan. Marquez in lib. Orig. Eremi à Sacra Cõgregatione Indicis comprobatur.

c Lib. 1 de anima, & eius origine ad Renatum Monachum cap. 2.

AD NVMERVM IIII. ET V.

Sententia de Augustiniano Monachatu S. Francisci tantùm asscritur à nostris, vt probabilis.

10 Opinionis de Monachatu Augustiniano S. Frãcisci primum Authorem, & adinuentorem, (planè sincerum verbum. Sic promittis numero 2. *Candidè & sincerè quâ possum, in hac re agam*; antè promissionem laberis; sed promittis candidè, & sincerè quâ poteris in hac re agere; difficilè conuinceris non stetisse promissis; facilè enim dices, non potui ampliùs.) Iacobum Philippum Bergomens. asseris extitisse; sed quantũ te in hoc, vel opinio fefellerit, vel affectus cæcauerit, ostendam clarè in responsione

Aduersantis assertio.

Repellitur, eiusque discussio remittitur.

11 ad §. 5. nu. 1. & sequẽtibus tui Apologetici. Sed addis de M. Marquez; *Satis se obtinuisse putas, si quàm alij ex suis consodalibus certam* iudicarunt

Altera aduersarij assertio cõuincitur nõ rectè iudicâs.

indicarunt opinionem, ille saltem probabilem esse conuinceret. Fateor me non vidisse vllum ex nostris hucusq; Authorē, qui opinionē hanc iudicarit certam. Certum enim est, cuius oppositum non est opinabile: inter duas enim opiniones nulla est certa. Asseruerunt quidem plures B.Franciscum sub Augustini regula Eremitam egisse; non tamen dixerunt id esse certum. Marquez verò quod illi absolutè affirmarunt, censuit esse probabile: nunquid hoc erit iudicare eam opinionem esse certam? nemo ita iudicat, qui non credat oppositam esse improbabilē. At ex nobis nemo dixit oppositā esse improbabilē. Quinimò Philippus Bergomēs. qui lib. 12. ad an. 1199. dixerat: *Huius sancti viri & patris Ioann. Boni inter celebres praestantésq; discipulos Seraphicū Franciscum de Assisio sanctissimi Ordinis Minorum conditorem fuisse constat*; idem nihilominùs, vt & tu ipse refers, [a] liberam fecit optionem, vt quam vellet in hac re sequeretur quisque sententiam; quòd non fecisset, si suam sententiam crederet esse certam, & oppositam improbabilem. Asseruit ergo absolutè rem, non iudicans esse certam, sed affirmans ita esse, non quidem certò, sed probabiliter: Sicut tu affirmas absolutè, & simpliciter doctrinam Scoti, licèt non existimes omnia illius placita esse certa, sed tantùm probabilia.

a § vltimo numero 18.

AD NVMERVM VI. ET VII.

Sententia de Monachatu Augustiniano S. Francisci, non desinit esse probabilis propter errorem illam defendentis.

12 Mirum mihi sanè esset adeò in hac re M.Marquez caecutijsse, vt quod ille iudicauit esse probabile, tu ex opposito satis abundè probes non esse probabile: si quae ille pro sua commendanda sententia in medium protulit, tu breuiùs referres; nisi fortè, vt aliena placita referentibus solet accidere, vbi adsit maior breuitas, desit in referendo fidelior veritas. Quis enim crederet Phoenicem Hispaniae adeò desipuisse, Salmanticae Aquilam, *qui nihil penè liberad expugnandum proposuerit* (vt de Tertulliano dixit alter) *quòd non aut acumine irruperit, aut pondere elliserit*, adeò calligasse ad solis radios, vt inde rem censueritniti probabilitate, vnde conuincat alter abundè, omninò esse improbabilem? Planè credo, imò scio, nemo credet, qui

Marquez Phoenix Hispaniae Salmaticensis Aquila, & lege do. & concionando Diui nus.

nosset illud ingenium, quod protento erat orbi; vnde celeberrimi nominis Poeta Lupus de Vega Carpio in suo Peregrino sic cecinit.

El Maestro Iuañez Dominico Theologo
Es monstro al mundo, como F. Iuan Marquez
Diuina lengua en Cathedra, y en Pulpito.

Imò potiùs ego crediderim ab omnibus, qui aut caecitate mentis, aut voluntatis affectu non laborauerint, vel ex eo solum per principia extrinseca placitum hoc censendum esse probabile; quia tantus vir re maturè perpensa, & considerata illud inter probabilia collocauit.

Vel ex sola authoritate M. Marquez res quam pro babilem esse fuit est per principia extrinseca probabilis.

Neque adeò haec opinio inanis, vt sua imbecillitate euanescat. Facilè quidem esset verba verbis rependere; sed cupio vinci verbis, vincere veritate. Vereor, dū nimis ardes vincere, ne tibi contigerit, quòd de Demetrio narrat Plutarchus; [b] qui *Antiochum fusum fugatúmque certandi ardore, & cupiditate vincendi vsque adeò est persecutus; vt cùm victoriam immoderatè consequi vellet, eam omninò amiserit.* Apparebit vt credo ex nostra responsione placiti nostri sententiam ad veritatis solem expositam non eò magis fundi, & colliquari, & diffluere; sed magis indurari, & firmiorem euadere. Verùm ea in re neuter ex nobis sit iudex, vterque in suam partem affectus; qui absque amore, & odio legerit sapiens lector, iudicabit. Nolo tamen vt credas, in vno omnium ictibus retusis, omnes in vno superari. Non enim omnia possumus omnes. Quantumcunque vir magnus ille, potuit in aliquo labi, in quo alius licèt multò minor, nec offenderit. Caeterum dicam cum Augustino de Hieronymi interpretatione Euāgeliorum ex Graeco. [c] *Etsi quaedam verissima meritò mouent, quis tam durus est, qui labori tam vtili facilè non ignoscat, cui vicem laudis referre non sufficit? Sinè nunquam offendere* (vt optimè docet Azorius, [d] *plusquam humanae faelicitatis est. Memineris te quamuis magnum alioqui virum ingenio, doctrina, & rerum experientia praestantem, hominem tamen esse; qui dum aliena errata corrigis, dum aliorum scripta coarguis, decipi & errare facilè possis. In eis* (ait August. [e]) *Siue bonis, siue malis hominum cognoscendis, qui Spiritu Sancto non adiuti sunt, rumorésque colligere ipsa humanae infirmitatis conditio necompulsi sunt, quemadmodum non fallerentur in plurimis, non videos; est tamen in eis aliqua propinquitas veritatis. Si voluntatem mentiendi non habent; nec homines fallunt*

b In Demetrio fol. 384.

c Epistola 10. ad Hieron.

d t.p. Inst Moral in prolo. go ad Lectorem.

Nunquam offendere est plusquam felicitatis humanae.

e Epist. 137. ad Memorium Episcopum.

fallunt, nisi cùm ab hominibus humana infirmitate falluntur. Vnde etiam nobis videtur (ait Augustin.) a *aliquando te quoque in nonnullis falli potuisse.* Id fortasse, imò certè accidit in aliquibus M. Marquez, fortè & tibi, & cuicunque alteri. Non tamen ideò assertum commune excludendum. Quod enim ego defendere non valui, alter potest quamuis inferior. Mira enim prouidentia Deus, dum reuelat paruulis, quæ à prudentibus, & sapientibus abscondit, consilio Diuino confringit superbiam humanam; vt agnoscat homo vnde sit donum; & nullius quantumuis paruuli iudicium, etiam vbi magni cadunt, inaniter despiciendum. *In eo*, ait August. b *Quòd Iethro consilium dat genero suo Moysi cap. 18. Exodi, ne occupatus iudicijs populi, & ipse, & populus consumeretur consumptione intolerabili, prima quæstio est: cur hoc Deus famulum suum, cùm quo ipse talia, & tanta loquebatur, ab alienigena passus est admoneri, in quo sacra Scriptura nos admonet per quemlibet hominem detur consilium veritatis non debere contemni. Videndum est etiam ne forte ibi voluerit Deus ab alienigena admoneri Moysem, vbi & ipsum posset tentare superbia; sedebat enim iudiciaria sublimitate solus vniuerso populo stante: nam hunc sensum indicat, cùm ipse Iethro eos eligi iussit ad iudicandas causas populi, qui odissent superbiam.* Eadem ratione credidit Author librorum de mirabilibus sacræ Scripturæ, c Dominum per os Asinæ Prophetæ Balaam ignorantiam compescuisse: d *Quatenus, Domini Spiritus etsi in se loqueretur, elatus in superbiam non esset, qui frequenter, & per res insensibiles, & brutum, & mutum, & subiectum sibi animal eundem loqui comperisset.* Sic ergo forsan, & M. Marquez, & tibi quædam Deus abscondit, ne in superbiam præ ingenij magnitudine eleuaremini; quæ alijs infimis humi reptantibus pro sui consilij magnitudine, & misericordiæ voluit reuelare. Vnde quamuis in aliquo conuicisses M. Marquez doctrinam, non ideò tota illa explosa, non ideò indefensabilis: cùm idem placitum varijs vijs adstrui possit; & vno ostio clauso, non claudatur & aliud: veritas enim licèt attenuetur, non infringitur. Vnde alter vates Hispanus cecinit.

a Epist. 10. ad Hieronymum

Deus reuelat paruulis, quæ sapientibus abscondit, vt humanam superbiam, confringat.

b Lib. 2. quæstionum in Exodum q. 68

c Lib. 1. capit. 34.

d Numerorũ 22.

Porque al fin la verdad es vna hebra,
Que por mas que adelgaze, nunca quiebra.

AD NVMERVM VIII. ET IX.

Explicatur candor, & sinceritas aduersarij.

Fateris te hunc non adigi ex alieni honoris inuidia, neque ex ardore vincendi; sed ex maiorum imperijs (addam & ego te etiam in pugnam descendere, ex veritatis aperiendæ desiderio; at, ni fallor, sola veritas nõ effundit verba, quæ eliciãt sanguinem:) sincerè hoc certamen inire; in hoc quidem numero, & tertio planè sincerè, planè candidè. Agnosco sinceritatem & candorem tuum, primò, quia illud tibi ex Tacito vsurpas, *sine ira & studio quorum causas procul habeo*; quæ sibi M. Marquez præoccupasse cap. 1. §. 2. pag. 5. in præfatione, in qua num. 1. retulisti ipsum profari sine bile se acturum, vidisti non semel. Secundò, quia sic protestaris. *Illum ipsum si superuixisset oraturum, non dubitaturum, vt inter nos contendentes veritas superaret*; adducisq; testimonium ex Hier. in Epist. 89. ad Principiam, quasi M. Marquez, e in Latinum translatus non sic habeat. *Quicunque enim ex nobis vicerit, communis erit victoria siquidem, vt ait S. Hier. Epist. 89. non erit victo paruum lucrum suum errorem agnouisse: te quoque ipsum errare non dubito* (dixit vir sanctus) *vt inter nos contendentes veritas superet, non enim tuam quæris gloriam, sed Christi, cùmque tu viceris, & ego vincam si meum errorem intellexero, & è contrario, me vincente tu superas; quia in libro Paralipomenon legimus, quòd filij Israel processerunt ad pugnandum mente pacifica inter ipsos quoque gladios, & effusionẽ sanguinis, & cadauera prostratorum, non suam, sed pacis victoriam cogitantes.* Meritò sanè si superuixeret non dubitares illũ orare, quòd ipse prius orauerat, vt inter vos cõtẽdẽtes veritas superaret. Idẽ & ego oro, & opto exorare; fateorq; abstinuissẽ manũ à calamo, si credidissem me aliquid dicturum ex quo posset iure offendi charitas Christiana, aut pax religiosa turbari. Tertio, quia sic habes. *Vt quid enim ego molestè feram alienum honorem, qui ex meo consurgit? aut ægrè audiam ex mea gloria suam quemque capessere?* In his planè manifestè carpis Reuerendissimum P. F. Bernardinum à Senis, tunc Cõmissarium, deinde meritissimum Ministrum generalem, nunc electum Episcopum Visensem in Lusitania: de eo enim in

14 Aduersarij assertio.

e Cap. 1. § 2. pag. 5.

Mens Authoris apertius.

Epistola dedicatoria ad ipsum sic aiebas. *Reuerendissima V. P. omnem illam amplissimã familiam è supremo vertice regenti opusculum transmisi, quod tantò nouerim acceptiùs fore, quantò ægriùs semper tulisti aduersum PP. Eremitarum conatum.* Tu credis nullam esse causam, vt ægre audias, ex tua gloria suã quemque capessere; at Reuerendiss. semper ægriùs tulit eum conatum; in quo teipsum excusas, illum damnas. In hoc cognoui candorem, & sinceritatem; alius enim minus sincerus, si meminisset, non excusaret se, ne patrẽ carpsisse, aut damnasse videretur.

RESPONSIO SECVNDA, AD S. SECVNDVM.

Statuitur vnde sit desumenda computatio annorum Beati Ioannis Boni.

1 LEGI refutationem, hanc ex tẽporum Chronologia, quam ex Constantio Laudensi in vita S. Ioannis Boni desumpsisti; & cũ apud me habeam hoc opusculum Constantij, inuestigaui vtrum relatio originali concordaret. Inueni planè, quæ ad rem facerent omissa; & nonnulla, quæ veritati obessent, superaddita. *Verum ea, quæ prætermiteris* (vt cum Augustino dicam)[a] *colligentur fortassè, vel à nobis, vel ab alijs; vt appareat cur prætermiseris.* Noui hinc, quàm sapienter D. Bonau. sic dixerit:[b] *Maius autem periculum est descendere ad summas magistrorum; quia aliquando magnus est in eis error, & credunt se habere, & intelligere originalia, & non intelliqunt, imò eis contradicunt.*

Aduersarius non fideliter referre testimonia notatur.

a Lib. 1. operis imperfecti contra Iulianum nu 19

b Tom 1 opusculorum in lib. luminaria Ecclesiæ, ser. 19. fol 37. p. 2.

2 Mihi quidem, non licuit Pontificia Regesta in Vaticana Bibliotheca perlegere dum Romæ morarer. Tum, quia tantùm à die 20. Nouembris. Ann. 1623. vsque ad 19. Ianurij Ann. 1624. licuit Romæ degere; tum, quia (licèt nunc anno 1630. morosiùs Romæ degam) homini Hispano, & professione Theologo, & ad obsequium Eminentissimi D. Cardinalis Intento fas non erat his curis propediri. Cæterum cum essem Mediolani, ex Italia in Hispaniam reuertens, acta S. Ioannis Boni, ex originalibus processibus pro sancto viro canonizãdo scripta, apud librariũ quempiam casu inuenta emi, & adduxi. Ea est vita, quam dedit in lucem lingua Itala Fr. Constantius Laudensis, è sancto Geruasio Brixianus, Eremita Augustinianus, Theologus Congregationis obseruantiæ Lombardiæ; eã autem hausit, ex processu originali facto per Albertũ Episcopum Mutinensem, Priorem S. Marci, & Præpositum Ecclesiæ Mãtuanæ; quibus Innocentius IV. Ann. 8. sui Pontificatus, & Christi 1251. biennio post Sancti viri mortem id commiserat per litteras, quæ incipiunt. *Dignas domino*; datas Ianuæ 18. Cal. Iulij, vt habent Fr. Constantius in principio vitæ, & Abrahamus Bzouius ad Ann. 1249. num. 11. vel 15. Calend. Iunij, vt tu testaris in Regesto Pontificio Innocentij IV. contineri in Epistola. 523. eiusdem anni, scilicet 1251. & illis subijci modum obseruandum in interrogatione super vita, conuersatione, & miraculis eiusdem sancti, & legitimus testibus examinandis.

Distinxit Constantius sancti viri vitã in tres libros. In primo habet capita 15. de eius vita, & morte. In secundo capita 48. de miraculis in vita. In tertio capita 46. de miraculis post mortem ob eius merita patratis. Eam autem edidit patrio sermone, 1590. Bergomi apud Cominum Vẽturam. Anno verò sequenti, nempe 1591. Mantuæ iterum edita est apud Franciscum Osannam. Tu secundam habes editionẽ, ego primam, vtraque tamen ex originali processu desumpta. Sic enim subdit post Bullam Innocentij VI, quam ante librum primum produxit. *Fù secondo la Bolla formato il processo, & trouato quanto à punto seguirà:* & lib. 3. cap. tibi 46. mihi per errorem Impressoris 45. *Et appare tutto ciò, che nel presente trattato detto habbiamo, per processo formato, ad instanza della felicissima memoria d'Innozenzo IV.*

3 *Operis Constantij diuisio*

Ex hoc teste domestico, omni exceptione maiore, rem hãc statuis terminandam, vt vel ex hoc solis spiculo tot ex opposito conglomeratorum testium nubes vltro discutiantur, Placet, & nobis litem dirimi ex testimonio Constantij, dicam cum Heriberto Rosuueido, è Societate Iesu:[c] *Valde mihi authoris huius fides, valde studium, valde diligentia placet. Sed vide ne hostem tuum lau-*

4 *Assertio aduersarij, quòd standum sit Constantio amplectitur.*

c In vindicijs Kempensibus contra Con-

daueri: 3

stantinum Casieranum, in simili casu loquente capit 10 pag. 48.

a Lib 2 cōtra Cresconium, cap 32.

dauerit; & armaueris. Dicere enim possumus cum Aug. *Vos qui scripta*, Constantij (de Cypriano loquebatur Augustinus, [a]) *nobis tanquam firmamenta Canonicæ authoritatis opponitis; quidquid de* Cōstantio, *contra vos proferre potuerimus, necesse est cedatis; & iustum est, vt victi taceatis.* Stemus ergo huic testi; *legātur verba eius* (ait August. [b]) *sinè peruersitate legentium* (id est sinè eo, quòd peruertant verba) *& nulla alia probatio requiretur*, vt iure ausim dicere: si ex eius relatione non constiterit manifestè B. Franciscum, sub Magisterio B. Ioannis Boni audire potuisse, ego libens, lubensque causa cedo; non aio ex eius testimonio conuinci Seraphicum Patrem à B. Ioanne Bono fuisse instructum, eiusue discipulum extitisse; sed esse potuisse, quantū est ex temporum chronologia, quæ ex vita sancti viri per Constantium Laudensem scripta desumi potest. Respondeamus ergo per numeros.

b Lib. 2. Operis imperfecti contra Iulianum num 86.

AD NVMERVM PRIMVM.

Explicatur sententia M. Marquez, de ætate B. Ioan. Boni.

5 *Aduersarij assertio refertur, & recipitur.*

c Libro 1. cap. 2.

ASseris S. Ioannem Bonum natum fuisse anno salutis 1168. id quoque & nos dicimus: quia ita ex processu refert Cōstantius, in hæc verba. [c] *Nacque Giouanni Buóno in Mantoa Città Ducale nobilissima, & bellissima, come ne sia alcun'altra in Italia l'anno della salute nostra* 1168. Id etiam affirmat, vt refers, Historia Ecclesiastica Mantuana, per Hippolitum Donesmundum concinnata, tomo 1. lib. 4. pap. 261.

6 *M. Marquez excusatur eiusque coniectura ostenditur non parū fundata, expendēdo vtraq; præmissam.*

Hinc reijcis vt parum fundatam coniecturam P. Marquez citati §. 3. hinc inde colligentis, & absque vllo authore, aut teste suspicantis eius ortum incidisse in Ann. 1130. aut 1132. Fateor libenter M. Marquez errasse in assignando anno natiuitatis B. Ioannis Boni; quid autem mirum, cùm ad eius manus acta, ex processu originali desumpta non peruenerint; sed alia minus vera & fidelia, quæ occasionem errandi præbuissent, vel Augustino ipsi, cùm sine offensione inter doctiorum manus versarentur in Hispania, in qua vita per Constantium edita prorsus ignota?

7 At verò non reijciam ego coniecturam M. Marquez tanquàm parum fundatam, neque eius suspicionem crediderim fuisse sinè vllo Authore, aut teste; sed tāquam fundatam suprà relationes falsas licèt probabiles apud eos, qui ex vero fonte huius vitæ non hauserant aquas; vt dicere possit cum Antonio Sabellico. [d] *Nō studium mihi defuit veri indagandi, sed inueniendi fœlicitas.* Suspicio enim, & cōiectura est iudicium, seu discursus innitens alicui fundamento: Quando autē discursus innititur principio apud homines probabili, & asserto à pluribus, ex quo euidenter infertur consequens, neque dici potest, parum fundata coniectura, neque suspicio sinè authore, vel teste. Id autem in præsenti accidisse sic conuinco, Coniectura, & suspicio Magistri his duabus præmissis innititur.

d To. 1. Æneadum in Epistola ad Demetrium in hac parte.

Prima præmissa.

e Super Auth. ingressi verbo Monast. caph. 123. num. 3.

f Li. 21. Anthropologiæ, cap. de Eremitici ordinis viris.

Prima est, B. Ioannes Bonus obijt anno 1222. eam tenuerunt Carolus de Tapia, [e] Volater. [f] (at tu refers id à Volaterrano nō asseri; sed tantùm eo tempore vixisse in Æmilia magna sanctitatis fama. Videre non potui Volaterranum; & licèt difficilè mihi sit Magistrum in re, tam clara decepturum; adhuc credo tibi, qui re postea examinata, & perspecta testimonium perhibes.) Iosephus Pamphilus, [g] Paulus Morigia, [h] sic ait: *lasciò questa valle de miseria l'anno della venuta del Messia in humana carne* 1222. Iacobus Philippus Bergomens. (quem & tu pro hac parte citas infra nu. 7. pag. 13. simul cum Petro de Natalibus [i], à nobis etiam viso in Conuentus de la Zubia prope Granatam Ordinis Seraphici Bibliotheca, eratque typis mandatus an. 1493.) in supplemento Chronicor., Impressionis Venetæ ann. 1486. lib. 12. ad ann. 1199. ibi: *Plenus dierum & operibus bonis extra Mantuam vrbem ibidem à concinibus suis sibi constructo monasterio, anno à Natiuitate Domini 1222. migrauit ad Dominum*. Arthmanus Schedel, [k] sic inquit. *Anno à Natiuitate Domini 1222. migrauit ad Dominum*; & his omnibus consentit Fr. Cherubinus Gerardacius 1. tomo Historiæ Bononiensis.

g In Chronico Augustiniano fol 19.

h In historia Origium omnium religionum impressa, Venetijs, apud Petrum de Iṡno, ann. 1569. lingua Itala, cap. 17. fol. 45.

i Lib 12. in Appendice cap. 6

k 6. Ætate mūdi, fol. 206. pag 2.

8 *Secunda præmissa.*

l Circa anno 1171.

m Sæculo 12. ann 1159.

n Editionis anni 1486. libr 9. fol. 175.

Secunda est. B. Ioannem Bonum vixisse 90. vel 92. annis. Addit Marquez eam esse traditionem generalem, & cōsensum authorum, & iuxta eam meminisse illius Genebrardum, [l] Iacobum Gualterium in tabula Chronographica, [m] & Philippum Bergomēs. in supplemēto Chronicorum [n] qui illum parum tempore inferiorē constituit, quàm S. Guillelmum, qui obijt ann. 1158. vel vt alij veriùs volunt anno 1156. vel 1157. sic enim habet: *Eiusque* (scilicet Guillelmi) *exemplo confestim* (vrge verbum, confestim.) *In Vmbria, & Flaminia Italiæ Prouincijs Ioannes Bonus Mantuanus surrexit.*

o Sæculo [illegible]

Iis addo-

Ijs addere posset Marquez F. Hieron. Romanum,[a] & Cherubinum Gerardacium,[b] & Pontacum Burdegalensem in sua Chronographia impressa Louanij anno 1570. apud Ioannem Foulerum Anglum.[c] Cæterum licèt Authores illum circa ea tempora constituant, nullum exprimit Magister, qui affirmet S. Ioannem Bonum vixisse annis 90. vel 92. vno excepto Pamphilo vbi supra, qui eum ad annum 98. tradit peruenisse. Id tamen etiam expressè asseruit Cherubinus Gerardacius vbi supra. Sanè circa tēpus Natiuitatis, & mortis B. Ioannis Boni, antequam ex processu Canonizationis Cōstantius Laudensis veritatem è tenebris eruisset, idem nostro Ioanni atq; Hieronymo videtur accidisse, de quo sic habet Marianus Victori[d] Reatinus: *Prosper, quē multi post secuti sūt vixisse eū annis vno, & nonaginta testatur, obijsseque anno Domini 422. & c. Paulus Diaco.[e], Sigebertus, Beda & vulgatum Ecclesiæ Martyrologium vixisse eum annis septem ampliùs, & vt sciat mendacium sibi nunquam constare, Natalem Hieronymi diem quidam in 15. alij in 22. vel 25. plurimi in 31. Constantini Magni annum ex vitæ longitudine reijciunt.*

> a Centuria 8. anno 1164.
> b 1. Tom. Historiæ Bononiensis.
> c Lib. 3. fol. 179.
> d Tomo 5. Surij die 30. Septembris.

9 Ex prædictis ergo duabus præmissis, quæ, dum non constabat de opposito, satis etiam apud doctos erāt probabiles, per euidentem cōsequentiam suspicatus est, & coniectauit cū athoribus, qui in illas cōspirarunt, virum sanctum fuisse natum anno 1130. vel 1132. discursum autem sic formauit, cap. 26. §. 3. pag. mihi 431. col. 1. *Es general tradicion y cōsentimiento de los Authores, que viuio 90. ò 92. años; y assi haze mēcion del Genebrardo, por el año de 1171. Iacob Gualterio, por el de 1159. y Philippo Bergomense le pone muy poco inferior, en tiempo de S. Guillelmo, que murio el de 1158. y auiendo muerto en el de 1222. es necessario, que aya nacido por el de 1130. ò por el de 1132.* Ecce cōiecturam & suspicionem. Nūquid parum fundata, nunquid sine teste? nunquid sine Authore? Nonne euidens est, & manifesta demonstratio mathematica ex suppositione, quòd vir sanctus obierit ann. 1222. & vixerit annos 90. vel 92? Ea autem principia testes, & anthores habent, nō vnum, sed plures, & purpuratos; nullusque apud Hispanos ferebatur Author in contrariū. Non ergo parum fundata, aut sinè Authore, vel teste; sed coniectura & suspicio, prudens, nihilominùs falsa, quia innixa super Authorum relationibus contrarijs veritati; vt dicere potuerit cum August.[e] *similiter & paulò post testimonium posui de libro Sapientiæ (cap. 8.) secundum codicem nostrum, in quo scriptum erat; sobrietatem enim sapientia docet, & iustitiam, & virtutem; & secundum hæc verba disserui rem quidem veram (facta scilicet suppositione de annis vitę, & mortis B. Ioannis Boni) sed occasione mendositatis inuentam.*

> Probauit per euidentē consequentiam, ex supra positis præmissis.
> e 1. Retract. cap. 7.

AD NVMERVM SECVNDVM.

Quo anno B. Io. Bonus natus, & mortuus fuerit, declaratur.

10 DIcis B. Ioannem Bonum obijsse ann. 1249. die 23. Octobris. Id quoque & nos asserimus. Sic enim habet Constantius:[f] *Et all'hora che mori, correua l'anno dell' Incarnatione del Figliuol d'Iddio mille ducento quaranta noue, sedente Innocentio IV.* & infra: *& fù alli ventitre d'Ottobre di Sabbato, ad hora di nona nel proprio Oratorio.* Id quòd præter Authores, quos citas, agnouit P. Hieronymus Romanus in M. S. quæ apud me habeo, & necdum videram vsquequo liber M. Marquez in lucem prodijt. Atq; adeò reijciendi omnes, quotquot asserūt illum obijsse anno 1222.

> Aduersarij assertio Recipitur.
> f Lib. 3. c. 15.

11 Sed addis Constantium lib. 3. c. 15. asserere mortuum fuisse Ioannem Bonum anno octuagesimo suæ ætatis quibusdam additis mensibus. Hæc tamen nō omninò sincerè referuntur. Verba Constantij, hæc sunt: *Rende l'alma al Creatore in età d'anni ottanta & più.* Hæc autem lōge diuersa sunt ab ijs, quæ refers; *neque verus testis est*, vt ait Hieron.[g] *qui non eodem sensu dicta intelligit quo dicuntur.* Verba à te allata non admittunt illum implesse annū octuagesimum primum: at verò verba Constantij id non negant, sed admittunt. Rectè enim de eo, qui vixit 82. annis, vixisse 90. annos, & ampliùs. Omnia autem alia, quæ Constantius refert, optimè cōsonant etiamsi dicamus illum è viuis excessisse anno 82. ætatis suę. Asserit quidem Constantius natum fuisse anno 1168. Sed demus natum fuisse v. g. die 23. mensis Ianuarij: quis hoc vetat? hoc autem dato, cùm obierit anno 1249. die 23. Octobris, mathematicè constat vixisse annis 81. & nouem mensibus. Vnde cùm neque probes, neque Constantius affirmet illum non vidisse lucem in principio. Anni 1168. & hoc admisso rectè cohęreāt omnia, quæ à grauissimis Authoribus traduntur; supponamus nos, vt possibile, & probabile est, B. Ioannem Bonū fuisse in

> Additio aduersarij reijcitur, quia nō fideliter verba Cōstantij refert, vt ex cōmuni modo loquendi conuincitur.
> g In capit. 26. Matthæi.

lucem

lucem editum initio anni 1163. v.g. die 23. Ianuarij, & vixisse 82. annos, licèt nondum impletos.

12 Voluntaria aduersarij suppositio non recipitur.

Neque fateor (id, quòd pro libito supponere videris) illum natum fuisse anno 1168. post diem 23. Octobris, dico te id videri supponere; quia si antea natus esset, jam non obijsset anno 80. ætatis quibusdam additis mensibus, vt mathematica demonstratio conuincit. A die enim 23. Octobris anni 1168. vsque ad diem 23. Octobris anni 1249. intercedunt 81. anni integri, & completi; atque adeò vt vixerit 80. annos, & aliquos menses, & non impleuerit annum 81. oportet, vt natus sit post diem 23. Octobris anni 1168. vel Octobri, vel Nouembri, aut Decembri. Id planè supponis, ita conicctas. Quæ ergo hæc coniectura? quæ suspicio? nunquid hæc benè fundata? nunquid habet Authores, aut testes? profer, vel vnum. Ostende fundamenta. Nunquid, quia dixit Constantius vixisse 80. annis & ampliùs? firmum sane fundamentũ, quòd præ sua inanitate nõ concidat, & eo destructo nõ ruat tota superinducti machina ædificij. Quis enim de homine, qui è viuis excesserit anno suę ætatis 82. non dicat, eum vixisse 80. annis & ampliùs? frequens est apud quoscunq; Authores hic modus loquendi.

AD NVMERVM TERTIVM.

Quot annos vixerit B. Io. Bonus in Eremo, explicatur.

13 Aduersarij relatio. Quod non integra referat aduersarius Cõstantij testimonia aperitur primo, & causa adducitur.

REfers deinde ex Constantio lib. 1. cap. 15. B. Ioannem Bonum 40. annos in sæculo consumpsisse; cæteros verò in Eremo traduxisse. Hic bona tua venia ex ore tuo te iudicabo, vel tuis te verbis arguam. *An quæ placent narramus*, (ita tu ais §. vltimo num. 29. pag. mihi 116.) *& quæ non fauent silemus*? Quare omisisti in qua Eremo Ioannes Bonus cœteros annos traduxerit, cùm tamen id expressis verbis Constantius narrauerit? *Vbi fortè aliter dicis testimonia* (dicam cum Augustino a) *quã sese habent, & ad rem, quæ inter nos agitur, non pertinet, non nimis curo; vbi autem impediunt, quòd tractamus, nisi veraciter proferantur, non te arbitror succensere debere si quemadmodum scriptum sit commemoro.* Habet ergo Constantius, hæc verba: *Rende l'alma al Creatore in età d'anni ottanta & più, quãranta cioe, spesi al feculo, & tutto il restante frà Romiti nella Religione Augustiniana. Cur ergo non ita,* (ait in simili casu August. b) *& in illa chartula scriptum est? non multum, vt opinor, atramenti, nec litterarum, nec moræ, nec ipsi chartulæ, si ita fieret, impenderetur. Sed quis non credat id fuisse procuratũ?* Cur hæc inquit August. c *cùm tu ipse commemorares exempla, vel non videre voluisti, vel quòd nescio quemadmodum exerses, visa notaque tacuisti? Itane verò, nec ipse cogitasti, nec eas qui scripta tua legerent, cogitaturos putasti?* Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, si non ausim suspicari, qua ex causa testimonium detruncaueris. Nimirum, obstabat valde ijs, quæ dicturus eras §. 3 num. 11. pag. mihi 38. nẽpe regulam P. Augustini acceptam in cõgregatione S. Ioannis Boni post ann. 1233; de quo ibi latiùs agemus.

a Libro cõtra literas Petiliani cap. 61.

b Libro de Gestis Pelagij c. 33.

c Lib. 2. contra literas Petiliani c. 9...

14 Aperitur secundo.

Fortè hinc etiam ortum, quòd ibidem hęc verba addideris; *Quòd & confirmat lib. 2. c. 35. vbi ait; 40. annos consumpsisse in Eremo Cęsenatẽsi in cõtinua pœnitentia;* verba Cõstantij, hæc sũt: *Vn frate Bonauẽtura Eremita Agostiniano raccõtaua, che caminãdo egli in cõpagnia di Giouanni Buono dall' Eremo di Cesena, doue era stato quaranta anni in continua penitenza, &c.* & tamen omittis aliud testimonium lib. 1. cap. 10. in quo sic ait. *S'infermò egli ancora di più, forte di malattie contratte, ò per gli disagi patiti nei deserti, oue austeramente trasse la vita da quaranta in cinquanta anni &c.* vbi constat in quo sensu dixerit vixisse in Eremo Cæsenatensi 40. annis, nempe paulò ampliùs inter 40. & 50. & hinc colliges non nimis singulare esse assertum Petri de Natalibus, d & Philippi Ferrarij, e asserentium degisse Ioannem Bonum 50. annis in Eremo. Ex quibus Ferrarius f, sic ait: *Quibus in locis annis 50. commoratus in patriam venit &c.* Hoc itaque assertum non nimis singulare: à vera enim relatione Constantij magis distat affirmans tantùm vixisse 40. quàm asserens vixisse 50. multò enim potiùs verificatur vixisse, *da quaranta in cinquanta anni*, si dicamus vixisse 50. hoc est circiter 50. quia ipsi non dicunt fuisse integros; quàm si dicamus tantùm fuisse 40. vt tu dicis. Addes Schedotius ait: g *Tandem cùm vir sanctus 50. annis in Flamminia commoratus fuisset,* Philippus Bergomens. sub ann. 1199. *Tandemque cùm vir sanctus annis 50. & ampliùs in Flamminia commoratus fuisset &c:* non ergo ea relatio Petri, & Philippi adeò singularis.

Assertũ Petri de Natalibus, & Philippi Ferrarij non esse nimis singulare ostenditur.

d Lib. 12. in Appendice capit 6

e In Catalogo Sãctorum Italiæ die 22. Octobris.

f pag. 661.

g 6 ætate fol. 206 pag 2.

(.?.)

AD

AD NVMERVM QVARTVM.

Quo anno B. Ioannes Bonus à sæculo sit conuersus, tractatur.

16 Illatio aduersarij.

EX his, quæ pro arbitrio retulisti ex Constantio, ais liquere conuersum fuisse Dei virum à sæculi vanitate, & ioculatoria, seu comica arte; quam per varias Italiæ vrbes exercebat, an. 1208. & in fine eiusdem, vel anno proximè sequenti post diuturnum languorem expiata conscientia Episcopo Mantuano, & iam extincta pia genitrice Bona, (à qua & à patre Ioanne Bonhomi nomēclaturā Ioannis Boni desumpsit.) Patriæ vale dixisse, & in Eremum Cæsenatem secessisse: idque subijcis manifestè deduci ex tertio tuo asserto. Quoniam si ad an. 1168. in quo natus est, adiungamus 40. inaniter elapsos in sæculo, sic etiam infra num. 6. pag. 11. ais, *Calenium annorum 40. malè exactorum in sæculo*) antequàm mundo vale diceret, vt testatur Constantius lib. 1. cap. 15. numerabimus anno 1209. (credo esse errorem impressoris, & apponendum 1208. vt cōgruat elogio Claustri Mantuani, quòd in confirmationem asserti allegatur; & vt consequentia bona sit; aliàs enim est inefficax; quia ab anno 1168. vsque ad 1208. sunt anni 40.) eius secessum in Eremum Cæsenatensem. Addis eum annum expresso calculo assignati ab Historia Mantuana, & ita vltra ducentos annos quondam legi in Claustro Mantuano Augustinianorum ædis S. Agnetis, vbi sub simulachro eius conuersionis scribebatur eius vitæ in meliùs cōmutatæ annus 1208. & eandem computationem seruatam fuisse in renouatione imaginū, seu simulachrorum eius conuersionis, mortis, & natiuitatis iuxtà tuam enumerationem an. 1623. & 1624.

16 Exacta præsentis puncti discussio in qua aduersarius in duobus deceptus proditur, & quare.

Magna pars præsentis controuersię ab hoc puncto dependet; & ideò oportet illud exactè discutere, & explicare. Et in primis non mirari non possum te in duobus apertè deceptum, vt dicere possim cum Iosepho. [a] *Hæc autem Deo volente contigisse opinor, quo minùs apud Hierobamum Iadonis verba fidem non inuenirent de mendacio suspecti.*

[a] Lib 8. cap. 3.

Primum.

Ea autem sunt. Primum, quòd refers Patrem Ioannis Boni appellatum fuisse Ioannem Bonhomi, & genitricem Bonam; & tamen Constantius è conuerso refert in hæc verba, lib. 1. cap. 1. *Nacque &c. di Giouanni, & Bona di Bonhomi, famiglia antica & nobile.* Secundum est. Constantium testari B. Ioannē Bonum 40. annos inaniter (notate verbum, signate mysteriū) cōsumpsisse in sæculo, antequam mundo vale diceret. Proderat quidem tibi, si diceret 40. annos inaniter elapsos in sæculo: quia tunc prima Ioannis secessio ad minùs debuisset incidere in principium anni 1207. & cùm in Eremo vixerit saltem per duos, vel tres annos antequàm Augustini regulā acceperit, fieret consequenter B. Franciscum, qui anno 1209. suum ordinem instituit, & biennio ante egit Eremitam, non potuisse ante sui ordinis institutionē, sub B. Ioanne Bono Augustinianam regulam profiteri. Ideò asseris annos inaniter & malè elapsos in sæculo; & sic peruertis, quæ negare non potes. Sic & olim fecere nonnulli, de quibus Beda [b], ait: *Vel negare hæc, vel quæ negare nequiuerant, sinistra interpretatione peruertere laborabant.*

Secundum.

[b] Lib. 4. capit. 48. in cap. 11. Lucæ.

At verò verbum illud. *Inaniter, seu malè*, additum est, & inaniter, & minùs fideliter. Constantius enim in toto suo opere nunquam dixit B. Ioannem consumpsisse inaniter, & in sæculo 40. annos; imò ex eius relatione constat euidenter, non totos 40. annos inaniter in sæculo cōsumptos; locus enim, quem in margine allegas ex lib. 1. cap. 15. sic habet: *Rende l'alma al Creatore in età di anni ottanta & più, quaranta cioè spesi al secolo* (vbi est verbum illud, *inaniter*, aut illud, *malè*?) *& tutto il restante frà Romiti, nella Religione Agostiniana.* Ex his verbis potiùs colligitur efficaciter annos cōsumptos in sæculo, non omnes inaniter consumptos: quia idem Author [c], eius pœnitentiam in Eremo Cęsenatensi per aliquod tempus antequàm Augustini regulam profiteretur, enarrauit. Pœnitentia ergo illa Eremi Cæsenatensis antè professionem regulæ Augustinianę contigit inter illos 40. annos elapsos in sæculo; aliàs non consumpsisset omnes alios inter Eremitas Religionis Augustinianæ, vt Constantius reliquit ex processu originali cōtestatum. Nō ergo omnes illi 40. anni inaniter elapsi. *An qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?*

17 Ostenditur nō fideliter referri testimonia

[c] Eodem lib. cap. 2.

Sed obijcies, quia dici non potest B. Ioannem Bonum sæculo, vel in sæculo consumpsisse tempus illud pœnitentiæ Eremi Cæsenatensis, antequàm se adstringeret regulæ Augustinianæ. Hoc autem dupliciter, & facilè eliditur. Primò, ad summum conuinceres Constantium minùs propriè loquutum, cùm annos transactos 18 Obiectio. Eliditur primò.

factos extra religionem approbatam, licèt in pœnitentia elapsos, dixit fuisse consumptos sœculo, vel in sœculo. Secundò, iure optimo Constantius tempus illud inclusit intra 40. annos consumptos in sæculo: quia non dicitur propriè & in rigore exire de sęculo, nisi qui profitetur religionem approbatam; & qui nondum exiuit de sœculo, adhuc consumit annos in sœculo, vel sœculo, licèt studiosè. Vnde B. Ioannes Bonus licèt aliquo tempore illorum 40. annorum sanctè vixerit, tamen agebat annos in sęculo; quia nōdum exierat de sœculo per ingressum religionis approbatæ. Quinimò & tu ipse [a] sic explicas illa verba S. Frācisci in testamento suo; *& postea parùm steti, & exiui de sæculo*, quæ intelligi vis de institutione ordinis Seraphici, licèt biēnio antè vitam sanctissimā egerit in habitu Eremitico. & [b] contēdis Iesuatos S. Hieronymi tempore Abbatis dicendos esse seculares, videlicet eo solùm quòd non viuerēt sub religione & regula approbata; de quo etiam eo in loco redibit sermo.

Secundò.

Exire de sęculo in rigore, est, profiteri religionem approbatam.

a §. 3. n. 5. pag. 28.

Confirmatur ad hominem.

b §. vlt. n. 27. pag. mihi 112

19 His prælibatis censeo primam Ioannis secessionem in Eremum contigisse ad minùs circa an. 1204. vel 1205. paulò magis aut minùs, arbitror verò eius conuersionem sub regula Augustini saltem in principio Anni 1207. fore constituendam. Probemus vtrumq; & primam partem duplici argumento confirmo, vt sit veritas hęc duabus, vt aiunt, anchoris fulta. Prima est, quoniam Constantius cap. 1. sic ait: *se n'andò in Romagna non molto lontano dalla città di Cesena, di quiui dentro d'vno Eremo se ascose in vna spelonche per poter piu agiatamente accostarsi à Dio; si come poi fece, stando in continui digiuni, vigilie, & orationi, &c. di modo tale, che in terra egli si viueua vita Angelica, & di già in quei contorni era per santissimo riputato*, & statim cap. 2. sic subdit. *Quando per tanto maggiormente accostarsi à Christo il sāto padre romito, & far maggior profitto nella religion Christiana, si ristrinse cō nuouo voto all'habito della cappa nera, cō la cintura di cuoio, di che già vestiua Agostin santo, intendēdo di passare à vita più seuera & più rigorosa.*

B. Ioā. Bonus in eremū secessit circa an. 1204. & regulā Augustini in princ. ann. 1207. suscepit.

Probatur prima pars.

Primò.

20 Ex his hoc conficio argumentum. Beatus Ioannes Bonus ante professionem regulæ Augustinianæ pœnitentiam egit in Eremo Cæsenatensi per tempus sufficiēs vt in populis circūuicinis potuerit sanctissimus reputari. Hoc autē videtur fuisse ad minùs per tempus duorū, vel trium annorū; sed D. Io. Bonus professus est regulam August. anno 40. vitæ suæ, qui currebat ab an. 1207. ad an. 1208. ergo prima eius secessio in Eremū Cæsenatēsem fuit duobus, vel tribus annis antè an. 1207. vel 1208. si standum nobis est fidissimo testimonio ex processu Canonizat. desumpto, ex quo totam hanc litem dirimi voluisti.

21 Secundum est; quia omnia, quæ Constantius enarrat de Beato Ioanne Bono ante secessum ad Eremum Cęsenatēsem, optimè quadrant, si dicamus eum confugisse ad solitudinem An. 1204. vel 1205. quare ergo vltrò differenda ea vitæ commutatio; cùm poti[us] clamet relatio ipsius Constantij in argumento primo adducta esse anticipandam? rem autem sic ostendo: quia vt refert Constantius lib. 1. c. 1. se dedit Ioānes Bonus arti comicę in ætatis iuuenilis principio; sic enim ait: *da quali fino all'età giouenile alleuato, & forse troppo caramente, come si vsa da chi solo vn figliuolo hà, come questo era, auuēne, che il padre passò all'altra vita; onde egli che ne della madre, ne de altrui temeua, abbandonatosi in preda al senso, si diede all'arte del Comico*; at ætas iuuenilis, quæ adolescētiam sequitur, incipit vel ab anno 25. vel 28. vel 29. aut 30. Iuuentus enim, vt ex Curiacio [c] refert, & docet Noster Leonardus Coqueus Magnæ Ducissę Hetruriæ confessor [d] incipit à 25. anno ad 45. vel vt tradit D. Isidorus [e] à 28. vel 29. vsq; ad 50. sic .n. habet. *Tertia scilicet ætas adolescentia ad gignendum adulta, quæ porrigitur vsq; ad 28. an. Quarta Iuuentus firmissima ætatum oīum finiēs in quinquagesimo an. vel vt* D. Aug. asseruit [f] ab an. 30. vel paulò ante; sic enim ait: *Circa 30. quippe annos definitiūt etiā huius sæculi doctissimi homines iuuentutē.*

Secunda probatio primæ partis.

Quando incipit iuuenilis ætas.

c In lib. sing. respon. Vlpij Marcelli ad l. 69. non aliter §. 1. D. de leg. 3.

d In cōment. ad lib. 22. de Ciu. Dei c. 15.

e lib. 11. Ethymolog. cap. 2.

f lib. 22. de Ciuit. cap. 15.

22 Incipit ergo Ioannes Bonus exercere artem Comicam in principio suæ ætatis iuuenilis, atq; adeò vel circa an. 25. 28. 29. vel 30. & demùs argumento incepisse illud munus An. 30. suæ ætatis.

23 Sed in exercitio artis Comicæ ad summum per 5. an. vrbes Italiæ peragrauit id colligo (præterquam quòd aliàs stare nō posset cum professione B. Ioannis sub regula Augustini facta Anno 40. suæ ætatis, quam eo anno emissam tradidit Cōstantius) etiam ex Constantio eodem cap. 1. sic enim ait. *Pue que dunque a Dio dopo che scorso hebbe Giouāni Buono vn pezzo per Italia, di essaudire i voti, & le preghiere della pietosa madre.* Nō ergo potuit ampliùs discurrere per Italiā quàm ad summū spatio quinq; annorum. illa enim verba, *vn pezzo*, longiorem moram non admittunt; vt enim

Quot annis B. Ioā. Bonus artem comicā professus fuerit.

Chri-

a in suo vocabular. linguæ Hetruscæ, & Castellan. impresso Venet. anno 1608 apud Matthæū Valentinum.

Christophorus de las Casas[a] tradit, idē significat, *pezzo*, quod apud Castellanos, *pedazo*. Hoc aūt verbū non extenditur ad longius tēpus; demus ergo per quinq; annos egisse comicū; tunc in se, & in domū maternā reuersus An. 35. suæ ætatis graui morbo à domino visitatur; voto facto restituitur ad pristinā sanitatē; sanus confitetur peccata sua Fr̃o Mantuano, ciusq; mater interim moritur, anno .s. sequēti, nempè 36. suæ ętatis; is aūt erat Christi an. 1203. ad annum 1204. constat ergo ex prædicta cōputatione iuxtà relationem Constantij facta optimè cohærere veritati, si dicam[9] B. Ioannem in Eremū Cæsenæ primo venisse An. 1204. vel ad summū Ann. 1205.

Quā moram admittat hæc vox ea *pezzo*.

24 Probatio secundæ partis.

Secundam partem sic suadeo. Nihil est quod conuincat oppositum; & eo statuto stat optimè, vt infra ostendemus, B. Franciscum sub Ioanne Bono regulam Augustini fuisse professum, vt tradidere pijssimi, doctissimi, & Antiquissimi Auctores; ergo dicendum est; ita fuisse; vel saltem probabile est, quòd ita fuerit, cùm nihil obstet eius probabilitati. Cùm hoc enim stat, quòd eius conuersio ad regulam Augustini facta fuerit Anno 40. suæ ætatis, vt asseruit Constantius lib. 1. cap. 15. vbi ait: 40. annos in sæculo consumpsisse (non quidē integros, sed inchoatos, iuxtà communem modū loquendi omnium nationū, iuxtà quem annus inceptus numeratur pro completo) cùm enim assignemus, vt probabile & possibile, tempus Natiuitatis eius fuisse v.g. diem 23. Ianuarij Anni 1168. currebat annus quadragesimus ætatis illius à mēse Ianuario anni 1207. ad Ianuarium An. 1208. atq; adeò si in principio Anni 1207. professus est Augustini regulā id fecit an. 40. suæ ætatis inchoato, atq; adeo an. 40. Eum autem communem loquendi modum conuinco duplici exemplo. Primum est in bullis Pontificijs & Historijs asseritur Pōtifices fecisse hoc vel illud Anno secundo, tertioue sui Pontificatus; & tamen sensus est, illud fecisse anno incepto, & inchoato. Secundum est, in Breuiario Romano dicitur B. Thomā obijsse quinquagenariū. Natus est autem vt cōiter fertur die 21. Decemb. Oportet ergo vt ann[9] inceptus numeretur inter illos 50. quia aliàs iam essent 50. an. impleti, & incepisset excurrere annus 51. & tunc potiùs diceretur quinquagenario maior.

Secundū communem modum loquēdi annus inceptus in annorū numero computatur.

25 Obiectio.

Sed obijcis imagines vetustas antè ducentos annos claustri Mantuani Augustinianorum Aedis, in quibus legebatur B. Ioan. Bonū vitam suā in melius commutasse An. 1208. Credo equidem ita contineri, & picturas esse adeò antiquas, vt asseris; tamen ille, qui scripsit, vel scribi iussit, iustā erroris causam habuit; quia cùm legeret illum anno 1168. natum, & vouisse vitam religiosam sub Augustini nomine, vel regula, an. 40. suæ ætatis, apposuit id factum, sed errans An. 1208. quando implebatur Annus 40. ætatis; quasi dici non posset factum Anno 40. ētsi fieret An. 1207. p̃cipuè si natus fuisset An. 1168. in principio, vt possibile & probabile est.

Solutur.

Obijcis Secundò. Quia etiam ipse Marquez[b] asserit B. Ioānem Bonum primò exisse in desertum Cæsenæ, cùm ageret annos inter 40. & 50. & posteà sine regula vixisse 18. vel 20. annis vsq; ad Innocentij Tertij tempora, sub cuius pontificatus initio Augustinianam regulam professus est; quam ēt Magistri computationem sequutus eius transcriptor, nec satis legitimus, vt ex plurib[9] infra cōstabit, Nicolaus Crusenius in suo Monast. August.

26 Obiectio 2.

b cap. 26 §. 3. pag. 43.

Sed hæc obiectio suo pondere ruit, vel potiùs sua inanitate euanescit. Discursus .n. Magistri innititur falso fundamēto Natiuitatis & mortis sācti viri; neq; ille vidit vitam editam à Constantio ex processu Canonizationis; ex qua constat an. 40. ætatis suæ professum fuisse regulam Augustinianam; atq; adeò mirum non est, si in eo discursu errauerit præ falsitate fundamenti, cui innitebatur. Cùm autem nobis sit firmior relatio Constantij, ex ea debemus omnes viri sancti actiones, & illarū tēpora cōputare. Hæc aūt nō admittit discursum, & cōiecturā M. Marq. sed supponit, & requirit nr̃am calculationem ex parte tanq̃ possibilem, & ex alia parte tanquā necessariā cū narratione Constantij, & cū attestatione grauiū Authorū, nullo in oppositū reclamāte fundamēto, quod cōuincat eius impossibilitatē, aut improbabilitatē. Neq; credā Io. Bonū 18. vel 20. annis sinè Augustini regula Eremū incoluisse cū alijs Eremitis. Etenim ostēderet se non indigere regula Augustiniana; quā ex indigētia assumpsit: vt in regularib[9] obseruantijs ipse ēt cū suis Eremitis instrueretur; *Ex tunc enim*, vt ait Innoc. IV. in Bulla, q̃ habet Marq.[c] *cœperunt in regularib[9] obseruātijs instrui, & regulariter se habere*; eò aūt ipso q̄ sine reg. Augustiniana tanto tēpore duraret, ostēsurū se Aug. reg. non egere confirmat insignis obseruatio D. Thomæ[d] super illud, *deinde post annos 14. ascēdi*

27 Euanescit.

c cap. 13. §. 17 pag. 245.

d lect. 1. in ca. 2. ad Galatas fol. 150. pag. 2.

Hie-

Hierosolymam dicit autem signanter 14. vt ostendat, quòd non indigebat Apostolorum instructione, si 14. annis fuit sine eis.

28 Dicta confirmantur.

Dictis adde. Tu ex temporum Chronologia ex Constantio accepta conuinci contendis improbabilem esse Magistri opinionem, ego defendo esse probabilem, tibi incumbit efficaciter ostēdere eius improbabilitatē; mihi satis esset probabiliter respondere; atq; adeò in fauorē meū admittenda omnia, quæ possibilia & probabilia sunt. Cùm ergo probabile, & possibile sit B. Ioannē Bonum natum 1168. v.g. mense Ianuario, & in Eremū Cæsenatensem primò exijsse an. 1204. vel 1205. & vouisse regulā Augustinianā in principio anni 1207. v. g. mense Februario, aut Martio; & B. Francisci primā conuersionē incidisse in an. 1207. v.g. mense Iulio, aut Augusto, vt statim ostendimus ad numerum sequentem, vnde conuincitur ex temporum Chronologia improbabile esse Magistri placitū asserētis sententiam de Monachatu Augustiniano S. Francisci esse probabilē? sanè facilè nobis persuademus ea, quæ nimis optamus?

AD NVMERVM V.

Ex anno conuersionis B. Io. Boni nō conuincitur B. Franciscum non fuisse eius discipulum.

29 Illatio aduersarij.

EX anno, quem assignasti primo secessui in Eremum B. Ioānis Boni, & professioni regulæ Augustinianæ; causam te putas euicisse. Quoniam Franciscus non potuit esse discipulus hominis conuersi an. 1208. vel 1209. iā enim ipse ante factus erat aliorum præceptor; id autem sic ostendis:

Probatur.

prima conuersio S. Francisci incidit in annum 1206. secunda verò an. 1208. in quo suum ordinem instituit. Thomas enim Zelanus Francisci discipulus, & socius, Bonauentura, Marianus, & Antoninus Florentini expresse habent. S. virum Franciscum obijsse an. 1226. qui fuit vigesimus à prima eius conuersione, & à secūda, quando incepit ordinem Minorum, decimus octauus. Quæ stare non possunt, nisi dicamus primam conuersionē fuisse an. 1206. à quo vsq; ad 1226. excurrūt viginti anni, & secūdam contigisse. An. 1208. inter quē & 1226. intercedunt anni decem, & octo.

30 Quando ergo esse potuit B. Ioannes Bonus instructor S. Francisci, in illo biennio ante sui ordinis institutionē? non an. 1209. quia eo anno iā Frācíscus habebat sui instituti sectatores, quos erudiret? nō an. 1208. in quē etiam potuit incidere inchoatio annorū, quos B. Ioannes Bonus egit in Eremo Cæsenatensi; primò, quia eo etiā anno planè instructus erat Frācíscus in via Domini, & per eā iā cœpit instituere nouum ordinē Minorum. Secundò, quia B. Ioannes Bonus non statim, vt peruenit ad Eremū Cæsenatensem, cœpit coruscare miraculis, neque ipso sui secessus anno vndique peruolauit fama eius, vt ab Assisio Cæsenam sequæsitū, & visum attraheret Franciscum. Tertiò, quia Iordanus de Saxonia, a scribit B. Ioannē Bonum primò apud Budriolum Cęsenatēsis diœcesis domunculam quandam de consensu diœcesani construxisse, & ibidē vitam Eremiticā in arctissima pœnitentia duxisse, antequàm fama cōuersationis eius per loca vicina crebresceret, quod & Marquez probat, b & habetur in Bulla, c Innocentij IV. quam Marquez transcripsit; d non ergo potuit ante annum saltem 1209. rationabiliter ei tradi Franciscus in discipulum; & multò minùs dici apud eum tyrociniū explesse, aut professionem emisisse, eo enim anno, vel ipso Marquez authore, e tunc erat aliorū præceptor, & instituebat ordinem Minorum. Ergo sententia de Monachatu Augustiniano S. Francisci non solùm vera non est; sed neque probabilis, cùm neque fuerit, neque esse potuerit, supposito certo hoc annorū calculo, B. Ioannis Boni discipulus, vt Patres hucusque Augustiniani asserebant.

a Lib. 1. cap. 8.
b Cap. 26 §. 2.
c Admonenat.
d Cap. 13 § 17 & cap. 22. § 3.
e Cap. 26. § 2.

31 Supponitur primo, & probatur pro controuersiæ resolutione multiplicē esse sententiam de tēpore conuersionis B. Francisci.

Pro clariori huius controuersiæ resolutiones suppono primò multiplicē esse sententiā de tempore primæ conuersionis S. Francisci. Prima, quā mordicus sequeris, defendit B. Franciscū primò fuisse cōuersum an. 1206. huic parti subscribit B. Antoninus (sibi ipsi, vt videbimus, parum constans f) ibi. *Nam primò per duos annos honestum habitum & Eremiticū gerens portando baculum in manibus, accinctus corrigia, calceatis incedens pedibus per Ciuitatē Assisij mendicādo; nunc latebat in Eremis, nūc Ecclesiarū reparationibus insistebat deuotus; incepit autē vitā istam anno Domini 1206. Pontificatus Innocentij III. anno 14.* In qua cōputatione annorum Christi cū annis Innocentij imbibit errorem, quem statim notabimus in Martino Polono. Secūda adstruit id cōtigisse anno 1207. At tertia, cui videtur fauisse Marquez, g admittit hoc necessario accidisse anno 1207. vel 1208.

Prima sententia

f 1 p. hist. tit. 24. cap. 7. in principio, fol. 137. pag. 1.

Secūda & tertia sententia.

g Cap 26. § 2. pag 418.

32 Supponitur secūdo, & probatur multiplicem esse sententiam de tempore secundæ conuersionis.

Suppono secundo multiplicem esse sententiam de tempore secundæ cōuersionis B. Francisci, & institutionis ordinis Seraphici. Prima docet B. Franciscum incepisse ordinē suum an. 1199. & ab Honor. III.

Prima sententia.

cōfirmatū anno 1223. Ita Frāciscus Lōgi à Coriolano Capuccin.[a] Asserit secūda Illustris religionē Franciscanam à B. Francisco primitus institutā an. 1206. ita Henricus Sterō in Annalibus, & Martinus Polonus,[b] (quos duos ab omnibus in hac parte deuiasse Authoribus scripsit Marquez,[c] sed minus benè; id enim censerunt alii, quos statim subijciemus) cuius verba ibidē hæc sunt. *Ordinem verò Fratrum Minorum incepit S. Franciscus prope Ciuitatē Assisiatam apud S. Mariam de Portiuncula ann. Domini 1206. Pontificatus eiusdem Domini Innocentij an. 14. qui fuit annus conuersionis ipsius, à quo postea an. 24. defunctus est. Is Franciscus ante suā cōuersionem vocabatur Ioannes.* Et sub Gregorio IX.[d] sic ait. *Anima eius à carne resoluitur ann. Domini 1230* & sub Honorio III.[e] *Hic Papa an. Domini 1216. ordinem Fratrum Minorum confirmauit*; Tot simul errores in vnum congessit Martinus, quem vidi; Henricū autem non legi. In computatione verò annorū Christi cum annis Innocentij, idē est apud Martinum error, atq; apud Antoninū loco paulò superiùs citato. Vitiū adeò clarum potiùs credam esse scriptoris quā Authoris. Innocentius enim III. electus fuit 6. Idus Ianuarij an. 1198 atq; adeò an. 1206. tantùm currebat annus 9. Pontificatus Innocētij, vt benè supputauit Emanuel Rodriguez statim citandus.

a In Breuiario Chronologico impresso Lugduni anno 1623. pag. 346. & 348. anno 1199. Secunda sententia.

b Sub Innoc. III. pag. 397.

c Cap. 22. § 5. pag. 319.

d Pag. 403.

e Pag. 400.

33 In eadem sententia sunt ex familia Seraphica Illustriss. D. D. Fr. Franciscus Gonzaga, Franciscanæ religionis generalis, & Archiepiscopus Mantuanus 1. p. Chronicorum, pag. 65. ibi. *Beatissimus P. Franciscus, qui sub Innocentio III. ordinē an. 1206. instituit &c.* & 2. parte in Prouincia Bononiæ Monasterio. 2. monialiū S. Guillelmi Ferrariæ, sic ait: *Circa an. 31. à Minoritici ordinis exordio, nempe 1237. à Christi Natiuitate,* (credit ergo exordiū sui ordinis fuisse an. 1206. sicut & in 1. p. asseruerat) *Sorores quædā clarissæ, &c. domum quandam D. Guillelmo dicatam, atq; muris Ferrariensis Ciuitatis cinctam ex eleemosynis sibi oblatis à Patribus Augustinianis ordinis Eremitarum emerunt, ea tamen lege statuta, vt conuentus erigendus antiquum titulum retineret.* P. Emanuel Rodriguez,[f] loquens de Innocētio III. sic habet; *Sub quo an. 1206. Pontificatus eiusdem anno 9. ille Patriarcha pauperū, gloriosus & Seraphicus P. N. Franciscus regulā suæ sacræ religionis ordinauit Spiritu Sancto dictante, & ipsius approbationem à dicto Pontifice obtinuit, forsè viuæ vocis oraculo,* & tandem Matthias Palmerius,[g] sic ait. *Franciscus ordinis Minorum princeps, terrena despiciens sequutus est Christum.*

f In Compendio Priuilegiorum Regularium, pag. 33. vol. 1.

g In Chronico sub anno 1206.

34 Tertia sententia censet, initia ordinis Seraphici constituenda esse an. 1207. ita Syluester Maurolicus, Abbas Roccæ Amatoris ordinis Cistercīensis in Siciliæ,[h] Iacobus Gordonus Iesuita,[i] qui sub an. 1207. sic ait: *Quo ferè etiam anno S. Franciscus initium aliquod dedit sanctissimo Franciscanorum instituto; et Marthæo Gosulano,* & tandem Hadrianus Baarlandus,[k] sic ait: *Anno 1207. Franciscanorum origo, instituta est Minoritarum religio. Totum terrarum orbem vna hæc familia impleuit.*

Tertia sententia.

h Io. Mari Oceano opusculis religionum impresso Messanæ an. 1613 pag. 330

i Tom 2. operis Chronologici, impresso Coloniæ anno 1614.

k Lib. 3. Historiarum Ducum Brabantiæ ann. 1532 editarum.

35 Quarta sententia, quam tu amplecteris, tenet Seraphici ordinis fundationem accidisse anno 1208. Quinta verò admittit hoc euenisse anno 1209. vel 1210. à quo dicendi modo non videtur dissensisse Marquez.[l] Determinat autem Seraphicæ institutioni annum 1210. Nicolaus Boerius, qui floruit circa annum 1332. in tractatu de statu, & vita Eremitarum, qui habetur tomo 13. tractatuū Iuris. p. 2. fol. 432. pag. 2. ibi: *S. Franciscus incœpit ordinem suum anno 1210 sub Innocentio.* Et Chronicum Authoris Anonymi, quod habetur ad finem historiæ Comitum Tolosæ, editæ in lucem anno 1624. & deducitur vsque ad annum 1289. sic ait. *Anno Domini 1210. cœpit ordo Fratrum Minorum.* Vltima sententia adstruit initium familiæ Minorum assignandum esse ab anno 1209. ita tenet Onuphrius Panicinius sub anno 1209.

Quarta sententia.

Quinta sententia

l Cap. 16 § 2. pag. 428.

Sexta sententia.

36 In tanta opinionum varietate, ego arbitror primam B. Francisci conuersionem anno 1207. v. g. mense Iulio, aut Augusto; secundam verò, & ordinis Minoritici institutionē in principio an. 1209. cōtigisse; & sanè ordinis Seraphici fundationem eo anno accidisse, tu ipse admittis, nec reprobas.[m] His autem terminis sic statutis, verū vero consonat; & omnia, quæ tam de B. Ioanne Bono, quā de S. Frācisco ab Authoribus illius tēporis affirmātur, possunt verificari, vt ex argumētorū solutione cōstabit.

Primam B. Francisci conuersionem accidisse anno 1207. secundā anno 1209. in principio probandum proponitur.

m § 3. num. vltimo pag. 38.

37 Primā huius asserti partē, quæ plurium Authorū testimonio fulcitur, clarè probabimus ex secūda, cū enim prima S. Frācisci cōuersio acciderit biennio ante institutionē ordinis Frāciscani, vt ex scriptoribus etiā ipsi S. Frācisco coætaneis expressè, patet, fit cōsequēs, quòd si ordinis institutio incidit in an. 1209. saltē in principio; prima cōuersio cōtigerit an. 1207. v. g. mense Iulio, aut Augusto; à quo tēpore vsq; ad anni 1209. principium intercedit biennium, non quidem integrum, & completum; sed inceptum & inchoatum. Rectè autem dicitur

Probatur prima pars, ex secunda.

gitur res facta biennio ante; quando facta est ante duos annos inchoatos: qua ratione dicere possimus mortem Philippi III. qui obijt mense Martio an. 1621. contigisse triennio ante electionem Vrbani VIII. qui electus est die 6. Augusti anno 1623. cùm tamē tantùm intercesserint duo anni, quatuor menses, & dies aliquot.

38

Probatur secunda pars primo authoritate D. Antonini.

a 3 p tit 19. c. 1 §. 4 fol. 32. pag. 1 in impressione Basiliensi per Nicolaum Kesler ann. 1491. die 10. Februarij.

b Tit 24. fol. 237. pag. 1.

Probemus ergo S. Franciscū instituisse suum ordinem ann. 1209. quæ est secunda pars nostri asserti, & primò B. Antoninus, licet,[a] sic habet: *Sub hoc ergo Innocentio III. anno Domini 1210. cœperunt ordines Mendicantium; Prædicatorum scilicet, quorum pater fuit B. Dominicus; & Minorum, quorum pater fuit B. Franciscus, de quibus infra*; Et quamuis,[b] dixerit cū per duos annos portasse habitum Eremiticum, eamq; vitam incepisse anno 1206. ex quo videtur fundatio ordinis Minorū reijcienda in annum 1208. Nihilominùs statim subdidit hæc verba. *Anno verò Domini 1209. dum missam in Ecclesia S. Mariæ de Portiuncula deuotus audiret, & legeretur Euangeliū id, quo Christus dixit Apostolis.* Nolite portare aurum, aut argentum, neque sacculum, neq; peram, neq; calceamenta &c. *Illico calceamenta deposuit, peram & pecuniam abdicauit, relictisq; baculo, & corrigia vna contentus tunica pro cingulo funem sumpsit; & sic ad seruandā vitam Euangelicam se totis viribus recollegit, quo tempore secundum opinionem veriorem in lapide isto fundamentali ordo Fratrū Minorum initium & fundamentum accepit*; & ibidem,[c] loquens de anno 1209. sic ait: *Frater Ægidius fuit tertius discipulus, seu habitu indutus à B. Francisco post duos annos à primordio conuersionis* (ergo hæc fuerat an. 1207.) *ipsius B. Francisci; audiens enim hic Ægidius Bernardum, & Petrum Assisinates mundo contempto habitum Euangelicæ perfectionis sub B. Francisco suscepisse, imitatus est eos.*

c §. 11. fol. 241 pag 2.

39

Probatur secundo authoritate aliorum authorum.

Secūdò Illustriss. D. Francis. Gōzaga, quāuis loco cit. supra asseruisset ordinē Seraphicū fuisse institutū, & initium sumpsisse ann. 1206. tamē 1. p. pag. 1. sic inquit. *Cunctis tanti viri conuersionē, viuendiq; modū summè admirantibus, sīj aliquot viri, quibus sana mens fuit, anno à virgineo partu 1209. Pontificatus verò Innocētij III. Summi Pontificis 10.* (debet dicere 12. quia fuit electus 6. Idus Ianuatij ann. 1198.) *Sibi adhærere cœperunt; quorū auspicijs Seraphicus Minorum ordo initiū sumpsit.* Pater Fr. Franciscus Diago Dominicanus,[d] referens D. Bonauent. assignare aduentū S. Francisci in Hispaniam ann. 6. cōuersionis ipsius, sic subdit. *Et hic fuit sinè dubio annus 1214. supposito quòd eius cōuersio* (nempe secunda) *fuit anno 1209. &c.* Gualtherus,[e] ait sub anno 1209. *Ordo S. Francisci institutus.* Onuphrius an. 1209. F. Frācescus Ortiz Lucius Diffinitor Prouinciæ Castellæ ordinis S. Frācisci,[f] Ciaconius etiam Dominicanus,[g] inquit. *Ordo Minorū inchoatur à B. Francisco an. 1209.* Atq; adeò tā iuxtà Antoninū, quàm iuxtà Gōzagā, & alios prima conuersio S. Francisci debuit incidere in annum 1207. v.g. mense Iulio, aut Augusto, vt probabile est.

d Lib 3. Comitum Barcinonensium, cap. 8 fol. 181.

e In Chronologia sæculo 13. ann. 1209.

f In suo Flore Sanctorum in vita S. Francisci, fol. 3. 8 pagina 3.

g In vita Innocentij III. pag. 526.

40

Deducitur ex dictis B. Franciscum potuisse profiteri regulā Augustini sub B. Ioāne Bono.

Ex his constat absq; vlla contradictione, aut repugnantia B. Franciscum potuisse profiteri Regulam Augustini sub B. Ioāne Bono. Ostendimus enim B. Ioannē Bonū post duos, vel tres annos pœnitentię exactos sinè regula approbata in Eremo Cæsenatensi, demū in principio an. 1207. vouisse regulā Augustinianā; docuimus etiam B. Francisci primam conuersionē incidisse in an. 1207. mense Iulio, aut Augusto. Quòd ergo inconueniēs erit, quæ impossibilitas ex tēporū Chronologia, vt dici nequeat B. Franciscū sub Magisterio B. Ioannis Boni fuisse professum regulā S. Augustini? Sed obstabant argumēta nobis opposita? At illa nō adeò vrgent quin facillimè solui possint. Dicendū est enim Franciscū primo fuisse cōuersum an. 1207. mēse Iulio, aut Augusto, & tunc fuisse discipulum B. Ioannis Boni, qui in Eremum secesserat an. 1204. vel 1205. & vouerat regulam Augustinianā in principio eiusdem an. 1207. postcà verò an. 1209. B. Franciscus ordinē suum instituit. Ex quibus, vel verissimis, vel saltem probabilissimis, tota moles opposita facilè ruit; fitque euidens ex tēporum chronologia non tolli, imò potiùs confirmari sententiam M. Marquez de probabilitate Monachatus Augustin. S. Francisci.

41

Non obstare positæ determinationi testimonia Thomæ Zelani, Bonauentur., Mariani, & Antonini probatur.

Neq; cōtra hoc est testimoniū, Thomæ Zelani; Bonauent. Mariani, & Antonini Florentinorū; illud enim nobis quoq; verissimū: dupliciter enim adhuc in nostra sententia verificatur S Franciscū obijsse an. 20. à sua prima cōuersione, & 18. à secunda cōuersione, quando instituit religionem Seraphicam. Pro cuius intelligentia suppono primo enumerationem annorū aliquādo fieri per annos emergētes, & aliquādo per vsuales; annus emergēs est, qui excurrit ab ea die, in qua res accidit vsq; ad eādē diē anni sequentis; vt v. g. electus est S. D. N. Vrbanus VIII. die 6. Augusti anno 1623. primus annus emergens Pontificatus illius cucurrit vsque ad diem 6. Augusti anni 1624. vsualis verò annus est, qui dura à

Verificatur in sententiā Authoris S. Franciscum obijsse ann. 20. à sua prima conuersione, & 18. à secunda

Pro intelligētia supponitur primo, & probatur suppositionē respectu annorū fieri aliquādo per annos emergentes, aliquando per vsuales, & quæ vtraque sit.

rat à Ianuario in Ianuarium; & sic primus annus vsualis Vrbani VIII. tantum durauit ad finem Decembris anni 1623.

42 Ex hac distinctione anni emergentis & vsualis, Ambrosius Morales, a conciliat plura antiquiorum testimonia, quæ secum pugnare videbantur. Hac etiam ratione doctissimus Hugo Cardinalis, b sic ait: *Eodem quartodecimo anno, quo Paulus venit Hierusalem, Petrus iuit Romam quarto anno Claudij, qui & ipse erat quartusdecimus à Conuersione Pauli, & Passione Christi; quòd verum est de anno emergenti, computando scilicet à Passione Christi; de anno autem vsuali, qui incipit à Ianuario, non est verum; quia in Ianuario sequentis anni conuersus; ideò dixit, Magister in Historijs ipsum cõuersum secundo anno à Passione, anno inquam vsuali, non emergenti.*

a In Chronicis Hispaniæ, tomo 2.

b In cap. 15. Actuum Apostolorum fol. 270. pag. 2.

43 Ex hac doctrina responderi potest primo B. Franciscum mortuum fuisse anno 20. à sua prima conuersione non emergenti, sed vsuali; sic enim annus 1207. vsque ad finem Decembris est primus annus vsualis, & annus 1208. est secundus, & sic de reliquis, vsque ad annum 1226. qui in hac computatione est vigesimus à prima conuersione, & decimusoctauus à secunda, quæ accidit in principio anni 1209. & ideò annus ille vsualis non attribuitur etiam primæ conuersioni; sed tantùm secundæ; quando enim pauci sunt dies, qui vel supersunt, vel desunt, annus vsualis sæpissime non tribuitur vtrique, sed vni soli, vt obseruauit Morales vbi supra.

Ex supposito ne respondetur obiectio primo.

44 Secundò suppono in cõputatione plurium annorum, vltimum eorum frequentissimè accipi Inceptum pro completo; hic est vsitatus modus loquendi omnium hominum: hęc est communis obseruatio omnium Authorum; neq; aliter explicarentur plura loca Sacræ Scripturæ. Hac ratione dicimus Pontificem fecisse hoc, vel illud anno 2. aut 3. sui Pontificatus, nempe incepto & currenti. Hac ratione in Martyrologio die 25. Decembris dicitur Christum natum esse anno à Creatione Mundi 5199. ab egressu populi Israel de Ægypto anni 1510. ab vnctione Dauid in Regem 1032. & denique anno Imperij Octauiani Augusti 42. quæ omnia intelliguntur de ijs annis inceptis & currẽtibus.

Supponitur secũdo, & probatur, quod in cõputatione annorum vltimus accipitur frequentissimè inceptus pro completo.

45 Ex hac etiam doctrina respõdeo secundò, & fortasse clariùs ad obiectionẽ, nempe asserendo B. Franciscum mortuum esse anno 20. incepto & currente à prima sua conuersione; & 18. incepto & currente à secunda conuersione, & institutione sui ordinis. Hoc autem verissimum est in nostra computatione; à mẽse enim Iulio, vel Augusto anni 1207. in quo dicimus eũ fuisse primo conuersum, vsq; ad diem 4. Octobris anni 1226. in quo obiit, excurrunt anni 19. & duo, vel tres mẽses, paulò magis, aut minùs; atq; adeò obijt ann. 20. incepto, & currente; & deinde à mense Ianuario, vel Februario anni 1209. in quo credimus B. Franciscum instituisse suum ordinem, vsque ad diem 4. Octobris anni 1226. excurrunt anni 17. & nouem, vel octo menses, paulò magis, aut minùs; atque adeò obijt anno 18. incepto & currẽte à sua conuersione. Ex his igitur testimonijs nihil firmum infertur cõtra probabilitatem nostræ sententiæ.

In secunda suppositione respondetur secũdo obiectionibus.

46 Adde, vel ij Authores interpretãdi sunt; vt asserant D. Franciscum obijsse eodem die, quo implebatur annus vigesimus à prima conuersione, & 18. à secunda; vel non: Primũ videtur incredibile, nempe D. Frãciscũ die 4. Octobris primo conuersum, & instituisse suum ordinem, & obijsse; neque id affirmari credibiliter potest: nisi aliũde ostendatur. Dicendum ergo est secũdùm; & tunc sic procedo. Ergo vel obijt anno 20. iam impleto, & currente 21. vel rãtùm incepto & currente; primum est contra cõmuniorem loquendi modum, & nullũ est speciale fundamẽtum ad asserendum eo modo potiùs quàm alio annos esse enumerandos; ergo dicendum est secundo modo numerari annum vigesimũ, & decimũ octauum, nẽpe inceptũ & currentẽ, quòd est conformiùs communi modo loquendi; vel saltem id poterit probabiliter dici, cùm nihil conuincat alio modo annos debere computari?

Confirmatur data responsio.

47 Ex his præcipua obiectio, quæ in oppositũ militabat, dupliciter euanescit. Sed adhuc placet singilatim ijs respondere, quibus suadebatur B. Ioannẽ Bonum non potuisse esse instructorem B. Francisci anno 1208. nos enim asserimus fuisse illius instructorẽ anno 1207. & 1208. vsq; ad principium anni 1209. in quo suum ordinem instituit. Vnde ad primam probationem in contrarium respõdeo ex dictis, B. Franciscum anno 1208. nondum plenè fuisse instructũ in via domini, ita vt cœperit instituere nouum ordinẽ; hoc enim præstitit in principio anni 1209. Ad secũdam probationem respondeo, ita est. Tamen B. Ioannes Bonus secessit in Eremum Cæsenæ anno 1204. vel 1205. & toto illo tempore

Responsio ad obiecta singillatim.

pore

pore vsq; ad principium anni 1207. adeò sanctè vixit, vt mundum in sui admirationem rapere, & Franciscum se quesitum, & visum attrahere ab Assisio vsque Cæsenam potuerit; & ex hoc ruit etiam tertia probatio; admittimus enim B. Ioannem Bonum aliquo, sed paruo tempore vitam Eremiticam in arctissima pœnitentia duxisse, antequam fama conuersationis eius per loca vicina crebresceret. Tamen ab anno 1204. vel 1205. in quo secessit in Eremum vsque ad principium anni 1207. & potuit agere pœnitentiam, & fama conuersationis eius per vicina loca crebrescere; ita vt odore sanctitatis eius allecti, plurimi ad eum confluerent, vt præteritum vitæ genus in melius commutarent; & vnus ex illis esse potuit B. Franciscus. Quis enim neget spatio duorum annorum non potuisse Assisio vsque Cæsenam peruenire notitiam sanctissimi hominis miram in Eremo agentis pœnitentiam?

48 Instantia. Sed instabis, quia verba Iordani, & Innocentij ampliùs requirunt quàm spatiū duorum, vel trium annorum. Verba Iordani de Saxonia lib. 1. Vitas Fratrum, cap. 8. hæc sunt. *Erat quidam frater magna sanctitatis, re & nomine Ioannes Bonus, qui primò apud Budriolum Cæsenatensis diœcesis domunculam quandam de consensu diœcesani construxit, & ibi vitam Eremiticam in arctissima pœnitentia duxit. Cùmque fama conuersationis eius per loca vicina crebresceret, plurimi ad eum conuersi sunt, inter quos fuit B. Franciscus, qui ordinis postea Fratrum Minorum fundator fuit; qui in honorem S. Mariæ Virginis Ecclesiam construxerunt ibidem, in qua simul cum dicto patre virtutum domino sedulè seruierunt. Crescente autem merito, & numero istorum conuersorum religio illa per eos in diuersis partibus, in quibus mansiones construxerunt; construxerunt*, legit Iordanus; at verò Marquez, [a] Vuadingus, [b] Laurentius de Empoli, [c] legunt, *Construxerant extitit propagata. Vocabantur autem isti homines Fratres Eremitæ Fratris Ioannis Boni, cùm ipse fuerit primus institutor eorum, & quasi Prior generalis ordinem illum paterna solicitudine gubernaret. Cùm autem ijdem religiosi aliquam de approbatis regulam non haberent, ordini Eremitarum S. Augustini de mandato Sedis Apostolicæ sunt vniti, sicut infra meliùs continetur.* Hæc verba, *sicut infra meliùs continetur*, ab aliquo per errorem videntur addita in margine, & per maiorem ex margine, irrepserunt, in textum. Vnio enim; quæ infra nempe, c. 14. eiusdē libri Iordani continetur, facta fuit ab Alexandro IV. anno 1256. quando iam currebat annus septimus à morte sancti viri.) *Sicque vir iste sanctus qui priùs sine regula religiosè vixerat, postmodum sub regula S. Augustini militās per amplius in deuotione sedula virtutū domino seruiebat.*

[a] In Bull. Innocentij, cap. 13 §. 17. pag. 245.
[b] §. 3. num. 11 pag. 36.
[c] In Bullario Augustiniano pag. 178.

Verba vt infra meliùs continetur ab aliquo addita notatur, & quomodo.

49 Verba vero Bullæ Innoc. IV. (quæ extat apud Marquez, [d] apud Empoli in Bullario Augustiniano pag. 176. constitutione 14. Innocentij IV. & nos infra illam transcribemus totam in responsione ad §. 4. habeturq; originaliter in Archiuo nostro Romano, nu. 14.) hæc sunt: *Sanè ad audientiam Domini Papæ peruenit, quòd bona memoria Fr. Ioannes Bonus - - - - - - - - - - - - - Non potuit legi*, sic ait Marquez ad marginem; at in Bullario Augustiniano R. P. M. Empoli maior extat Lacuna, desunt enim etiam illa verba. *Fr. Ioannes Bonus in ordine vestro primū apud Budriolum Cæsenatensis diœcesis de concessione diœcesani loci eiusdem domum incepit; & dum fama conuersationis eius per loca vicina crebresceret, & plurimi cōuerterentur ad eum*, (non ait, *ad Deum*, sed, *ad eum*. Hoc modo loquitur Bernardus Epist. 251. ad Abbatem Præmonstratensem, ibi: *Possem & alios forsitan non paucos nominare, siue conuersos ad vos, siue reuersos &c. Ecclesiam in honorē B. Mariæ Virginis construxit ibidem. Crescente autē numero, & merito eiusmodi conuersorum* (ita legit Marquez, [e] & Iordanus, [f] Vuadingus verò, [g] habet, *conuersatorum*, fortè error ēst Typographi.) *Religio vestra per eos in diuersis partibus, in quibus mansiones construxerant, extitit propagata: Cùm autem ijdem religiosi aliquā de approbatis regulam non haberent, quidam ex eis accedentes ad Sedem Apostolicam obtinuerunt ab ea B. Augustini regulam sibi dari, & sic ex tunc cœperunt in regularibus obseruantijs instrui, & regulariter se habere.*

[d] Cap. 13 §. 17. pag. 245.
[e] Cap. 13. §. 17 pag. 245.
[f] Lib. 1. Vitas Fratrum, cap. 8.
[g] §. 3. num. 11 pag. 36.

Ceterum, totum hoc duplici via facilè eliditur. Prima est, si dicamus cùm M. Marquez, [h] tā in testimonio Iordani, quàm in Bullā Innocētij plura poni per anticipationē, seu recapitulationē, eorumq; legitimū sensum hunc esse: Beatus Ioannes Bonus vitam Eremiticam prope Cæsenā in arctissima pœnitentia duxit; cùmque eius fama crebresceret, plurimi ad eum sunt conuersi, siuè ante, siuè post professionem regulæ Augustinæ; & inter eos post regulæ Augustinianæ professionem fuit B. Franciscus. Cùm verò ijdem, qui illum in Eremo priùs comitabatur, & postea fuerunt veri religiosi, non haberent regulam approbatam, accesserunt ad Sedem Apostolicā, & ab ea obtinuerunt regulam 50

Diluitur secundum via prima.
[h] Cap. 16. §. 5. pag. 413.

Augustini; ex tunc cœperunt in regularibus obseruantijs instrui; fuitque eorum generalis idem Ioannes Bonus, qui & fuerat primus eiusdem congregationis institutor.

Modus referendi plura per anticipationem tum in sacris, tum in prophanis authoribus communissimus.

Hic autem modus referendi plura per anticipationem, tam in authoribus prophanis, quam in Sacris literis communissimus est. Ita docuit Augustinus lib. 3. de doctr. Christ. cap. 36. ibi: *Sextam regulam Ticonius recapitulationem vocat, in obscuritate scripturarum satis diligenter inuentam: sic enim dicuntur quædam, quasi sequantur in ordine temporis, vel rerum continuatione narrentur: cùm ad priora quæ prætermissa fuerant, latenter narratio reuocetur.* Ex qua phrasi ibidem, [a] explicat illud Genes. 10. *Et erat omnis terra labium vnum. Quomodo hoc potest intelligi,* ait August. *Quando superiùs dictum est quòd filij Noe, vel filiorum eius, distributi essent per terram secundùm tribus, & secundùm gentes, & secundùm linguas suas: nisi quia per recapitulationem postea commemorat, quòd prius erat.*

[a] Et lib. 1. quæstionum in Genesim quæst. 19.

Per recapitulationē narratur posterius, quod prius erat.

Sic ergo in prædictis testimonijs, cū sermo esset de discipulis B. Ioannis Boni, & inter eos cōnumerasset B. Franciscum, qui se tradidit B. Ioanni Bono, postquam in ea congregatione regula Augustini introducta est; tunc per recapitulationem postea commemoratur, quòd priùs erat, & instituitur sermo de eadem congregatione ante regulam, & de eius augmento post regulam Augustini; & rursus per recapitulationem enarrat id, quod contigerat ante tam magnum augmentum, nempe acceptionem regulæ Augustinianæ.

51 Roboratur data solutio, & cum fundamento traddi[tur]. Probatur 1.

Neque sinè fundamento, aut pro libito explicamus hæc testimonia per anticipationem, seu recapitulationem. Primò, quia ipse cōtextus satis prodit sermonem esse recapitulatiuum, vel anticipatiuum; sic enim Bulla habet inter alia; *De concessione diœcesani loci eiusdē domū incepit, & dū fama conuersationis eius per loca vicina crebresceret, & plurimi conuerterentur ad eum;* Ecce narratur conuersio plurimorum ad eum post inceptam domum de licentia Diœcesani; & tamen quis sibi persuadeat eum incepisse domum, & de licentia Diœcesani pro se solo, & non pro alijs discipulis?

Probatur 2.

Secundò, quia Constantius in vita S. Ioannis Boni cap. 1. & 2. non assignat multiplicationem religionis ante regulam Augustini, sed post illam; vnde cap. 2. postquam dixit B. Ioannē Bonum induisse habitum nigrum & corrigiam, quibus olim S. Augustinus vestiebatur, subiunxit: *Non passo molto, che per la diuolgata sua santità concorreuano à lui da ogni lato huomini risolutiss.mi di lasciare il mondo ad esempio suo, & fare vita Eremitica viuere.* Et statim, *di modo, che in meno de dui anni crebbe tanto il numero delli Romiti in quella Prouincia, che più no ve ne capeuano; onde fu forza à quelli che doppo cōuennero, dilatarsi per altri paesi, noue solitudini ricercando. Tal che sparsi per l'Vmbria, & per la Marca Anconitana, la quasi già cadente Religione Agostiniana di nouo resarcirono, & reformorno.* Ergo illi, per quos religio illa in diuersis partibus extitit propagata, conuenerunt ad S. Ioannem Bonum, postquam ipse regulā, & habitum S. Augustini professus fuerat.

Probatur 3.

Tertio, quia mirum esset cōgregationem illam adeò excreuisse nondum approbatam, & sinè approbata regula coalescentem, cùm tamen ferè per eadem tempora legamus in S. Antonino, [b] de ordine S. Francisci hæc verba, postquam ab Innocentio III. viuæ vocis oraculo fuerat approbatus; *Missi hinc inde per orbem fratres à quibusdam Prouincijs recipiebantur, vt pauperes, sed non sinebantur ædificare loca; & ab alijs cum multis iniurijs expellebantur tanquàm falsarij & suspecti, pro eo, quòd suæ statas nullam literam authenticā afferebant.* Perpendat mecū parumper amicus lector. Religio Seraphica non sinitur ædificare loca, & expellitur cum iniurijs, quia non afferebat literam authenticam; cùm tamen iam esset viuæ vocis oraculo cōfirmata; & credi potest per eadem tempora Congregationem S. Ioannis Boni sinè vlla Ecclesiæ approbatione, & sinè regula approbata tot ædificasse monasteria? Quis sanæ mētis hoc credat? Dicendum ergo in prædictis testimonijs eam propagationem religionis referri ante acceptionem regulæ Augustinianæ per anticipationem, seu recapitulationem.

[b] 3. p. tit. 24. cap. 7 fol. 237 pag. 2.

Secunda via, qua totum id facillimè soluitur, est, si dicamus adhuc admisso, quòd ea propagatio religionis, seu congregationis S. Ioāīs Boni fuerit ante professionem regulæ Augustini, id totum (excepto Monachatu Augustiniano S. Francisci, qui ibi per recapitulationem narratur) cōtigisse duobus illis, vel tribus annis, qui excurrerūt ab anno 1204. vel 1205. ad annū 1207. in quo ostendimus regulā S. Augustini introductā fuisse in eam cōgregationem. Neque id mirum esse debet, cùm Constant. [c] ex processu Canonizationis referat minori tempore quàm duobus annis adeò in ea Prouincia excreuisse, vt vltra capi non posset. Quælibet istarum

52 Secunda via diluendi argumentum.

[c] Lib. 1. c. 2.

num solutionum viro non malè affecto videbitur probabilis, & prima mihi est verior.

AD NVMERVM VI.

Suppletio Lacunæ Bullæ Innocentianæ expenditur.

53 Assertio adversarij. [a] Cap. 13. §. 17. pag. 245.

EX testimonio Bullæ Innocẽtianæ paulò ante relato occasionem arripuisti, vt magnum in nos beneficium conferres; locum hiulcum & mancum restituendo. Adduxit Marquez,[a] eam Bullam & cap. 22. §. 5. pag. 378. eam partem Bullæ, in qua sic habetur; *Cùm Fr. Ioannes Bonus . . . . in ordine vestro &c.* Et in margine notat legi non potuisse illud, quòd punctis signatum est; refertq; simul eam Bullam contineri in Archiuo Romano Augustinianorum, & inter codices Illustrissimi D. Fr. Alexij de Meneses Archiepiscopi Bracharensis, & eiusdem instituti, quòd non sinè mysterio repetis.

54 Adversarij præsumptio. [b] Num. 635. fol. 163. pag. 2.

Hinc obiter admiraris; cur ex nullo eorum locorum Lacunam suppleuit? Aisq; *Vel magis mirum esset, si vtrobique apud Augustinianos locus iste esset corrosus, non dico, corrasus*; & deinde locum mutilum sanas ex Regesto Pontificio Innocent. IV. in quo sub an. 10. [b] idem habetur diploma, vbi additis à te per parenthesim quibusdam, sic scribitur. *Sanè ad audientiam Domini Papæ peruenit, quòd bonæ memoriæ Fr. Ioannes Bonus* (hic Lacuna) *primus* (hoc illud verbum vnicum, quòd legi non poterat, nolo dicere non placebat.) *In ordine vestro, primum apud Budriolum Cæsenatensis diœcesis de concessione diœcesani loci eiusdem domum incepit.*

55 Beneficium colligitur ex adversario.

Hoc tuum in Augustinianam familiam obsequium? siccine offensas & conuicia procul fecisti? sed in hoc tanto beneficio, duo sunt, pro quorum vno religio Eremitica tibi grates refert; & pro altero ignoscit. Agit gratias, quia gaudet cætera reperiri in Regesto prout citantur à Magistro; vt certum sit B. Ioannem Bonum sub regula Augustini in congregatione vixisse, & munere prioris generalis functum fuisse, quòd R. P. Antonius Daza, à quo hæc dissidia dimanarunt, mordicus negabat. Ignoscit verò, quòd ludis verbis, & illudis hominibus, lusio quidem elegans, sed illusio sinè fundamento. Possemus & nos ludere verbis, malumus tamen obmutescere, & silere à bonis cum Vate Regio; quia nouimus ex Matth. cap. 5. eum, qui dixerit (nempe sinè causa, quæ nulla esse potest iusta, vt adinuicem conuiciemur) fratri suo; fatue, reum esse gehennæ ignis.

Adhuc tamen vellem, quòd R. P. Magister duo aduertat. Primum est Bullam hanc esse in Archiuo Augustinianorum Romano, & inde transcriptum fuisse illud trassumptum, quod erat inter Codices Illustrissimi Archiepiscopi Bracharẽsis nostri instituti; quòd, ni me fallo, notanter retulisti, vt posses postea dicere apud Augustinianos locum illum esse vtrobiq; corrosum, & vt non dicendo dicis; corrasum. Quid ergo mirum, quòd si verbum illud deerat in originale Romano; deesset etiã in transumpto Lusitano? — 56 Causa defectus in vtraque Bulla aperitur.

Secundum est, leuissimam & temeram esse suspicionem illius, qui suspicaretur locum illum non tam fuisse ex accidenti corrosum, quàm ex industria corrasum; & verbum illud, *Primus*, quia non placebat fuisse deletum. Omisso enim, quòd nemo esset, adeò hebes & excors; vt corraso illo verbo in vno originali, vel transumpto crederet rem omnem saluam esse; cum adhuc maneret in Regesto Pontificio prototypum, & possent esse alia plurà trassumpta, omisso inquam hoc, quid poterat velle, aut intendere ille fatuus, aut dẽmẽs, qui seriò corrasisset verbum illud, *Primus*, si tamen relinquebat, vt reliquit, illa alia, *in ordine vestro primum* (miror quòd non dixetis etiam Magistrum Marquez,[c] ex industria omisisse verbum illud; *primus*; ibi enim illud omisit, cum tamen illud apposuerit, dum Bullam transcripsit,[d] *Apud Budriolum Cæsenatensis diœcesis de concessione diœcesani loci eiusdem, domum incepit*; & infra.[e] *Cùmque dictus Fr. Ioannes Bonus, qui per plures annos fratribus prædictis præfuerat, & fratres ipsi eidem tanquam institutori ordinis ipsius reuerenter intenderant, &c.* Qui hæc non corrasit, quare corraderet illud vnicum verbum; *Primus*? Qui etiam in Iordano de Saxonia,[f] non corrasit illa verba. *Cùm ipse fuerit primus institutor eorum*, vt quid corraderet illud, *Primus*? Sanè ni mea me fallit opinio, nemo cordatus credet, verbum illud ab aliquo Eremita Augustiniano fuisse ex industria corrasum. Quis enim deleat vnicum verbum, ex quo nihil magis sequitur contra ipsum quàm infertur ex alijs pluribus, quæ reliquit? si enim adhuc manet in Bulla B. Ioannem Bonum fuisse institutorem illius ordinis, seu congregationis — 57 Præsumptio corrasionis insinuata temere conuincitur.

[c] Cap. 22. §. 5. pag. 378.
[d] Cap. 13. § 17. pag. 245.
[e] Pag. 246.
[f] Lib. 1. cap. 3.

tionis, cumque primam domum eius ordinis construxisse; & in Iordano relinquitur eum fuisse primum institutorem illorum, vt quid auferretur B.Ioannem Bonū primum in illo ordine construxisse primā domum illius? Quis hæc non videt? valde cæcus erit, qui in tanta luce cęcutiat, nisi velit ipse cæcutire. Vndè meritò cum Augustino, a dicam de ijs verbis, quæ corrosa, vel corrasa fuisse nobis improperas. *Quæ quidem verba non subtraxeram, sed in codice, qui mihi datus erat, non inueneram. Fieri autem potest, vt mendosus fuerit; neque enim & hoc incredibile est, vt etiam hinc mihi Academica excitetur inuidia, & tale asseratur esse, quòd dixi codicem esse mendosum, quale si dicerem niues nigras. Quidquid ergo* (ait cap.24.) *de duobus istis verbis, vel detractis calumniatur, vel additis gloriatur, nihil interrogationem meam impedire perspicitis*; Quare? quia nos non negamus, sed asserimus B. Ioannem Bonum fuisse primum institutorem illius ordinis, seu congregationis.

a Lib. 3 contra literas Petiliani, c.22.

AD NVMERVM SEPTIMVM.

Responsio Prioris Mantuani ponderatur.

58 Assertio aduersarij.

ARgumentum hoc, ais, adeò efficax, & indissolubile, vt cùm Priori S. Agnetis Mantuanæ (qui anno 1624. inter renouatas imagines addebat vnam de discipulis accedentibus ad B. Ioannem Bonum, *Quibus additus*, inquis, *S. Franciscus, submittebatque adeò florentis pictura* (latet sub flore venenum) *vnicum Authorem, & testem Ioannem Marquez*) te vrgente proponeretur, ingenuè responderit, si suis numeris constat, vtraque præmisa de S. Francisci, & B.Ioannis Boni conuersione, omninò deceptos suos, qui de tali discipulatu contendant.

59 Consequentiam argumenti aduersarij legitimam [esse] ostendit, sed antecedens vtroque pede claudicare ostenditur.

Sanè argumenti consequētia bona est; sed argumentatio claudicat in duas partes, seu vtroq; pede. Argumētū est huiusmodi. B. Ioannes Bonus primò secessit in Eremū anno 1208. vel 1209. sed S. Franciscus primò cōuersus fuit an. 1206. & instituit suum ordinem anno 1208. non ergo potuit per biennium ante sui ordinis institutionem, esse discipulus B. Ioannis Boni. Consequentia quidem, quam Prior Mantuanus approbauit, satis est legitima; at antecedens quoad vtramque præmissam est falsum, vel saltem probabile est esse falsum. Est enim, vt suprà ostēdimus, probabilissimum B.Ioannem Bonum primò confugisse in Eremum Cæsenæ anno 1204. vel 1205. & primam B. Francisci conuersionem cōtigisse anno 1207. mense Iulio, vel Augusto; & secundam simul cum institutione sui ordinis in principio anni 1209. His autem admissis vt veris, vel saltem, vt probabilibus, quæ erit efficacia, vel indissolubilitas argumenti, vt affirmari non possit esse probabile S. Franciscum sub Magisterio B. Ioannis Boni regulæ Augustinianæ obseruantiam vouisse?

60 Solutio primæ Propositi argumenti, & responsio Prioris Mantuani approbatur.

Hoc animaduerso, duo respondeo ad tuam obseruationem. Primum est. Prior Mantuanus satis cautè, & prudenter ex tempore respondit. Idem sanè & nos modò dicimus: si suis numeris constat vtraq; quam præmittis, S.Francisci, & B.Ioannis Boni conuersio, omninò decepti sumus, asserendo S. Franciscum obseruasse regulam Augustini sub Magisterio B. Ioannis Boni. At decepti non sumus; quia nō constat suis numeris vtraque, quam præmittis, Francisci, & Ioannis conuersio, vt constat ex dictis ad num. 5. Secundùm, quod respondeo est; quamuis Prior Mantuanus non ita cautè, & prudenter respondisset, sed planè fassus fuisset D.Franciscum non fuisse discipulum B.Ioannis Boni, non inde sequeretur argumentum esse efficax, & indissolubile, sed tantùm ad illum hominem. Hæc autem efficacia non tollit probabilitatē opinionis. Explicemus rem hanc exemplo, quod non negabis: si contra aliquam Scoti sententiam ego obijcerem argumentum, & Scotista respondens fateretur se eo argumento conuinci, vt crederet Scoticum assertum veritati repugnare; nunquid ex hoc sequeretur argumentum illud contra Scoti sententiam esse ex se efficax, & insolubile? Minimè quidem, sed tantùm fuisse efficax ad illum hominem; & ex eo non tolleretur probabilitas sententiæ Scoti. Argumentū enim, quod tātùm est efficax ad hominem, non tollit probabilitatem rei in se, Sic ergo foret in nostro casu.

Solutio secunda.

Confirmatur exemplo.

61 Factum Prioris Mantuani laudatur.

Sed addis magnam aliam Confirmationem ex Priore Mantuano; nempe quod monitus à Vicario Episcopi addidit facili remedio, causam scilicet exoriendæ controuersiæ tollendo ex Iconibus, satisfactum in Minoritis. Ex hoc facto laudo & ego Priorem Mantuanum; quia scandalum, qualecunque esset, fratrum maluit tollere, quàm imaginem conseruare, licèt simile remedium alij nō ita facilè adhiberent. Nunquid ita facilè Dominicana

religio

religio omisit depingere eum stigmatibus B. Catherinam Senensem, quamuis inde Seraphica religio scandalum quoque pateretur, & Bullas Pontificias obtinuisset, quibus id prohibebatur? nunquid ita facilè Franciscana familia omisit pingere B. Claram Montis Falconiam cum habitu Franciscano, quamuis & nos inde scandalum pateremur. Et litem nō semel cuicissemus, obtentis censuris, & decretis in nostrū fauorem? Gratias igitur ago Priori Mantuano, quòd tam facili remedio vobis satisfecit: maluit enim pacem, quàm picturam retinere.

AD NVMERVM VIII.

Admittitur in processu Canonizationis non contineri B. Franciscum fuisse discipulum B. Ioannis Boni.

62 *Aduersantis argumentum.* NOuo alio argumento rē vrges. Constantius, licet enumeret S. Franciscum inter discipulos B. Ioannis Boni, tamen innuit nullam esse huius rei memoriam in processu Canonizationis. Credibile autem non est in processu facto post Canonizationem S. Fräcisci vbique tunc celeberrimi, & Authoris instituti amplissimi, nullam habendam esse mentionem ad laudem & commendationem B. Ioannis Boni; si quoquo modo fuisset Franciscus eius discipulus. Nunquid hoc reticerent, vel ipsi Ioannis auditores, & socij, qui præcipuè res sui præceptoris in sacra acta, & processum redegerunt; cùm ex eo tantùm & B. Ioanni Bono, & ipsis accresceret gloriæ?

63 *Solutio prima.* Sed neque hoc nimis vrget. Innuit quidem Constantius non haberi in processu discipulatum S. Francisci sub B. Ioanne Bono. Sit ita, vt innuitur; eo tamen admisso, dico duo. Primum est; si in processu haberetur B. Ioannem Bonum fuisse Magistrum B. Francisci, nullus daretur controuersiæ locus, resque esset omninò certa, & opposita improbabilis. Quia non extat in processu, neque refertur clarè ab Authoribus sancto coætaneis, non dicimus id esse certum, imò neque affirmamus absolutè, quod ita fuerit, sed tantùm contendimus esse probabile, quòd ita fuerit. Hæc autem probabilitas non tollitur per argumenta ab authoritate negatiua; præcipuè quando pro huius asserti probabilitate, tot sunt fundamenta & verosimilia, & probabilia, & pro contraria parte nullum est efficax.

Secundùm est; in Regesto Pontificio, vt tu refers, a Bullæ Innocentianæ de processu super Canonizatione B. Ioannis Boni subijcitur modus obseruādus in interrogatione super vita, conuersatione, & miraculis eiusdem sancti, & legitimis testibus examinandis. Crediderim ego inter has interrogationes nullam haberi, vtrum B. Ioannes Bonus aliquos habuerit discipulos sanctos. Si enim extaret, non desineres illam vrgere; esset enim tunc argumētū multò efficacius. Quòd si ea interrogatio non fiebat, quid mirum si testes nihil responderint de huiusmodi discipulatu, etiamsi redundaret in gloriam sancti viri, & ipsorum? Instemus rem hanc duplici exemplo: primum est, quis credat inter tot discipulos B. Ioannis Boni, de quibus dixit Innocentius IV. in Bulla sæpè citata. *Crescente autem numero & meritò eiusmodi coopersorum*, nullum fuisse dignum memoria, cuius discipulatus redundaret, in decus & laudem eisdem sancti, & congregationis; & tamen nihil de hac re deponunt testes; id enim non tacuisset Constantius. Secundùm est; etiam cederet in magnam gloriam B. Dominici, & Francisci, & ordinum ipsorum, quod ij sancti habuissent discipulos sanctitate conspicuos; & tamen vellem scire, vtrum in processibus Canonizationis eorum id contineatur. Nunquid in processu Canonizationis B. Thomæ Villanouani deponitur sine interrogatione, quòd habuerit in nouitium, dum esset Prior Salmanticensis, B. Fr. Alphonsum de Orosco virū sanctissimum? vel è conuerso in processu Canonizationis B. Fr. Alphonsi de Orosco refertur, quòd habuerit in Magistrum, & patrem B. Thomam? & tamen ex inde magna illis gloria resultaret. Sic ergo in processu Canonizationis B. Ioannis Boni, cùm nō fiat interrogatio de discipulis, nihil de illis respondetur, nihil deponitur; quia in processibus Canonizationum, nisi interrogetur, nihil testis respondet de discipulis, nisi quando sanctus ille, de quo agitur, aliquid peculiare circa illum, vel illos discipulos est operatus, de quo fiat interrogatio. Neque mirum est, testes omisisse hunc discipulatū, sibi & suo præceptori gloriosum. Tueamur hanc partē non dissimili exemplo. Refert Ciaconius, b ex Blondo Foroliuiensi, & Pio II. in Epitome Decadum, Gregorium XI. fuisse Baldi auditorem,

64 *Solutio secunda*

a § 1. num. 1. pag. 6.

Confirmatur exemplo. Primum.

Secundum.

Ratio adducitur.

Exemplo confirmatur.

b Lib. de vitis & gestis Pontificum in Gregor. XI. pag. 755.

& tamen

& tamen ipse Baldus nullam de hoc facit mentionem, quamuis ad lib. 6. Codicis retulerit mortem Gregorij XI. accidisse Romæ die 26. Martij, quamuis in eius gloriam cederet talem, ac tantũ discipulum habuisse. Quid ergo mirum, quod testes omiserint referre B. Ioãnem Bonum fuisse S. Francisci Magistrum, præsertim cùm à tempore Magisterij huius vsque ad tempus processus Canonizationis intercessissent plusquam quadraginta anni.

AD NVMERVM IX.

Examinantur testimonia Genebrardi, & aliorum Authorum circa annos, quibus floruit B. Io. Bonus.

65 *Aduersarij scrupulus & obiectio.* INtroducis nescio quem scrupulum, qui dubium iterum moueat de tempore natiuitatis B. Ioannis Boni; non quidem, quia non censeas rem hanc iam esse iudicatam, litemque euictam quantùm ad annum natiuitatis nostri Sancti: cùm referat Constantius ex processu Canonizationis natum esse anno 1168; quorsum ergo hic scrupulus iterum conscientiam exagitauit? Fortè, non quia mordebat, sed vt morderet. Cùm enim subieciſſes M. Marquez existimasse sanctum virum fuisse natum anno 1130. vel 1132. iterum (sicut & §. 2. num. 3. pag. 8. in cuius responsione circa num. 2. nonnihil diximus de fundamento; Authoribus, & coniecturis quibus M. Marquez ea in parte falli potuit.) Exclamas contra illum, id asseri sine Authore, aut coniectura, vel ea vnica, quod mentionem eius agant Genebrardus circa ann. 1171. Iacobus Gualterus circa ann. 1159. & Philippus Bergomens. illum tempore paulò inferiorem D. Guilelmo Aquitanico constituat.

66 Vt autem hoc fundamentum, quod ex testimonio Constantij satis superque dirutum erat, rursus euellas, examinas eos calculatores annorũ, visq; videre vtrũ Marquez eos pro probatis admittat. Et quidem id facis; non tam vt Authoribus succenseas, aut detrahas, quàm vt in publicum trahas eorum testimonia, quæ Augustinianæ familiæ videntur negare parentem Augustinum. *Quia in hoc aduersarij sensus aperitur, & eius argumentum adducitur.* In primis protestaris quasi inuento thesauro lætabundus te admissurum Genebrardũ, dummodo Marquez ratum habeat aliud testimoniũ Genebrardi, in quo allegatis Sabellico Æneade. 9. & Fasciculo temporum, Guilelmitas, quos vocant Eremitas, asserit *sumpsisse initiũ à Ioãne Bono Mantuano, nomẽ vero à Guilelmo Aquitaniæ Duce, & Pictauiensiũ Comite, qui eam familiam condidit, vt sectaretur collectam ex D. Augustini operibus regulam.* Idem promittis de Iacobo Gualtero, qui Genebrardi verba trãscripsit citatis Genebrardo, & Onuphrio. De Philippo vero Bergomensi loquens, obijcis, quòd Guillelmum reposuit sub ann. 1157. & Ioannem Bonum sub an. 1199. & in fine, vt offensas & conuicia procul facias, sic subijcis: *Vide quæso quam egregiè, quam iuste subductis & additis calculis ex his fidis testibus numerum deducat dissertator anni 1130. vel 1132.*

Ecce finis examinandi Authores. Eò tendit tota argumenti moles, quæ nisi eò tenderet inutilis esset, & futilis adeò, vt nõ credam virum doctum serio hac argumentatiuncula vsurum, nisi vt sub eo prætextu propalaret in dubium ab aliquibus verti, vtrum religio nostra Augustinum habeat Authorem. Quis enim non confirmet sua asserta testimonio Authoris, quem tamen in pluribus reprobet, præcipuè in ijs, quæ ad ipsum pertinent? Qui enim in vno me lædit, & in alio fauet, testis est in eo, in quo mihi fauet, sine affectu, aut suspicione, & omni exceptione maior. Sed illustremus hanc rem exemplo in materia Scholastica. Nonne si D. Thomas cum Scoto in aliqua sententia conueniat, eius testimonium pro tua opinione allegabis? nunquid ex hoc admittes doctrinam D. Thomæ in ijs, in quibus contradicit Scoto? Rursus, in materia Historica, nonne si velis aliquid testimonio graui comprobare, libens roborabis illud authoritate Cardinalis Baronij? Nunquid propterea Baronium in omnibus opprobabis, vt nihil nisi verum dixerit? 67 *Argumenti solutio.* *Confirmatur exemplis.*

68 *Confirmatur ad hominem.* Addo. Hoc ipsum tibi in hoc Apologetico, si non in pluribus, saltem in hoc vno accidit. In hoc enim §. 2. num. 5. pag. 11. probas ex S. Antonino 3. p. tit. 24. cap. 7. §. 6. S. Franciscum obijsse anno 20. à prima sua conuersione, & 18. ab ordinis institutione; & tamen illum reprobas in assignatione anni, in quo ordo Seraphicus habuit initium. Tu contendis id effectum anno 1208. At verò S. Antoninus non semel,[a] expressit hoc accidisse anno 1209: similiter mortem B. Ioannis Boni contigisse anno 1249. testimonio Philippi Ferrarij confirmas. §. 1. num. 3. pag. 7. & tamẽ illum reijcis eodem §. nu. 7. pag. 14: quatenus asserit eũdem sanctum egisse vitam in Ere-

[a] 3. p. tit. 24. fol. 237. pag. 1. & § 11 fol. 241 pag. 2.

in Eremo spatio quinquaginta annorum; sic ergo Marquez, cùm nihil nosset Genebrardi, & aliorum relationi contrarium; quia non viderat, neque nouerat librum Constantii, intentum suum corroborauit testimonio Genebrardi, & aliorum. Alia verò, quæ vel in ipse agnoscis, & fateris inter sese repugnare, quid mirum si respuat? Præcipuè cùm possit sine stomacho & bile, modestè & pacificè reproducere ea, quibus in suo libro de Origine Eremitarũ S. Augustini satis clarè ostendit eam familiam ab Augustino emanasse; & nos, si Deo placuerit, dicemus nonnulla in Augustini Bibliotheca, quam breui in lucem edere speramus.

Augustini Bibliotheca ab authore promittitur.

69 Progreditur solutio & expẽditur in particulari relata testimonia, & aduersarij scopus quis sit aperitur.

Sed placet adhuc circa testimonia horum Authorum in particulari nõnihil immorari. Sapientissimus enim P. Vuadingus illos etiam redarguit, non tam, vt euertet & conuincat, quàm vt prodat, & innotescat, quid alij dixerint, quod nobis obesse videatur.

70 Expenditur locus Sabellici, & ostenditur Genebrardum, Põtacũ, & Gualterum nõ fideliter Sabellicum allegare.

In primis ergo Genebrardus in confirmationem (non anni, in quo S. Ioannem Bonum constituebat) sed rerum, quas narrabat, adduxit Sabellicum, & Fasciculum temporum, & tamen neque fideliter illos allegauit. Sabellicus enim, [a] sic habet, sub Innocentio III. qui electus est an. 1198. *Per id tempus Eremitanus ordo instauratus est, cùm temporum iniuria penè ad interitum perductus esset. Instaurationis author Ioannes Bonus Mantuanatus, eiusdem vir professionis.* Et lib. 6. *Eremitanus ordo, qui erat iam propemodum extinctus, instauratur.* Vide obsecro quid ex hoc testimonio pro se, & contra nos potuerit Genebrardus Monachus Benedictinus allegare. Quid inde etiam potuerit haurire Pontacus Burdegalensis, [b] qui circa annum 1172. allegatis etiam Sabellico Æneade 9. & fasciculo temporum, sic ait: *Ordo Vuilhelmitarum, seu Guillelmitarum (quos vocant Eremitas) sumpsit initium à Ioanne Bono Mantuano?* Tantùm enim abest quòd Sabellicus asserat ordinem Eremitarum à Ioanne Bono initiũ sumpsisse, quod potiùs expressè bis affirmat ordinem Eremitarum per ea tempora instauratũ, cùm temporum iniuria, scilicet præ vetustate sua, penè ad interitum perductus esset.

[a] Æneade. 9. lib. 5.

[b] Lib. 2 Chronographiæ. fol. 179.

71 Expenditur locus Fasciculi temporum, & conuincuntur Pontacũ, Genebrardũ, & Gualterum.

Sed saltem fauebat Pontaco, & Genebrardo Fasciculus temporum? nihil minùs. Quia vt notauit Vuadingus, pag. 18. fasciculus nihil de B. Ioanne Bono loquitur. Sed audiamus illum sub Alexandro III. vbi sic habet: *Ordo Guillelmitarum à S. Guillielmo Eremita, olim Duce Aquilegiensi, nomen & originem traxit. Cuius discipulus fuit S. Albertus, qui ordinem istum educauit;* sub Clemente III. sic addit: *Anno 1204. Vuilhelmus Parisiensis incepit ordinem Augustiniensium, qui etiam dicuntur Mendicantes.* Sub Honorio III. sic ait: *Quatuor ordines Mendicantium, videlicet Prædicatores, Minores, Carmelitæ, & Augustinienses confirmantur ab Honorio. Præponuntur tamen Prædicatores Minoribus in literis Papalibus, quia sex mensibus ante ipsos confirmati fuerunt.* Ex his autem nihil Genebrardo, Pontacus, aut Gualterus potuerunt arripere; vt manifestè constat, vt assererent ordinem Eremitarum à B. Ioanne Bono initiatum, seu à S. Guillelmo Duce Aquitaniæ eam familiam cõditam. Quòd enim Guillelmo Parisiensi tribuit initium ordinis Augustiniensium, in quo solo posset esse scrupulus, longè alium sensum habet. Nõ enim agit de ordine Guillelmitarum, cuius fundatorem agnouerat S. Guillelmum Ducem Aquilegiensem, (deberet dicere, Aquitanum) sed de ordine Vallischolarũ, à Guillelmo Scholari Parisiensi sub regula Augustini circa annum 1201. institutõ, quem perperam vocauit absolutè ordinẽ Augustiniensium [c] cùm hoc nomine tantùm insigniri possint Eremitæ, vel Canonici Augustiniani.

Fasciculum non fideliter allegare.

72 Fasciculus temporum in relatione ordinis Guillelmitarum, vt fabulosus explodi- tur à Marquez, & circa tamen addit author.

Verùm vt hæc clariora fiant, omissis fabulis, & nugis de Guillelmo Parisiẽsi, quos Fasciculus temporum ab Authore suo Monacho Carthusiensi anno 1484. primùm in lucem editus, videtur propinasse, vel saltem ansam & occasionem videtur tribuisse; his inquam fabulis, ac nugis omissis, vt ait Chrysostomus, [c] *Neque enim adhuc contradicere dignum fuerit, quemadmodum nec ad pueros quidem balbutientes;* præcipuè cùm iam eam fabellam omninò exploserit Marquez. [d] Nihilominùs duo, vel tria mihi videntur addenda. Primum est. Duplex fuit Guillelmus Episcopus Parisiensis, alter cõmuniter dictus Antisiodorensis, & alter Parisiensis. Ille, vt tradit Claudius Robertus in sua Gallia Christiana, [e] electus est anno 1220. & obijt an. 1223. die 22. Nouembris. Hic verò, teste eodem Authore, [f] electus est An. 1228. & obijt Calend. April. anno 1248. & de hoc secundo videtur potiùs moueri quæstio; quia simpliciter dicitur Parisiẽsis; vnde illum merito Trithemius, [g] & Sampson Haius, [h] circa annum 1230. floruisse testantur. Idque ita tenendum esse satis persuadet, quòd Illustrissimus Franciscus Gonzaga, [i] scribit loquens de Con-

[c] Hom. 16. in caput 9. Epist. ad Romanos.

[d] Cap. 13. § 4. pag. 217.

Primam de duplici Guillelmo Episcopo Parisiensi veritatem aperit, & de quo potuit quæstio moueri.

[e] Edita anno 1626. pag. 107.

[f] Pag. 108.

[g] Lib. de scriptoribus Ecclesiasticis.

[h] Lib. de veritate vitæ, & ordinis D. Guillelmi, pag. 37.

[i] Tom. 1 Chronicorum Franciscanorum, pag. 115.

uentu Parisiensi S. Francisci; nempe Tabellarium Abbatiæ D. Germani conseruare literas D. Guillelmi Episcopi Parisiensis scriptas anno 1230. in quibus Guillelmus notum facit Simonem Abbatem S. Germani à Pratis de Fratrum suorum cōsensu dedisse fratribus Minoribus Hospitiolum intra portam Ciuitatis, & Ecclesiam SS. Cosmæ, & Damiani, quorum proprietas ad ipsos pertinebat. Secundùm est. Si fasciculus temporum egit de Guillelmo Episcopo Parisiensi, & de ordine S. Augustini; error iste hoc habere potuit fundamentum; quòd Guillelmus Parisiensis quasdam fecit Constitutiones pro Monialibus quibusdā Augustiniensibus. Vt enim testis est Illustriss. Gonzaga, [a] agens de Monasterio Nurnbergensi, quod est tertium Clarissarum; *Ad eminentiorem aspirantes virtutem, quædam honestæ fœminæ, quæ Nurnbergæ sub B. P. Augustini regula, ac quibusdam Constitutionibus Guillelmi Parisiensis Doctoris; à Gregorio IX. Pontifice Maximo confirmatis ad tempus militarant; in B. Virginis Claræ regulam ex Ioannis XXI. Pont. Max. authoritate transiere:* Electus autem fuit Ioannes XXI. Idibus Septembris anno 1276 & obijt 16. Calēd. Ian. an. 1277. Scio aliter referri hanc historiam Conuentus Norimbergensis ab eruditissimo, mihiq; charissimo P. F. Luca Vuadingo. [b] *Extra Ciuitatem ait, Norimbergensem &c. Monasterium erat sororum, de pœnitentia sub S. Augustini regula, & B. Guilelmi constitutionibus ex concessione Gregorij IX. viuentium ad D. Mariæ Magdalenæ peruetustum sacellum, quod antiqua monumenta anno Domini 1092. in nemore conditum, & à Norimbergensi populo admodum frequentatum esse testantur. Cùm verò illarum institutum per generale illud decretum Concilij Lugdunensis de supprimendis multis religionibus, nouiter exortis, neque plenè à Sede Romana stabilitatem consecutis, improbari intelligerent, statim post celebratum prædictum Concilium, misso Romam supplici libello, adhibitis etiam Rodulphi Regis Romanorum, ac eius coniugis intercessionibus, Priorissa, ac totus Conuentus, rogarunt vt incorporarentur Clarissarum religioni.* Et statim. *Hoc verò anno (nempe 1278.) 3. Nonas Iulij misit Nicolaus Pontifex suas literas Domino Bertholdo Episcopo Bambergensi, vt secundum petitionem illarum, suo diplomate insertam, fieri curaret.* Hæc Vuadingus, allegans in margine Bruschium de monasterijs Germaniæ, Chronicam MS. eiusdem Prouinciæ, & Gonzagam in Prouincia Argentinæ monasterio 3. Tamen difficilis est in hac parte concordia inter Gonzagam, & Vuadingum, quamuis Gonzaga adducatur in patronum à Vuadingo. Ille ait Moniales Norimbergenses vixisse sub Augustiniana regula, & Cōstitutionibus Guillelmi Doctoris Parisiensis, transisseque in clarissas ex concessione Ioannis XXI. & id desiderasse, & petijsse ex aspiratione ad eminentiorem virtutem; Vuadingus verò refert eas degisse sub regula Augustiniana, & Constitutionibus B. Guillelmi; petijsseque transitum ad ordinem Clarissarum propter decretum Concilij Lugdunensis; eumque obtinuisse à Nicolao III. an. 1278. Hæc quidem non multum inter se cohærent. Deinde, difficilis est creditu relatio à Vuadingo tradita. Si enim Moniales illæ obseruabant regulam S. Augustini, & Constitutiones B. Guillelmi, nullo modo timere poterant se cōprehendi in decreto Concilij Lugdunensis, cùm earum institutio, & approbatio multò anterior esset generali Concilio Lateranensi. Quare ego quantùm ad hanc partem magis assentior relationi Gonzagæ asserentis eas obseruasse regulam S. Augustini, & Constitutiones Guillelmi Parisiensis Doctoris; siue is sit Episcopus Parisiensis, siue fundator ordinis Vallischolarium, siue quiuis alius, cuius cōstitutiones respectu Monialiū cōfirmatæ fuerint post Conciliū Lateranense. Quo dato vtraq; relatio, tam Gonzagæ, quā Vuadingi, licèt simul non omninò possit esse vera, potest tamen quælibet veritati seorsim consentire. Tertium est: adeò sine fundamento est ea fabula de Guillelmo Episcopo Parisiensi, vt neque fasciculus temporum, neq; Gonzaga de eo loquantur; sed de Guillelmo Scholari Parisiensi, & de ordine Vallischolarium ab illo instituto sub regula Augustini circa an. 1204. sic enim habet Vincentius, [c] loquens de Honorio III. anno 3. *Confirmauit etiam Constitutiones ordinis illorum iam enim prædicti fratres, scilicet Vallischolarium, aliquanto tempore antea certam viuendi formam iuxta B. Augustini regulam obseruandam elegerunt, & de approbatis religionibus quasdā constitutiones assumpserant, &c. Fertur autem hunc ordinem incepisse Guillermus quidam, qui Scholaris fuit Parisiensis, & postmodum etiā in Burgundia rexerat. Tandem cum quibusdam Scholaribus suis ad Eremum conuolauit; & formam viuendi, vt dictum est, ex diuersis religionibus sibi & suis elegit.* Martinus quoq; Polonus, [d] sic rē hanc enarrat: *Anno quoque eius tertio ordinem Vallisscholarium idem confirmauit, quē Guillelmus quidam Anglicus incepit, qui Parisijs Scholaris*

fuerat

Secundū vnde habere potuit fundamentū errorem fasciculus tēporum.

[a] 3. p. suorum Chronicorum pag. 714. in Prouincia Argentinæ.

[b] Tom. 2. Annalium Minorum an. 1278. num. 39. pag. 456.

Tertium Fabularum de Guillelmo Episcopo Parisiensi esse absque fundamē to, & de Guillelmo Scolari Parisiensi Fasciculū loqui.

[c] In speculo Historiali lib. 3. cap. 113.

[d] Sub Honorio III. pag. 400.

fuerat, & postmodum in Burgundia rexerat; & tandem cum Scholaribus suis ad Eremũ conuolauit, & formam viuendi ex diuersis religionibus suis, & sibi elegit. Guillelmus etiam de Conchis,[a] sic ait de Honorio III. *Fratrum Prædicatorum ordinem confirmauit, ordinem quoque Vallischolarium, & ordinem Heremitarum in Monte Carmeli, quem Elias frequentasse legitur, inhabitantium.* Extat hoc opus in Bibliotheca Conuentus S. Mariæ de Populo Romæ, typis mandatum iam pridem; scriptum autem fuit à suo authore, vt ipse testatur, lib. 33. cap. 103. anno 1250. Magnum quoque Chronicum Belgicum,[b] sic ait. *Circa annos salutis MCXCIX. tempore Innocentij III. Vuillelmus Parisiensis instituit ordinem Mendicantium Augustinensium. Sed est dubium, an reformauerit Fratres de Eremo, quos in principio suæ cõuersionis Augustinus instituit, vel an idem Vuillelmus nouum ordinẽ fecerit.* Hæc sunt firmissima fundamenta, quibus Genebrardi testimonium innititur, vt videas quale sit ædificium quando talia sunt fundamenta. Sabellicus quippè, & fasciculus temporum nullo modò fauent Genebrardo, ex cuius testimonio Vuadingus nobis excitauit inuidiam.

a Lib. 33. de opere sex dierum, cap. 98.

b Tom. 1 rerũ Germanicarũ, fol. 113.

Absque fundamento esse Genebrardi testimonium cõcluditur.

Expenduntur alij authores, & Gualterum Genebrardi errorem imbibisse, Onuphriũ immeritò allegari ab aduersario probatur.

73 Sed ad Authores, quos R.P. Vuadingus examinat, nostra reuertatur oratio. Diximus de Genebrardo nonnihil; dicamus & modò de Gualtero, & Genebrardo. Gualterus quidem imbibit errorem Genebrardi; (si error est in germano sensu Genebrardi, quem meritò pro se citauit, cũ eius verba trãscripserit.) Onuphrium verò nostrũ satis immeritò allegauit, cùm eius ibi hęc sint verba, sub anno 1160. *Ordo Fratrum Eremitarum S. Guillelmi sub regula S. Augustini à Guillelmo Aquitaniæ Duce factus.* Non tamen, quia in ijs errauit Gualterus, ideò in omnibus eius testimonium repellendum. Potest enim quilibet Author in quibusdam decipi, & in alijs non errare. Illius tantũ authoritas rejjcienda, qui adeò continuè errat, vt de eius diligentia, rerum notitia, & maturo iudicio possit iure optimo dubitari. Addo, neque Gualterus, neque Genebrardus in locis à Vuadingo citatis loquũtur de ordine Eremitarum S. Augustini absolutè, & simpliciter sic appellato; sed de ordine Guillelmitarum. Et adhuc mirum est, quomodò tam oscitanter errauerint in computatione temporum respectu S. Guillelmi, & Ioannis Boni. Ostendamus veritatem hanc, vt constet doctissimo P. Vuadingo quàm parum nobis noceant Genebrardus, & Gualterus. Et in primis Genebrardus,[c] sic ait. *Guillelmus Aquitaniæ Dux, & Pictauiensium Comes D. Bernardi discipulus Gremiticum vitæ genus apud Gallos restituit; vt deinceps eius ordinis Fratres non Augustiniani, sed Guillelmitæ dicerentur vsque ad Innocentium III. qui eos Eremitarum S. Augustini nomine appellari voluit. Parisijs relicta Eremo prima iecit cœnobij fundamenta, Anastasij, deinde Adriani Pontificis iussu. Bergomensis lib. 12. & Chronicõ Colonicæ.* Qui hæc dixerat, citato etiam Philippo Bergomensi, non credidit Eremitas Augustinianos à Guillelmo efformatos, sed reformatos in Congregatione speciali; neque tribuit Guillelmo initium ordinis Eremitarum S. Augustini, sed Congregationis Guillelmitarum. Errat autem quatenùs Congregationis Guillelmitarum, seu Eremitarum S. Guillelmi initia adscribit B. Ioanni Bono, qui post mortem Guillelmi in Eremum secessit. Deinde Gualterum loqui de Congregatione Guillelmitarum, non de ordine Eremitarum S. Augustini, multò est clariùs & euidentiùs. Ipse enim,[d] sic ait: *Reliquum est, vt demonstrem ipsum S. Augustinum fuisse Monachum, atque ordinis vnius Monastici institutorem.* Id autem probat testimonijs Augustini lib. 3. contra Petilianum, cap. 40. & Epistola 89. ad Hilarium; & cap. 15. de perseuerantia; Possidonij in varijs capitibus vitæ D. Augustini; Ambrosij serm. 92. de Baptismo Augustini. *Disertis verbis* (ait Gualterus) *asserit Ambrosius se esse qui Monachali habitu S. Augustinum induit, speciatim verò cuculla nigra, & cingulo ex corio, quibus etiam nunc vtitur Vener. Ordo Patrum Augustinianorum, eo vtique nomine ab institutore suo Augustino denominatorum.* Hæc Gualterus, vt videas eum in testimonio, quòd Vuadingus affert, non loqui de ordine Augustinianorum, quos ab Augustino institutos esse fatetur, & probat: sed de ordine, seu congregatione Guillelmitarum, de quibus, cum Genebrardo errans, asseruit initium sumpsisse à Ioanne Bono. Ni me fallo, hæc testimonia Genebrardi & Gualteri non viderat P. Vadingus, cùm promisit se admissurum Genebrardi, & Gualteri testimonia; si rata habeamus alia illorum testimonia, quæ ipse adducit. Iam credo non ita facilè admittet horum Authorum relationes. Quòd si hos credidit nobis esse aduersarios, eorum pro nobis testimonium debet fide digniùs iudicare. *Testimonium enim,* (vt ait Theodoret.[e])

Nõ est in omnibus repellẽdus author, qui in vno errat, sed qui sæpè.

De quo Ordine loquũntur Genebrardus, & Gualterus locis ab aduersario citatis.

Errasse in cõputatione tẽporum respectu B. Ioannis Boni, & D. Guillelmi, Genebrardũ, & Gualterum ostenditur.

c Lib. 4. Chronol. pag. 325. impressionis Parisiensis apud Ægidium Gorbinũ anno 1580.

Genebrardũ nil nocere ostenditur.

In quo erret Genebrardus

d Sæculo 5. ab anno 400. ad ann. 500 pag. 451.

77

Gualterum nil officere, & in loco pro aduersario adducto de congregatione Guillelmitarum loqui demonstratur

e Serm. 10. de Prouidentia.

quòd ab bestibus ferebatur, eum, qui prædicabatur, sermonem fide dignum reddebat.

74 Obiectionis de Bergomensi contra M. Marquez solutio facilis.

Quòd autem de Bergomensi contra Marquez obijcis, non difficili negotio soluitur. Bergomensis enim constituit obitum S. Guillelmi anno 1157. & dum de B. Ioanne Bono agit sub anno 1199. refert illum obijsse anno 1222. at non asserit eo anno incepisse florere, imò potius expressit oppositum. Ecce eius verba. *Ioannes Bonus ord. Erem. D. Augustini instaurator, & pater, natione Mantuanus his temporibus, cùm multis annis in Flaminia, quàm maximè, & Vmbria vitam religiosissimam, atque sanctissimam duxisset.* (Ergo supponit multis annis ante ann. 1199. sanctum virum incepisse florere; licèt in eo fallatur, cùm non vidisset vitam ex processu Canonizationis desumptam) *& multa ibidem Monasteria erexisset, atque instaurasset, vbi & religionem ipsam suam labefactatam verbo, & exemplo plurimùm euexit*, & rursus. *Tandemque cum vir sanctus annis 50. & amplius in Flaminia commoratus fuisset &c.* [a] Cùm de B. Guillelmo locutus fuisset, sic addidit. *Eiusque exemplo confestim in Vmbria, & Flaminia Italiæ Prouincijs, Ioannes Bonus Mantuanus surrexit.* Meritò ergo Marquez scripsit Bergomensem constituere B. Ioannem Bonum pauco tempore inferiorem S. Guillelmo.

[a] Lib. 9. fol. 175.

75 Obiectio.

Sed adhuc vrges, & impugnas Magistrum, eo quòd ex Antonino deducit B. Ioãnem Bonum non solùm antè annum 1200 floruisse verùmetiam circa illud tempus post multos annos transactos in vita Anachoretica, introductam ab illo regulã, & normam vitæ Augustinensium in Congregationem Iambonitarum, ipsumque Congregationis prædictæ Authorem an. 1198. idem vitæ genus suscepisse. Verba, ex quibus id deducitur, hæc sunt. *Circa annos Domini 1200. tempore Innocentij III. fuit vir magnæ sanctitatis nomine Ioãnis Bonus, de Mantua oriundus, solitariam agens vitam, qui miræ abstinentiæ, & insueta claruit, & miraculis multis. Ex his verbis*, inquis, *nihil firmum, aut determinatum haberi potest de tempore Natiuitatis, Conuersionis, aut initiationis sub regula Augustiniana B. Ioannis Boni. Neque habet aliquid Antoninus vnde deduci possit Ioannem Bonum fuisse Augustinianæ professionis, nisi velimus venari ex eo quod sic ait. Matre defuncta Mantua recedens, ad partes Romandiolæ prope Casariam (lege Cesenam) ad milliare vnum, vbi in quadam Eremo mirabilem pœnitentiam fecit, concurrentibus ad manendum cum eo alijs Eremitis. Hinc tamen nihil haberi potest, quia non omnes Eremitæ Augustiniani; neque huius solius Ioannis Eremitæ vitam exarauit, aut transcripsit Antoninus; gesta refert tit. 15. cap. 8. alterius Ioannis Eremitæ, & Eremitarum Magistri, etiam Augustino ipso senioris; & ibid. §. 6. etiam alterius Ioannis Eremitæ miræ sanctitatis. Neque aliquid colligi potest ex ambigua mensura vocalæ, Circa, cùm ea referendis ijs, quæ certis annis non constant, affigi soleat ab Annalistis, vt quoscunq; numeros etiam sub decennio & vltra, tã à parte anteriori, quàm posteriori effingat.*

76 Soluitur, & M. Marquez argumentum aliter, ac apud ipsum extet, ab aduersario adduci manifestatur.

Sed quorsum de Antonini testimonio tam spatiosa discursio, & tam hostilis incursio, quamuis ferè in totum irrito conatu? Vnum fateor ingenuè, faterer & alia, si quid roboris cõtra Marquez haberent potiùs quã ruboris possent ab aduersario elicere. Quòd fateor hoc est, optimè redarguis Magistrum ex eo quòd illa vocabula, *Circa*, potiùs inferri censuit rem accidisse an. 1198. vel 1199. quàm an. 1201. vel 1202. aut deinceps; licèt enim hæc vox, *Circa*, in lingua Castellana potiùs designet id, quòd est à parte anteriori, quàm à posteriori, potiùs id, quod est citra, quàm id, quod est vltra; id enim quod est vltra, sic vertimus: *mas alla de tal parte, poco despues de tal año, tengo poco mas de 40. años.* Tamen in lingua Latina denotat rem proximam, siuè citra, siuè vltra: Aduerto tamen quòd licèt Marquez cõtenderit ex illa vocula, *Circa*, sermonem esse de tempore anteriori; tamen quòd determinatè contigerit, anno 1198. vel 1199. non infert præcisè ex voce, *Circa*, sed ex illa, & simul, quia retulit Antoninus id factum tempore Innocentij III. verba Magistri, [b] hæc sunt. *Esto deuio de suceder por el año de 1198. ò el siguiente; porque dize, que fue cerca del año de 1200. siendo ya Papa Innocencio III.* Hec autem consequentia esset euidens, si semel daretur illam voculam, *Circa*, tantum significare annos anteriores. Innocentius enim III. electus fuit ann. 1198. atque adeò sub eius Pontificatu tantùm anni 1198. vel 1199. præcesserunt annum 1200. Hæc dixerim, vt constet quàm sinè fundamento tribuatur Magistro sapientissimo, quòd existimarit voculam, *Circa*, tantùm denotare præcedentiam vnius, vel duorum annorum, cùm tamẽ apud probatos Authores tanta sit eius vocis latitudo, vt comprehendat etiam numeros sub decennio, & sępius vltrà transactos. Immeritò etiã tantò Magistro attribuunt; vt illudatur, quòd ex solo testimonio Antonini collegerit B. Ioannem Bonum ad annum 1198. vel 1199.

[b] Cap. 26. §. 3. pag. 430.

obser-

obseruasse vitam Eremiticam, cum alijs socijs, & sectatoribus suis, sub regula Augustini. Eam enim vitam sub regula Augustiniana fuisse transactam colligit ex Sabellico Æneade. 9. lib. 5. vbi ait. *Per id tempus* (loquitur statim post electionem Innocentij III.) *Eremitanus ordo instauratus est, cùm pene temporum iniuria ad interitum perductus esset. Instaurationis author B. Ioannes Bonus Mantua natus, eiusdem vir professionis.* Sed vt hæc clariùs constent, verba Magistri in linguam Latinam translata proferamus. *Hoc accidere debuit anno 1198. vel sequenti. Ait enim* (scilicet Antoninus) *quòd euenit circa annum 1200. cùm iam esset Pontifex Innocentius III.* (Ecce vnde etiam colligit limitationem ad annum 1198. vel 1199. nempe quia contigit sub Pontificatu Innocentij III. qui incepit anno 1198.) *Itaque etiam antè annum 1200. magna iam erat sanctitas S. Ioannis; & quamuis dicat, quod tunc agebat vitam solitariam, non est intelligendum, quòd in illa socios non haberet, ipse enim S. Antoninus quatuor lineis inferiùs refert, quòd statim atque in desertum secessit, ad eum concurrerunt alij Eremitæ.* Ecce testimonium Antonini, vbi aiebat B. Ioannem in quadam Eremo mirabilem pœnitentiam egisse concurrentibus ad manendum cum eo alijs Eremitis; quo testimonio vtitur, vel potiùs abutitur Vuadingus, vt pro libito digladietur in doctrinam, quàm ipse sibi fingit, vt destruat; tantùm adducitur à Magistro ad probandum, quòd B. Ioannes Bonus secum habuit alios Eremitas; non verò ad ostendendum, quòd ipse, vel eius socij profiterentur regulam Augustini; & ad idem propositum adduxit testimonia Iordani, & Bullæ Innocentianæ, & statim hæc subdit: *Vocat igitur vitam solitariam quam S. Ioannes agebat; quia erat vita Eremitica, quamuis haberet socios, qui eius vestigia sectarentur. Non dicit S. Antoninus quòd S. Ioannes Bonus assumpsit regulam S. Augustini*, (perpende quo fundamento, quo iure impugnetur Marquez, quasi ex vnico testimonio Antonini intulerit B. Ioannem, & socios obseruasse regulam Augustini; sic sæpe R. P. Vuadingus efficto aduersario, quem facilè perimat, præliatur.) *Quia non vidit Bullam Papæ Innocentij, quam vidit B. Iordanus; & ita non inquit quo anno illam acceperit, & sub illa inceperit fundare; sed M. Antoninus Sabellicus constituit in hoc eodem tempore restaurationem, quam sanctus fecit in ordine nostro, & ex hinc eum efficit fratrem nostræ professionis &c.* Hæc Marquez. Numquid eius asserta fideliter refert, qui ipsi attribuit, quòd ex vnico Antonini testimonio velit deducere introductam in Iambonitarum congregationem circa annum 1200. regulam, & normam vitæ Augustiniensium, atque ipsum congregationis authorem ante annum prædictum 1200. vel 1198. idem genus vitæ suscepisse. Numquid candidè & sincerè respondet, qui, quasi Marquez, ex solo testimonio Antonini colligeret B. Ioannem Bonum fuisse Augustinianæ professionis, respondet nihil haberi in Antonino, de Augustiniana professione, *Nisi fortè id velimus venari, quia dixit illum in quadam Eremo mirabilem pœnitentiam fecisse concurrentibus ad manendum cum eo alijs Eremitis*; vt nobis latenter per irrisum obijciat, quòd velimus omnibus Eremitis habitum, & professionem Augustinianam conferre? Sed iniustè percussus M. Marquez in hac exprobratione potiùs, quàm impugnatione, licèt impugnetur sinè crimine, impugnetur vt noxius, mansuetè respondeat; si ex Antonini testimonio malè locutus sum in his, quæ modò obijcis, testimonium perhibe de malo, si autem benè, cur me cædis?

Sed vt nouos in eum lapides mittas, 77
omnem moues, carpis illum, quia [a] ait Obiectio.
se nihil adeò desiderasse quàm quòd esset qui in hac re facem præferret. Addisque incidisse in vnum, cuius vestigium terere posset, nempe Abrahamum Bzouium in Annalibus, qui ex vita per Constantium Laudensem Augustinianum edita refert sanctum obijsse anno 1249. *Solum hunc numerum annorum* (verba tua sunt) *vtpote suo intento incommodum, & longè à suo argumento alienum, reticuit ex omnibus, qui quoquo modo, etiam inepto* (sic offensas & conuicia procul facis.) *Oblati sunt à quibusuis Authoribus.* Eum autem negare non posse, quòd viderit Bzouium, ex eo probas; quia ex eodem Bzouio prędictæ Bullæ clausulam transcripsit, cap. 22. §. 2. fol. 383. Addis deinde perperam ab illo affirmari, quod Bzouius habeat eam Bullam verbatim, anno 1251. §. 8. num. 19. cùm illam referat anno 1240. num. 11. adijcisque in Regesto Vaticano non haberi in Bulla, *Patrem Ioannem Bonum*, sed, *Fratrem Ioannem Bonum.*

[a] Cap. 26. §. 2. pag. 428.

Miror quòd non obieceris, quòd ibidem asseruit Bullam prædictam Innocentij IIII. directam fuisse Episcopo Mantuano, cùm tamen in Bulla mentio non 78

fiat Episcopi Mantuani, sed Mutinensis. Crediderim ex impressoris errore, & inaduertentia reuisoris accidisse; Cęterum vt obiecta dissoluam, ni me fallo, nemo credit M. Marquez, si legisset Bzouium, & aduertisset citari in margine vitam à Constantio editam; non quęsiturum illam, pręcipuè si videret sancti viri mortem à Bzouio reiici in annum 1249. Duo quidem in hac parte fatebor, vel tria. Primum est. Non omisit Marquez ex industria relationem Bzouij, & Constantij; neque enim adeò hebes erat illud ingenium Phœnicis Hispaniæ, vt sibi persuaderet rem esse in tuto, si ipse taceret, quòd alij prædicarent; præcipuè cùm vita per Constantium edita, ad præcipuum illius scopum de Monachatu Augustiniano S. Francisci non solùm non esset incōmoda, & ab argumento aliena, verùm etiam adeò vtilis, vt credam assensuros saltem probabilitati nostræ sententiæ, quotquot viderint ea, quibus supra ex eodem Constantio probauimus B. Ioannem Bonum secessisse in Eremum anno 1204. vel 1205. & in principio anni 1207. professum fuisse regulam B. Augustini. Addo, si post editam Apologiam, legisset Magister vitam S. Ioannis Boni per Constantium, Laudensem conscriptam, non dubito, quòd Augustini filius humiliter, & ingenuè imitaretur parentem Augustinum; de quo sic ait Anastasius Bibliothecarius in Epistola ad Carolum Imperatorem: a in qua probat quod S. Dionisius primus Episcopus Parisiensis fuit Dionisius Areopagita. *Quid autem, de S. Augustino dicemus, qui etiam libros Retractationum conficiens, nonnulla quæ benè sensisse dudum putauerat, reprehendit?* Secundum est. Miror in hac parte M. Marquez adeò in omnibus perspicacem, diligentem, & sollicitum, & prouidum; qui vt restimonium vnius Authoris ad oculum comprobaret, opusculi editionem distulit etiam per annos; non quæsijsse in Bzouio, quo anno obijsset sanctus ille, cuius sanctitatem prædicabat, & à Summo Pontifice Bullam pro Canonizationis processu expeditam referebat; & in hac causa nihil aliud dixerim, nisi quòd non omnia possumus omnes, & in nullo offendere, plusquam humanæ fœlicitatis est. Tertium est, fortè non perperam refert eam Bullam haberi apud Bzouium, anno 1251. §. 8. num. 19. Quis enim nouit, an in vna editione sic habeatur, & aliter in alia? Tu ais extare eam apud Bzouium anno 1240. num. 11. & tamen in Bzouio, quem ego legi, habetur 1249. col. 576. & tamen non dicam de te id perperam asserere, sed vel esse errorem impressoris, vt credo, vel fortè ita haberi in ea impressione, quam legeras.

Dissoluitur & vna notatur.

Primum.

Secundum.

Tertium.

a Data mense Iunio Indictione 9. an. 4. Ioann VIII. & anno 1. Imperij Caroli.

AD NVMERVM X.

Augustinus fuit Monachus.

79 DVm Genebrardi testimonium niteleris expugnare, & assereres à Marquez illi non concedendum S. Augustinum non præscripsisse regulam Eremitis, quasi id Genebrardus docuerit, in quo te deceptum ostendimus clarè in responsione ad §. præcedentem; ne quid relinqueres, quo lædere posses aduersarium, aduertenter in hæc verba diuertisti: *Non certè circa hoc, nimirum de non præscripta fratribus Regula per Augustinum, non dissimilem, neque alienam esse aliorum sensum, idq; non paucos asserere, quorum rationes nouissimè stabilijt Criticus Augustinianus Author in operibus Sanctissimi Doctoris non ineruditè versatus: At istbic mihi non adeò scribitur, neque metitur, vt rem hanc modo velim examinare.*

Aduersarij assertio.

Deceptus ostenditur.

80 Nouimus & nos esse aliquos, qui ita senserint: sed scimus, plures esse, & liberiores ab humanis affectibus, qui oppositum tanquam indubitatum censuerunt. Res tamen hæc alterius est loci. Fusè pro hac parte à M Marquez pugnatur, & expugnatur opposita. Nos etiam fauentibus superis, eandem conuincemus libro 1. Bibliothecæ Augustini, in cuius operibus penè innumera notauimus testimonia, quæ Monachatui Eremitico Augustini, & Monachismo ab illo instituto fauent manifestè. Addemusque pro ea veritate plures Authores, quos Marquez non adduxit. Modo vnicum placet in medium adferre, ex quo Magister rem hanc non parum roborauit. Is est S. Petrus Damianus, author plusquam quingentorum annorum, qui apud Marquez, b & Ludouicum de Angelis. c Sic ait, in sermone incipiente, *Cunctis amantibus Clericis*, qui idem est cum Epistola. 19. libri. 5. quamuis paulò aliter habeatur in varijs editionibus; in sermone hæc sunt verba. *Sed quia nimis periculosum est immorescere, introducamus & alios testes, Athanasium, & B. Augustinum, nec non Hieronymum sacræ Legis interpretes,*

Monachatus, & Monachismi Augustini probatio exactior, in lib. 1. sui Bibliothecæ ab authore differtur solùm modò ad hoc D. Petro Damiano relato.

b Cap. 4. § 4. pag. 61.

c Lib. 5 de vita & laudibus B. Augustini, cap. 6. fol. 63.

Marianum

Marianum quoque Rauennatem Episcopum, quos nulli dubium est Monachos fuisse, & Ecclesiam gloriosissimè gubernasse, a *introducimus & alios testes,* B *(illum scilicet, Athanasium, & D. Augustinum, necnon & Hieronymum sacræ Legis interpretem, Marianum quoque Rauennatem Episcopum, & Augustinum Anglorum præsulem, quos nulli dubium est Monachos fuisse, &c.* Et statim. *Nunquid nam Romani Præsules, vel isti, quos nunc retulimus, quia Monachi fuerunt, minus laudabiles habiti sunt? Non vtique.* Hæc S. Petrus Damianus, & audebis dicere Augustinum non fuisse Monachum? si autem Monachum dicis, non negabis Monachorum, atque adeò Eremitarum institutorem.

a Et lib. 1. Epist. 19 ad Canonicos, & Clericos.

81 Hoc vnum addidero pro concordia inter Reuerendos Dominos Canonicos Regulares, & Eremitas Augustinianos. Qui Augustinum negat vtriusque religionis Auctorem, mortui patris transfigit cor, & se eius nõ esse filiũ ostendit. *Dicunt quòd nobilis quidam* (ait Albertus Patauinus, b & ante etiam Alberto Antiquior Guillelmus Peraldus Dominicanus, vt quidam volunt, Archiepiscopus Lugdunensis c) *Habuit speciosam valdè vxorem, clam adulteram, quæ appropinquans morti ex præcepto confessoris sui manifestauerit marito, quod ex tribus, quos ipse putabat esse filios suos, vnus tantùm erat ab eo genitus, duo reliqui ex adulterio concepti erant. Quibus verbis ille grauiter vulneratus, volens quærere quis esset verus filius. Mortua est igitur mulier, & ille nobilis ex tristitia tabescens, post non multos dies, & ipse decubuit lecto moriturus. Vocatisque ad se tribus adolescentulis, illis ait: vnus ex vobis tantùm filius meus est, quem relinquo hæredem, alios ex adulterio genitos ab hæreditate repello. Post mortem patris grauis contentio inter iuuenes oritur; nam quilibet se dicit esse filium, cæteros insequitur; ad iudicem ergo litterarum causa deducitur; qui cùm nullus posset deprehendere, indicij verum filium; cadauer mortui fecit exhumari, & iussit, vt tres illi sagittis peterent mortuum, hoc diffiniens: vt qui cor patris mortui propiùs sagittaret, ille verus esset filius. Primus & secundus grauiter vulnerauerunt mortuum; sed adolescentior filius perfusus lachrymis, Cedat, inquit, hæreditas paterna, sint alij filij, ego dilecti patris mortuum corpus vulnerare non possum. Quo pietatis indicio compertum est hunc filium esse suum.* Qui ab Augustino, vel Canonicos, vel Eremitas aufert; cor eius sagittis, non amoris, sed doloris transfigit; ego dilecti patris cor vulnerare non possum, & vel ex hoc ostendam, me eius esse filium.

Qui Augustinum Eremitarum, vel Canonicorum negant patrem defuncti patris cor transfigit, & se illius filium, nõ esse demonstrat.
b In Quadragesimali, serm. 36. in ordine fol 311. pag 2
c In summa de virtutibus, & vitijs parte 2. de peccato linguæ. tract 9 § qui inculpabiles sint, qui blasphemos tolerant, quando possunt prohibere.
Ex eo quòd offendere noluit cadauer patris, agnoscitur, & declaratur filius.

RESPONSIO TERTIA, AD S. TERTIVM.

AD NVMERVM PRIMVM.

Ratio ab authoritate negatiua desumpta contra Monachatum Augustinianum S. Francisci dissoluitur.

1 PRima ratio, quam contra Monachatum Augustinianum S. Francisci obijcis ex ijs, quæ P. Daza congessit, desumitur ex eo, quod nullus ex omnibus S. Francisci domesticis, aut vetustis vitæ scriptoribus, etiam non domesticis, verbum vllum fecit de illo. *Quòd præcipuè, vt ais, vrgere debet Marquez, qui dissimili argumento vsus est, vt omninò negaret S. Bonauenturam præfuisse vnioni generali Eremitarum.*

Prima aduersarij ratio cõtra Monachatum Augustinianum S. Francisci.

d Cap. 14. §. 11

2 *Quòd si quis* (ais) *cum Marquez ex Bergomate respondeat argumentum ex authoritate negatiuum non esse efficax; quia non omnia possumus omnes, & non omnes Euangelistæ vnum & idem de Christo scripserunt; & tamen omnes vera scripserunt;* Contra hoc instas; quia licèt non omnibus omnia constent; mirum tamen est, quod res notabilis, & scitu necessaria nulli innotuerit. Retorquesque exemplum in Magistrum dupliciter. Primò, quia *licèt non omnes Euangelistæ omnia, eademque scripserint; tamen quod vnus omisit, alter supplevit; & præcipuas, fideique nostræ pretiosas Christi actiones notauit. At Monachatum Francisci, rem ex natura sua notissimam, & omnium oculis patulam omnes omiserunt: nullus suppleuit.* Secundò; *quia actionem aliquam seriam, aut grauem Christi ab omnibus Euangelistis prætermissam in medium afferres, nec eam certa traditione, à Christi familiaribus, aut coæuis deducta; vel reuelatione certa comprobaret, exsibilaretur, & tanquam temerarius rejiceretur, & eius relatio reputaretur apocrypha; in præsenti autem, historiæ authores noui, traditio nulla, nec prætensa reuelatio, altum in authoribus coæuis totius rei silentium; quam ergo merebitur fidem, aut nomen; quam nullus ex probatissimis, lectissimisque historicis sciuit, aut retulit? quis dicet historiam quibusdam postea seculis ab alijs rem*

Solutio.

Aduersarij replica.

suam agentibus, & honori consulentibus excitatam ad fidem admittendam? Quis à suspicione, & censura supposititiæ poterit vendicare? Sanè arguis sinè stomacho & bile, quia dicis in præfatione ad tuum lectorem, *offensas, & conuitia procul fecimus.*

3 Argumentum cui M. Marquez, respondit eiusq; solutionem, aliter apud eundem iacere, ac ea aduersarius refert aperitur.

Vincat pax Christi in cordibus nostris, & humana ratio ratione soluatur. Quod vt prestem, plura notabo. Primum est; dum fideliori trutina libras rationum pondus, quod, vt ais, Marquez attenuare intentauit, eius responsionem ex Bergomensi desumptam adducis. Sed bone Deus quàm aliud est videre argumentorum solutiones in authoribus, à quibus traduntur, vel à quibus impugnantur. M. Marquez (sicut & Philippus Bergomensis id solùm sibi opposuerat [a]) dissoluit argumentum, quod affert P. Daza ex sola authoritate negatiua S. Bonauenturæ; tu verò efformas argumentum ex authoritate negatiua omnium authorum vetustorum, siuè domesticorum, siuè exteriorum, M. Marquez duo respondet. Primum est S. Bonauenturam non scripsisse omnia, quæ de B. Francisco scribi potuerunt, sicut neque singuli sancti Euangelistæ retulerunt omnia de Christo. Vnde sic infert. *De manera, que muy bien se le pudieron ir por alto à la diligencia de San Buenauentura algunas marauillas del Seraphico Padre.* De authoritate verò negatiua aliorum veterum authorum, neque verbum in argumento, vel solutione habet, at, respectu solius Bonauenturæ sufficientissima solutio. Secundum est, etiam D. Bonauentura dixit non per verba formalia, sed per æquiualentia, dum eius habitum descripsit, S. Franciscum fuisse Monachum Augustinianum. Tu verò tantùm refers ipsum respondere, quòd non omnia possumus omnes, (quæ verba Marquez ibi non habet) neque SS. Euangelistæ vnum, & idem de Christo scripserunt, & tamen vera omnes scripserunt: & hoc dicis ab ipso responderi ex Bergomate ad argumentum, prout à te proponitur; si hoc modo referuntur argumenta, & solutiones, mirum non erit alijs insultare, & victoriam canere, legentesque, & credentes testimonio referentis relatis, omninò decipi.

[a] Cap 24. §. 1. pag. 395.

M. Marquez solutio sufficientissima.

4 Argumentum aduersarij in tribus ab argumento M. Marquez diuersum ostenditur.

Salua ergo in hac parte M. Marquez ex Bergomensi responsione; vt diluam obiectionem à te nouiter & efficaciùs, quàm à P. Daza propositam, secundum, quod noto, est; hoc tuum argumentum non est simile, vt asserebas, argumento, quod M. Marquez, [b] adduxit vt omninò negaret S. Bonauenturam præfuisse vnioni generali Eremitarum: eius enim argumentum in linguam Latinam translatum hoc est: *Certum etenim est quod* (scilicet, si ea relatio vera esset) *aliqua historia ordinis S. Francisci, vel Papa Sixtus IV. in Bulla Canonizationis; vel Sixtus V. in decretali, in qua eum constituit Ecclesiæ Doctorem, vel Cardinalis Sarnanus in Epistola ad Sixtum V. quæ est in principio operum eius, vel Petrus Galesinius Protonotarius Apostolicus in eius vita, in qua alia multò minora scribuntur, huius meminisset, & si quidem in nulla harum partium, vsq; hodie inuentum est vestigium, neque vsquam in lucem exiit vsque ad picturam B. Francisci inter nouitios S. Ioannes Boni, &c.* Hoccine est simile argumento tuo? Tu sic arguis: *Nullus ex omnibus S. Francisci domesticis, aut vetustis vitæ scriptoribus verbum illum fecit; neque tres socij, Ruffinus, Angelus, & Leo, quorum hic, erat à secretis, & à conscientia, neque Thomas Celanus, socius & discipulus B. Francisci, neque Bonauentura; non Bernardus à Bessa Bonauenturæ socius, non Ioannes à Ceprano, non Vincentius Beluacensis, non Antoninus Florentinus, non denique alius quicunque vetustus scriptor. At credibile non est omnes tacituros rem suo tempore, vel paulò anteriori transactam, &c.* Hoccine est argumentum simile illi? Ego quidem duas dissimilitudines inuenio, vel tres. Prima est, quòd Marquez ait, *Nulla historia ordinis S. Francisci*; tu verò non dicis, *nulla historia ordinis Augustini.* Secunda, Marquez ait, *in nulla harum partium, vsque hodie inuentum est vestigium, neque vsquam exiit in lucem vsque ad modernam picturam*; Tu verò non dicis, nec dicere potes in nullo vetusto scriptore vsque hodie inueniri vestigium, neque vsquam exijsse in lucem vsque ad tempus modernum; negari enim nō potest inueniri vestigium, in Bonauentura, Vincentio, Antonino, & alijs describentibus eius habitum Eremiticum; & exijsse in lucem multo ante hæc tempora, nempe circa annum 1334. & 1356. & 1486. ab Henrico de Vrimaria, seu Alemania, Iordano de Saxonia, Philippo Bergomensi, & Antonino Sabellico, vt infra latè probabimus. Tertia est, quod M. Marquez comprehendit authores modernos, etiam Franciscanos, verbi gratia, Sixtum Quintum, & Cardinalem Sarnanum. Tu verò excludis Bergomensem, Sabellicum, Polydorum, & alios multò antiquiores Sixto Quinto, & Sarnano. Vide quàm simile sit argu-

[b] Cap 4. § 11 pag. 56.

Prima.

Secunda.

Tertia.

sit argumentum, vt vim debeat obtinere maiorem apud tuum dissertatorem. Vnde multò melius dici posset de Bonauenturæ præsidentia, quod de Monachatu S. Francisci, [a] habes. *Quis dicet historiam quibusdam postea sæculis, ab alijs rem suam agentibus, & honori consulentibus excitatam, ad fidem assumendam? Quis à suspicione & censura supposititia poterit vendicare?*

a Pag. 24. § 3. num. 2.

5

Argumentum aduersarij dissoluitur, & inefficax esse triplici exemplo & ratione à priori conuincitur.

Tertium, quod noto est; argumentum, prout adhuc à te proponitur, inefficax est. Isto rem hanc triplici exemplo manifesto. Primum est: nullus vetustus scriptor dixit, quam regulam obseruauerit B. Benedictus ante sui ordinis institutionem; & tamen nemo dicet esse improbabile eum vixisse secundùm regulam Basilij, quandoquidem ex alijs rationibus, & coniecturis potest probabiliter deduci.

Primum exemplum.

Secundum.

Secundum est: Nullus antiquus author retulit S. Gregorium I. Papam fuisse professum regulam, vel ordinem S. Equitij; & tamen insignis ille Pater Historiæ Eminentissimus Cardinalis Baronius id affirmauit, neque omnes id credent esse improbabile.

Tertium.

Tertium est; Nullus ex antiquis, & coætaneis expressit B. Ioannem Bonum vixisse sub regula Augustini; & tamen hoc certissimum est ex Bulla Innocentij IV. Quare ergo erit argumentum efficax; nullus ex domesticis S. Francisci, vel vetustis scriptoribus asseruit B. Franciscum ante institutionem sui ordinis fuisse Monachum Augustinianum; ergo improbabile est, quod fuerit.

Ratio à priori.

Ratio autem à priori, quare non sequatur rei improbabilitas ex authoritate negatiua authorum id non exprimentium, ea est; quia probabilitas rei non dependet necessario ex relatione expressa authorum: sed etiam oritur ex relatione implicita, ex coniecturis deductis ex rebus alijs, quæ narrantur ab authoribus. Audi verba aurea Magni Aurelij Augustini, [b] *Sed non omnia, quæ facta sunt, scripta inueniuntur, veruntamen facta esse, ex cæteris documentis probatur. Scriptum est, quia baptizatus sit Apostolus Paulus,* [c] *& scriptum non est; quia baptizati sint alij Apostoli, verumtamen illos etiam baptizatos intelligere debemus, quemadmodum scriptum est,* [d] *quando baptizatæ sunt plebes Ecclesiarum in Hierusalem, & Samaria, quando autem baptizatæ sint aliæ plebes gentium, quibus Apostoli Epistolas miserunt, non est vtique scriptum; & tamen etiam ipsas baptizatas, vtique minimè dubitamus, propter illam Domini sententiam.* [e] *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non intrabit in Regnum Cælorum.* Sic ergo in præsenti, (quamuis daremus rem hanc à nullo vetusto authore exprimi, cùm tamen ab Henrico, & Iordano referatur,) Probabilitas huius sententiæ oritur saltem ex coniecturis probabilibus deductis ex rebus, quas antiqui Authores expresserunt. Vnde meritò author libri de Assumpt. B. Mariæ, [f] sic ait. *Sunt & quædam, quæ, quamuis commemorata ex toto omissa sint, vera tamen ratione creduntur; atque ipsa conuenientia rei, quemadmodum dux & prauia creditur. Nihil enim de Melchisedech Sacerdotis Dei excelsi instituta loquitur, cùm ipsa præcessisse tanta laudis merita cognoscatur. Nihil de Helia, & Enoch, postquam rapti sunt, vita fœlicitate commendat, cunctis liquidè scientibus eos beatè viuere, quos Dominus hinc in futurum saluandos voluit rapere, &c.* Addamus etiam, & D. Bonauenturæ testimonium, [g] vbi loquens de Christo sic ait: *Fatemur eum fuisse virginem, & vxore caruisse, licet scriptura de hoc non faciat mentionem.* Addamus & Augustini testimonia non leuia, [h] qui de bono latrone loquens sic ait: *Huc accedit, quod non incredibiliter dicitur; latronem qui tunc credidit iuxta Dñm crucifixum, aqua illa, quæ de vulnere lateris eius emicuit, tanquam sacratissimo Baptismo fuisse perfusum; vt omittam quòd eum antequam damnaretur, baptizatum nõ fuisse, quoniam nemo nostrum nouit nemo conuincit;* & [i] de latrone bono, & Dinocrate fratre S. Perpetuæ agens, ait: *Quasi quisquam, cui non credere nefas esset, huic indicauerit, quod non fuerint baptizati;* & [k] *de ipsis Euangelistis Marco, & Luca, & innumerabilibus cæteris, quos absit, vt baptizatos esse dubitemus, quamuis non legamus.* Ex quibus testimonijs constat, in Augustini sententia inefficax argumentum desumi ex authoritate negatiua; atque adeò ex his eneruatum manet argumentum à te propositum.

b Epist. 108. ad Seleutianam.

c Act. 2. & 18.

d Act. cap. 41.

e Ioannis 3.

f Cap. 2. apud Augustinum tom. 9.

g In tractatu de paupertate Christi cõtra M Guillelmũ fol. 267. pag. 1

h Lib. 1. de Anima, & eius origine, c. 9.

i Lib. 3. c. 11.

k Lib. 3. cap. 9.

6

Replica aduersarij contra responsionem M. Marquez in maiori, & minori peccãs deprehenditur.

Pro solutione autem eorum, quæ adducis contra solutionem, quam dicis esse M. Marquez, licèt non sit vt vidimus; Quartum; quod noto, est. Prima obiectio, seu replica in maiori, & in minori peccat. Adhuc enim omnes Euangelistæ simul non suppleuerunt, aut notarunt omnes præcipuas, & fidei nostræ proficuas actiones; & Monachatum S. Francisci non omnes omiserunt. Probemus singula, & incipiendo ab vltimo: alij ex antiquis etiam Authoribus, vt infra probabimus, id retulerunt expressè, alij verò implicitè. Primum verò sic probo. Primò ex D. Ioanne capit. 21. ibi:

Sunt au-

Omnes Euangelistas simul non scripsisse omnes præcipuas, & fidei nostræ proficuas actiones Christi probatur primò.

Sunt autem & alia multa, quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros. Ex quo sic argumentor: ergo vel omnes Christi actiones, quæ scriptæ non sunt in Euangelistis, non fuerunt præcipuæ, neque fidei nostræ proficuæ; vel aliquæ præcipuæ, & proficuæ non sunt scriptæ in Euangelistis. Si dicatur secundum, habemus intentum; & sicut omnes Euangelistæ omiserunt aliquam Christi actionem, præcipuam, & proficuam; ita omnes scriptores vitæ D. Francisci, potuissent omittere eius Monachatum Augustinianum: primum verò dici non potest; quia plura præcipua, & proficua nouimus de Christo, vel ex alijs libris Canonicis, vel ex traditione, vel ex doctrina aliquorum Patrum; qualia sunt v.g. Christum cum clamore valido, & lachrymis offerentem, exauditum esse pro sua reuerentia: quòd habemus ex Epist. ad Hebr. cap. 5. & dixisse: *Beatius est magis dare quàm accipere*, quòd nouimus ex Actibus Apostolorum, cap. 20. Beatam Mariam semper fuisse Virginem, quòd ex traditione nouit Ecclesia; & tandem Christum communicasse Iudam in nocte Cœnæ; quòd tãtùm nouimus ex doctrina aliquorum PP. ergo aliquæ Christi actiones præcipuæ, & proficuæ non sunt scriptæ in Euangelistis, imò neque in vllo libro Canonico. Et confirmatur vrgentiùs; quia, vt optimè arguit Illustriss. Card. Bellarminus è Societate Iesu,[a] Christus ea, quæ Ioannis 16. promisit se dicturum, sinè dubio dixit post Resurrectionem, vt Lucas testatur Act. 1. *Per dies quadraginta apparens eis, & loquens de Regno Dei*; At Euangelistæ paucissima scripserunt, de gestis & verbis Domini post Resurrectionem; & credibile non est Apostolos, qui illa viderant, & audierant, non tradidisse Ecclesijs. Neque dici potest, quòd licèt non sint scripta omnia, quæ dixit, aut fecit Iesus; esse tamen scripta omnia necessaria. Contra est enim. Primò, quia ea est hæreticorum responsio, qua reijciunt traditiones non scriptas. Secundò, quia contra rectè obijcit Bellarm. quia multa necessaria non sunt scripta, & præsertim de Sacramentorum institutione, quæ sinè dubio Dominus tradidit in illis diebus quadraginta; ergo plures Christi actiones præcipuæ, fideique nostræ proficuæ, non sunt scriptæ in Euangelistis, imò neque in vlla Canonica scriptura; atque adeò dici non potest à viro Catholico omnes Christi actiones, quæ scriptæ non sunt in Euangelistis, non esse præcipuas, aut non esse fidei nostræ proficuas: seu in hac parte ex authoritate negatiua desumi efficax argumentum. *Non enim potest* (verba sunt Augustini Epist. 9. ad Hieron.) *Aut oportet literis explicari, quanta & quàm inexplicabilia mala consequantur, si hoc concesserimus; cùm habeas sanos, & vigiles oculos, nescio qua dissimulatione auertisti, vt non intenderes, quæ consequuntur aduersus, si semel id creditum fuerit.*

Confirmatur.

a Lib. 4. de Verbo Dei non scripto, cap. 5. col. 80.

Eualio.

Infringitur primo.

Secundo.

Neque possum omittere rationes, quas adhibent Patres, propter quas Ioannes Euangelista dixit non omnia Christi facta esse scripta; vt enim habet Maldonatus, egregius Euangeliorum commentator,[b] Chrysostomus, & Theophilactus, ideò existimant, hoc addidisse, vt ostenderet se non ad gratiam, quòd amicus esset, scripsisse Christi: etenim qui ad gratiam scribit alicuius, nihil prætermittere solet, quod ab eo gestum fuerit cõmemoratione dignum: sic ergo scriptores vitæ B. Francisci, cùm non scripserint ad gratiam, potuerunt omittere aliquod eius gestum dignum commemoratione. Cyrillus verò, & vt videtur Leontius, & Theodorus Heracleotes excusationem esse putãt; potuisse enim Euangelistam ab aliquo imprudenter reprehendi, quod multa Christi facta silentio præterijsset; excusare multitudinẽ ab eo rerum gestarum, tam multas scilicet fuisse, vt nec scribi possint; & si scriberentur, tot mundum volumina capere non posse: & subdit Maldonatus, *probabilius hoc est*. Sic ergo licèt scriptores vitæ B. Francisci possint ab aliquo reprehẽdi, quòd multa eius facta silentio præterierint, excusantur multitudine rerum ab eo gestarum. Addit denique Maldonatus. *Mihi quidem aliò potiùs spectasse videtur Euangelista. Nequis existimaret non fuisse facta à Christo plura miracula, quàm quæ ipse, cæterique Euangelistæ commemorassent, & fidei terminum figeret, nihil præterea credens, quod aut alibi legeret, aut aliunde à Christo factum audiret*: Sic ergo Authores antiqui, coætanei hoc nõnulli omiserunt, alij non expresserunt; ne quis in rebus B. Francisci, nihil præterea crederet, quòd alibi legeret, aut factum audiret.

7 Quare D. Ioannes non omnia Christi facta scripta esse dixit; & cur omnia scripta non sunt ab authoribus vitæ D. Francisci.

b In cap. 21. Ioannis.

Secundò probatur efficaciter, non omnes Christi actiones, & fidei proficuas fuisse scriptas ab Euangelistis etiam omnibus; quoniam, vt S. Antoninus ait:[d] Innocent. III. quæsitus à Lugdunẽsi Episcopo de forma consecrationis sanguinis Christi; quia nullus Euangelistarum ponit talẽ formam

8 Probatur secũdo authoritate Innocentij III.

d 3 p. tit. 19. c. 1 § 9. fol. 33. pag. 2.

ex inte-

ex integro, & illa verba, *aeterni, & mysterium fidei*, in Euangelistis non habentur; sed nec quod Christus tunc eleuauerit oculos ad cœlum; vnde talia verba posita sunt in forma, qua nunc Ecclesia vtitur? Respondet, a & dicit: *Sanè multa tam verbis quàm factis Dominicis inuenimus ab Euangelistis omissa, quæ Apostoli, vel suppleuisse verbo vel facto expressisse leguntur. Nam Paulus in Act. Apostol. cap. 20. sic ait: Meminisse vos oportet verbi Domini Iesu, quod dixit, Beatius est magis dare quàm accipere. Hoc nullus Euangelistarum dixit; nullus etiam eorum expressit; quòd Paulus de Christo 1. Ad Corinth. 15. scribens ait, visus est plusquam quingentis fratribus simul; deinde, visus est Iacobo; ipsi etiam Euangelistæ inter se mutuo suppleuisse leguntur, quæ ab eorum aliquo, vel aliquibus sunt omissa &c.* Quid clarius dici potuit vt probaretur, non omnes Christi actiones, etiam præcipuas, & proficuas fuisse scriptas ab aliquo Euangelista?

a Extrauag. de celebrat. Missar. cap. cũ Marthæ.

9 Quintum, quod noto est. Secunda obiectio contra solutionem, quam ais esse M. Marquez, ex Bergomate, minus à veritate deuiat, deuiat tamen: id probo. Primò, quia v.g. quòd Christus in nocte Cœnæ corpus, & sanguinem, Iudæ proditori tradiderit, non scribitur ab vllo Euangelistarum, non cõprobatur certa traditione à Christi familiaribus, aut coæuis deducta, vel certa reuelatione; & tamen Patres id asserentes, neque exsibilantur, neque tanquam temerarij reijciuntur. Dices id scribi ab Euangelistis, licèt implicitè, ita vt probabiliter potuerit asseri, & negari; sed stemus in hoc; etiam Monachatus Augustinianus S. Francisci, in authoribus coæaneis, continetur per verba æquiualentia, ex quibus cum magna probabilitate possit inferri. Quare ergo exsibilabis, & vt temerarium reijcies eum, qui asseruerit ex relatione authorum coætaneorum sequi, B. Franciscum ante sui ordinis institutionem induisse habitum Eremitarum Augustiniensium?

Secunda replica contra solutionem Magistri Marquez à veritate deuiare monstratur primò.

Euasio.

Applicatur.

10 Secundò, quia licèt, b Gelasius 1. inter Apochryphia numeret Epistolam Iesu ad Abagarum, quæ tunc circumferebatur, tamen nemo exsibilauit, aut velut temerarium, & apocrypha narrantem, reijciet, eum, qui dixerit Dominum imaginẽ suam à Deo factam, quam manus hominum nõ attigit, misisse Abagaro; qui eam videre desiderabat; ea enim historia, ex Euagrio, c canonizatur in secunda Synodo Nicæna habita octauo Cal. Octobris. Indict. 11. anno Christi (vt refert Noster Onuphrius d) 789. sub Adriano I. à 350. Episcopis, actione 5. e vbi & Leo quidam narrauit, quòd cum ipse descenderet in Syriam cum Regijs Apocrisarijs, Edessam petijt, & venerandam imaginem, non factam hominum manu, adorari & honorari à populo vidit: & S. Bonau, f sic habet: *Et Damascenus ad confirmationem sui dicti adducit exemplum Christi, de quo refertur, quòd Abagaro Edessenorum Rege, mittente pictorem, vt imaginem Domini depingeret; quo non potente propter resplendentem claritatem faciei Christi, Dominus vestimento apposito faciei suæ, similitudinem propria faciei mirabiliter impressit, & sic suam imaginem desideranti Regi transmisit.* Et Illustriss. D. Franciscus Gonzaga, g loquens de Prouincia Romana, & Monasterio Tertio Monialium, qui est Sancti Syluestri in campo, Romæ, sic ait: *Sacrum seruatoris nostri Christi sudarium, ad Abagarum Regem ab eodem transmissum, sanctumque Ioannis Baptistæ caput, custodiunt.* Gentæ etiam Fratres Armeni in Conuentu S. Bartholomæi ostendunt, vt vidimus anno 1623. effigiem Christi Domini, quam dicunt esse eam, quam Christus misit ad Abagarum.

Secundò.
b Dist. 15. cap. Sancta Romana Ecclesia.
Epistola Christi ad Abagarum Regem Missa inter apocrypha numeratur, secus historia de Christi imagine Missa ad eundem.

c Lib. 4. Historiæ Ecclesiasticæ
d In Epitome Pontificum, & Cardinaliũ, pag. authori 43.
e Pag. authori 548.
f De septem Donis Spiritus sancti. cap. 2. de dono pietatis, tola 18. pag. 1.
g p 1. Chronicorum, pag. 191.

11 Ex his sic argumentor: Historia de imagine Christi missa ad Abagarum, non est Apocrypha, neque temeraria, neque ab vllo Catholico exsibilatur, aut potest exsibilari; & tamen, neque constat ex vllo libro sacræ Scripturæ, vt patet; neque ex reuelatione certa, vt etiam constat; neque ex certa traditione à Christi familiaribus, aut coæuis deducta; hæc enim traditio in quãtum nosse potuimus, ostendi non potest, nisi ex Euagrio, Damasceno, Synodo 2. Nicæna, & Bonauentura, & alijs nouioribus. Euagrius autem (teste Baronio, h finem historiæ suę imposuit anno 12. Regni Mauritij Imperatoris, qui inchoabatur mense Augusto anno 594. Damascenus autem (teste eodem Baronio, i floruit circa annum Domini 723. & deinde Synodus 2. Nicæna, vt ex Onuphrio diximus celebrata fuit anno Christi 789. & S. Bonauentura obijt an. 1274. Ecce author antiquior, qui huius historiæ meminit, vixit post id factum Christi, plusquàm per 500. annos. Vnde ergo poterit ostendi traditio certa ex Christi familiaribus, aut coæuis deducta? ergo non exsibilabitur, vel reijcietur, vt temerarius, qui actionem seriam grauemue Christi ab omnibus Euangelistis prætermissam, adduxerit in medium: etiamsi non comprobet ex certa traditione, à Christi familiaribus, aut coæuis deducta;

Argumentum.

12

h In Epitome Spondani anno 594. num. 4. pag. 659.
i Ibidem anno 727. num. 1. pag 735.

ducta; neque ex certa reuelatione; atque adeò neque exsibilabitur ille, aut velut temerarius reijcietur, qui in medium adduxerit Monachatum Augustinianum S. Francisci, etiamsi ab omnibus Authoribus vetustis omninò reticeretur, & neque ex traditione certa, aut reuelatione certa comprobaretur. Præterquàm quòd hic Monachatus traditur per verba æquiualentia ab authoribus ipsi sancto coætaneis, assignando illi habitum Augustinianum; & expressè ab alijs non multùm posterioribus, quales sunt Henricus, & Iordanus, vt ostendemus, in responsione ad §. 5. num. 1. tui Apologetici. Vndè dicere possumus cum Bernardo[a] Henrico, & Iordano nostro *Id reseruatū est, quod alij tacuerunt; neq; enim omnes omnia dicere congruum erat, vt à diuersis diuersa colligere gaudemur, & debitas singulis gratias referamus.* Neque ex hoc quòd scriptores aliqui id nō expresserint, sequitur nō ita se habuisse, vt enim optimè Cardinalis Iacobatius,[b] *Nō ex hoc quòd aliqui scriptores taceant dictam donationem, & baptisma* (scilicet Imperatoris Constantini Magni) *sequitur quòd non fuerit baptizatus à Syluestro, aut quòd non fecerit donationem.*

Monachatus sancti Francisci per verba æquiualentia à coæuis expressus.

a Serm. 1. de Epiphania.

b Lib. 10. de Concilijs, a 6. nu 3. fol 398. pag. 2. quod opus habetur p 1. tom. 13. Tractatuum Iuris.

AD NVMERVM II.

Ratio ex Bulla Canonizationis B. Francisci petita diluitur.

12 Secunda Aduersarij ratio.

SEcunda ratio in oppositum à te adducta, qua & P. Fr. Antonius Daza vsus fuerat, sicut & ferè omnibus alijs; quas adducis: vt fortè dici posset, quòd Iacobus Albertus Castrensis[c] scitè dixit: *Fuco quodam verborum, nouum apparere faciunt, quod nec nouum, nec aliud est*; Hæc est. Gregorius IX. summè familiaris D. Francisco in nulla ex his Bullis, quas dedit, vel ad eius canonizationem intimandam, vel ad eius laudes celebrandas, vllam fecit huius rei mentionem: At de eis, qui veteres relinquunt religiones vt nouas instituant, id laudis loco celebratur in Bullis Canonizationis, vt constat in S. Dominico, & Francisco de Paula; non ergo est credibile Pontificem, qui hoc ignorare non poterat, eam illi laudem & encomium negaturum; præsertim cùm graui stylo sub multis sacræ Scripturæ formulis exprimat eius à mundo recessum, quo tempore contenditur hunc subijsse Monachatum.

c In præfatione ad D. Thomam in Epistolas Pauli contra scriptores modernos.

13 Aduersarij ratio

Addam & ego in fauorem huius rationis efficaciùs testimonium. Sixtus IV. in Bulla data Romæ anno 1472. 8. Idus Septembris. Pontificatus 2. (extat apud Emanuelem Rodriguez in Compendio Priuilegiorum Mendicantium) vt probet B. Catharinam Senensem non fuisse stigmatibus Christi decoratam, hoc vtitur argumento. *Nos igitur de præmissis plenariam habentes notitiam, & quòd si dicta S. Catharina stigmata huiusmodi habuisset, fel. record. Pius Papa II. prædecessor noster, qui eandem S. Catharinam Catalogo Sanctorum adscripsit, & suarum virtutum prærogatiuas, in sua Canonizatione luculentissimè declarauit: specialem de hoc singulari Priuilegio fecisset mentionem.* Eodemque argumento idem Pontifex vsus est in Bulla (extat in eodem Compendio Emanuelis) data Romæ, anno 1475. pridie Nonas Iulij. Pontificatus I V.

efficaciori testimonio ab authore robo ratur.

14 Huic argumento verè & eleganter occurrit M. Marquez.[d] Neque video quid à te contra eius responsionem obijciatur. Nos illam breuiter referemus, & nouis exemplis illustrabimus. Igitur eum Marquez, vel ex eius doctrina respondemus plura. Primum est. Greg. IX. in secunda Bulla Canonizationis B. Francisci, quæ incipit: *Mira circa no*, & loquitur ad omnes fideles, & data est die 19. Iulij, anno 1228. eiusque meminerunt Card. Baronius,[e] & P. Robelledo;[f] referunt illam verbatim: Laertius Cherubinus,[g] estque secunda inter Bullas Gregorij IX. & M. Marquez,[h] sub grani quadam sacræ Scripturæ formula, iuxta totius Bullæ tenorem, huius etiam Monachatus videtur non obscurè meminisse, vt obseruauit acutè Marquez[i] Bulla enim hæc Gregorij IX. habet §. 3. dum loqueretur de eius egressu è domo paterna: *Vitia quoque supplantans, & contra mundum, carnem, & potestates aereas luctamen assumens viriliter, vxore, villa, bobus, à cœna magna retrahentibus inuitatus, penitus (nota verbum, signa mysterium) abdicatis, cum Iacob domino iubente, surrexit, &c.* Ea autem impedimenta vitæ spiritualis non abdicantur penitus, nisi per tria vota, paupertatis, obedientiæ, & castitatis; loqui autem in eo §. de statu Eremitæ, non Minoritæ, colligitur ex §. sequenti, vbi sic ait: *Ne verò sibi solt p. oficeret, in monte in tantummodo Rachel amplexibus inhærendo contemplationi, pulchra quidem, sed sterili: ad Liæ interdictum descendit cubiculum, minaturus gregem gemellis fœtibus fœcundatum, ad interiora deserti*; Ecce vbi satis innuit illam totalem abdicationem vxoris, villæ, & boum, fuisse antè institutionem sui ordinis, atque adeò antè illam vouisse

d Cap. 24. §. 12. pag 398.

Ex doctrina M. Marquez ad aduersarij argumentum respondetur primo ex Bulla Canonizationis D. Francisci Monachatum Augustinianum eiusdem nōobscurè indicari.

e In Martyrologio in Nonis ad diem 4. octobris.

f 1. p. Chronicorum lib. 2. cap. 48.

g Tom. 1. Bullarij fol 51.

h Cap. 24 §. 2. pag. 400.

i Cap. 25 §. 6. pag. 421.

vouisse tria vota substantialia. Quòd si fecit antequam suum ordinem institueret, sinè fundamento negaretur id fecisse in nostro, & affirmaretur fecisse in alio.

15 Secundum est. Demus Gregorium IX. in his Bullis non meminisse Monachatus Augustiniani S. Francisci, cùm tamen in Bulla Canonizationis S. Dominici dixerit fuisse Canonicum Regularem; & Leo X. in Bulla Canonizationis S. Frãcisci de Paula retulerit; cum fuisse nouitium ordinis Seraphici; (quidquid sit de hoc; negatur enim mordicus à P. F. Ioanne de Morales. a Nihilominus hinc inefficax sumitur argumentum contra Monachatũ Augustinianũ S. Francisci, id quod probo dupliciter. Primò, quia neque meminit stigmatum S. Francisci in vlla ex duabus Bullis Canonizationis ipsius, quarum meminere Baronius, & Rebolledus vbi supra, & quas affert Marquez loco infra citando; & tamen ipse Pontifex varijs in Bullis fatetur se ex eo miraculo motum fuisse, ad eum canonizandum. *Ex tanto miraculo* (ait Pontifex in Bulla, quam affert Rebolledus, vbi supra, cap. 25. quæ data est 30. Martij, anno 11. Pontificatus. Et in alia, quem habet Emanuel Rodriguez in Compendio Priuilegiorum in Bulla 8. Gregorij IX. data 11. Cal. Aprilis anno 11. Pontificatus, pag. 25. directa Prioribus, & Prouincialibus Fratrum Prædicatorum; & in alia, quam adducit Cherubinus tom. 1. in Bulla 12. Gregorij IX. data Viterbij 11. Calend. Aprilis, Pontificatus 11. pag. 58. data ad omnes fideles de veritate stigmatum 1237.) *Cùm cæteris probato solemniter causam specialem habuimus, quòd ipsum adscripsimus Catalogo Beatorum.* Secundò, quoniam etiam nullam fecit mentionem de habitu Eremitico, quẽ S. Franciscus portauit per biennium antè sui ordinis institutionem; & tamen inde non infertur, quòd non portauerit illum. Negari enim non potest per biennium incessisse indutum habitu Eremitico, cùm asseratur à tot fidissimis authoribus, quos infra citabimus, agẽtes de eius habitu Eremitico. Ergo neque inde infertur, quòd non fuerit Monachus Augustinianus.

Respondetur secũdo, & probatur dupliciter, ex authoritate negatiua Bullæ Canonizationis D. Francisci contra Monachatum Augustinianum, eiusdé inefficax desumi argumentum.

a In Epitome fundationum Prouinciæ Bethicæ ordinis Minorum.

Primò.

Secundò.

16 Neque instantia Bullarum Canonizationis S. Dominici, & S. Francisci de Paula est alicuius momenti. Primò, quia, vt aduertit Marquez, b in Bulla Canonizationis S. Dominici (& eadem est ratio de Bulla S. Francisci de Paula) descendit Pontifex ad gesta eius particularia; quòd non fecit in duabus Bullis Canonizationis S. Francisci; quarũ meminit Card. Baronius, c & quas refert Marquez vbi supra. Secundò, & clarius, quia non necessariò referuntur omnia gesta sancti in Bulla Canonizationis, atque adeò potest Pontifex modò omittere hæc, modò illa, vel prout occurrent in, vel prout voluerit.

Instãtiam ex Bullis Canonizationis D. Dominici, & D. Francisci de Paula nullius esse roboris manifestatur primo.

b Cap. 24 §. 2. pag. 399.

c In Notis ad diem 4. Octobris

Secundò.

17 Tertium est. Passim accidit in Bullis Canonizationis, non referri de sanctis, cuius ordinis fuerint; probemus exemplis. Primum est, Cælestinus III. Bulla 1. d canonizauit S. Vbaldum Episcopum Eugubinũ Laterani 4. Nonas Martij anno 1192. Pontificatus 1. & tamen non meminit eum fuisse Canonicum Regularem, cùm nihilominus certum sit, eum militasse Domino inter Canonices Augustinianos, vt in lectionibus illius refert Breuiarium Romanum, die 16. Maij.

Respondetur tertio, & exemplis probatur in Bullis Canonizationis cuius ordinis fuerint non referri de sanctis. Primum exemplum.

d Apud Cherubinum tomo 1. Bullarij pag. 30.

18 Secundum est. In Bulla Canonizationis S. Antonij de Padua (quę habetur in Cõpẽdio Priuilegiorum Emanuelis Rodrig. pag. 22. & est Bulla 5. inter Bullas Gregorij IX. & est data Spoleti, 3. Nonas Iunij, anno 6. sui Pontificatus 1232.) Gregorius IX. non retulit eum fuisse Canonicum Regularem, & tamen id legimus in Breuiario Romano.

Secundum exemplum.

19 Tertium est. Idem Gregorius IX. in Bulla (quam affert Cherubinus, e estque 11. inter Bullas ipsius, data Perusij Cal. Iunij, anno 9. Pontificatus 1235.) Canonizationis S. Elisabethæ viduæ, Andreæ Regis Hungarorum filiæ; tantum de illa dicit, religionis habitum induit, & non exprimit cuius religionis, & fuit S. Francisci Monialis.

Tertium exemplum.

e Tom. 1. Bullarij, pag 17.

20 Quartum est Bonifacius VIII. in Bulla 6. (apud Laertium Cherubinum, f data apud vrbem veterem 3. Idus Augusti, anno 3. Pontif. 1297. de Canonizatione S. Ludouici Regis Franciæ, nullum verbum habet in Bulla satis longa, de professione ipsius in tertio ordine S. Francisci, etiamsi de eius vestibus; §. 20. loquatur in hunc modum: *Hic profectò humilitate sublimis, sublimitate humilis, in apparatu, & vestibus, quas frequenter pauperibus erogabat, post primum potissimùm de vltramarinis partibus reditum, summa humilitatis insignia demonstrauit. Non enim aureis, vel argenteis ornamentis, non regalibus vestibus, non varijs, vel griseis, sed alijs, humilibus pellibus vsus fuit sæcularibus pompis à se penitùs abdicatis*; & tamen fuit tertij ordinis S. Francisci, vt ipsi volunt, & nos fatemur.

Quartũ exemplum.

f Tom. 3. Bullarij pag. 142.

21 Quintum est. Clemens IV. in Bulla 4. (apud

Quintũ exemplum.

a Tom. 1. Bullarij, pag. 216

(apud Cherubinum) a data Auinione 11. Calend. Iulij Pontificatus 6. atque adeò 1347. de Canonizatione S. Iuonis die 19. Maij celebrandi, presbyteri Trecorensis in Gallia, non retulit eum fuisse Tertij ordinis S. Francisci; & tamen constat fuisse.

22 Sextum exemplum.

b Tom 1 Bullarij, pag. 301.

Sextum est. Eugenius IV. Bulla. 27. (apud Cherubinum b) data Romæ Cal. Febr. anno 16. Pontificatus, & Christi 1447. canonizauit B. Nicolaum de Tollētino Ordinis Erem. S. Augustini; & tamē non dicit eum fuisse prius Canonicum Regularem, cùm tamen id exprimat D. Antoninus. c *In iuuenili (ait) igitur ætate sanctè conuersans, cuiusdam Ecclesia S. Saluatoris Canonicus efficitur Regularis*; & Antonino subscribit Syluester Maurolicus Abbas Roccæ Amatoris in Sicilia. *In Mari Oceano omnium religionum*: d vbi habet, *Il terzo S. Nicolo di Tolentino, il qual primo fù allenato, nodrito, & vestito Canonico Regulare*, & Gabriel Pennottus, lib. 2. Historię Tripartitæ, e idem affirmat.

c 3. p. tit. 24. c. 10. in principio, fol. 210. pag. 1.

d Lib. 4. pag. 271.

e Cap. 73. nu.

e pag. 542.

22 Eusio.

Sed dices Bullas has non agere de Canonizationibus fundatorum religionum, sicut Bullæ de D. Dominico, & Francisco de Paula; atque adeò in Bulla D. Francisci Fundatoris religionis Seraphicæ debuit etiam referri fuisse alteriùs professionis ante institutionem sui ordinis; sed hoc voluntariè & gratis dicitur; & contra est. Primò, quia non minùs conducit ad gloriam sancti canonizati, vnam solam religionem professi, vel post primam professi secundam, etiasi eius fundator non fuerit, quòd id de ipso referatur, quàm ad gloriā eius, qui vna relicta fundauit alteram, narrare primam reliquisse; ergo si hoc non obstante siletur primum, & ex eo non infertur illum sanctum non fuisse religiosum, sileri etiam poterit secundum, & ex eo non infertur illum sanctum non esse professum aliam religionem, ante institutionem suæ.

Reijcitur primo.

24 Reijcitur secūdò exemplis.

Secundò, quia etiam proferam Bullas Canonizationis sanctorum; qui fundauerunt religiones, cùm prius fuissent alterius religionis, seu congregationis; & tamen in illis nulla fit mentio Prioris religionis, aut congregationis. Prima est Bulla 2. Cælestini III. (apud Cherubinum f) data Laterani 2. Nonas Octobris; Pontificatus 3. atque adeò 1193. in qua Pontifex canonizat S. Ioannem Gualberrum Abbatem, fundatorem ordinis Vallisumbrosæ; & tamen non refert eum fuisse priùs Monachum ordinis S. Benedicti; sed tantùm ait: §. 1. *Vt inclytæ recordationis Ioannem quondam Abbatem, Vallisumbrosanæ Congregationis institutorem &c.* & §. 3. *& sequens Christi vestigia non solùm in vestro Monasterio monasticam vitam instituit, verùm etiam septem Monasteria fabricauit, & ad vltimum Passinianense Monasterium reparans in eo præsentem vitam laudabili decessu finiuit.* Eum autem fuisse Monachum Benedictinum ante institutionem sui ordinis, constat ex actis illius apud Surium, g & per Blasium Melanesium Generalem Vallisumbrosæ compilatis, qui refert illum suscepisse habitum S. Benedicti in Cōuentu Florentino S. Miniatis; idem refert P. Ribadeneira, h & Baronius. i

Primum.

f Tom. 1. Bullarij, pag. 31.

g Die 12. Iulij

h Tom 1. Floris Sanctorū die 12 Iulij.

i In Annalibus circa annum Christi 1063.

25 Secundum.

k Tom 1. Bullarij, pag. 218

Secunda est Bulla 4. Clementis V. (apud Cherubinum, k) quæ in margine dicitur édita anno 1313. sed non habet datam; in eá Pontifex canonizat S. Petrum de Morone, qui fuerat Cælestinus V. & licèt sit satis longa, refertque, §. 10. hæc verba; *Congregationem monasticam sub B. Benedicti regula, super additis, & statutis arctissimis ordinauit*; Nihilominùs non refert eum fuisse Monachum Benedictinum, ante institutionem sui ordinis Monachorum Cælestinorum; quòd tamen in eius vita per Petrum de Allieco Cardinalem refertur, & tradit Ribadeneira; l additque suscipisse habitum S. Benedicti in Conuentu S. Mariæ Fesulanæ; quininò, & ipse Petrus de Morone, qui & Cælestinus V. Bulla 1. (apud Cherubinum m) data Aquilæ. 5. Calend. Octobris anno 1. Pontificatus, atque adeò Christi 1294. videtur expressisse idem in hæc verba: *Beati tamen Benedicti ordinem (in quo dum iuuentutis nostræ progressio ordiretur, professionis nostræ vota deuouimus) singulari, & præcipua affectione diligimus.* Verum est quòd ibidem videtur reputare ordinem B. Bedecti, & suum pro vno & eodem ordine; tamen diuersæ sunt congregationes, & non minùs pertinebat ad eius gloriam dicere, quòd ex vna congregatione fundauerit aliam, quàm quòd ex vna religione instituerit aliam; ergo si hoc tacetur, & inde non infertur hos sanctos non fuisse prius Monachos Congregationis diuersæ; neque inferetur, S. Franciscum, non fuisse Monachum Augustinianum, ante institutionem sui ordinis Seraphici, etiamsi Gregorius IX. in duabus Bullis Canonizationis ipsius id omninò tacuisset, quòd nō fecisse diximus in primo asserto. Adde. Idem argumentum omninò fit de fundatore nouæ religionis; atque de fundatore nouæ congregationis. Gregorius enim XV. in Bulla Canonizationis S. Theresiæ expressit illam priùs fuisse professam

l Tom 1. Floris Sāctorum die 19. Maij.

m Tom. 1. Bullarij, pag. 136.

Effugium.

Præcluditur.

in alia

in alia Congregatione ante institutionem suæ. Poterit ergo inde etiam argumentum ad probandum S. Ioannem Gualbertum, & S. Petrum de Morone, non fuisse ante institutionem suarum Congregationum professos in alia: & tamen est omninò inefficax. Vndè ergo erit efficax argumentum simile respectu fundatorum religionis diuersæ?

26 Restat respondere ad id, quòd nos addidimus ex Bullis Sixti IV. facilis tamen est responsio; diuersa enim est ratio. Pontifex enim id colligit non ex quacunque reticentia, sed quia Pius II. cùm in Bulla Canonizationis satis longa virtutum illius prærogatiuas luculentissimè declararet, quasi requirens quæ laudaret, non meminit de hoc singulari Priuilegio; quòd est simile argumentum illi, quo vsus est Augustinus, a vt probaret Romanos in suis victorijs, & vrbium euersionibus non excepisse templa, vt ad ea quisquis confugeret liberaretur. Sic enim habet: *An illi faciebant, & scriptores earundem rerum gestarum ista reticebant? Itane verò, qui ea, quæ laudarent, maximè requirebant, ista præclarissima secundum ipsos pietatis indicia praeterirent?* Quod & probat ex historia de euersione Syracusarum per M. Marcellum; in qua cùm plura minora referantur, id reticetur; & addit; *Quòd vtique nullo modo præteriretur, quando, nec eius fletus, nec quòd edixerat pro pudicitia minimè violanda, potuit taceri.* Hoc argumento similiter vtitur Sixtus IV. At verò in nostro casu Gregorius IX. in duabus Bullis Canonizationis ipsius, non declarauit luculentissimè, prærogatiuas virtutum eius, nec requisiuit quæ laudaret, quandoquidem, nec meminit stigmatum, neque habitus Eremitici per biennium portati, nec plurium aliarum rerum mirabilium. Et præterea non erat singulare priuilegium, aut singularis gloria professum fuisse in alia religione ante institutionem suæ. Vnde licèt argumentum Sixti IV. maneat in sua vi morali; (physicè enim non concludit; potuisset quippè Pontifex id omittere: quia nondum ita probatum erat, vt referri à Pontifice mereretur; & nihilominùs habere probabilitatem) argumentum tamen in nostro casu nullius est roboris: quia non est simile illi, quo vsus est Pontifex Sixtus.

Respondetur deductis ex Bullis Sixti IV.

a 1. de Ciuit. cap. 6.

AD NVMERVM III.

Ratio desumpta ex incompatibilitate Nouitiatus cum alijs actionibus S. Francisci, eneruatur.

27 Tertia ratio, quæ à te opponitur iterum, hæc est: *Biennio ante sui ordinis institutionem, negotium adeò serium & prolixum subijt, quale est regularis vitæ tyrocinium, & secessus in longinquam regionem, sub præceptoris ferula & cura intra monasterij septa delitescendo, vt vos asseritis; quomodò ergo vltra tempus in re tanti momenti consumptũ potuit præter alia Romam ire, & tres Ecclesias quantumuis humiles, S. Damiani martyris, S. Petri Apostoli, & S. Mariæ Angelorum restaurare, itus & rediens Assisio & ex Eremo Casenati? Hoc autem fecisse eo biennio testantur D. Bonauent. cap. & Alexander Aquilanus in Chronicis ordinis Minorum.* Adde primò, quod *inter Assisium, & Cæsenam intercedunt ad minùs 93. milliaria, nõ 60. vt ex Abrahamo Ortelio, malè mensus est Marquez, qui in mensura errauit Geometrica, atque ascensum, & descensum que, interiacentis Apennini in planicie dimensus, posuit praua in directa, & aspera in vias planas* (sic, verbis sacris à Propheta, b in gloriam, & exaltationem de Christo dictis, ad succensendũ proximo, qui Italiam nõ viderat, & prudenter credidit Ortelio abutendũ erat.) Secundò, quod *Alexander Aquilanus obseruauit ex legenda Gregorij IX. S. Franciscum toto illo biennio non transijsse Vmbriæ terminos, nisi semel in peregrinatione Romana.*

Tertia ratio adductarij ratio.

b Esaiæ 40.

28 Pro huius obiectionis solutione suppono primò tres Ecclesias à S. Francisco reparatas, præ sua humilitate, & paupertate potuisse breui tempore reparari, ita vt in tẽpore biennij, necdum integri, & illas restaurarit, & nihilominùs in Eremis vitã trãsegerit. Res hæc extra dubium est, si admittamus testimonium S. Antonini Florentini. Hic enim, c sic ait: *Hic beatissimus Pater duos annos honestum habitum & Eremiticum gerens, portando baculũ in manibus, accinctus corrigea, & calceatis incedẽs pedibus per Ciuitatẽ Assis mendicãdo, nunc latebat in Eremis, nunc Ecclesias reparationibus insistebat deuotus.* Reparatio ergo Ecclesiarũ illo biennio, imò neq; peregrinatio Romana nõ obstitit, quominùs eodẽ ipso biennio aliquãdo etiã latuerit in Eremis.

Pro solutione supponit primò breui tres Ecclesias præ humilitate à D. Francisco potuisse reparari.

c 3. p. tit. 24. cap. 7. in principio.

29 Quomodò autem hæc omnia, quæ à S. Antonino referuntur, simul stare possint infra biennium; dicam facilè. Primò, quia tres illæ Ecclesiæ humiles, & pauperes, non necessariò ædificatæ sunt diuersis temporibus, ita vt vna finita inciperetur altera; sed potuerunt omnes tres, vel saltem duæ,

Quomodo relatum D. Antonini testimonium cum dictis stare possit sit aperitur.

D simul

simul & eodem tempore restaurari. Secūdò, quia non oportet dicere, quòd toto tempore durationis ædificij moraretur Assisij; sed sufficit, quòd aliquando ex Eremo veniret eleemosynam congregaturus; & augmentum operis visurus, & statim in Eremum iterum se reciperet.

30 Supponitur secūdò & probatur dupli ci via potuisse per tempus biennij, reparare Ecclesias, Romam petere, & tyrocinium subire.

Suppono secundò, Potuisse S. Franciscum per tempus biennij necdum integri, & tres Ecclesias Assisij separare, & peregrinationem Romanam peragere, & simul subire regularis vitæ tyrocinium, ita vt nouitiatus non obstiterit, quominùs vtrumq; simul præstiterit. Hoc autem duplici, eaque facillimā viā potest defendi.

31 Prima via.

Prima est, quia non est necesse, quòd dicamus illum per integrum annum nouitiatus intra septa monasterij delituisse. Potuit enim semel assumpto habitu, in Eremo Cæsenatensi v.g. de licentia prælati, qui ab eo nosset reuelationem ipsi factam de Ecclesia S. Damiani reparanda, redire Assisium, etiam dum esset nouitius; cum instructione, vt quando eius præsentia operi necessaria nō esset; secederet in aliquod ex vicinis Eremitorijs; quæ per illa tempora religio Augustiniana etiam in Vmbria habuit, vt constat ex Constantio cap. 21 vbi asserit per minimus tempus, quàm biennium adeò Cōgregationem S. Ioannis Boni, sub regula S. Augustini coaluisse, vt in Vmbriam, & Marchiam Anconitanam palmites diffuderit; quo dato facilius intelligitur, quomodò potuerit nunc latere in Eremis, nunc verò insistere reparationi Ecclesiarum. Postea verò post impletum annum nouitiatus, potuit redire Cæsenam, vt professionem emitteret, vel in aliquo ex propinquis monasterijs profiteri, nomine Conuentus Cæsenatensis, sicut & modò passim fit in nostra religione. Nouitij quippè vnius Conuentus, qui in alio educantur, solent profiteri in Conuentu educationis, sed nomine Conuentus, in quo habitum susceperunt.

32 Instantia, & eluditur.

Neque contra est, quod integer annus nouitiatus debeat esse in monasterio, vt probat textus cap. 1. de Regularibus in 6.[a] ibi: *Quòd si per totum suæ quæ.. annum in mo nasterio permanserit*, hoc inquam cōtra non est; quia ex communi Doctorum sententia; vt per totum annum dicatur nouitius in monasterio permanere; sufficit quòd sit deferens religionis habitum intra, vel quòd sit extra de licentia Abbatis, siuè professio fiat tacitè; siuè expressè; de professione tacita id docuit Abbas,[a] Syluester,[b] Angel.,[c] Tabiena,[d] Nauar.[e] Azor,[f] Manuel,[g] quos omnes refert, & sequitur P. Thom. Sāch.[h]

33 De professione autem expressā vltra authorum citata testimonia pro professione tacita, id docet Nauarrus,[i] dicens ita censuisse congregationem Cardinalium, Emanuel Rodriguez,[k] quos omnes refert etiā, & sequitur P. Thomas Sanchez.[l]

34 Ratio autē quare sufficiat nouitium deferre habitū per annum etiā extra monasteriū, de legitima tamen licentia prælati, hæc est, quia, vt tradit Abbas,[m] quē citat, & sequitur Angelus,[n] & M. Marquez,[o] pluribus pro ea parte citatis Authoribus, & P. Thomas Sanchez;[p] vbicunq; fuerit Monachus, dummodò sit sub obedientia Abbatis, semper fingitur in claustro; vnde ait Thomas Sanchez potest iussu superioris nouitius peregrinari, (quod & fit à nouitijs Societatis Iesu) aut xenodochio inseruire, & nemo negabit nouitiatū esse legitimum.

35 Et si dicas cū Emanuele Rodriguez, q id esse verū; quando mora de licentia prælati esset modica, vt per vnū, aut duos menses; at D. Franciscus plùs quā per duos menses debuit esse extra monasteriū, vt Ecclesiarū reparationi insisteret. Cōtra est: quia, vt optimè Thom. Sāchez,[q] Doctores allegati indistinctè aiunt satisfacere nouitiū manēdo extra religionē de licentia superioris; quin & Nauarrus,[r] loquitur expressè de nouitio, qui sesquimense solo (vno mense & dimidio) in religione permansit, & reliquo tēpore extra illam de licentia superioris; & Azor,[s] loquitur expressè de nouitio, qui toto probationis tēpore extra religionem cōmoratur de superioris licentia: Et ratio ab authoribus adducta, quæ est, censeri in monasterio degentē, qui extra illud de licentia prælati cōmoratur, tam probat de nouitio, qui paruo tēpore, quàm qui multo extra conuentum degit de licentia prælati: sic ergo potuit B. Frāciscus semel assumpto habitu in Eremo v.g. Cæsenatensi, postea de licentia prælati complere nouitiatum, insistendo ædificationi Ecclesiarum Assisij, & manendo extra conuentum, licèt aliquando ad vicina monasteria possit. ...

36 Secunda via.

Secunda via ad defendendi id, quòd secundo loco supposuimus, hæc est, quia potuit S. Franciscus post duos, vel tres menses nouitiatus professionem emittere, & statim reuerti Assisium ad reparationem Ecclesiarum, vt enim docent communiter DD. & constat ex cap. *Ad Apostolicam*, de Regularibus in 6. professio antiquitùs fieri poterat nullo nouitiatus tempore elapso, sed

a Cap. ex rescripto nu. 5. de Iure iurando, & cap. ad nostram, n. 3. de Regularibus.
b Verbo Religio 3. q. 19. versic. secundo inducitur.
c Verbo nouitius num. 11.
d Ibi verbo nouitius, & 5. num. 6.
e Comment. 4 de Regularibus n. 74. notabili 3 & lib. 3. Consiliorū, tit. de Regularibus in prima editione, Consilio 41. nu. 3 in secunda editione consilio 43. n. 4.
f Lib. 12. Institutionum Moralium, cap. 2. 3. & 7.
g Tom. 3. qq. Regularium, q. 17 art. 1.
h In Summa tom. 2 lit. 9. cap. 3. ou 25. pag 13.
i Lib 3 consil. tit de Clericis non residentibus in prima editione, consil. 10. n. 3. in 2. consil. 8. nu 5. & tit. de Regular. in prima editione, consil. 42 à n. 1. in 2. consil. 32. à num 2. & in vtraque consil 41. n 3.
k Tom. 2. summæ cap. 8 num. 4 & tom. 3. qq. Regul. q. 15. art 10
l Tom 2. Summæ lib 5. cap. 4 ou 27. pag. 22
m In cap cùm illorū de sententia excommunicationis
n In Summa verbo nouitius num. 12. fol. 162.
o Cap. 24 §. 4. pag. 404.
p Vbi supra.
q Tom 2. Summæ cap. 8. n 4.
r Vbi supra num 28.
s Tit. de Regularib consil 42
t Lib. 12 cap. 2. quæst. 8.

sed ipsa die receptionis habitus, ita Angelus: [a] *Tamen ait quia istud tempus* (nempe annus nouitiatus) *datur in fauorem nouitij, vt experiatur, similiter Monasterij, vt probent, quòd eis conueniat; Ideò prælato cum conuentu consentiente, & interueniente voluntate nouitij potest ante annum profiteri, & tenet professio, licèt malè faciant prælati, si sine magna discretione hoc faciant.* Idem tenet summa Armilla, [b] Azor. [c] Helias de Regnier Gallus, qui floruit tempore Conc. Basiliensis, [d] & denique Thomas Sanchez. [e]

a Verbo nouitius, num. 2 fol 361. pag. 1
b Verbo nouitius. num 2 fol. 351. pag 2
c Tom. 1 institut. Moral. lib. 12 cap. . col. 1474.
d In casu litterali ad caput Nō solùm de Regularibus in impressione factâ Decretalium Parisijs per Tilmanum Kerner an. 1511. die 24. Septembris.
e Tom. 2. summæ lib. 5. cap. 4. n. 8. pag. 17.

37 Obiectio, & Solutio.

Sed obijcies, Quia ijdem Authores docent ab hac doctrina excipi religiones Mēdicantes. Cōgregatio autē B. Joannis Boni erat ex Mendicantibus. Respōdeo tamen, distingue tēpora, & cōcordabis iura. Quòd vt clarò fiat, Aduerte Innocentiū IV. (qui electus est an. 1243.) cap. *Is qui* de Regularibus, in 6. edidisse quandā cōstitutionem, in qua præcipiebat ne professio fieret ante expletū annum probationis. Alexander tamen IV. eius successor hanc constitutionē ad solos Prædicatores, & Minores declarauit extendi. Bonifacius VIII. prorogauit ad alios ordines Mendicantes, & Clemens V. expresse ad Eremitas S. Augustini, Ioannes verò XXII. ad Carmelitas. Totum hoc cōstat ex cap. *Cōstitutionē* de Regularibus in 6. vbi Bonifacius VIII. sic ait. *Constitutionem Innocentianã*, (nempe Innocentij IV. quę habetur cap. *Is qui*, eodē titulo) *qua prohibet cōuersorũ professionē recipi ante annum probationis elapsum, piæ memoriæ Alexander Papa IV. prædecessor noster, ad Fratrũ Prædicatorum, & Minorum ordines, duntaxat declarauit, extendi. Vnde Nos pari similitudine, rationeq; inducti, declarationē eandem ad aliorum Mendicantium ordines, prorogamus.* Et in additione ad prædictũ caput *Constitutionē*, sic habet Ioãnes Andreas. *Hodie prorogata est per Clementem ad Eremitas S. Augustini, & per Dominum nostrum Papam Ioannem ad Carmelitas, & hoc constat.* Atque adeò in congregatione S. Joannis Boni anno 1207. potuit nouitius recipi ad professionem, post duos, vel tres mēses à susceptione habitus, imò & ipsa die susceptionis.

38 Responsio ad rationem aduersarij in principio positam.

Ad rationē ex his patet facillima respōsio. Vel enim S. Franciscus, post vnum, aut duos menses, fuit statim admissus ad professionē; & sic potuit reuerti Assisium reparaturus Ecclesias, & secessurus in Eremos vicinas, quãdo operibus non esset necessarius; vel licèt professus fuerit post annum; tamen post inchoatũ nouitiatũ paulò post cognita reuelatione de Ecclesia S. Damiani reparanda, missus est Assisiũ à Prælato cũ instructione, vt quãdo ædificia præsentia illius nō indigerent, ad propinquiora monasteria diuerteret; & ita faciliùs, & sine vllo inconuenienti intra Vmbriã poterat nunc latere in Eremis, & nunc reparationi Ecclesiarum deuotius insistere. Hoc quid faciliùs & congruentiùs; & sufficiens, vt saluetur S. Frãciscum illo biennio mansisse in Eremo Cæsenatēsi (si in ea sumpsit habitum) quia, vt suprà ostēdimus, ex communi doctrina, religiosus de prælati sui licentia, extra monasterium degens, cēsetur in monasterio cōmorari. Qua ratione ego rectè dixero me fuisse commoratũ in Collegio Augustinianorum Regali Complutensi 12. annis continuis, quamuis sæpè de Prælati licentia extra monasterium fuerim. Adhuc tamen impossibile nō est, quòd M. Marquez asseruit, [f] nempe D. Franciscũ ijsse eo biennio, & redijsse Assisio, & ex Eremo Cesenatensi, vt modò dicã; neq; sic ire & redire bis, aut ter in anno omninò religiosis insolitum; cùm in Concilio Niceno cap. 56. præcipiatur, vt Abbas ter in anno coram Episcopo compareat, & tamen poterat Cōuentus ab Ecclesia Cathedrali distare itinere trium, vel quatuor dierum, in aliquibus Episcopatibus lōgioris territorij.

f Cap. 24 §. 4. pag. 40.

Ad primam additionem in oppositum obiectam. Respondeo sit ita, distent Assisium, & Cæsena. 95. milliaribus Italis, atque adeò breuioribus, quã Hispanis; erit distãtia 32. leucarum Hispanarum, minùs vno milliari; hoc est, iter triũ, vel quatuor dierũ; quare ergo B. Franciscus tãquam vnum ex illis animalibus Ezechielis, non iret, & reuerteretur, in similitudinem fulguris coruscãtis? præcipuè, cùm adhæc omnia sufficeret, quod v. g. è tribus mensibus in tres mēses iret, & reuerteretur, atq; adeò tantũ duabus, vel tribus vicibus illud iter egisset in primo anno, in quo sufficienter potuerint tres Ecclesiæ exiguæ, & humiles reparari; cùm maiora multò ædificia tempore breuiori finiantur.

39 Responsio ad primam additionē in oppositum.

Ad secundã additionem. Respōdeo me hucusq; non potuisse videre Alexandrum Aquilanũ, vt nossem vtrum ex firmo, an ex leui fundamento, ex legēda Gregorij IX. de vita S. Francisci obseruauerit illum toto eo biennio mansisse in Vmbria, excepto tempore peregrinationis Romanæ. Tamen demus argumento obseruationem esse verissimam, & firmissimam, quinimò admittamus esse authorem coętaneũ, (qui non est) asserentem; quòd B. Franciscus illo biennio non trãsilijt Vmbriæ terminos: adhuc

40 Responsio ad secundã additionem.

Prima. duplex est solutio. Prima. Inde tantùm inferretur ad summum, ad hominem contra Marquez, (non verò contra probabilitatem opinionis, quæ inde non dependet necessariò,) non fuisse professum in Eremo Cassenatensi, sed in aliquo Monasterio intra Vmbriam. Secunda. Secūda est, ad defensionem M. Marquez, nempe admittendo S. Franciscum toto illo biennio, nisi in peregrinatione Romana, non excessisse terminos Vmbriæ; Vmbriæ quidem, non prout modò, sed prout antiquitus vocabatur; olim enim Vmbria intra suos terminos complectebatur plures populos Romandiolæ, imò & Thusciæ; vt enim obseruat Leander Alberti, a *Olim Thuscia dicta est Vmbria*; & D. Isidorus, b sic ait: *Thuscia pars Italiæ, Vmbria verò pars Thusciæ*. Rursus, vt idem Leander aduertit, fol. 78. & 255. pag. 1. ex Strabone lib. 5. *Vmbria* (olim sic dicta, quæ nunc est Romandiola, postea Gallia Togata, vt ait Leander fol. 264. pag. 2. quia ea Galli Boij togis vtentes, expulsis Vmbris potiti sunt, vt idem Leander, fol. 272. pag. 1.) *continebat intra proprios terminos & limites Ariminum* (ita Leāder fol. 265. per ex[illegible] verè 271. pag. 1. ex Strabone,) *& Rauennam, Senogalliam*, (ita idem Leāder fol. 256. pag. 1.) *& Fanum*, (ita idem Leander fol. 257. pag. 2. ex Strabone, & Plinio) *& Pisaurum*, (ita idem author fol. 260. pag. 2. ex Plinio) Cæsena autem, vt ait Leander, c iuxta Procopium, d & Ptolomæum, continebatur intra Galliam togatam, atq; adeò intra Vmbriam, quā terminabant Apenninus, Mare Adriaticū, Rauenna, Sarsina, & Ariminū.

a In descriptione Italiæ, fol. 21. pag. 1.

b Lib. 14. Ethimolog. capit. 4.

c Fol. 270. pagina 2.

d Lib. 2. & 3. de bello Gothico.

41 Obseruationē Aquilani nō subsistere iudicatur. Cæterum magna mihi suspicio est, obseruationem Alexandri Aquilani non subsistere; vel enim nititur aliquo fundamento positiuo, alicuius authoris antiqui id asserentis; & si ita esset, tu vegeres non leuiter, nec semel id testimoniū, adducerésq; verba ipsius Authoris, quæ ad rem non parum tibi facere viderentur; vel nititur fundamēto negatiuo, quia authores coętanei nō referunt, quòd transilierit Vmbriæ terminos, nisi in peregrinatione Romana; & hoc leue, & infirmum est, vt cōstat ex dictis ad nu. 1. in responsione ad primā rationē.

AD NVMERVM IV.

Ratio ex obsequio erga leprosos allata dissoluitur.

42 Quarta aduersarij ratio. QVarta ratio, quæ à te fideliori, vt ais, trutina libratur, desumpta est ex testamento S. Francisci, vbi sic ait: *Dominus tradidit mihi Fratri Francisco, incipere facere pænitentiam: Quia cùm essem in peccatis, nimis mihi videbatur amarum videre leprosos, sed ipse Dominus adduxit me inter illos, & feci misericordiam cum illis, & recedente me ab ipsis id, quod videbatur mihi amarum, conuersum fuit mihi in dulcedinem animæ, & corporis; & postea parum steti, & exiui de sæculo.*

43 Ex hoc testimonio, (quòd etiam obiecit P. Daza, & Ludouicus Prutenus ann. 1498. e) sic arguis. S. Franciscus tres vitæ suæ status describit; primum iuuenilis leuitatis; secundum inceptæ resipiscentiæ, & obsequij erga leprosos; tertium pleni recessus à sæculo, & institutionis suæ religionis. ergo ante institutionem suæ religionis non est professus aliam. Patet consequentia: quia tempus illud resipiscentiæ inceptæ, & obsequij erga leprosos, fuit post redditas Patri vestes, coram Episcopo Assisinate, quod est tempus biennij, in quo ponebatur Monachatus Eremiticus D. Francisci; ergo in illo biennio non erat verè Religiosus, siquidem post illud, vt testatur ipse Franciscus morti proximus, exiuit de sæculo.

e In Trilogio animæ, par. 3. c. 6. litera H.

44 Ante huius argumenti solutionem, non possum non reuocare in memoriam, aurea illa Leonis verba: f quæ ad idem propositum M. Marquez, g adduxit; *Quod illos ad infidelitatem trahit, hoc nos ad fidem dirigat; & quod apud illos est materia confusionis, hoc nobis sit causa pietatis.* Ea est diuersitas humanorum iudiciorum. Quòd his est antidotum, illis est venenum; sic ex eadem breuitate vitæ intulerunt impij. h *Coronemus nos rosis antequam marcescant, nullum sit pratum, quòd non pertranseat luxuria nostra* &c. i *Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur.* At longè aliter intulit Paulus. k *Hoc itaque dico fratres: tempus breue est, reliquum est, vt & qui habent vxores, tanquam non habentes sint, & qui flent tanquam non flentes, & qui gaudent tanquam non gaudentes, & qui emunt tanquam non possidentes, & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur, præterit enim figura huius mundi.*

f Serm. 5. de Passione, cap. 2.

g Cap. 24. § 6 pag. 408.

Humanorum iudiciorū diuersitas ex eodem diuersa deducit.

h Sapient. 2.

i Esaiæ 22.

k 1. Cor. 7.

45 Ex citatis verbis aduersarius Monachatum Augustinianum D. Francisci inferri promittitur. Hoc dixerim, quia ex eodem testimonio testamenti Franciscani, tu & tui credidistis conuinci D. Franciscū biennio post primā conuersionē fuisse sęcularem; M. Marquez existimat satis probabiliter deduci Monachatū religiosum eius sancti, & cōsequenter Augustinianū, & oppositā sententiā inde nequaquā roborari. Ego arbitror ex verbis allatis pro neutra parte firmū de-

sumi

sumi fundamentum: adhuc tamen quãtùs daremus aduersarijs aliquo colore probabili deduci posse ipsorum placitum; nihilhominus credo M. Marquez sententiam multò probabiliùs, ex illis inferri, id conabor ostendere, vrgendo verba, instando ratione, & dissoluendo obiectiones.

45 Hæc ergo vt præstem, suppono primo, id quod ex D. Bonauentura in legenda S. Francisci, capit. 1. ad finem obseruauit Marquez, & tu fateris in hoc §. nu. 7. pag. 30. neque vllus negauit, licèt omiserint aliqui; nempe D. Franciscum ante renunciationem vestium, hæreditatisque paternę, factam in manibus Episcopi Assisinatis, (non Fulginatis, vt optimè aduertis,[a] contra Marquez passim, & Crusenium,[b] sic enim Breuiarium Romanum in lectione festiuitatis huius sancti illum appellauit, & colligitur clarè ex historijs) ex reuelatione quadam, in qua Christus crucifixus illi apparuit, excitatum sic fuisse, vt non semel ad leprosorum hospitalia accederet, vbi omnis amaritudo præterita in dulcedinem conuersa est; verba Bonauenturæ, hæc sunt: *Nam cùm priùs leprosorum non solùm consortium, verùmetiam longinquum contuitum vehementer horreret, iam propter Christum crucifixum &c. humilitatis, & humanitatis obsequia leprosis beneficia pietatis præstabat. Visitabat enim frequenter domos ipsorum, liberaliter eis eleemosynas erogabat, & cum multò compassionis affectu manus eorum osculabatur & ora*: Hæc autem illi contigisse ante vestium renunciationem cõstat, quia post relationem omnium eorum, subdit Bonauent. ad finem cap. 1. *Agebat autem hæc omnia vir Dei Franciscus, nondum habitu, vel conuictu sequestratus à mundo.*

Suppositio prima ad præstandum initium; B. Franciscus ante renunciationem vestiũ & hæreditatis paternę ex reuelatione ad leprosorum hospitalia accedebat.

[a] Num. 6. pagina 29.

[b] In Monastico suo Augustiniano p. 2. cap. 25.

47 Suppono secundò etiam post renunciationem vestium, vel immediatè post, vt ex Vincentio Beluacensi lib. 29. cap. 98. apud Marquez, cap. 99. apud Vuadingum (cœterum vt refert Marquez, nempe lib. 29. cap. 98. fol. 394. pag. 2. habetur in Vincentio, quem ego vidi, impresso Venetijs, anno 1494. nonis Septembris) vel etiam per aliquos dies subsequentes, adhuc vsq; ad sui ordinis institutionem, (quin imò & post illam; vt quid enim à tam pio exercitio omninò cessaret?) humanitatem & obsequium erga leprosos exercuisse, vt hic, num. 7. pag. 30. contendis, vt innuit Bonau. in vita S. Francisci cap. 2. qui post relatam vestium renunciationem, & pleraque alia, sic ait: *Exinde totius humilitatis amator, se transtulit ad leprosos, eratque cum eis diligentissimè seruiens omnibus propter Deum, lauabat ipsorum pedes, ligabat vlcera, educebat plagarum putredinem, & saniem abstergebat, osculabatur etiam ex mirãda deuotione vlcerosas plagas ipsorũ &c.*

Suppositio secunda; etiam post renunciationem vestiũ idem obsequium, erga leprosos exercuit.

48 His positis difficultas est, ad quod ex his duobus temporibus referendum sit obsequium, cuius meminit D. Franciscus in clausula sui testamenti; an ad primum ante renunciationem vestium, seu immediatè post, vt credidit Marquez, an verò ad secundum, post renunciationem, vsque ad institutionem suæ familiæ, vt tu vis.

Status difficultatis aperitur.

49 In hac parte ego existimo D. Franciscũ in suo testamento loqui de tempore, quo leprosis seruiuit omninò ante renunciationem vestium, & assumptionem habitus Eremitici. Id autem, probo primò, quia D. Franciscus loquitur, de prima amissione horroris erga leprosos, illam enim immediatè subdit statui, quo erat in peccatis, vt patet ex verbis ipsius. Per plures autem menses ante vestium renunciationem non erat in peccatis, & leprosis iam inseruierat. Adde. S. Franciscus testatur se incepisse facere pœnitentiam inseruiendo leprosis; ergo loquitur de prima amissione horroris, erga leprosos; per eam enim incepit agere pœnitentiam, priùsquàm per secundam; patet antecedens; quia sic ait: *Dominus ita dedit mihi fratri Francisco incipere facere pœnitentiam, &c.* Deinde, quia vt optimè obseruat M. Marquez,[c] ab amisso primum horrore circa leprosos, quòd accidit ante vestium renunciationem, intercesserunt duo anni, paulò magis, aut minus, vsque ad institutionem sui ordinis; & de biennio intermedio B. Franciscus iã iã moriturus, homo Seraphicus, tunc præcipuè, vt piè credi potest, Dei amore succensus, non dixisset, *parum steti*. Tunc enim, vel breuissimum tempus dilationis, ingens illi mora deberet videri, sicut & amãri Augustino,[d] visa est dilatio viginti dierum vsque ad renunciationem cathedræ Mediolanẽsis; ergo loquitur D. Frãciscus de tempore, quo leprosis seruiuit ante vestiũ renunciationẽ, & assumptionẽ habitus Eremitici.

Quod D. Frãciscus in suo testamẽto loquatur de tempore quo leprosis seruiuit antè renunciationem vestium probatur primò.

Secundò.

[c] Cap. 22. § 4. pag 375.

[d] Lib. 9. Confess. cap. 2.

50 Et confirmatur; quia S. Franciscus ait; *Cùm essem in peccatis, nimis mihi videbatur amarum videre leprosos*; ergo postquam exijt à peccatis, iam illi non erat amarum videre leprosos: sed exijt à peccatis non parùm ante renuntiationem vestium; ergo ante illam non erat illi amarum, neque horrori, videre, & inseruire leprosis. Patet minor sub sumpta ex Antonino 3. par. tit. 24. capit. 2. in principio fol. 228. pagina 2. ibi:

Confirmatur,

Tunc ergo cœpit mores pristinos ad plenum mutare, & à publica negotiationis tumultu se subtrahens Euangelicum negotiatorem efficere. Narras post hæc eius assiduum introitum in cryptam, orationem continuam, profectionem in vrbem Folignum, siuè Fulgineum, reditum Assisium, & post erogatas pauperibus pecunias, eius in domo Sacerdotis pauperis, & per mensem integrum absconsionem in spelunca, exitum exinde, reuelationem de domo Dei reparanda in Ecclesia S. Damiani factam, adductionem sacculi pecuniæ pro reparatione, Petri Bernardonis eius parentis iram, recuperationem pecuniæ, filij incarcerationem, libertatem è vinculis, opera piæ matris, & tandem adductionem Francisci coram Episcopo, & omniũ renunciationem; quæ omnia non potuerunt ita breui fieri; ergo ante renunciationem vestium, leprosis seruiuit, & parum stetit; atque adeò de eo tempore loquitur, non de tempore subsequente ad renunciationem vestium.

51 Huic argumento, quòd nunc à nobis proponitur clariùs, & vrgetur efficaciùs, nihil respondes, sed addis dissertatorem tuum vim argumenti corroborasse; dum admisit, & seriò conatu probauit illa verba, *Exiui à sæculo*, intelligenda esse de exitu per assumptam vitam regularẽ. *Atque enim*, ais, *facillimum erit ostendere in secundò vitæ statu post leprosorum obsequia, non aliud subijsse vitæ religiosæ genus, præter Minoriticum.* Et in fine subdis. *Ecce quàm clarum offerimus ex Bonauentura verborum Francisci Commentarium.* Facillimum quidem tibi erit, non nego; sed duplex hic facilitas potest excogitari; prima in promittendo, secunda in ostendendo. Primam non negabo, secundam desidero, non quia optem, sed quia non inuenio.

Assertio, & promissio aduersarij.

52 Sed videamus quo fundamento, rem hanc te ostendisse arbitraris. Primò, quia post renunciationem vestium abijt in solitudinem, incidit in latrones in sylua, accessit ad vicinum cœnobium, inde progressus est Eugubium, vbi à pristino amico vilem illam vestem accepit, quam contendis Eremiticam vocari, & his omnibus subnectit Bonauentura, capit. 2. translationem illius ad leprosos per verba supra adducta.

Primum fundamentũ quo arbitrari potuit rem demõstrasse aduersarius.

53 Hoc autem nihil ostendit; fatemur enim D. Franciscum, post illa omnia, quæ minori spatio quàm 20. vel 15. dierum fieri potuerunt, leprosis inseruisse, etiam nunquam intermissis leprosorum; vt tu habes, num. 7. pag. 30. aut fœdis morbis infestorum obsequijs; quæ omnia officia exhibere potuit etiam pòst statum religionis; vt de plurimis sanctis religiosis legitur, & nos nouimus, de satis deuoto. P. Fr. Joseph de Parada Augustiniano Cõuentus Salmanticensis filio, qui de prælati licentia, pauperibus vlcerosis medebatur, neque solum osculabatur vlcerosas plagas ipsorum, verùm & lingua lambebat vlcera, & sanabat: igitur quod Franciscus, etiam vsque ad institutionem sui ordinis leprosis inseruierit, non tollit, quòd illis priùs præstiterit obsequium, & horrorem amiserit ante renunciationem vestium, & illi amaritudo conuersa sit in dulcedinem, cùm teste D. Bonauentura, cap. 1. ita euenerit. D. autem Franciscus de eo tempore quo primum circa leprosos amisit horrorem, loquens subdidit; *& postea parum steti, & exiui de sæculo*, ergo si exitus de sæculo fuisset per institutionem suæ religionis, biennium intercessisset inter tempus horroris primo amissi, & exitum de sæculo, de biennio autem non diceret S. Franciscus, *& postea parum steti*.

Fundamentũ adductum nihil probare aduersario ostẽdente aperitur.

Pater Frater Ioseph de Parada Augustinianus pauperibus vlcerosis plagas, medebatur, osculabatur, lingua lambebat & sanabat.

Ostendis secundò. Quia D. Bonauent: cap. 2. refert, quod D. Franciscus postquam resarciendæ Ecclesiæ S. Mariæ Angelorum animum intendit, ampliùs ex illa non discessit, sed ibi pedem fixit, & moram fecit, & ibi concepit, & peperit spiritum Euangelicum veritatis. Ex quo duplex innuere videris argumentum. Primum, quia ibi concepit, & peperit spiritum Euangelicæ veritatis; modum scilicet, & normam instituendæ suæ sodalitatis; ergo antea non pepererat spiritum Euangelicæ veritatis, neque conceperat, atque adeò non erat religiosus. Secundum, quia ex illa Ecclesia non discessit ampliùs, ergo non erat religiosus. 54

Secundũ fundamentũ pro aduersario.

Cœterum hæc nullum negotium facessunt, etiamsi demus argumentũ D. Franciscum post intentam reparationem Ecclesiæ S. Mariæ Angelorum ampliùs ex illa non discessisse, scilicet vsque ad institutionem suæ religionis. Postea enim plura peregit itinera, & longa, & secessit in montem Aluerniæ. Adhuc enim stat, quòd fuerit religiosus alterius religionis, & quòd inde non discesserit. Ad primam ergo obiectionem inde desumptam, dico, in ea Ecclesia D. Franciscum concepisse, & peperisse spiritum Euangelicæ veritatis, non cuiuscunque, aut quomodocumque; sed 55

Dissolutio.

Ad primam obiectionem.

illius,

illius, quam in Euangelio audiuit, quando tunicam, corrigiam, & baculum reiecit.

Ad secundam. Ad secundum respondeo admissu, quòd ex illa Ecclesia ampliùs non discesserit, (quòd tamen D. Bonauentura non asseruit; sed tantùm refert fixisse pedem, & moram fecisse; quæ tantùm indicant, vt Hispanicè loquamur, *que estuuo alli de assiento*, id est, ibi commoratum, vt ciuē & incolam, & domiciliatum; hoc autem stare potest, licèt aliquando inde decesserit, per mensem & ampliùs) adhuc non sequi, quòd non fuerit religiosus; primò, quia de licentia prælati potuit illi Ecclesiæ inseruire, vt constat ex dictis, ad num. 3. & plures sancti manserunt extra Conuentum de licentia prælatorum. Sic B. Ioannes Bonus, vt refert Constantius,[a] habebat cellam suam aliquantulum separatam à conuentu; sic B. Petrus de Morone, aliàs Cælestinus V. dum primo esset Monachus Benedictinus, de licentia Abbatis, vt eius acta testantur, per Petrum de Aliaco Cardinalem scripta, per aliquot annos in Eremo vitam egit solitariam. Secundò, quia ipse etiam post institutum suum ordinem libenter cum suis fratribus manebat in Ecclesijs, licèt esset religiosus. Ipse in suo testamento fatetur in hæc verba: *Et satis libenter manebamus in Ecclesijs, & eramus idiotæ, & subditi omnibus.* Et D. Antoninus,[b] de eo post institutum ordinem sic ait: *Ad hæc solitaria loca quæsiuit, & in Eremi vastitate resedit; sed inter homines habitans, ad Ecclesiam, domosque desertas solus nocte perrexit.* Quid ergo mirum, quòd ante institutionem suæ religionis, licèt iam esset religiosus pedem fixerit, & moram fecerit in Ecclesiæ S. Mariæ Angelorum?

a lib. 2. cap. 13. pag. 42.

b 3. p. tit. 24. c. 2. § 7. fol. 230. pag. 1.

56 Tertium, pro aduersario fundamentum. Ostendis tertiò, quia D. Bonau. cap. 3. refert de D. Francisco post exauditum Euangelium in Ecclesia S. Mariæ Angelorum; *Cœpit ex hoc vir Dei Diuino instinctu Euangelicæ perfectionis æmulator existere, & ad pœnitentiam cæteros inuitare*. Ergo antea non fuerat æmulator Euangelicæ perfectionis, atque adeò neque religiosus; omnis enim religiosus, est æmulator Euangelicæ perfectionis.

57 Solutio à M. Marquez ostenditur. Hanc tamen obiectionem, euidenter meo videri dissoluit M. Marquez,[c] asserens D. Bonauenturā loqui de Euangelica perfectione, non in principio, sed in culmine; nempe ea, quàm Franciscus audierat in Euangelio, & iuxtà quam decreuit abrenuntiare omnibus, tam in priuato, quàm in communi; vnde idem Bonauent. cap. 3. sic ait: *Præcingulo funem sumit; omnem sollicitudinem cordis apponens, qualiter audita perficiat, & iuxta apostolicæ rectitudinis regula per omnia se coaptet.* Quid clariùs? Hanc autem perfectionem tunc incepit, aliam verò aliquantulum minorem ferè biennio ante inchoauerat, quando de eo dixit S. Bonau. cap. 2. *Solutus exinde mundi contemptor à vinculis mundanarum cupiditatum, &c.* Quæ verba licèt non negem, exponi posse, vt illa interpretaris in hoc §. 3. num. 7. pag. 32. tamen in sensu, quo illa adduxit Marquez,[d] satis probabiliter intelliguntur. Quia veriùs & rigorosiùs loquendo dicitur quis esse solutus à vinculis mundanarum cupiditatum, quando se Deo deuouet vinculo religionis.

c Cap. 25. § 6. pag. 421.

d Cap. 24. § 6. pag. 408.

Solutio à vinculis Mundi rigurosè est per religionis ingressum.

58 Neque prædicti gradus Euangelicæ perfectionis alieni sunt à mente S. Bonauent. hic enim,[e] sic ait; *Abrenuntiare omnibus tam in priuato, quàm in communi est Christianæ perfectionis, non solùm sufficientis, sed etiam abundantis, &c.* & fol. 260. pag. 1. *omninò omnibus abrenuntiare vniuersaliter pro Christo culpandum non est, sed potiùs laudandum, tanquam culmen Euangelicæ perfectionis.* Loquitur itaque D. Bonau. de hoc culmine perfectionis Euangelicæ, quando de Francisco post auditum Euangelium dixit, *Cœpit ex hoc vir Dei Euangelicæ perfectionis æmulator existere.* Vide quàm clarum etiam nos offerimus ex Bonauentura, verborum Bonauenturæ commentarium.

e Tom. 3. opusculorū tract. de paupertate Christi fol. 258 pag. 2.

59 Responsio ad principale argumentum. Ex his patet clarè responsio ad argumentum principale; dicimus enim ibi, quasi in Compendio tres status D. Frācisci contineri; primus est iuuenilis leuitatis, quando erat in peccatis; secundus est inceptæ pœnitentiæ, quando cœpit mores pristinos ad plenum mutare, & inseruire leprosis, ante renunciationē vestium, & assumptionem habitus Eremitici; & hinc est, quòd Antonin.,[f] de Ecclesia S. Damiani loquēs, ait. *Hæc est illa Ecclesia, in qua Franciscus in principio suæ conuersionis orans, audiuit ab imagine crucifixi; Francisce vade, & repara domum meam*; quod accidit ante vestium renunciationē; atq; adeò ante illam inceperat agere pœnitentiam. Tertius est status religiosi, quando assumens habitum Eremiticum in religione Augustiniana exiuit de sæculo; & vt dicam, quod sentio, planè non video, quid contra hoc possit obijci alicuius momenti, cùm constet ex Bonau. in legenda, cap. 1. illum ante renunciationem leprosis obsequium dulciter exhibuisse, & ex Antonino,[g] non vnum mensem, sed aliquos intercef-

f Tit. 24. cap. 6 in principio, fol. 235. pag. 2

g Tit. 24. c. 2. in principio, fol. 228. pag. 2

intercessisse ex eo tempore, quo cœpit mores pristinos ad plenum mutare, vsque ad renunciationem vestium, & assumptionem habitus Eremitici.

AD NVMERVM V.

Duplici obiectioni, ex institutione nouæ religionis, & ex varietate & confusione authorum, & temporum desumpta satisfit.

60 QVinta ratio in contrarium opposita pluribus cōstat obiectionibus, quas oportet sigillatim adducere,& dissoluere.

PRIMA OBIECTIO.

61 Quinta rationis aduersarij prima obiectio.

Prima obiectio, desumpta etiam ex Ludouico Pruteno,[a] hæc est Franciscus audito Euāgelio in æde S. Mariæ Angelorum, quantociùs vestem mutauit, & nouam vitæ rationem iniit, nullo alio præter ædiculæ presbyterum consulto. Hoc autem non faceret sinè peccato si religiosus esset; ergo non erat biennio illo post vestium renuntiationem religiosus. Patet maior ex Vincentio,[b] Antoninoque,[c] qui sic aiunt de Francisco post auditum Euangelium; *Et hæc eadem pleniùs intelligens, presbytero, gaudio repletus, ait: Hoc est quòd quæro, & totis præcordijs concupisco; duplicibus ergo sinè mora depositis, ex hoc iam calceamentis, virga, sacculoque, vel pera non vtens, tunicam contemptibilem, & incultam fecit, reiectaque corrigia funiculo eam cinxit, & pœnitentiæ verba simpliciter in publicum proponere cœpit.*

a In Trilogio animæ, edito anno 1498. par. 3. cap. 6. litera H.

b Lib. 29. cap. 98.

c 3. par. tit. 24. cap. 2 in principio fol. 228. pag. 2.

62 Non benè relatum esse ab aduersario M. Marquez ostēditur.

Duplici via, vtraque satis probabili, potest huic argumento fieri satis. Prima est, quam ostendit M. Marquez, cap. 25. non §. 5. vt citas; sed. 7. pag. 422. ex suppositione, quòd S. Franciscus, sinè vlla prorsus dilatione, statim post consultum presbyterum habitum mutauerit, & religionem instituerit; & non possum non mirari, quòd illam referens, sic inquis de tuo dissertatore; *Neque aliam euadendi viam inuenit, quàm recurrere ad spiritus feruentis impulsum*, cùm tamen ipse in principio capitis, sic habeat: *Ad secundam possent diuersæ adhiberi solutiones; tamen vera, & sincera est &c.* & ad finem capitis addit. *Præcipuè, quia hoc fecit S. Pater animo recurrendi ad Summum Pontificem sub spe futuræ ratihabitionis, quòd propositum rem omnem à scrupulo potuit liberare.* Hocne est, nullam aliam viam inuenire? aliud est non eligere, aliud non inuenire; ipse inuenit plures, siquidem ait, posse argumentum pluribus modis dissolui; elegit tamen hanc, quia illa vera, & sincera visa est, non quia hæc tantùm habita sit vera; sed quia hæc simul vera, & sincera iudicata est.

Hoc ergo obiter notato, respondet Marquez D. Franciscum in ea actione operatum ex instinctu Diuino, & Dono Spiritus Sancti, quo sic aliquando sancti rapiuntur; vt superiores sint omni lege, & iure positiuo; quinimò & in iure naturali, sic illis mutantur circunstantiæ, vt liberi euadant ab ijs vinculis, quibus nos adhuc ligamur; & hoc est, quòd dixit Medina:[d] *Opera, quæ ex donis proficiscuntur, regulantur ex Diuino instinctu, & inspiratione, quæ communibus legibus non comprehenduntur.* Hac ratione etiam intelligit illa verba Bonauent. cap: 2: *Insuper ex admirando feruore, & spiritu ebrius, reiectis etiā femoralibus totus coram omnibus denudatur.* Eadē via explicādum credā id, quod de ipso narrat Anton,[e] *Assisinates*, inquit, *intuentes eum nudum Ciuitatem ingredi putantes eum insanire, sicut & Fratrem Ruffinum præ nimia austeritate, cœperunt irridere.* Adducit autem Marquez in confirmationem suæ sententiæ, quòd B. Dominicus antequàm Papam consuleret, licèt professus esset ordinem Canonicorum Regularium S. Augustini, Tholosæ in Gallia suum ordinem instituerit, vt legitur in Breuiario Romano lectione 5. & in Antonino,[f] & post institutum ordinem iuxtà reuelationem factam sancto viro Reginaldo, absque Papæ facultate habitum suæ religionis in aliū cōmutauit.

63 Solutio prima M. Marquez.

d 1. 2. q. 68. conclus. 1. versic. 4. differentia.

e 3 par. tit. 24. c & §. 6. pag. 2 fol. 239.

f 3. p. tit. 23 c. 1. in principio.

Sed hæc effugia, alis, difficultatē non eneruant. Credemus tibi, si probaueris, id autem conaris. Primò, quia authores non meminerunt huius impulsus. Secundò, quia neque requirunt peculiarem reuelationem ad opus, ex se vndiq; licitum. Tertiò, quia non potest probari impulsus, quo commoueretur quispiam, vt iugum omne, habitum, & regulam suæ religionis contemneret, & vestem contemptibilem absque regula approbata, absque superioris, aut Pontificis consensu propria sibi obduceret authoritate. Quartò, quia ipso suo exemplo dissertator argumenti difficultati difficultatem adiunxit. D. enim Dominicus, vsque ad approbationem Honorij Papæ vestem non mutauit; sed postea ex reuelatione facta Reginaldo Aurelianēsi, neque regulam abiecit, sed semper sub ea vixit, adeò vt non semel ab Honorio ipso appelletur Canonicus, & eius Religio, Ordo Canonicorum; quomodò ergo Franciscus,

64 Instantiæ aduersarij. Prima. Secunda. Tertia. Quarta.

eiſſens, ante approbationem ſui ordinis, veſtem & regulam antiquam procul abijciet, neque vllum veſtigium retinebit ſuæ religionis priſtinæ?

65 Prima diluitur.

Verùm probabiliſſimæ doctrinæ ſaxeũ propugnaculum ſcrupulis hiſce non læditur. Ad primum enim, vel loqueris de authoribus, qui in eam difficultatem inciderint, quomodò B. Franciſcus audito Euangelio, nullo alio conſulto præter ædiculæ presbyterum, religioſus effectus ſit nouo ordine inſtituto, ſi antea erat religioſus; vel de authoribus, qui nulla mora quæſtione viri ſancti facti enarrarunt. Si primum, quid mirum, quòd nullus præter Marquez eam viam eòuſque ingreſſus fuerit, cum nullus (quem ego viderim) præter Marquez eam ſibi difficultatem diſſoluendam ſpecialiter oppoſuerit: ſi ſecundum, facilior eſt reſponſio. Plura enim attribuuntur Donis Spiritus Sancti, in quorum relatione non fit mentio ſpecialis impulſus Spiritus Sancti; ſic Patres, & Doctores communiter, nempe Auguſt.[a] D. Thom.[b] Lyranus, & Arias Montanus,[c] Abulenſ.[d] & Med.[e] factum illud Sampſonis,[f] quo ſe, & alios occidit, Diuino impulſui attribuunt, quamuis ſcriptura, quæ retulit geſtum, eius impulſus non meminerit. Vndè P. Aug.[g] ſic ait: *Nec Sampſon aliter excuſatur, quòd ſeipſum cum hoſtibus ruina domus oppreſſerit, niſi quia ſpiritus latenter hoc iuſſerit, qui per illum miracula faciebat. Quòd vtique factum*, inquit Bernardus,[h] *ſi defenditur non fuiſſe peccatum, priuatum Dei habuiſſe conſilium indubitanter credendum eſt, etiamſi ex ſcriptura non hoc habeamus.* Sic etiam ſacrificium Iephte de filia vnica,[i] ſpeciali inſtinctui Spiritus Sancti tribuitur ab Ambroſio,[k] Greg. Nazianzeno,[l] Theodoreto,[m] Chryſoſ.[n] & ab alijs pluribus; & tamen adeò verum eſt, ſcripturam quæ illud retulit, non meminiſſe huius impulſus, quòd plures etiam ex Patribus, inter quos ſunt Hieron.[o] Auguſt.[p] & D. Thomas,[q] immolationem illam, vel ſacrilegij, vel imprudentiæ, aut inhumanitatis damnauerint. Poterit ergo actio illa S. Franciſci magna cum probabilitate attribui motioni ſpeciali Spiritus Sancti, quamuis authores, qui rem geſtam referunt, eius impulſus non meminerint. Addo tamen; non leuiter id inſinuauit D. Bonauent. cap. 3. cum dixit, *Cœpit ex hoc vir Dei Diuino inſtinctu* (nota verbum, ſigna myſterium) *Euangelicæ perfectionis æmulator exiſtere &c.*

a Cōtra Gaudent. lib. 1. capit. 31.
b 2. 2. q. 64. art. 5. ad 4.
c In cap. 16. Iudicum.
d Quæſ. 54. in eundē locum.
e p. 2. q. 68. concluſione prima verſiculo aliud fundamentum.
f Iudicum 16.
g Lib. 1. de Ciuit. cap. 21.
h De præcepto, & diſpenſatione, cap. 5. fol. 924.
i Iudicum capit. 11.
k Lib. 1. offic. cap. 50. & lib. 3. de Virginibus.
l Oratione de Maccabæis
m Quæſt. 19. in lib. Iudicū.
n Tom. 1. homilia de Iephtæ, & 14. ad populum Antiochenum
o Lib. 1. contra Iouinianum
p Quæſt. 49 in lib. Iudicum
q 2. 2. q. 88. ar. 2. ad 2.

66 Diluitur ſecunda.

Ad ſecundũ dico, vel petis principium, vel deſtruis argumẽtum tuum. Hoc autem ſic demonſtro: vel ſupponis eum in eo euentu non fuiſſe religioſum; vel non ſupponis, non fuiſſe religioſum. Si primum petis principium, quia ſupponis id, quod probandum erat, & de quo diſputabatur controuerſia. Si ſecundum, ergo opus illud etiamſi non ſupponatur eum non fuiſſe religioſum, vndequaque licitum eſt; ergo etiam ſi ſupponatur fuiſſe religioſum vndequaque licitum eſſet; ex hoc autem deſtruetur argumentum tuum principale; inde enim probas non fuiſſe priùs religioſum alterius ordinis, quia aſſumẽdo nouũ in æde S. Mariæ Angelorum commiſiſſet aliquid illicitum; & ex his. Reſpondetur opus illud B. Franciſci iuxta hanc ſolutionem, non fuiſſe vndequaque licitum, quia quantùm eſt iuxta leges humanas, & poſitiuas, illicitum erat antiquam religionem deſerere, & nouam inſtituere ſinè legitima approbatione ſuperioris; at tamen ſupra humanas regulas interueniente impulſu Spiritus Sancti mouentis licitum erat: quia motio illa ſupremi legiſlatoris illum liberũ fecit, quoad illud, à communibus legibus.

67 Diluitur tertia.

Ad tertium miror ſanè hominem Theologum in hunc lapidem impegiſſe, præcipuè cùm immediatè antè oppoſuerit ad opus vndiquè licitum non requiri impulſum Spiritus Sancti, atq; adeò in ſententia ipſius tũc requiritur impulſus Spiritus Sācti, quando opus non eſt vndequaq; licitũ, id eſt, vt in bonum ſenſum verba interpretemur, quando opus alias ſecundùm regulas humanæ rationis conſideratum erat illicitum, quod ferè in idem recidit atque regula Medinæ,[r] (ſcilicet quia non eſt conformiter ad humanas regulas) *& opus eſt ſtudioſum & rectum*, (ſcilicet adueniente ſuppoſitione impulſus Diuini) *in inſtinctum & impulſum, & donum Spiritus Sancti referendum eſt*; ſic ergo, cùm actionis illius, (ſi in æde S. Mariæ ſinè vlla mora antequàm inde exiret facta eſt) ſi iam erat religioſus, non poſſit aſſignari ratio facti, ſecundum humanas regulas, quia illicitum erat illis ſolis attentis, & opus eſſet ſtudioſum, & rectum ex ſuppoſitione impulſus Spiritus Sancti, probabiliſſimè illã retulit Marquez in inſtinctum, & donum Spiritus Sancti, cùm contenderet illum iám tunc eſſe religioſum.

r 1. 2. q. 68 cōclus. 1. verſic. quando non poteſt aſſignari ratio facti.

68 Spiritum Sanctũ poſſe impellere, vt licitè fiat id, quod ſecundum leges naturales erat illicitum probatur exēplis.

Poſſe autem Spiritum Sanctũ impellere vt licitè fiat id, quod alias ſecundum leges humanas, vel naturales, attentis circunſtantijs, illicitum erat, clariùs eſt; quàm vt probatione indigeat, vt dicere poſſimus

cum

[a] Lib. 1 de peccatorum meritis, cap. 2.

cum Augustino. [a] *Valeat aliquid ad se ipsam persuadendum, ipsa euidentia: nam nusquam sic non inuenio quid dicam, quàm vbi res, de qua dicitur, manifestior est, quàm omne, quòd dicitur.*

Primum.

Sed probemus exẽplis. Primum est. Abraham secundùm leges communes non poterat occidere filium: at accedente Dei præcepto licitè illum voluit sacrificare; vnde Aug. ait. [b] *Abraham si spontè filium immolaret, quid nisi horribilis, & insanus? Deo autem iubente, quid nisi fidens, & deuotus?* Et alibi [c] *Sicut Abrahæ factum, quando filium voluit immolare, quòd Deo iubente fuit obedientia, Deo non iubente, quid fuit nisi dementia?*

[b] Lib. 22. contra Faustum, cap 73.
[c] Lib. 1 contra Gaudentium, cap 31.

Secundum.

Secundum est. Sampson secundum leges communes non poterat seipsum occidere; at accedente impulsu Spiritus Sancti, licitè seipsũ cum alijs occidit. Vnde August. [d] sic illum excusat. *Quandoquidem non sua sponte fecit; sed hoc spiritui Dei tribuendum est, qui vsus est eo, vt faceret, quando illi adfuit, quòd facere non poterat quando illi spiritus defuit*: sic ergo in præsenti. Antiqui ordinis reiectio, & noui assumptio tribuitur impulsui Spiritus Sancti, qui illum mirabiliter mouit, vt æmularetur perfectionem Euangelij, quam audierat, non præsupposita authoritate legitima superioris humani, quòd facere non poterat, quando illi spiritus defuit; & sic Deo impellente fuit religio, quòd Deo non impellente fuisset sacrilegium.

[d] Lib. 1. contra Gaud. cap. 31.

69 Diluitur quarta.

Ad quartum fateor ingenuè, vel ego te non capio, vel tu non percepisti intentum M. Marquez. Ipse vtitur eo præcisè exemplo, vt probet B. Franciscum ex impulsu Spiritus Sancti potuisse relinquere antiquum, & instituere nouum ordinem absque legitima approbatione superioris humani. Et hoc sic probat: B. Dominicus (& plures alij, vt Robertus Cisterciensium, Romualdus Camaldulensium, & Ioannes Gualbertus Vallumbrosanorum, & B. Petrus de Morone Cælestinorum, licèt sub eadem regula, tamen mutato habitu institutores) absque authoritate legitima superioris instituit nouum ordinem, esto sub eodem habitu & regula; & post approbationem, mutauit habitum pro toto ordine; quæ duo secundum communes regulas. Et non accedente impulsu Spiritus Sancti, essent illicita; & tamen quia ex eo facta creduntur, licitè facta iudicantur, (vel licet non constet, censentur id fecisse ex legitima authoritate superioris) ergo similiter potuit B. Frãciscus ex impulsu Spiritus Sancti id licitè facere, quamuis malè faceret, si operaretur absque impulsu Spiritus Sancti. Vnde ni me fallo, dissertator tuus non adeò hebes fuit, vt exemplo suo argumẽti difficultati difficultatem adiunxerit. Perspicaciùs erat illud ingeniũ, cum quo qui cõtendit, satis gloriæ habuit, quòd cum illo certasse ferretur, vt de ijs, qui cum illo certamina appetierunt, dici possit, quòd de Maximinianistis Augustinus dixit: [e] *Magis de certamine nominari desiderabant, quàm formidabant in certamine superari; nec sperabant victoriæ gloriam, sed famam requirebant.*

[e] Lib. 3. contra Iulianum cap. 1.

Sed quidquid sit de hoc exemplo; adhuc paucis te volo. B. Benedictus antè sui ordinis institutionẽ, vel fuit Monachus S. Basilij, vt tradit Azorius in hæc verba: [f] *Huic postea Benedictus in Occidente successit, qui Monachorum Orientis sub eiusdem Basilij regula, vitæ rationem æmulatus, suos quoque Monachos formulam viuendi à se præscriptam profiteri voluit*: Et fauet quòd ipse Benedictus ad finem regulæ Basilium appellat Patrem nostrum: vel fuit Monachus S. Augustini, vt quis posset suspicari; quorum quodlibet non reijcit, vt improbabile M. Fr. Antonius de Iepes, [g] licèt arbitretur Benedictũ aliam regulam obseruasse. Et nihilominùs postea absque nota ingratitudinis; & absque eo quòd habitum, vel regulam antiquæ religionis retineret, nouam regulam, & religionem instituit; & non constat de legitima approbatione superioris, quæ eo tempore requirebatur; ex decreto Concilij Chalcedonẽsis cap. 4. celebrati anno Christi 451. teste Onuphrio in vitis Pontificum & Cardinalium; & ex consequenti, vel creditur ille id fecisse ex speciali impulsu Spiritus Sancti, vel præsupposita approbatione necessaria, licèt de illa non constet; quare ergo idem dici non poterit, de S. Francisco, sicut dicitur de B. Benedicto?

70

[f] Lib. 12. Instit. Moral. capit. 19.
[g] To. 1. Chronicorum S. Benedicti. Cent. 1. anno 494. cap. 3.

Ex hoc exemplo facilè ruit id, quòd ad calcem obijciebas argumenti, nempe Frãciscum, nullum retinuisse vestigium religionis Augustinianæ, neque regulam, neque habitum; ergo non fuit Augustinianus; si enim hoc argumentum valeret, neque S. Bruno, priùs fuisset Canonicus Regularis in Ecclesia Rhemensi, cùm neque habitum, neque regulam Canonicorum Regulariũ S. Augustini in suo ordine Carthusiensi retinuerit; & tamen S. Brunonem fuisse Canonicum Regularẽ testatur. Pennottus. [h] Neque D. Benedictus professus fuisset alium ordinem, regulam, & habitum, ante institutionem sui; neque S. Franciscus de Paula nouitius fuisset, sub alio ordine, regula & habitu, ante fundationem 71

71 Diluitur vltima primò.

[h] Lib 2. Tripartitæ c 33. num. 1. pag. 541.

suæ reli-

Secundo.

suæ religionis. Addo neque dici potest, nihil retinuisse antiquæ religionis, siuè quoad habitum, siuè quoad regulam; quòd enim ad habitum spectat, vt infra videbimus (de quo vide Marquez cap. 26. §. 1. pag. 427. & cap. 25. §. 4. pag. 418. adeò erat conformis habitus vtriusque religionis, vt super eo non parua lis sit exorta inter ordinem S. Francisci, & Congregationem B. Ioannis Boni; & adhuc modò forma habitus satis est similis. Deinde Tertiarij à S. Francisco instituti, vt constat tam ex historijs, quàm ex pluribus priuilegijs Pontificijs, olim portarunt corrigiam de corio; Nicolaus enim IV. in Bulla, (quæ est 7. in Comp. Priuileg. Emanuelis Rodriguez, pag. 101.) data Reate: 16. Cal. Sept. Pontificatus anno 2. loquens de Tertiarijs, sic habet: *Circa humilitatem verò panni, & pelliciones sororum ipsarum iuxtà consuetudinem cuiuslibet eiusdem, ac loci consuetudinem, poterit dispensari braccalis sive ligaturis sericis non vtantur; pelles habeant agninas, bursas & corrigias de corio simpliciter, absque serico vllo (fortè, vllo) factas, (etiam non alias) tam fratres habeant, quàm sorores, depositis vaneris (iuxtà Apostolorum Principis Petri salubre consilium) varijs huius sæculi ornamentis;* Quod verò attinet ad regulam, duo dicam.

Roboratur ampliùs.

Quoad regulam dicuntur duo. Primum.

Primum est. Moniales Clarissæ aliquandiu regulam D. Augustini saltem alicubi obseruarunt, à B. Francisco aliàs institutæ & edoctæ. Testē habeo domesticū, & omni exceptione maiorem, Illustriss. D. Franciscum Gonzagam, Franciscanæ religionis Generalem, & Archiepiscopū Mantuanum. Hic ergo, [a] sic habet; *Beata virgo Clara, aliquot sorores vita sanctimonia insignes, plurimisque dotibus illustres, sub anno restitutæ salutis 1228. in superiorem Germaniam, institutæ à se religionis propagandæ causa misit; illæ igitur, vt primùm Vlmam insignem Sueuiæ Vrbem ad Danubij ripam sitam applicuerunt; ab Vlmensibus gratissimè, exceptæ sunt; & Monasterium, cui postea famosum Hospitale. B. Elisabethæ sacrum successit, ex diuersis fidelium eleemosynis, apud eos construxere, atque S. Augustini regula, & alijs constitutionibus (nondum enim Clarissarum regula, à Sede Apostolica confirmationem acceperat) à B. Virgine Clara editis, communiendum curarunt.*

[a] 3. p. Chronicorum in Prouincia Argentina Conuentu 2. Monialium, qui est Clarissarum Seflingensis.

72 Secundum est. Mutatio Regulæ facta est à D. Francisco ex reuelatione Diuina; ita, ni me fallo, ipse in testamento suo satis clarè testatur; ibi. *Et postquàm Dominus dedit mihi curam de fratribus, nemo ostendebat mihi, quid deberem facere; sed ipse altissimus reuelauit mihi, quòd deberem viuere secundum formam sancti Euangelij; & ego paucis verbis simplicibus feci scribi, & Dominus Papa confirmauit mihi;* vndè & Catherinus, [d] dixit; *Christus, vt piè creditur, ore proprio regulam Francisco dictauit, ipso teste Francisco.* Addamus, & testimonia D. Bonau. in determinationibus multarum Quæstionum super Regulam B. Francisci, q. 1. fol. 248. pag. 1. ibi. *Primò igitur quæritur, cùm tot sancti ordines, & approbatæ regulæ fuerint* (potuisset addere, & professus fuerit regulam Augustini, sed noluit aduersarius id obijcere, qui fortassis erat Canonicus Regularis, ne videretur loqui ex passione, propter relictam regulam parentis Augustini. Cogitaueram ita potuisse accidere; & sanè ita videtur accidisse, quia Guillelmus de sancto amore fuit Canonicus Matisconensis, vt decidit Fr. Iacobus de Sisato Dominicanus in Chronico breui ordinis prædicatorum, vsque ad annum 1503. quod habetur ad finem Constitutionum eiusdem ordinis, impressarum Romæ apud Antonium Blandin impressorem Cameralem anno 1566. & habetur in Bibliotheca. R. D. Petri de Auila Abbatis montis sacri Granatensis; ibi; fol. 51. pag. 1. *Hoc tempore quidā Canonicus Matisconēsis, videlicet Guillelmus de S. Amore, &c.* Ecclesia autem Matisconensis fuit Canon. Regul. S. Augustini, vsque ad Paulum IV. vt tradit Gabriel Pennottus, [e] *Matisconensis est Episcopatus Prouinciæ Lugdunensis, inter eas, quæ ab institutione fuerunt Canonicorum Regularium, notatur à Petro de Sancto Iuliano de antiquitatibus Matisconensibus, dicente eam sub Canonica regula stetisse vsque ad Paulum IV. qui eam sæcularizauit, referente Choppino lib. 1. tit. 1. §. 6. Cur S. Franciscus nouam regulam facere voluit, quasi non sufficerent priorum instituta sanctorum? Ad illud tibi respondeo, quòd Pater S. Franciscus spiritu Dei plenus, & zelo charitatis Dei, & proximi totus ignitus, triplici desiderio flagrabat; videlicet vt totus posset adhærere Deo per assiduæ contemplationis gustum; item vt multos posset lucrari Deo, & saluare animas, pro quibus Christus voluit crucifigi & mori; & quia non sufficit ei, vt illam propria tantùm persona ageret; voluit instituere ordinem, vt multos cooperatores haberet, non solùm in præsenti, sed etiam in futuro; qui & sanctitatis eius amatores existerent, & alios Deo plurimos lucrarentur; ordines autem, quos ipse S. Franciscus inuenit in Ecclesia, aliqua prædictorum trium ex parte habebant, vt religiosi Cænobitæ, qui in studio virtutum Christi imitantur vestigia. Eremitæ,* (Ecce, Bonauentura fatetur B. Franciscum ante sui ordinis institutionem inuenisse in

Secundum Mutatio regulæ à D. Francisco facta fuit ex reuelatione Diuina.

[d] In annotationibus aduersus Caietanum, pag. 236.

Idest Guillelmus de S. Amore.

[e] Lib. 2. Hist. Tripartitæ cap. 33. nu. 14. pag. 33.

nisse in

nisse in Ecclesia ordinem Eremitarum. Hic autem, saltem tempore S. Bonauenturæ supponebat absolutè, & simpliciter pro ordine Eremitarum ordinis S. Augustini.) *Qui contemplationi Diuinæ frequentiùs vacant; & Clerici, rectores plebium, qui animarum curam habentes officio, lucris animarum omni vigilantia intendere debent; & quia hæc tria simul inuenit in nullo ordine, Spiritu Sancto edoctus, nouam condidit regulam, & nouum ordinem instituit, qua in professione Euangelicorum consiliorum, obedientiæ videlicet, & castitatis, & abdicatione proprietatis, Christi vestigia sequeretur; & in officio prædicationis, & confessionis, animarum lucra vtiliter quæreret, & in altissima paupertatis, & dicitate libertatem spiritus retinens, contemplationis superna apprehenderet portarem;* & ex his omnibus manet explicata, & roborata prima via respondendi primæ obiectioni à te propositæ, sub quinta ratione.)

73 Diluitur secundò, vltima instantia. Pro solutionis explicatione supponitur. Post Conciliũ Calcedonense, & ante Lateranense sub Innocen. III. ad nouam religionem instituendã requirebatur ordinarij loci approbatio. Primò. a Cap. 4. & refertur in c. dissinimus 18. q. 2. Secundò. b Cap. 27. & habetur in c. de Monachis 18. q. 2. c Tom. 3. de religione, lib. 2. cap. 17. nu. 3. versic. præterea receptio

Secunda via argumentum dissoluendi docet D. Franciscum reliquisse religionem minùs arctam, & instituisse aliam arctiorẽ de licentia, & approbatione diœcesani, atque adeò licitè operatus est. Quam solutionem vt explicem, suppono primò, quod post Concilium Calcedonense, & ante Lateranense ad instituendam nouã religionẽ sufficiebat, & requirebatur ad minùs facultas, & approbatio Episcopi diœcesani eius loci, in quo religio instituebatur; ità communiter ferè omnes authores. Et quidem quòd ad minùs Episcopi approbatio requireretur, constat. Primò, quia Concil. Calcedonense,[a] sic habet. *Placuit nullum quidem vsquam ædificare, aut constituere monasterium, vel oratorij domum, præter conscientiam* (vel, vt alij legunt, *sine conscientia*) *Ciuitatis Episcopi.* Secundò, quia Concilium Agathense,[b] sic statuit. *De Monachis monasterium nouum nisi Episcopo permittente, aut approbante nullus incipere, aut fundare præsumat;* vbi vt notauit Suarez,[c] ad instituendum monasterium veteris instituti permissio, ad fundandum monasterium noui instituti approbatio erat necessaria.

74 Sat erat ante Conciliũ Lateranense sub Innocẽt. III. approbatio Episcopi ad nouam religionem instituendam. d Lib. 10. de Sacram. Ordinis, cap. 35 n. 3. cum cómento in liter. G.

Quòd verò ante Concil. Lateranẽse sub Innocentio III. sufficeret ad nouam religionem instituendam Episcopi approbatio, vnus refertur Henriquez,[d] qui negauerit, censens semper fuisse requisitam Pontificiam approbationem; asserunt omnes alij, quos ego viderim. Plures refert Suarez vbi supra vers. *secundò duo;* ego solùm referam Vazq.[e] qui ait de hoc neminem dubitare; & ex nostris Basilium Legionensem,[f] & M. Marquez,[g] & probatur primò, quia Episcopi ratione iurisdictionis spiritualis, quàm habent, id possunt, nisi impediantur à Summo Pontifice, cuius iurisdictioni eorum iurisdictio subiecta est. Ante prædictum autem Concil. Lateran. nulla extat Pontificum prohibitio, aut irritatio religionis approbatæ ab Episcopo, quinimò in decreto Concil. Lateranensi eam reseruationem non contineri, docuit Vasquez vbi supra. Secundò, quia antiquis temporibus non ita certò legimus religionem aliquam fuisse approbatam, & institutam à summis Pontificibus, vt tradit Vasquez, & probat Suarez.[h]

e Tom. 2. in 3. p. disp. 161. cap. 4. nu. 39. f Quæ 3 Scholastica, cap. 7. g Cap. 14. in principio capitis, pag. 253. Prob. 1. Prob. 2. h Vbi supra num. 9. & sequentibus.

75 Suppositio secunda D. Franciscum in mutatione habitus religionem instituisse. Probatur primò.

Suppono secundò, D. Franciscum in mutatione habitus, quam fecit audito Euangelio, religiosum effectum, nouum ordinem instituisse, id mihi persuadeo primò; quia S. Antoninus,[i] sic habet: *Anno verò Domini 1209. dum missam in Ecclesia S. Mariæ de Portiuncula deuotus audiret, & legeretur Euangelium id &c. vna contentus tunica, pro cingulo funem sumit. Quo tempore secundùm opinionem aliquorum in lapide isto fundamentali ordo fratrum Minorum initium & fundamentum accepit.* Secundò; quia D. Bonauent. cap. 3. post narratam eandem historiam, sic ait; *Cœpit ex hoc vir Dei Diuino instinctu Euangelicæ perfectionis æmulator existere, & ad pœnitentiam cæteros inuitare.* Quæ verba religiosum statum & ordinem satis clarè indicant; & tu ipse in hoc §. nu. 7. pag. 31. sic explicas; *Tunc exiuit de sæculo,* (scilicet per assumptam vitam regularem, vt cum Marquez supponis.) *Dum exaudito Euangelio cœpit, vt ait Bonauent. Euangelicæ perfectionis æmulator existere, & ad pœnitentiam cæteros inuitare.* Tertio, quia R. P. Daza, vt refert Marquez,[k] enarrans in argumento eandem historiam auditi Euangelij, reiecti habitus antiqui, & noui assumpti, sic ait: *Remansit cum sola vna tunica, & discalceatus, quod fuit exuere se habitu Eremitæ, quem portabat; & assumens habitum Fratris Minoris, fælix dedit initium suæ sacræ religioni;* & eodem modo loquuntur omnes Authores, quos ego in hac parte hucusque viderim; quinimò Breuiarium Roman. lect. 4. in eius festiuitate, sic ait: *Itaque detractis calceis; & vna contentus tunica, cum duodecim socios adhibuisset, ordinem Minorum instituit.* Non quia ordo fit institutus post duodecim socios adhibitos: quoniam D. Antoninus,[l] loquens de Fratre Bernardo Assisinate primo B. Patris discipulo, sic ait: *Iste autem anno* scilicet 1209. *habitum religionis, & vitam Apostolicam accepit:* sed quia ordinem instituens duodecim socios in principio

i 3 p. tit. 24. cap. 7. in principio, fol. 237. pag. 1. Secundò. Tertio. k Cap. 15 §. 3. pag. 418. l 3 p. tit. 4. cap. 10 principio, fol. 137. pag. 1.

principio: adhibuit, antequàm Romam proficisceretur, petiturus confirmationem à Romano Pontifice.

76 Tertia suppositio. Difficultatem ab aduersario obiectam illis etiam vrgere ostenditur.

His ergo admissis, vt admitti debẽt, suppono tertiò. Non solũ in nostra sentẽtia; sed etiã in aduersariorũ placito quærendã esse viam, iuxtà quã B. Frãciscus, vel relicto ordine Augustiniano, vt nos probabile autumamus; vel ex statu sæculari, vt vos vultis, licitè professus fuerit, & instituerit nouum ordinẽ, quòd sinè licentia, & approbatione saltẽ Episcopi facere licitè nõ poterat. Atq; adeò difficultas hæc, quæ nobis obijcitur etiam illos vrget, Dicere ergo debent, vel id fecisse ex impulsu speciali Spiritus S. vt Marquez asseruit; vel ex licẽtia, & approbatione Episcopi, vt nos probabiliter modò dicemus. Declaratur hoc ampliùs, sinè licentia Episcopi saltem, nullus poterat, siuè religiosus, siuè sæcularis instituere nouũ ordinem secundùm leges communes; ergo si B. Franciscus tunc tẽporis instituit nouum ordinẽ, siuè esset religiosus, siuè sæcularis, id fecit, vel ex impulsu Spiritus. sancti, qui cum à legibus communibus liberum faceret; vel ex licẽtia, & approbatione Episcopi.

77 Suppositio quarta. Nil conuincit dicere D. Frãciscũ ita subitò exuisse se tunica Eremitica, nouaque se induisse, suoq; ordini dedisse principium, vt locus non fuerit ad petẽdam approbationem ab Episcopo: Imò sunt, qui persuadent tale tẽpus intercessisse. Primæ partis probatio alibi remittitur. Secunda probatur.

Suppono quartò, nihil esse, quòd cõuincat D. Franciscũ ita subitò habitu Eremiticò relicto nouũ induisse, & suo ordini dedisse principiũ; vt locus non fuerit ad obtinendã approbationem ab Episcopo: quinimò sunt, quæ persuadeant intercessisse tẽpus sufficiens ad Episcopũ consulẽdum, & eius facultatẽ impetrãdam; Primã partem ostẽdemus respõdẽdo ijs, quæ possunt obstare; secundã verò persuadeo, quia vt referunt Vincent.a & Antoninus.b Post auditũ Euangeliũ, & consultum ædiculæ presbyterũ; ex hoc iã calceamentis, virga, sacculoq; vel pera nõ vtens, tunicã contẽptibilem, & incultã fecit; reiectaq; corrigia, funiculo cã cinxit, & pœnitẽtiæ verba simpliciter in publicũ proponere cœpit. Si autem post consultum presbyterũ locus fuit, vt faceret tunicã contemptibilẽ, & incultam, neq; illam iam factam inuenit; quare non dicemus, fuisse etiam locum ad habẽdam approbationẽ Episcopi? vt optimè notauit Marq.c

a Lib. 29. c. 98

b 3 p. tit. 24. capit. 2. in principio.

c Cap. 25. §. 5. pag. 419.

78 Reijcitur, & ly sinè mora admittere aliquod tempus. Prob. 1.

Neque obstat, quòd hi Authores referũt B. Franciscum mutasse habitum veterẽ in nouum, *duplicibus sinè mora depositis*; hoc inquam non obstat, quia illa verba, *sinè mora*, admittunt aliquod tempus intermedium, quòd probo. Primò, quia ipsi narrant B. Franciscum fecisse tunicam, contemptibilem licèt, & incultam. Ea tamen facta non debet credi in eodem instãti. Adde, sic etiã dicitur cõmuniter de B. Frãcisco, & habet inter alios Schedelius.d *Abiectis omnibus tunicã incultam, & contemptibilẽ fune præcinctam induens, nouum mox ordinẽ constituit*; & tamen institutio noui ordinis, vel debuit esse ex instinctu Spiritus S. vel de licentia superioris; & tamen adhuc dicitur mox.

d de ætate mundi, fol. 207. pag. 1.

Probatur secundò à simili.

Secũdò, quia lib. 1. Esdræ, cap. 7. sic habetur. *Ego Artaxerxes Rex statui, atque decreui omnibus custodibus arcæ publicæ; qui sunt trans flumen, vt quodcumque petierit à vobis Esdras Sacerdos, scriba legis Dei Cœli, absque mora detis &c.* Quis autem dicat custodes Arcæ non implesse præceptum Regium, si decreti Regij impletionẽ differrent per diem, vel duos dies, vt cõmodè haberi possent ea, quæ à filijs Israel peterentur, & à Rege tributi iubebantur, qualia erant argenti talenta 100. Cori frumenti 100. Bati vini 100. Bati olei centum; & sal absque mensura; quare ergo non dicetur B. Franciscus opus illud fecisse sinè mora; si distulit per vnum; vel duos dies, vt habita licentia superioris licitè faceret?

79 Probatur tertiò authoritate. Res dicitur illicò facta cùm fit intra triduum.

Tertio; quia non solùm *sine mora*, sed etiã *illico*, & *statim* res dicitur facta, cùm fit intra triduum; ita Hostiens.e Ioannes Andreas, & Ancarranus,f & probatur primò, quia in iure dicitur in continenti aliquid fieri, quòd intra triduum fit, l. finali, C. de errore aduocatorum: ibi, *incontinenti, l. triduo*, & l. finali, C. de Iudicijs, ibi: *illico autem, l. intra triduũ*, vnde Baldus ibidẽ, & Felinus,g Ripa,h Mandosius,i docent, dici incontinẽti probari, quòd intra triduũ probatur; & quòd qui offert se in continenti probaturum, videtur satisfacere, si intra triduum probet; & quòd exclusus de possessione, potest vsque triduũ eã recuperare; quia dicitur recuperari in continenti. Quos Authores, & fundamẽta adduxit Sãchez,k qui asserit ad dissolutionẽ spõsalium impuberis facti puberis, licèt requiratur, quòd illicò dissẽtiat, sufficere quòd triduo ante, vel post pubertatẽ resiliat; & ex Thoma, authores & fundamẽtũ desumpsit M. Marq.l Quinimò, vt Troilus Maluetius,m (qui habetur n) ad fratrẽ Cherubinũ Spoletanũ Ord. Min. refert, aliquando quòd fit post 10. dies, dicitur fieri statim, & in continenti, vt habet glossa.o

e Cap. de illis, el 1. de dispensatione impuberum, nu. 4.

f Num. 4. ibidem

g Cap. veniens el 2. de testibus num. 15.

h Lib. 4. §. condemnatum ad finem, ff. de re iudicata.

i De Munitorijs, q. 31. o. 8.

k Libro 1. de Sponsal. disp. 31 num 14.

l Cap. 25. §. 6. pag. 420.

m In Tract. de Canonizatione Sanctorum.

n Tomo 14. Tract. Iuris, fol. 160 pag. 2.

o §. Contr. verbo Confessim instit. de verborum obligationibus

80 Probatur 4. à simili. Roboratur ampliùs.

Quartò, quia Conc. Trid. concedit Episcopis; vt possint suos familiares Triennales ordinare; dummodò statim beneficiũ, reipsa illis conferant; & nullus dicet Episcopum huic conditioni non satisfacere, si beneficium intra triduum conferat. Quinimò Vasquez,p dicit sufficere beneficium familiari conferre, cũ primùm vacauerit,

p Tom. 3. in 3. p. disp. 243. c. 5 n. 49 p. 198.

ne mendicare cogatur. Quare ergo non dicemus B. Franciscũ sinè mora nouum habitum induisse, si intra triduum id fecit, petita, & obtenta approbatione diœcesani?

Probat quintò à simili.

Quinto, quia Ecclesia in Breuiario Romano lect. 2. noct. 2. sic legit de B. Nicolo de Tolentino; *Cùm quodam die concionatorem ordinis Erem. S. Aug. de mundi contemptu dicentem audysset, eo sermone inflammatus, statim eundem ordinem est ingressus*: Et tamen non dicemus induisse habitum Augustinianũ, antequàm prædicator exiret ab Ecclesia; sed re consulta, & cũ toto conuentu? Ecce verba authoris vitæ B. Nicolai apud Suriũ: a *Quæ sententia adeò mentem iuuenis penetrauit, adeòque inflammauit, Vt mox à concione fratrem illum,* (nempe Priorẽ Cõuentus Castri S. Angeli, quẽ prædicantem audierat Nicolaus.) *Obnixè rogaret, vellet ipsum in suam sodalitatem, & ordinem recipere, mundum iam deserere cupientẽ; illo autem recusante eius precibus sinè cõsensu parentum annuere, ne materia gaudij doloris occasio fieret; parentes interrogantur, & eis filij voluntas explicatur; at illi à filij voluntate lætantur, Deũq; laudant, quòd in ipsorum filio promissa sua cumulatè compleret; admittitur igitur à fratre illo.*

a Tom. 5. die 10. Septẽbris, cap. 3.

Confirmatur ampliùs.

Et hinc est, quòd Iulianus Cardinal. b sic ait; *Adde plus, quòd etiamsi in c.* Frequens, *fuisset positum post ly,* immediatè sequens, *aliqua de ijs dictionibus, videlicet,* statim, mox, in continenti, aut confestim, *seu similia verba, adhuc deberet intelligi, cum quodam temperamento, vel aliquo temporis interuallo, & quàm primùm cõmodè posset, prout ista vocabula exponuntur per Iura & Doctores; ampliantur enim, & restringuntur, secundùm subiectas materias, & varias circumstantias, rerum & negotiorum.* Quare ergo non dicemus rectè B. Franciscũ statim instituisse nouum ordinem, licèt consuluerit Episcopum super prædicta institutione?

b Epist. 3. ad Eugeniũ IV. inter opera Æneæ Sylvij, pag. 37.

81 Suppositio quinta.

Suppono quinto. Mutationem factam à D. Francisco post auditũ Euangelium, nisi facta fuerit ex impulsu Spiritus sancti fuisse factam saltem de licentia, & approbatione Episcopi. Quòd sic probo. Quia assumptio nouæ professionis, & institutio nouæ religionis etiã facta à seculari, secundùm leges cõmunes, & absq; instinctu speciali Spiritus sancti, illicitè fit absq; aprobatione superioris; ergo cũ D. Frãciscus id sanctissimè fecerit, fecit ex authoritate superioris, nisi egerit ex speciali instinctu Spiritus sancti; vnde ex suppositione, quòd intercesserit tẽpus aliquod, vt supposuimus tãquàm valdè probabile, credibiliùs mihi est eũ operatum fuisse ex approbatione ordinarij, quã ex instinctu speciali Spiritus sancti. Hic enim nõ ponitur, nisi quando aliter non potest assignari ratio facti; at in præsenti potest ratio facti assignari, nempe dicendo præcessisse Episcopi approbationem.

Mutationem vestium factã à D. Francisco credibiliùs est fuisse factã de licentia Episcopi, quàm ex instinctu speciali Spiritus sancti.

Neq; obstat, quòd nõ referatur illam petiisse; primò, quia refertur, quòd illã petierit, vt admitteret ad suam religionẽ Fr. Bernardum Assisiatensem; sic refert Antoninus, c Franciscum Bernardo ipsum sequi volenti respondisse, *Domine Bernarde, istud est adeò arduũ, quòd à Domino est consilium requirendum, & ideò pergamus ad Episcopum, & ibi dicetur nobis, quid nos oporteat facere, & cùm ibi fuissent, audita missa, premissa oratione, Sacerdotem illum, qui celebrarat, deuotum rogat, vt Missale aperiat, &c.* Qui ergo post institutũ ordinẽ admittere primum sodalem iudicauit opus arduum, & dignũ, quòd referretur ad Episcopũ, credi potest, quòd, præcipuè si tempus intercessit, nõ iudicauerit esse opus arduũ, & dignũ, quòd ad Episcopum deferretur, eã mutationem facere, & nouum ordinem instituere, etiamsi esset sæcularis, & non religiosus? Secundò, quia licèt de antiquis Patribus, nõ referatur, quòd petierint approbationẽ Episcopi ad instituẽdas suas religiones, nihilominùs omnes supponunt ad minùs ita factũ fuisse. Quinimò Hẽriquez, qui docuit semper fuisse requisitã authoritatẽ Pontificiã, censuit credendum esse, Patres antiquos à Sũmo Pontifice obtinuisse confirmationem suarum religionum, licèt ab Authoribus nõ referatur; sic ergo dicimus credendũ esse, quod B. Franciscus obtinuerit à Diœcesano approbationẽ, licèt Historici hoc nõ referant; quia dato tẽpore intermedio, inter Presbyteri consultationẽ, & institutionem ordinis, non rectè faceret, si ordinẽ institueret, sinè approbatione Episcopi saltẽ, quæ requirebatur ante Concil. Lateran. cũ ea tẽporis mora admissa, credibiliùs sit operatũ fuisse secũdũ leges cõmunes, quã ex speciali instinctu Spiritus sancti.

82 Instantia.

Diluitur primò.

c Tit. 24. cap. 7. in principio. fol. 237. pag. 1.

Diluitur secundò.

His ergo positis facillimè. Respondeo in vtraq; via; vel enim admittimus B. Frãciscũ mutasse habitũ, adeò sinè mora, vt nõ fuerit locus consultationi Episcopali, vel immediatè per ipsũ Frãciscũ, vel mediatè per presbyterũ factæ; & tunc dicẽdum est cum Marquez operatũ fuisse ex speciali instinctu Spiritus sancti, idq; etiã aduersarij debent admittere, siquidẽ eodẽ tẽpore fatentur fuisse à B. Frãcisco institutũ ordinẽ Seraphicũ; Nouus autẽ ordo tunc tẽporis secũdũ leges communes institui nõ poterat, nisi saltẽ de Episcopi licentia, & approbatione. Si verò admittimus post auditũ Euangeliũ,

83 Responsio ad obiectionem in principio positam.

vsque ad mutationem habitus intercessisse tēpus sufficiens ad impetrādā approbatio-nē Episcopi, (vt supposuimus esse probabile) mihi credibilius D. Franciscū operatum fuisse ex licentia, & approbatione Episcopi; quia tunc poterat eius mutatio absq; speciali instinctu Spiritus sancti licitè patrari. Huic nostro placito est omninò conformis doctrina Petri Suturis Prioris Carthusiæ Parisiensis circa annū 1520. qui cùm,a sibi ex parte aduersarij obiecisset, quod in prima ordinis Carthusiēsis fundatione duo Stephani, ex ordine Canonicorū Augustinianorum in Carthusianū, sine licētia Prælati transijssent contra id, quod Pontificio iure sancitum est; sic respondet. b *Quartò denique modo discedit religiosus, & iusta causa satis cognita, & superioris authoritate praduens, Superioris, inquam, vel Dei priuata lege (de qua pater sufficienter) ducentis; vel prælati liberam tribuentis facultatem. Hoc autem modo recedere non solùm licitū, sed & multa laude dignum esse creditur. Quo pacto* (scilicet, vel ex licētia prælati, vel ex speciali impulsu Spiritus sancti, qui ab illo appellatur lex priuata Dei ducē-tis) *Brunonis comites abscessisse credendum est.*

a Lib. 1. tract. 2. de vita Charthusiana, cap. 5. pag. 38.

b Cap. 6. pag. 30.

OBIECTIO II.

84 Secunda aduersarij obiectio.

In secunda obiectione à te opposita, non tam ratione nos vrges, quàm verbis sine ratione lædis, sed verbis hominis, propter verbum hominem parcimus; vt in patientia nostra possideamus animas nostras. Rationē verò ratione dissoluemus; ea autem triplici nititur funiculo, sed qui facilè rūpi possit triplici gladio, *vt tanquā triplici telo,* vt ait Aug. lib. 1. contra Petilian. cap. 27. *velut tricipitem bestiam, totā calumniam trucidemus.*

85 Primum obiectionis caput.

Huius ergo obiectionis tricipitis caput primū est, quia assertores huius Monachatus, nēpe Iordanus, Henricus, Coriolanus, Ægidius, Pāphilus, Critana, & Morigia non cohærēt de loco initi tyrocinij, aut suscepti instituti. Secundū, quia mora in eo assignando est tēporum cōfusio. Tertium, quia quāuis contendentibus cōcederetur Franciscū fuisse eo biennio Ioannis Boni discipulū, exinde tamē Patres Augustiniani, nō possent dicere suū; quia Frāciscus præextitisset in ea cōgregatione ante susceptā regulā Augustinianā probato, *etiam ipsi* (vt ais) *assertator admittit, nihil sibi iuris posse Augustinianos vendicare in sanctum Patriarcham;* Id autē probatur quā breuiter, & clarè ex Bulla Innocent. IV. & Iordano de Saxonia; ex quibus cōstat congregationē Ioannis Boni plurimis annis adoleuisse antè acceptam à

Secundum, & tertiū caput.

sancta Sede Augustini regulā. Ea autē accepta est, post an. 1233. in quā quippe cōgregatione inducta est, vt testatur Crusenius post an. 25. Anachoreticæ vitæ transactos; si autem an. 1208. vel 1209. in quo B. Ioannis Boni conuersio ponenda est, addamus 25. annos vitæ Anachoreticæ, fit cōsequens, vt an. 1233. vel sequēti id fuerit factum; atque adeò nulla ratione potest B. Franciscus ex hac Congregatione dici Augustinianus.

Ad primū, vt respondeamus, Authorum testimonia, quæ vt credere est, breuitatis ergo omisisti; nos claritatis & fidelitatis gratia referamus. Verba Iordani de Saxonia, c hæc sunt; *Erat quidā Frater magnæ sanctitatis re & nomine Ioannes Bonus, qui primū apud Budriolum Cesenatensis diœcesis domunculā quandā, de consensu dni Cesenii construxit, & ibi vitam Eremiticā in arctissima pœnitentia duxit. Cumq; fama conuersationis eius, per loca vicina crebresceret, plurimi ad eū conuersi sunt, inter quos fuit B. Frāciscus, qui ordinis postea fratrū Minorū fūdator fuit.* Verba Henrici de Vrimaria, seu de Alemania, in Tract. M.S. citato à Marquez, d hæc sunt: *B. Franciscus cum dictis fratribus habitauit; &, vt quidam asserunt, fuit frater nostri ordinis, in loco S. Iacobi de Aquauiua iuxta Pisas.* Codex autē MS. Bibliothecæ Angelicæ Romanæ nūc repertus, sic habet: *Tempore verò Innocentij Papæ I, I. I. fuit F. Ioannes dictus de Celle; circa quod tempus B. Franciscus cū dictis fratribus habitauit: & quidem asserunt, quòd fuerit frater dicti ordinis in loco S. Iacobi de Aquauiua iuxta Pisas &c.* Ambrosius autem Coriolanus Augustiniani ordinis Generalis, e sic ait: *Secunda causa fuit; quia, vt dicit Iordanus, saltem formam accepit B. Franciscus in quodam nostro Eremitorio apud Saxetum prope Lavernas vbi S. Franciscus fecit pænitentiam, nec voluit discedere à nobis nisi in cingulo.*

86 Vt ad primū caput respondeatur authorum testimonia referūtur.

c Lib. 1. Vitas Fratrum, c. 8.

d Cap. 21 § 1. pag 354.

e In Apologia veritatis 2. argumēt. 8. in contrariū adducto apud Marquez, cap. 21. § 1. pag. 358.

87

Cardinalis Ægidius Viterbiensis Augustinianus, f sic habet; *Habeo authores, qui scribant huius viri* (scilicet Ioannis Boni) *sanctitate, ac fama illectum Franciscum Assisiatem, magni ordinis Minorum authorem, habitum induisse, baculum gestasse, Eremitam egisse, ligneis calceis vsum esse. Quam rem & nec Vincentius quidem scriptor Historiarum accuratissimus inficiatur. argumento sunt, quòd Mantua Chirographum; quondeque lectum aiunt, quòd in Ioannis Boni manu professus ordinem sit. Namque is color, quo postea ciui vsi sunt, adhuc hodie Beretinus vocatur, à Bectinis loco non procul à Pisauro, quem Ioannes Bonus incoluerat.* Iosephus. Pamphilus Episcopus Signinus, & Papæ Sacrista, g sic inquit: *Multi viri ob eius* (scilicet Ioannis Boni) *sanctitatem, reli-*

f Lib. 20 seculorum ad an. 1198 apud Marquez, c. 21 § 5. pag. 367.

g In Chronicon Augustiniano, fol. 25. pag. 2.

gionis disciplinã ab eo susceperunt, & præsertim Seraphicus Franciscus, ordinis Minorum postea institutor, Vincentio Beluacensi, Frãcisco Petrarcha, & Sabellico, Historicis referentibus. Ioanni Bonosuccedit in Tluscia, & Piceno Ioannes de Spelunca; postquã Ioannes de Cella, quocum S. Frãciscus apud Pisas vixit. Paulus Morigia de Origine religion. cap. 53. vt tu hic refers; & Marq. c. 26. §. 4. pag. 432. aliquandiu commoratũ fuisse Augustinianis ad S. Saluatorem, non procul à ciuitate Senarum, Beatum Franciscum asseuerauit. Cœterum in editione Veneta, quàm ego habeo. Anno 1569. apud Petrũ de Tino, nihil tale exstat.

88 Hi sunt Authores, hæc verba, eorũ, quos dicis inter se non cohęrere de loco tyrocinij, aut suscepti instituti, vno excepto Ioanne Gonzalez de Critana, quẽ ego, nec numero, nec curo. *Nulla mihi fiducia* (vt ait Bern. [a] *In argumentationibus illius non plus quã in telis aranearum. Frustrà iacitur rete ante oculos pennatorũ.* Noui quàm validiora valeant illi responderi, præsertim à tali ingenio. Fatebor ingenuè illum sœpè in historia labi, sœpè præ suo affectu præcipitari. Vir quidẽ ille pius, & deuotus, vt nouimus, nullius fortassis magis quàm historiæ ignarus, in hac tamẽ de illo dixero, quòd Hieron. [b] de Iephte protulit. *Quòd si Iephte obtulit filiam suam virginem Deo, non sacrificium placuit, sed animus offerentis;* Animus quidẽm illius placet, Historia displicet; miror que sapientissimum M. Marquez, [c] eũ inter testes, licèt in re notissima connumerasse. Edidit ille quondam Vallisoleti apud Ludouicũ Sanchez ann. 1604. simul cũ Tractatu de Corrigia S. Augustini, & Cõpendio antiquitatis ordinis, librũ de scriptoribus Augustinianis, Prouinciæ incuria, seu reuisorum oscitantia prælo permissum, quẽ vix in lucem editũ, tenebris damnauit Illustriss. D. Fr. Augustinus Antolinez, Archiepiscopus Compostellanus, qui an. 1626. magna Christianæ Reipublicæ iactura diẽ obijt, tunc Castellę Prouincialis; exstat tamen adhuc alicubi. Nos illũ vidimus modò post longã inquisitionẽ; inquirebamus autem eum, quẽ nollemus, & dolemus exstare. Ea est confusio, & inscitia tã infelicis partus. Denuum verò chartã apertã, quàm vocas Epitomen Historię Augustinianæ typis edidit, quam Patres Prouinciæ Castellanæ, tanquã rẽ breui duraturã, fato chartarum apertarum, ne deuotũ senẽ cõtristarẽt, omiserunt potiùs, quã admiserunt, meo tamẽ iudicio minùs rectè; deuotio enim nõ inanibus fouenda, sed veris, aut saltẽ probabilibus nutrienda, ne aduersarijs, necdũ prœliãtibus triũphus relinquatur potiùs quã ab illis reportetur.

[a] Epist. 257. ad Eugenium III.

Ioannẽ Gonzalez de Critana, sępè in historia labero.

[b] In c. 7. Hieremiæ.

[c] Cap. 16. §. 1. pag. 300. & cap. 21. §. 1. pag. 351.

Testimonijs Authorũ relatis, antequam argumentũ dissoluemus, obseruo veritatẽ Monachatus S. Augustini à B. Frãcisco suscepti, nõ ab vno teste, sed à pluribus asseri, in grande veritatis documentum, eosq; inter se aliquantulũ videri discordes in maximum testimonium veritatis, vt dicere possimus cũ Chrysost. [d] *Non sufficiebat vnus Euangelista cuncta commemorare? sufficiebat quidem sed cum quatuor sint, qui Euangelium conscribunt, nec eisdem verè temporibus, aut eisdem locis, neque pariter congregati, neque mutuo colloquentes; & tamen quasi vno ore pronunciant, fit hoc sine dubio veritatis grande documentum. Verum è contrario, inquis, ista res accidit; in multis enim diuersi inter se inueniũtur ac dissoni. Imò hoc ipsum maximũ est testimonium veritatis. Si enim ex toto & in omnibus consonarent, & cum nimia diligentia atq; cura vsq; ad tempora, & loca omnia, vsq; ad singula æqualiter verba concurrerent, nemo inimicus credidisset vnquam; sed eos communi ad decipiendum consilio congregatos, quasi ex humana quadam compositione Euangeliũ condidisse; non enim simplicitatis fuisse, tam sollicitam consonantiam, iudicarent. Nunc verò quæ videtur ex rebus exiguis dissonantia, ab omni illos suspicione defendit, & satis clarè scribentium existimationẽ tuetur; si verò aliquid de temporibus, ac locis varie dixerunt, nihil quidem dictorum præiudicat veritati.* Et Conc. 1. de Lazaro. *Si omnes omnia dixissent ita certa & explorata, vt nullam desiderarent inquisitionẽ, nequaquam apparuisset illorũ insignis concordia. Taceo* addit infra Chrysos. [e] *Quòd hi ipsi, qui pompam de Rhetorica, & Philosophiã gloriantur, multos & plurimos, vel de eisdem causis scribentes libros, non modò simpliciter discreparunt, sed etiam sibi contraria pleraque dixerunt; & rectè aliud est diuerso modo quid dicere, aliud aduersò.* Quid dici potuit pulchriùs in re, de quã agimus?

89 Monachatum Augustinianum D. Francisci à pluribus asseri observatur, ipsque aliquãtulum discordibus in veritatis maximum indicium.

[d] Homil. 1. in Matth.

[e] Homil. 1. in Matth.

Verũ vt argumẽta opposita dissoluamus. Aduerto primò nõ quãlibet apparẽtiã cõtradictionis sufficere, vt testimoniũ reddatur suspectũ, vel historia damnetur falsitatis. Vnde meritò Catherinus, [f] concilians duo loca, nempe 3. Regum. c. 8. & ad Hebr. cap. 9. sic ait: *Cæterum si quis velit à scripturis huiusmodi occasiones captare, aut accipere, facilè erit passim in errorem, ac perfidiam labasci.*

90 Pro argumentorũ solutione aduertit primò, non quãlibet contradictionis apparentiam sufficere, vt historia falsitatis damnetur

[f] In Annotat. contra Caiet. pag. 15.

Aduerto. Secundò argumentum desumptum ex varietate authorum in assignando loco tirocinij, omninò esse inefficax ad probandam falsitatem Monachatus S. Francisci. Insto exemplis. Primum est. Etiã authores (quamuis in re non multum

91 Aduertit secundò, & exemplis instat argumentum desumptum, ex varietate authorũ in assignando loco tyrocinij D. Francisci esse inefficax ad ipsius Monachatum improbandum. Primum est.

antiqua)

hisitiqua) variant in assignando loco tyrocinij Illustriss. Cardin. Francisci Ximenez de Cisneros, professione Franciscani, vt refert Gonzaga, p. 3. Chronicorum, pag. 608. in Prouincia Castellæ, Conuentu 1. qui est S. Ioannis Regum Toleti, in hæc verba. *Primus sæcularis, qui Minoriticum habitum, hoc in loco induit, (quidquid Fratres Conuentus S. Mariæ de Saliceto oggauiant) fuit R. P. Fr. Franciscus Ximenius*; & tamen falleretur, qui post duo, vel tria sæcula ex varietate assignationis loci tyrocinij vellet conuincere illum non fuisse Franciscanum.

Secūdum est.

Secundum est, quia etiam Authores variè assignant tēpus & locum, in quo Christus v. g. instituit Sacramentum Baptismi; & tamē deciperetur infidelis, qui ex ea diuersitate vellet inferre Sacramentū Baptismi, nō fuisse institutum à Christo; & ratio quare huiusmodi argumentum sit inefficax, hæc est; quia potest constare de re, & esse dubium de tempore & loco, in quo facta est.

traditur ratio.

Sic teste Augustino, [a] constat Apostolos baptizatos fuisse baptismo Christi; non tamen constat quo tēpore determinatè, aut loco fuerint baptizati; quamuis idem Augustinus Epist. 108 affirmet baptizatos fuisse ante passionem. Audiamus Augustinum. *Nam si eos, de quibus non scriptum est, vtrum fuerint baptizati, sine baptismo de hac vita recessisse contendimus, ipsi calumniamur Apostolis, qui, præter Apostolum Paulum, quando baptizati fuerint ignoramus*;

[a] Lib. 3. de Anima, & eius Origine, c. 9.

Tertium est.

Tertium est; etiam varij sunt Authores, in assignando anno, in quo B. Frāciscus suum ordinē instituit; vt enim vidimus in respōs. ad nu. 5. tui. §. 2. iuxta diuersa placita assignantur anni 1199. 1206. 1807. 1208. 1209. 1210. & tamen ex ea authorum varietate non licèt argumentari ex vi formæ Franciscum nō instituisse suum Seraphicum Ordinem. Sic etiam, vt apud Suriū habetur, [b] in vita S. Guildonis, obijt vir sanctus anno Christi 1112. 4. Idus Aprilis, vt habet historia vitæ eius, cùm Martyrologium testetur eū decessisse duodecimo Septembris die: sic etiam quamuis admitteremus esse inter Authores varietatem in assignādo loco tyrocinij B. Francisci, argumentū inde desumptū esset inefficax, neq; posset inficere, aut destruere testimonia Authorū, qui eius Monachatum Augistinanum asseruerunt.

[b] Tom. 5. die 22. Septēbris.

92 Aduerto. Tertiò potuisse D. Frāciscum, duobus modis dici Nouitiū, seu filiū duorū Conuentū. Primò, quia in vno verè professus esset, & in alio adoptaretur in filiū; quòd fit passim in religionibus, præcipuè in Italia. Hac ratione Cōuentus Genuēsis, numerat inter suos alumnos Illustriss. & Reuerendiss. D. F. Ioannē Baptistā de Aste, ordinis Augustiniani Generalem, & postea Papæ Sacristā, & Episcopum Tagastēsem, quamuis professus fuerit religionē Augustinianā in Conuentu Salmāticensi Prouinciæ Castellæ.

Aduertit tertiò posse duobus modis D. Frāciscum dici duorū Conuentuum filiū. Primus.

Secundus.

Secundò, quia in vno susceperit habitū, & in alio emiserit professionem; quòd non rarò accidit in religionibus: sic enim Illustriss. D. Fr. Petrus Manriquez Castellæ Prouincialis, Episcopus Dertusensis, Prorex Barchinonensis, & Archiepiscopus Cæsaraugustanus, tyrociniū incepit in Cōuentu Talabricensi, & consumauit in Toletano. Sic etiā Illustriss. D. F. Didacus de Andrade, huius sæculi vnicus Prędicator, Archiepiscopus Hydruntinus, in Conuentu Perpinianensi S. Augustini nouitiatum inchoauit, in Barchinonensi perfecit; simili quoq; ratione D. Thom. in prologo Epistolæ ad Rom. [c] oppositas Augustini, & Hieronymi sententias in hæc verba conciliat: *Item quæritur vnde Apostolus hāc Epistolam scripsit? Augustinus dicit, quòd de Athenis; Hieron. quòd de Corintho. Nec est cōtradictio, quia fortè Athenis incepit eā scribere, sed Corinthi consummauit.*

[c] Fol. 1. pag. 2

93 Aduerto quartò, quòd quamuis daremus D. Franciscum in vno eodemq; Conuentu incepisse, & consumasse tyrociniū, potuit tamen in pluribus cœnobijs per diuersa temporum spatia conuiuere Augustinianis, v. g. iens & rediēs, dum ageret Romanam peregrinationem. Ex qua, vel sola, & adhuc breui commoratione, pro ingenti viri sanctitate Patres memoria retinentes sancti viri conuictum, rem quasi traditione verbo deriuata firmare potuerunt, vt posteri aliquo modo suum esse piè cōtenderēt; vnde sic ait Æneas Syluius. [d] *Nec vera est assertio eorum, qui patriam illi* (S. Bernardino scil.) *Massam fuisse tradunt, quamuis pueritiæ suæ ibi nōnulla rudimenta peregerit, cùm esset mater eius Massana. Cæterum Pater ac maiores sui longa serie inter nobiles Senenses habiti sunt, vbi & ipse natus, & maiori ex parte educatus.*

Aduertit quartò, ex parua commoratione in multis locis oriri potuisse traditionem, quòd in illis vixerit D. Franciscus.

Cōfirmatur à simili.

[d] In relatione de ijs, quæ acciderunt sub Friderico III. impressa ann. 1493. ad finem Chronicæ, fol. 296. pag. 2.

Hac etiam ratione plures Ciuitates Græciæ Homerum prædicant esse ciuem suum (sit & hoc aliud exemplum inefficaciæ argumenti desumpti ex varietate loci tyrocinij, quandoquidem inefficaciter infertur, Homerum non esse Græcum ex varietate loci Natiuitatis) vnde cecinit quidam Pöeta apud Plutarchum.

Quartū exemplum inefficaciæ argumēti.

Diceris ab multis Colophonis alumnus Homere,
Hic te Smyrnæum credit, at ille Chium.
Quin & Ion quidam, quidam Salamina superbam,
Thessaliam multi te genuisse ferunt.

Sunt & qui memorent alijs te sedibus ortum;
Sic varijs natus crederis esse locis.
Dicere si liceat mihi Phœbi oracula, Cœlum
Certa tibi patria est, Calliopæa parens.

Vnde & illud Francisci Ardentij à Cornelio Lancelotto relati.[a]

Septem Vrbes certant de stirpe insignis Homeri,
Smyrna, Rhodus, Colophon, Salamin, Ios,
Argos, Athenæ.

[a] Lib. 2. de vita Augustini, cap 15.

Vrbes quæ de stirpe Homeri certant.

Quare igitur idem non potuerit accidere in loco tyrocinij D. Francisci, quod in Homeri patria olim contigit?

94 His positis ad argumentum respondeo me in Authorum verbis nō inuenire eum defectum cohærentiæ de loco tyrocinij, aut suscepti instituti, quem authoribus citatis, sed verbis suppressis mirè effers. Iordanus quidem iudicat D. Franciscum inter alios Ioannis Boni discipulos habitum suscepisse in Conuentu Budrioli, iuxta Cæsenam; idque placuit M. Marquez;[b] & alijs; Henricus verò de Vrimaria non se testem exhibet, sed tantùm ait, *vt quidam asserunt,* (siuè potiùs, *& quidam asserunt*) *fuit frater nostri ordinis in loco S. Iacobi de Aquauiua iuxta Pisas;* Quo dicendi modo, non affirmat, sed nec improbat; atque adeò refert, vt probabile; si enim crederet esse improbabile, deberet impugnare. Alij verò Authores, nec verbum habent de loco tyrocinij; inter solum Iordanum, & Henricum est aliquale dissidium; quòd potest in concordiam reduci, si dicamus, vel vt asserit Marquez, B. Franciscum aliquandiu commoratum in loco S. Iacobi de Aquauiua; & inde ortum, vt nonnulli postea currente tempore crederent, ibi nouitium egisse, vel professum fuisse in Conuentu Cæsenatensi, & adoptatum in Aquauiuense; vel in vno incepisse Nouitiatum, & in alio emisisse professionem; in hoc vnum desijt tota illa verborum tempestas.

Soluitur primum argumentum nu. 183. relatum.

Ostēditur nō esse dissidium inter Iordanū & Henricū de loco tyrocinij D. Francisci, & si quod est, in concordiā reducitur

[b] Cap. 26 § 4. pag 432.

95 Sed ostēdamus alios Authores, nec verbum habere de loco tyrocinij; in primis; Coriolanus tantùm dixit, D. Franciscum accepisse formam habitus à quodam nostro Eremitorio apud Saxetum prope Lacernas, vbi & fecit pœnitentiam. Ægidius Viterbiensis tantùm abest, vt loquatur de loco tyrocinij, quòd nec de loco conuictus agit (vide qua fide testimonium alleges) de loco enim Bictrinensi prope Pisaurum tantùm ait, quòd Ioannes Bonus illum incoluerat. Iosephus Pamphilus tantùm ait, D. Franciscum apud Pisas vixisse cum Ioanne de Cella; & Paulus Morigia tantùm refert illū aliquamdiu fuisse commoratum in Conuentu S. Saluatoris apud Senas. Estne in his aliqua mentio loci tyrocinij, aut suscepti instituti, vel potius solius conuictus, & commorationis in Conuentu Saxetano, Pisano, & Senensi, quæ sunt tres vrbes Thusciæ? Nunquid non potuit B. Franciscus Eremita sanctissimus in peregrinatione Romana dum iret, vel rediret Romam, inuisere Eremitas Thusciæ? & cis aliquandiu conuiuere in his tribus conuentibus? Hæccine adeò magna discrepantia, vt mereatur illa verba? *Vnde speciosi huius Monachatus incerta origo. Profectò Origines verum; quæ nunquam fuerunt, nusquam inueniuntur; & si assignantur, non tam pro rei veritate, quàm pro hominum imaginatione, erunt, quot capita, tot sententiæ; Casina Ciuitas est Romanula, Saxetum, vrbs Pisarum, & Senensis longis interuallis dissident in Thuscia; Pisaurum Ciuitas est in Picena; ita vt non solùm diuersæ Ciuitates & loca, verum etiam & varia regiones, atque Prouinciæ ... Fr. ... præscribantur.* Et Rursus, *Vide quòd sæpè ministro pareat fluctuans & affectas; vnus studij error multos generauit in historia; ita comparatum est, vt qui figmentorum portentis aures præbent, & ipsi mox aliquid effingunt; quo fit, vt errorum multitudine veritas vitiata, prorsus fusca, aut bortata ... perdat.* Sic sinè stomacho, & bile procedis ad bellandum monte pacifica; sit offensas, & contumelia procul fecisti. Sed vt diximus in principio, verbis hominis, propter verbū hominem parcimus; *& ne rursus ego dixero,* (verba sunt Augustini[c]) *Nos sumus oues, vos autem lupi, ideò putes interesse aliquid, quòd tu illa verbis turgidis dicis.*

[c] Lib. 2. contra Petilianū cap 73.

96 Ad secundùm, quòd obijcis de temporum confusione duo dico. Primum est. Errauit Crltana in his, & pluribus alijs ex errore autem vnius, aut alterius cuiuspiam sinè fundamento loquentis non redditur opinio improbabilis. Secundùm est; errauit etiam Pamphilus non in confusione tēporum, sed in successione generalium: vt enim optimè ostendit M. Marquez,[d] successio Generaliū B. Ioānis Boni Cōgregationis hæc fuit: primus Generalis B. Ioānes Bonus. Secūdus F. Mattheus. Terti⁹ fuit Hugo Mantuanus, & simul cū illo orto schismate Fr. Marcus Cæsenatensis. Quartus Fr. Lanfrancus Septala, seu de satera nobilis Mediolanensis, cuius tempore facta est vnio. At verò successio Generalium ordinis Eremitarum S. Aug. vt constat ex verbis Henrici de Vrimaria, seu de Alemania in antiquo Tractatu, qui extat in Bibliotheca S. Victoris Parisiensis, relatis à Marquez,[e] hæc

Soluitur secūdum.

Ex vnius errore non redditur improbabilis opinio

[d] Cap. 3 §. 20.

Successio Generalium Congregationis B. Ioannis Boni, & Eremitarum S. Augustini.

[e] Vbi supra §. 19.

Ostēditur secundò Doctores alios citatos nu 83 nec verbum habere de loco tyrocinij B. Frācisci.

hæc est: *A tempore S. P. Augustini multi fuerunt pastores dicti ordinis, sed & negligentia scribentium, & diuturnitate temporum ignorantur, de quibus tamen, & ex scriptis antiquis, & ex antiquis Patribus hæc habere potui. Circa annos Domini 1 1 10. electus est Generalis B. Ioannes de Spelunca, qui etiam præfuit tempore Alexandri Papæ III. Item Ioannes, dictus de Cella, tempore Innocentij III. Item Adeutus de Grafano tempore Gregorij IX. Item Philippus Dexteramphus; quo tempore facta est vnio. Post vnionem fuit F. Lamphrancus de Mediolano.*

97 Non fuit Pamphili error in temporum confusione, sed in tradenda Generalium successione.

Errauit ergo Pamphilus in eo, quòd Ioānem de Spelunca, & de Cella cōstituit successores B. Ioānis Boni in Generalatu Thusciæ & Piceni; cùm tamen hi non fuerint Congregationis B. Ioannis Boni, sed ordinis simpliciter dicti Eremitarum S. Augustini: at respectu temporis nulla confusio. Primò; quia vt dicit Henricus de Vrimaria vbi supra, Ioannes de Cella fuit Generalis tēpore Innocentij III. qui gessit Summum Pontificatum ab anno 1198. vsque ad ann. 1216. 17. Cal. Augusti. Secundò, quia non dicit vixisse cum illo, dum esset Generalis; potuit autem conuiuere ante, quam esset Generalis, etiamsi essent diuersarum Congregationum, cùm omnes Eremiticum D. Aug. institutum profiterentur. Addā tamen. Nunquid in assignando tempore Institutionis ordinis S. Frācisci maior est temporum cōuenientia? nonne pro varijs placitis reducitur ad ann. 1199. 1206. 1207. 1208. 1209. & 1210. ex hac temporum confusione colliges historiam esse falsam? non ergo infertur ex vi formæ falsitas; sed materiæ, quia hæc placet, illa nō placet.

Ex temporum confusione historiæ falsa nō redditur.

Ad tertium, vt respondeam, dico plura.

98 Soluitur tertium, primo, & ostenditur gloriam Augustinianis esse D. Franciscum fuisse discipulum Beati Ioannis Boni dato fuisset ante acceptam Augustini regulam.

Primum est. Si concedatur B. Franciscum biennio ante institutionē sui ordinis fuisse discipulum S. Ioannis Boni, tamen ante acceptam in ea Congregatione S. Augustini regulam, (quòd facilius posset defendi, quia fundamenta aduersariorum magis militant contra Monachatum Augustinianum S. Francisci, quàm discipulatum illius, sub B. Ioanne Bono) non possent quidem Augustiniani illum dicere suum, & hoc tantùm admisit tuus dissertator cap. 26. non §. 3. vt malè citas in margine, sed in principio capitis pag. 429. Cœterum adhuc, vt Marquez subdidit, in omni euentu nobis afferre deberet non parum gaudij & consolationis, quòd in ordinem nostrum venisset communitas, quæ frui meruit tam sancta societate; & meritò, non enim parum gloriæ accresceret Augustinianæ familiæ, si ipsi vnita fuisset congregatio, quæ Seraphim illum carneum inter suos palmites tulisset. Qua etiam ratione, si religio Saccitarum de Pœnitentia Iesu Christi, in vnione generali fuisset nobis vnita, aliquid inde gloriæ, & splendoris nobis accresceret, ex eo quòd in nostrum ius cessisset familia illa Saccitarum, in qua B. virgo Agnes de Monte Politiano (vt testatur M. Fr. Ferdinandus del Castillo, a & P. Fr. Laurentius Sordini Mariani, b vterque Dominicanus) Augustinianam regulam professa est; licèt postea ex Pontificis concessione ad Prædicatorum ordinem transierit, in eoque obierit, postmodum inter Diuos à Clemente VII. & VIII. relata. Quinimò neque exigua est gloria Augustiniani nominis, quòd B. Theresia de Iesu, etiam dum esset sæcularis, conuixerit nostris monialibus in Conuentu Abulensi, vt ipsa in vita sua testatur.

a 2. p. Historiæ S. Dominici lib. 1. cap. 32.

b In vita S. Agnetis cap. 3. pag. 8. & capit. 11. pag. 101.

99 Soluitur secundò.

Secundum est. Si conceditur biennio ante institutionē ordinis Seraphici B. Franciscum fuisse discipulum B. Ioannis Boni, magna cū probabilitate defenditur illum fuisse Augustinianum in Congregatione S. Ioannis Boni; quoniam, vt probabimus in respons. ad nu. 5. §. 2. B. Ioannes Bonus secessit primò in Eremum Cæsenatensem anno 1204. vel 1205. & regulam Augustinianam suæ cōgregationis accepit in principio anni 1207. B. autem Franciscus incepit portare habitum Eremiticum an. 1207. v. g. mense Iulio, aut Augusto, vt possibile, & probabile est.

100 Testimonia Innocētij IV. & Iordani de Saxonia adducta ab aduersario nu. 8. per recapitulationem dicta exponuntur.

Neque obstant verba Innocentij IV. seu potiùs Guillelmi de Flisco Cardinalis, & Iordani de Saxonia. (Quem modo vis authorem esse libri vitas Fratrum, quia fauere videtur; postea verò reijcis, quia nocet) ea enim, vt explicuimus vbi supra ad num. 5. §. 2. intelligenda sunt per recapitulationem, seu anticipationem, ita vt primò narretur, quod erat loco posteriore referendum. Addamus & nunc in eius solutionis fauorem clarum Augustini testimonium, c *Nam & illi* (ait Augustinus, id est Marcus cap. 14. & Matthæus cap. 26.) *contexuerunt narrationem in ijs, quæ cum Domino acta sunt vsque ad mane, sed postea redierunt ad narrandam Petri negationem*, d concilians loca Matth. 27. Marci 15. & Ioannis 19. quorum duo primi referunt coronam spineam, & illusionem purpuræ, postquam Pilatus eis Christum crucifigēdum tradiderat; Ioannes verò ante eam traditionem, sic ait: *Vnde apparet Matthæum, & Marcum recapitulando istud*

Authoritate Augustini vis solutionis cōfirmatur.

c Lib. de consensu Euangelistarum, cap. 7.

d Cap. 9.

a Lib. 1 de peccatorum meritis, cap. 2.

cum Augustino. a *Valeat aliquid ad se ipsam persuadendum, ipsa euidentia: nam nusquam sic non inuenio quid dicam, quàm Vbi res, de qua dicitur, manifestior est, quàm omne; quòd dicitur.*

Primum.

Sed probemus exẽplis. Primum est. Abraham secundùm leges communes non poterat occidere filium: at accedente Dei præcepto licitè illum voluit sacrificare; vnde Aug. ait. b *Abraham si sponte filium immolaret, quid nisi horribilis, & insanus? Deo autem iubente, quid nisi fidelis, & deuotus?* Et alibi c *Sicut Abrahã factum, quando filium voluit immolare, quòd Deo iubente fuit obedientia, Deo non iubente, quid fuit nisi dementia?*

b Lib. 22. contra Faustum, cap 73.
c Lib. contra Gaudentium, cap 31.

Secundum.

Secundum est. Sampson secundum leges communes non poterat seipsum occidere; at accedente impulsu Spiritus Sancti, licitè seipsũ cum alijs occidit. Vnde August. d sic illum excusat. *Quandoquidem non sua sponte fecit; sed hoc spiritui Dei tribuendum est, qui vsus est eo, vt faceret, quando illi adfuit, quòd facere non poterat quando illi spiritus defuit:* sic ergo in præsenti. Antiqui ordinis reiectio, & noui assumptio tribuitur impulsui Spiritus Sancti, qui illum mirabiliter mouit, vt æmularetur perfectionem Euangelij, quam audierat, non præsupposita authoritate legitima superioris humani, quòd facere non poterat, quando illi spiritus defuit; & sic Deo impellente fuit religio, quòd Deo non impellente fuisset sacrilegium.

d Lib. 1. contra Gaud. cap. 31.

69 Diluitur quarta.

Ad quartum fateor ingenuè, vel ego te non capio, vel tu non percepisti intentum M. Marquez. Ipse vtitur eo præcisè exemplo, vt probet B. Franciscum ex impulsu Spiritus Sancti potuisse relinquere antiquum, & instituere nouum ordinem absque legitima approbatione superioris humani. Et hoc sic probat: B. Dominicus (& plures alij, vt Robertus Cisterciensium, Romualdus Camaldulensium, & Ioannes Gualbertus Vallumbrosanorum, & B. Petrus de Morone Cælestinorum, licèt sub eadem regula, tamen mutato habitu institutores) absque authoritate legitima superioris instituit nouum ordinem, esto sub eodem habitu & regula; & post approbationem, mutauit habitum pro toto ordine; quæ duo secundum communes regulas. Et non accedente impulsu Spiritus Sancti, essent illicita; & tamen quia ex eo facta creduntur, licitè facta iudicantur, (vel licet non constet, censentur id fecisse ex legitima authoritate superioris) ergo similiter potuit B. Frãciscus ex impulsu Spiritus Sancti id licitè facere, quamuis malè faceret, si operaretur absque impulsu Spiritus Sancti. Vnde ni me fallo, dissertator tuus non adeò hebes fuit, vt exemplo suo argumẽti difficultati difficultatem adiunxerit. Perspicacius erat illud ingeniũ, cum quo qui cõtendit, satis gloriæ habuit, quòd cum illo certasse ferretur, vt de ijs, qui cum illo certamina appetierunt, dici possit, quòd de Maximinianistis Augustinus dixit: e *Magis de certamine nominari desiderabant, quàm form dabant in certamine superari; nec sperabant victoriæ gloriam, sed famam requirebant.*

e Lib. 3. contra Iulianum cap. 1.

Sed quidquid sit de hoc exemplo; adhuc paucis te volo. 70 B. Benedictus antè sui ordinis institutionẽ, vel fuit Monachus S. Basilij, vt tradit Azorius in hæc verba: f *Huic postea Benedictus in Occidente successit, qui Monachorum Orientis sub eiusdem Basilij regula, vitæ rationem æmulatus, suos quoque Monachos formulam viuendi à se præscriptam profiteri voluit:* Et fauet quòd ipse Benedictus ad finem regulæ Basilium appellat Patrem nostrum: vel fuit Monachus S. Augustini, vt quis posset suspicari; quorum quodlibet non reijcit, vt improbabile M. Fr. Antonius de Iepes, g licèt arbitretur Benedictũ aliam regulam obseruasse. Et nihilominùs postea absque nota ingratitudinis; & absque eo quòd habitum, vel regulam antiquæ religionis retineret, nouam regulam, & religionem instituit; & non constat de legitima approbatione superioris, quæ eo tempore requirebatur; ex decreto Concilij Chalcedonẽsis cap. 4. celebrati anno Christi 451. teste Onuphrio in vitis Pontificum & Cardinalium; & ex consequenti, vel creditur ille id fecisse ex speciali impulsu Spiritus Sancti, vel præsupposita approbatione necessaria, licèt de illa non constet; quare ergo idem dici non poterit, de S. Francisco, sicut dicitur de B. Benedicto?

f Lib. 12. Instit. Moral. capit. 19.
g To. 1. Chronicorum S. Benedicti. Cent. 1. anno 494. cap. 3.

Ex hoc exemplo facilè ruit id, quòd ad 71 calcem obijciebas argumenti, nempe Frãciscum, nullum retinuisse vestigium religionis Augustinianæ, neque regulam, neque habitum; ergo non fuit Augustinianus; si enim hoc argumentum valeret, neque S. Bruno, priùs fuisset Canonicus Regularis in Ecclesia Rhemensi, cùm neque habitum, neque regulam Canonicorum Regulariũ S. Augustini in suo ordine Carthusiensi retinuerit; & tamen S. Brunonem fuisse Canonicum Regularẽ testatur. Pennottus. h Neque D. Benedictus professus fuisset alium ordinem, regulam, & habitum, ante institutionem sui; neque S. Franciscus de Paula nouitius fuisset, sub alio ordine, regula & habitu, ante fundationem

Diluitur vltima pars.

h Lib 2. Tripartitæ c. 33. num. 1. pag. 541.

suæ reli-

suæ religionis. Addo neque dici potest, nihil retinuisse antiquæ religionis, siuè quoad habitum, siuè quoad regulam; quòd enim ad habitum spectat, vt infra videbimus (de quo vide Marquez cap. 26. §. 1. pag. 427. & cap. 25. §. 4. pag. 418. adeò erat conformis habitus vtriusque religionis, vt super eo non parua lis fuerit exorta inter ordinem S. Francisci, & Congregationem B. Ioannis Boni; & adhuc modò forma habitus satis est similis. Deinde Tertiarij à S. Francisco instituti, vt constat tam ex historijs, quàm ex pluribus priuilegijs Pontificijs, olim portarunt corrigiam de corio; Nicolaus enim IV. in Bulla, (quæ est 7. in Comp. Priuileg. Emanuelis Rodriguez, pag. 101.) data Reate 16. Cal. Sept. Pontificatus anno 2. loquens de Tertiarijs, sic habet: *Circa humilitatem verò panni, & pelliciones sororum ipsarum, iuxtà consuetudinem cuiuslibet earundem, ac loci consuetudinem, poterit dispensari brachis, seu ligaturis sericis non vtantur; pelles habeant agninas, bursas & corrigias de corio simpliciter, absque serico vilo* (fortè, vllo) *factas (etiam non alias) tam fratres habeant, quàm sorores, depositis cæteris (iuxtà Apostolorum Principis Petri salubre consilium) varijs huius sæculi ornamentis.*

Roboratur ampliùs.

Quod verò attinet ad regulam, duo dicam. Primum est. Moniales Clarissæ aliquandiu regulam D. Augustini saltem alicubi obseruarunt, à B. Francisco aliàs institutæ & edoctæ. Teste habeo domesticū, & omni exceptione maiorem, Illustriss. D. Franciscum Gonzagam, Franciscanæ religionis Generalem, & Archiepiscopū Mantuanum. Hic ergo, a sic habet: *Beata virgo Clara, aliquas sorores vitæ sanctimonia insignes, plurimisque dotibus illustres, sub anno restitutæ salutis 1228. in superiorem Germaniam, institutæ à se religionis propagandæ causa misit; illa igitur, vt primùm Vlmom insignem Sueuiæ Vrbem ad Danubij ripam sitam applicuerunt; ab Vlmensibus gratissimè, exceptæ sunt, & Monasterium, cui postea famosum Hospitale B. Elisabetha sacrum successit, ex diuersis fidelium eleemosynis, apud eas construxere; atque S. Augustini regula, & alijs constitutionibus (nondum enim Clarissarum regula, à Sede Apostolica confirmationem acceperat) à B. Virgine Clara editis, communiendum curarunt.*

Quoad regulam dicuntur duo. Primum.

a 3. p. Chronicorum in Prouincia Argentina Conuentu 2. Monialium, qui est Clarissarum Seflingensis.

72 Secundum est. Mutatio Regulæ facta est à D. Francisco ex reuelatione Diuina, ita, ni me fallo, ipse in testamento suo satis clarè testatur; ibi. *Et postquàm Dominus dedit mihi curam de fratribus, nemo ostendebat mihi, quid deberem facere; sed ipse altissimus reuelauit mihi, quòd deberem viuere secundum formam sancti Euangelij, & ego paucis verbis simplicibus feci scribi, & Dominus Papa confirmauit mihi*; vndè & Catherinus, d dixit; *Christus, vt piè creditur, ore proprio regulam Francisco dictauit, ipso teste Francisco.* Addamus, & testimonia D. Bonau. in determinationibus multarum Quæstionum super Regulam B. Francisci, q. 1. fol. 248. pag. 1. ibi. *Primò igitur quæritur, cùm tot sancti ordines, & approbatæ regulæ fuerint* (potuisset addere, & professus fuerit regulam Augustini; sed noluit aduersarius id obijcere, qui fortassis erat Canonicus Regularis, ne videretur loqui ex passione, propter relictam regulam parentis Augustini. Cogitaueram ita potuisse accidere; & sanè ita videtur accidisse, quia Guillelmus de sancto amore fuit Canonicus Matisconensis, vt decidit Fr. Iacobus de Sinfato Dominicanus in Chronico breui ordinis prædicatorum, vsque ad annum 1503. quod habetur ad finem Constitutionum eiusdem ordinis, impressarum Romæ apud Antonium Blandin impressorem Cameralem anno 1566. & habetur in Bibliotheca. R. D. Petri de Auila Abbatis montis sacri Granatensis; ibi, fol. 51. pag. 1. *Hoc tempore quidā Canonicus Matisconēsis, videlicet Guillelmus de S. Amore, &c.* Ecclesia autem Matisconensis fuit Canon. Regul. S. Augustini, vsque ad Paulum IV. vt tradit Gabriel Pennottus, e *Matisconensis est Episcopatus Prouinciæ Lugdunensis, inter eas, quæ ab institutione fuerunt Canonicorum Regularium, notatus à Petro de Sancto Iuliano de antiquitatibus Matisconensibus, dicente eam sub Canonica regula stetisse vsque ad Paulum IV. qui eam sæcularizauit, referente Choppino lib. 1. tit. 1. §. 6.* *Cur S. Franciscus nouam regulam facere voluit, quasi non sufficerent priorum instituta sanctorum? Ad illud tibi respondeo, quòd Pater S. Franciscus spiritu Dei plenus, & zelo charitatis Dei, & proximi totus ignitus, triplici desiderio flagrabat; videlicet vt totus posset adhærere Deo per assiduæ contemplationis otium; item vt multos posset lucrari Deo, & saluare animas, pro quibus Christus voluit crucifigi, & mori; & quia non sufficiebat ei, vt ista in propria tantùm persona ageret; voluit instituere ordinem, vt multos cooperatores haberet, non solùm in præsenti, sed etiam in futuro; qui & sanctitatis eius amatores existerent, & alios Deo plurimos lucrarentur; ordines autem, quos ipse S. Franciscus inuenit in Ecclesia; aliqua prædictorum trium ex parte habebant, vt religiosi Cœnobitæ, qui in studio virtutum Christi imitantur vestigia Eremitæ,* (Ecce, Bonauentura fatetur B. Franciscum ante sui ordinis institutionem inuenisse in

Secundum. Mutatio regulæ à D. Francisco facta fuit ex reuelatione Diuina.

d In annotationibus aduersus Caietanum, pag 23c

Idest Guillelmus de S. Amore.

e Lib 2. Hist. Tripartitæ capit 33 nu 14. pag. 33.

principio: adhibuit, antequàm Romam proficisceretur, petiturus confirmationem à Romano Pontifice.

76 Tertia suppositio. Difficultatem ab aduersario obiectam illis etiam vrgere ostenditur.

His ergo admissis, vt admitti debēt, suppono tertiò. Non solū in nostra sentētia; sed etiā in aduersariorū placito quærendā esse viam, iuxtà quā B. Frāciscus, vel relicto ordine Augustiniano, vt nos probabile autumamus; vel ex statu sæculari, vt vos vultis, licitè professus fuerit, & instituerit nouum ordinē, quòd sinè licentia, & approbatione saltē Episcopi facere licitè nō poterat. Atq; adeò difficultas hæc, quæ nobis obijcitur etiam illos vrget. Dicere ergo debent, vel id fecisse ex impulsu speciali Spiritus S. vt Marquez asseruit; vel ex licētia, & approbatione Episcopi, vt nos probabiliter modò dicemus. Declaratur hoc ampliùs, sinè licentia Episcopi saltem, nullus poterat, siuè religiosus, siuè sæcularis instituere nouū ordinem secundùm leges communes; ergo si B. Franciscus tunc tēporis instituit nouum ordinē, siuè esset religiosus, siuè sæcularis, id fecit, vel ex impulsu Spiritus sancti, qui cum à legibus communibus liberum faceret; vel ex licētia, & approbatione Episcopi.

77 Suppositio quarta.

Nil conuincit dicere D. Frāciscū ita subitò exuisse se tunica Eremitica, nouaque se induisse, suoq; ordini dedisse principium, vt locus non fuerit ad petēdam approbationem ab Episcopo: Imò sunt, qui persuadent tale tēpus intercessisse.

Primæ partis probatio alibi remittitur. Secunda probatur.

Suppono quartò, nihil esse, quòd cōuincat D. Franciscū ita subitò habitu Eremitico relicto nouū induisse, & suo ordini dedisse principiū, vt locus non fuerit ad obtinendā approbationem ab Episcopo: quinimò sunt, quæ persuadeant intercessisse tēpus sufficiens ad Episcopū consulēdum, & eius facultatē impetrādam. Primā partem ostēdemus respōdēdo ijs, quæ possunt obstare; secundā verò persuadeo, quia vt referunt Vincent.[a] & Antoninus.[b] Post auditū Euangeliū, & consultum ædiculæ presbyterū; ex hoc iā calceamentis, virga, sacculoq; vel pera nō vtens, tunicā contēptibilem, & incultā fecit; reiectaq; corrigia, funiculo eā cinxit, & pœnitētiæ verba simpliciter in publicū proponere cœpit. Si autem post consultum presbyterū locus fuit, vt faceret tunicā contemptibilē, & incultam, neq; illam iam factam inuenit; quare non dicemus, fuisse etiam locum ad habēdam approbationē Episcopi? vt optimè notauit Marq.[c]

a Lib. 29. c. 98

b 3 p. tit. 24. cap. 2. in principio.

c Cap. 25. §. 5. pag. 419.

78 Reijcitur, & ly sinè mora admittere aliquod tempus. Prob. 1.

Neque obstat, quòd hi Authores referūt B. Franciscum mutasse habitum veterē in nouum, *duplicibus sinè mora depositis*; hoc inquam non obstat, quia illa verba, *sinè mora*, admittunt aliquod tempus intermedium, quòd probo. Primò, quia ipsi narrant B. Franciscum fecisse tunicam, contemptibilem licèt, & incultam. Ea tamen facta non debet credi in eodem instāti. Adde, sic etiā dicitur cōmuniter de B. Frācisco, & habet inter alios Schedelius.[d] *Abiectis omnibus tunicā incultam, & contemptibilē fune præcinctam induens, nouum mox ordinē constituit*; & tamen institutio noui ordinis, vel debuit esse ex instinctu Spiritus S. vel de licentia superioris; & tamen adhuc dicitur mox. Secūdò, quia lib. 1. Esdræ, cap. 7. sic habetur. *Ego Artaxerxes Rex statui, atque decreui omnibus custodibus arcæ publicæ, qui sunt trans flumen, vt quodcum que petierit à vobis Esdras Sacerdos, scriba legis Dei Cœli, absque mora detis &c.* Quis autem dicat custodes Arcæ non implesse præceptum Regium, si decreti Regij impletionē differrent per diem, vel duos dies, vt cōmodè haberi possent ea, quæ à filijs Israel peterentur, & à Rege tribui iubebantur, qualia erant argenti talenta 100. Cori frumenti 100. Bati vini 100. Bati olei centum; & sal absque mensura; quare ergo non dicetur B. Franciscus opus illud fecisse sinè mora, si distulit per vnum, vel duos dies, vt habita licentia superioris licitè faceret?

d Cronic. mundi, fol. 207. pag. 1.

Probatur secundò à simili.

79 Probatur tertiò authoritate.

Res dicitur illicò facta cùm fit intra triduum.

Tertiò, quia non solùm *sine mora*, sed etiā *illico*, & *statim* res dicitur facta, cùm fit intra triduum; ita Hostiens.[e] Ioannes Andreas, & Ancarranus,[f] & probatur primò, quia in iure dicitur in continenti aliquid fieri, quòd intra triduum fit, l. finali, C. de errore aduocatorum: ibi, *incontinenti, l. triduo*, & l. finali, C. de Iudicijs, ibi: *illico autem, l. intra triduū*, vnde Baldus ibidē, & Felinus,[g] Ripa,[h] Mandosius,[i] docent, dici incontinēti probari, quòd intra triduū probatur; & quòd qui offert se in continenti probaturum, videtur satisfacere; si intra triduum probet; & quòd exclusus de possessione, potest vsque triduū eā recuperare; quia dicitur recuperari in continenti. Quos Authores, & fundamēta adduxit Sāchez,[k] qui asserit ad dissolutionē spōsalium impuberis facti puberis, licèt requiratur, quòd illicò dissētiat, sufficere quòd triduo ante, vel post pubertatē resiliat; & ex Thoma, authores & fundamētū desumpsit M. Marq.[l] Quinimò, vt Troilus Maluetius,[m] (qui habetur[n]) ad fratrē Cherubinū Spoletanū Ord. Min. refert, aliquando quòd fit post 10. dies,[o] dicitur fieri statim, & in continenti, vt habet glossa.[o]

e Cap. de illis, el 1. de dispensatione impuberum, nu. 4.

f Num. 4. ibidem

g Cap. veniens el 2. de testibus num. 15.

h Lib. 4. Sjon. demnaitem ad finem, ff. de re iudicata.

i De Monitorijs, q. 31. n. 8.

k Libro 1. de Sponsal. disp. 31 num 14.

l Cap. 25. §. 5. pag. 420.

m In Tract. de Canonizatione Sanctorum.

n Tomo 14. Tract. Iuris, fol. 160 pag. 2.

o §. Omnis; verbo *Confessum* instit. de verborum obligationibus

80 Probatur 4. à simili.

Roboratur ampliùs

Quartò, quia Conc. Trid. concedit Episcopis; vt possint suos familiares Triennales ordinare; dummodò statim beneficiū, reipsa illis conferant; & nullus dicet Episcopum huic conditioni non satisfacere, si beneficium intra triduum conferat. Quinimò Vasquez,[p] dicit sufficere beneficium familiari conferre, cū primùm vacauerit,

p Tom. 3. in 3. p. disp 243. c. 3 n 49 p 198.

ne mendicare cogatur, Quare ergo non dicemus B. Franciscũ sinè mora nouum habitum induisse, si intra triduum id fecit, petita, & obtenta approbatione diœcesani? Quinto, quia Ecclesia in Breuiario Romano lect. 2. noct. 2. sic legit de B. Nicolo de Tolentino; *Cùm quodam die concionatorem ordinis Erem. S. Aug. de mundi contemptu dicentem audysset, cõ sermone inflammatus, statim eundem ordinem est ingressus*: Et tamen non dicemus induisse habitum Augustinianũ, antequàm prædicator exiret ab Ecclesia; sed re consulta, & cũ toto conuentu? Ecce verba authoris vitæ B. Nicolai apud Suriũ: a *Quæ sententia ad. ò mentem iuuenis penetrauit, adeòque inflammauit, vt mox à concione fratrem illum*, (nempe Priorẽ Cõuentus Castri S. Angeli, quẽ prædicantem audierat Nicolaus.) *Obnixè rogaret, vellet ipsum in suam sodalitatem, & ordinem recipere, mundum iam deserere cupienẽ; illo autem recusante eius precibus sinè cõsensu parentum annuere, ne materia gaudy doloris occasio fieret; parentes interrogantur, & eis filij voluntas explicatur; at illi à filij voluntate lætantur, Deũq; laudant, quòd in ipsorum filio promissa sua cumulatè compleret; admittitur igitur à fratre illo.*

Probat quintò à simili.

a Tom. 5. die 10. Septẽbris, cap. 3.

Et hinc est, quòd Iulianus Cardinal. b sic ait: *Adde plus, quòd etiamsi in c. Frequens, fuisset positum post ly*, Immediatè sequens, *aliqua de ijs dictionibus, videlicet*, statim, mox, in continenti, aut confestim, *seu similia verba, adhuc deberet intelligi, cum quodam temperamento, vel aliquo temporis interuallo; & quàm primùm cõmodè posses, prout ista vocabula exponuntur per Iura & Doctores; ampliantur enim, & restringuntur, secundùm subiectas materias, & varias circumstantias, rerum & negotiorum*, Quare ergo non dicemus rectè B. Franciscũ statim instituisse nouum ordinem, licèt consuluerit Episcopum super prædicta institutione?

Confirmatur ampliùs.

b Epist. 3. ad Eugeniũ IV. inter opera Æneæ Syluij, pag. 37.

81 Suppono quinto. Mutationem factam à D. Francisco post auditũ Euangelium, nisi facta fuerit ex impulsu Spiritus sancti fuisse factam saltem de licentia, & approbatione Episcopi. Quòd sic probo. Quia assumptio nouæ professionis, & institutio nouæ religionis etiã facta à seculari, secundùm leges cõmunes, & absq; instinctu speciali Spiritus sancti, illicitè fit absq; aprobatione superioris; ergo cũ D. Frãciscus id sanctissimè fecerit, fecit ex authoritate superioris, nisi egerit ex speciali instinctu Spiritus sancti; vnde ex suppositione, quòd intercesserit tẽpus aliquod, vt supposuimus tãquàm valdè probabile, credibiliùs mihi est eũ operatum fuisse ex approbatione ordinarij, quã ex instinctu speciali Spiritus sancti. Hic enim nõ ponitur, nisi quando aliter non potest assignari ratio facti; at in præsenti potest ratio facti assignari, nempe dicendo præcessisse Episcopi approbationem.

Suppositio quinta.

Mutationem vestium factã à D. Francisco credibiliùs est fuisse factã de licentia Episcopi, quàm ex instinctu speciali Spiritus sancti.

82 Neq; obstat, quòd nõ referatur illam petijsse; primò, quia refertur, quòd illã petierit, vt admitteret ad suam religionẽ Fr. Bernardum Assisiatensem; sic refert Antoninus, c Franciscum Bernardo ipsum sequi volenti respondisse, *Domine Bernarde, istud est adeò arduũ, quòd à Domino est consilium requirendum, & ideò pergamus ad Episcopum, & ibi dicetur nobis, quid nos oporteat facere, & cùm ibi fuissent, audita missa, præuia oratione, Sacerdotem illum, qui celebrarat, deuotum rogat, vt Missale aperiat, &c.* Qui ergo post institutũ ordinẽ admittere primum sodalem indicauit opus arduum, & dignũ, quòd referretur ad Episcopũ, credi potest, quòd, præcipuè si tempus intercessit, nõ iudicauerit esse opus arduũ, & dignũ, quòd ad Episcopum deferretur, eã mutationem facere, & nouum ordinem instituere; etiamsi esset sæcularis, & non religiosus? Secundò, quia licèt de antiquis Patribus, nõ referatur, quòd petierint approbationẽ Episcopi ad instituẽdas suas religiones, nihilominùs omnes supponunt ad minùs ita factũ fuisse. Quinimò Hẽriquez, qui docuit semper fuisse requisitã authoritatẽ Pontificiã, censuit credendum esse, Patres antiquos à Sũmo Pontifice obtinuisse confirmationem suarum religionum, licèt ab Authoribus nõ referatur; sic ergo dicimus credendũ esse, quod B. Franciscus obtinuerit à Diœcesano approbationẽ, licèt Historici hoc nõ referant; quia dato tẽpore intermedio, inter Presbyteri consultationẽ, & institutionem ordinis, non rectè faceret, si ordinẽ institueret, sinè approbatione Episcopi saltẽ, quæ requirebatur ante Concil. Lateran. cũ ea tẽporis mora admissa, credibiliùs sit operatũ fuisse secũdũ leges cõmunes, quã ex speciali instinctu Spiritus sancti.

Instantia.

Eluitur primò.

c Tit. 4. cap. 7 in principio, fol. 237. pag. 1

Eluitur secundò.

83 His ergo positis facillimè. Respondeo in vtraq; via; vel enim admittimus B. Frãciscũ mutasse habitũ, adeò sinè mora, vt nõ fuerit locus consultationi Episcopali, vel immediatè per ipsũ Frãciscũ, vel mediatè per presbyterũ factæ; & tunc dicẽdum est cum Marquez operatũ fuisse ex speciali instinctu Spiritus sancti, idq; etiã aduersarij debent admittere, siquidẽ eodẽ tẽpore fatentur fuisse à B. Frãcisco institutũ ordinẽ Seraphicũ; Nouus autẽ ordo tunc tẽporis secũdũ leges communes institui nõ poterat, nisi saltẽ de Episcopi licentia, & approbatione, Si verò admittimus post auditũ Euangeliũ,

Responsio ad obiectionem in principio positam.

vsque ad mutationem habitus intercessisse têpus sufficiens ad impetrãdã approbationẽ Episcopi, (vt supposuimus esse probabile) mihi credibilius D. Franciscũ operatum fuisse ex licentia, & approbatione Episcopi; quia tunc poterat eius mutatio absq; speciali instinctu Spiritus sancti licitè patrari. Huic nostro placito est omninò conformis doctrina Petri Suturis Prioris Carthusiæ Parisiensis circa annũ 1520. qui cùm, a sibi ex parte aduersarij obiecisset, quod in prima ordinis Carthusiẽsis fundatione duo Stephani, ex ordine Canonicorũ Augustinianorum in Carthusianũ sine licẽtia Prælati transijssent contra id, quod Pontificio iure sancitum est; sic respondet. b *Quartò denique modo discedit religiosus, & iusta causa satis cognita, & superioris authoritate praditus, Superioris, inquam, vel Dei priuata lege (de qua pater sufficienter) ducentis; vel prælati liberam tribuentis facultatem. Hoc autem modo recedere non solùm licitũ, sed & multa laude dignum esse creditur. Quo pacto* (scilicet, vel ex licẽtia prælati, vel ex speciali impulsu Spiritus sancti, qui ab illo appellatur lex priuata Dei ducẽtis) *Brunonis comites abscessisse credendum est.*

a Lib. 1. tract. 2. de vita Carthusiana, cap. 5. pag. 38.

b Cap. 6. pag. 30.

OBIECTIO II.

84 Secunda aduersarij obiectio.

In secunda obiectione à te opposita, non tam ratione nos vrges, quàm verbis sine ratione lædis, sed verbis hominis, propter verbum hominem parcimus; vt in patientia nostra possideamus animas nostras. Rationẽ verò ratione dissoluemus; ea autem triplici nititur funiculo, sed qui facilè rũpi possit triplici gladio, *vt tanquã triplici telo, vt* ait Aug. lib. 1. contra Petilian. cap. 37. *velut tricipitem bestiam, eius calumniam trucidemus.*

85 Primum obiectionis caput.

Huius ergo obiectionis tricipitis caput primũ est, quia assertores huius Monachatus, nẽpe Iordanus, Henricus, Coriolanus, Ægidius, Pãphilus, Critana, & Morigia non cohærẽt de loco initi tyrocinij, aut suscepti instituti. Secundũ, quia mora in eo assignando est têporum cõfusio. Tertium, quia quãuis contendentibus cõcederetur Franciscũ fuisse eo biennio Ioannis Boni discipulũ, exinde tamẽ Patres Augustiniani, nõ possent dicere suũ; quia Frãciscus preextitisset in ea cõgregatione ante susceptã regulã Augustinianam probato, *etiam ipse* (vt ais) *dissertator admittit, nihil sibi iuris posse Augustinianos vendicare in sanctum Patriarcham*; Id autẽ probatur quã breuiter, & clarè ex Bulla Innocent. IV. & Iordano de Saxonia; ex quibus cõstat congregationẽ Ioannis Boni plurimis annis adoleuisse antè acceptam à

Secundum, & tertiũ caput.

sancta Sede Augustini regulã. Ea autẽ accepta est, post an. 1233. in quã quippe cõgregatione inducta est, vt testatur Crusenius post an. 25. Anachoreticæ vitæ transactos; si autem an. 1208. vel 1209. in quo B. Ioannis Boni conuersio ponenda est, addamus 25. annos vitæ Anochoreticæ, fit cõsequens, vt an. 1233. vel sequẽti id fuerit factum; atque adeò nulla ratione potest B. Franciscus ex hac Congregatione dici Augustinianus.

86 Vt ad primũ caput respondeatur authorum testimonia referũtur.

Ad primũ, vt respondeamus, Authorum testimonia, quæ vr credere est, breuitatis ergo omisisti; nos claritatis & fidelitatis gratia referamus. Verba Iordani de Saxonia, c hæc sunt: *Erat quidã Frater magnæ sanctitatis re & nomine Ioannes Bonus, qui primũ apud Budriolum Cesenatensis diœcesis domunculã quandã, de consensu dicti Cesenatis construxit, & ibi vitam Eremiticã in artissima pœnitentia duxit. Cumq; fama conuersationis eius, per loca vicina crebresceret, plurimi ad eũ cõuenerunt, inter quos fuit B. Frãciscus, qui ordinis postea fratrũ Minorũ fũdator fuit.* Verba Henrici de Vrimaria, seu de Alemania, in Tract. M.S. citato à Marquez, d hæc sunt: *B. Franciscus cum dictis fratribus habitauit; &, vt quidam asserunt, fuit frater nostri ordinis, in loco S. Iacobi de Aquauiua iuxta Pisas.* Codex autẽ MS. Bibliothecæ Angelicæ Romanæ nũc repertus, sic habet: *Tempore verò Innocentij Papæ III. fuit F. Ioannes dictus de Cella; circa quod tempus B. Franciscus est dictis fratribus habitauit: & quidem asserunt, quòd fuerit frater dicti ordinis in loco S. Iacobi de Aquauiua iuxta Pisas &c.* Ambrosius autem Coriolanus Augustiniani ordinis Generalis, e sic ait: *Secunda causa fuit: quia vt dicit Iordanus, salem formam accepit B. Franciscus in quodam nostro Eremitorio apud Saxetum prope Lauernas vbi S. Franciscus fecit pœnitentiam, nec voluit discrepare à nobis nisi in cingulo.*

c Lib. 2. Vitas Fratrum, c. 8.

d Cap. 23 §. 1. pag 354.

e In Apologia veritatis 2. argumet. 8. in contrariũ adducto apud Marquez, cap. 21. §. 1. pag. 358.

87

Cardinalis Ægidius Viterbiensis Augustinianus, f sic habet: Habeo authores, *qui scribant huius viri* (scilicet Ioannis Boni) *sanctitate, ac fama illectum Franciscum Assisiatem, magni ordinis Minorum authorem, habitum induisse, baculum gestasse, Eremitam egisse, liguteis calceis vsum esse. Quam rem, nec Vincentius quidem scriptor Historiarum accuratissimus inficiatur. argumento sunt, quòd Mantua Chiragrũ, plum, quandoque lectum aiunt, quòd in Ioannis Boni manu professus ordinem sit. Namque is color, quo postea eius vsi sunt, adhuc hodie Beretinus vocatur, à Bertinis loco non procul à Pisauro, quem Ioannes Bonus incoluerat.* Iosephus Pamphilus Episcopus Signinus, & Papæ Sacrista, g sic inquit: *Multi viri ob eius* (scilicet Ioannis Boni) *sanctitatem, reli-*

f Lib 20 sæculorum ad an. 1198 apud Marquez, c 21 §. 5. pag. 367.

g In Chronicon Augustiniano, fol. 25. pag. 2.

gienis disciplinã ab eo susceperunt, & præsertim Seraphicus Franciscus, ordinis Minorum postea institutor, Vincentio Beluacensi, Frãcisco Petrarcha, & Sabellico, Historicis referentibus: Ioanni Bono successit in Thuscia, & Piceno Ioannes de Spelunca; postquã Ioannes de Cella, quocum S. Frãciscus apud Pisas vixit. Paulus Morigia de Origine religion. cap. 53. vt tu hic refers; & Marq. c. 26. §. 4. pag. 432. aliquandiu commoratũ fuisse Augustinianis ad S. Saluatorem, non procul à ciuitate Senarum, Beatum Franciscum asseuerauit. Cœterum in editione Veneta, quàm ego habeo. Anno 1569. apud Petrũ de Tino, nihil tale exstat.

88 Hi sunt Authores, hæc verba, eorũ, quos dicis inter se non cohęrere de loco tyrocinij, aut suscepti instituti, vno excepto Ioanne Gonzalez de Critana, quẽ ego, nec numero, nec curo. *Nulla enim firmitas* (vt ait Bern. [a] *In argumentationibus illius non plus quã in telis aranearum. Frustra iacitur rete ante oculos pennatorũ.* Noui quàm validiora valeant illi responderi, præsertim à tali ingenio. Fatebor ingenuè illum sæpè in historia labi, sæpè præ suo affectu præcipitari. Vir quidẽ ille pius, & deuotus, vt nouimus, nullius forrassis magis quàm historiæ ignarus, in hac tamẽ de illo dixeró, quòd Hieron. [b] de Iephte protulit. *Quòd si Iephte obtulit filiam suam virginem Deo, non sacrificium placuit, sed animus offerentis;* Animus quidẽm illius placet, Historia displicet; miror que sapientissimum M. Marquez, [c] eũ inter testes, licèt in re notissima connumerasse? Edidit ille quondam Vallisoleti apud Ludouicũ Sanchez ann. 1604. simul cũ Tractatu de Corrigia S. Augustini, & Cõpendio antiquitatis ordinis, librũ de scriptoribus Augustinianis, Prouinciæ incuria, seu reuisorum oscitantia prælo permissum, quẽ vix in lucem editũ, tenebris damnauit Illustriss. D. Fr. Augustinus Antolinez, Archiepiscopus Compostellanus; qui an. 1626. magna Christianæ Reipublicæ iactura diẽ obijt, tunc Castellę Prouincialis; exstat tamen adhuc alicubi. Nos illũ vidimus modò post longã inquisitionẽ; inquirebamus autem eum, quẽ nollemus, & dolemus exstare. Ea est confusio, & inscitia tã infelicis partus. Demum verò chartã apertã, quàm vocas Epitomen Historię Augustinianæ typis edidit, quam Patres Prouinciæ Castellanæ, tanquã rẽ breui duraturã, fato chartarum apertarum, ne deuotũ senẽ cõtristarẽt, conniuerunt potiùs, quã admiserunt, meó tamẽ iudicio minùs rectè; deuotio enim nõ inanibus fouenda, sed veris, aut saltẽ probabilibus nutrienda, ne aduersatijs, necdũ prelia(n)tibus triũphus relinquatur potiùs quã ab illis reportetur.

[a] Epist. 257. ad Eugenium III.

Ioannes Gonzales de Critana, sæpè in historia labe(re).

[b] In c. 7. Hieremiæ.

[c] Cap. 16. § 1. pag. 300. & cap. 21. § 1. pag. 315.

89 Testimonijs Authorũ relatis, antequam argumentũ dissoluemus, obseruo veritatẽ Monachatus S. Augustini à B. Frãcisco suscepti, nõ ab vno teste, sed à pluribus asseri, in grande veritatis documentum, eosq; inter se aliquantulũ videri discordes in maximum testimonium veritatis; vt dicere possimus cũ Chrysost. [d] *Non sufficiebat vnus Euangelista cuncta commemorare? sufficiebat quidem sed cùm quatuor sint, qui Euangelia conscribunt, nec eisdem certè temporibus, aut eisdem locis, neque pariter congregati, neque mutuo colloquentes & tamen quasi vno ore pronunciant, fit hoc sine dubio veritatis grande documentum. Verum è contrario, inquis, ista res accidit; in multis enim diuersi inter se inueniũtur ac dissoni. Imò hoc ipsum maximũ est testimonium veritatis. Si enim ex toto & in omnibus consonarent, & cum nimia diligentia atq; cura vsq; ad tempora, & loca omnia, vsq; ad singula aqualiter verba concurrerent, nemo inimicus credidisset vnquam; sed eos communi ad decipiendum consilio congregatos; quasi ex humana quadam compositione Euangelia condidisse; non enim simplicitatis fuisse, tam sollicitam consonantiam, iudicarent. Nunc verò quæ videtur ex rebus exiguis dissonantia, ab omni illos suspicione defendit, & satis clarè scribentium existimationẽ tuetur; si verò aliquid de temporibus, ac locis varié dixerunt, nihil quidem dictorum præiudicat veritati.* Et Conc. 1. de Lazaro. *Si omnes omnia dixissent æ acerta & explorata, vt nullam desiderarent inquisitionẽ, nequaquam apparuisset illorũ insignis concordia. Taceo* addit infra Chrysos. [e] *Quòd hi ipsi, qui pompam de Rhetorica, & Philosophiã gloriantur, multos & plurimos, vel de eisdem causis scribentes libros, non modò simpliciter discreparunt, sed etiam sibi contraria pleraque dixerunt; & rectè aliud est diuerso modo quid dicere, aliud aduersò.* Quid dici potuit pulchriùs in re, de qua agimus?

Monachatum Augustinianum D. Francisci à pluribus asseri obseruatur, ijsque aliquãtulum discordibus in veritatis maximum iudicium.

[d] Homil. 1. in Matth.

[e] Homil. 1. in Matth.

90 Verũ vt argumẽta opposita dissoluamus. Aduerto primò nõ quãlibet apparẽtia cõtradictionis sufficere, vt testimoniũ reddatur suspectũ, vel historia damnetur falsitatis. Vnde meritò Catherinus, [f] concilians duo loca, nempe 3. Regum. c. 8. & ad Hebr. cap. 9. sic ait: *Cæterum si quis velit à scripturis huiusmodi voce. siones captare, aut accipere, facilè erit passim in errorem, ac perfidiam labasci.*

Pro argumentorũ solutione aduertit primò, non quãlibet contradictionis apparentiam sufficere, vt historia falsitatis damnetur.

[f] In Annotat. contra Caiet. pag. 13.

91 Aduerto. Secundò argumentum desumptum ex varietate authorum in assignando loco tirocinij, omninò esse inefficax ad probandam falsitatem Monachatus S. Francisci. Insto exemplis. Primum est, Etiã authores (quamuis in re non multum

Aduertit secundò, & exẽplis instat argumẽtum desumptum, ex varietate authorũ in assignando loco tyrocinij D. Francisci esse ineffic(a)x ad ipsius Monachatum improbandum. Primum est.

antiqua) variant in assignando loco tyrocinij Illustriss. Cardin. Francisci Ximenez de Cisneros, professione Franciscani, vt refert Gonzaga, p. 3. Chronicorum, pag. 608. in Prouincia Castellæ, Conuentu 1. qui est S. Ioannis Regum Toleti, in hæc verba. *Primus sæcularis, qui Minoriticum habitum, hoc in loco induit, (quidquid Fratres Conuentus S. Mariæ de Saliceto obganiant) fuit R. P. Fr. Franciscus Ximenius*; & tamen falleretur, qui post duo, vel tria sæcula ex varietate assignationis loci tyrocinij vellet conuincere illum non fuisse Franciscanum.

Secūdum est. Secundum est, quia etiam Authores variè assignant tēpus & locum, in quo Christus v. g. instituit Sacramentum Baptismi; & tamē deciperetur infidelis, qui ex ea diuersitate vellet inferre Sacramentū Baptismi, nō fuisse institutum à Christo; & ratio quare huiusmodi argumentum sit inefficax, hæc est; quia potest constare de re, & esse dubium de tempore & loco, in quo facta est. Sic teste Augustino,[a] constat Apostolos baptizatos fuisse baptismo Christi; non tamen constat quo tēpore determinatè, aut loco fuerint baptizati; quamuis idem Augustinus Epist. 108 affirmet baptizatos fuisse ante passionem. Audiamus Augustinum. *Nam si eos, de quibus non scriptum est, Vtrum fuerint baptizati, sine baptismo de hac vita recessisse contendimus, ipsi calumniemur Apostolis, qui, præter Apostolum Paulum, quando baptizati fuerint ignoramus.*

(Margin: tradditur ratio.)

(Margin: a Lib. 3. de Anima, & eius Origine, c. 9.)

Tertium est. Tertium est; etiam varij sunt Authores, in assignando anno, in quo B. Frāciscus suum ordinē instituit; vt enim vidimus in respōs. ad nu. 5. tui. §. 2. iuxta diuersa placita assignantur anni 1199. 1206. 1807. 1208. 1209. 1210. & tamen ex ea authorum varietate non licèt argumentari ex vi formæ Franciscum nō instituisse suum Seraphicum Ordinem. Sic etiam, vt apud Suriū habetur,[b] in vita S. Guildonis, obijt vir sanctus anno Christi 1112. 4. Idus Aprilis, vt habet historia vitæ eius, cùm Martyrologium testetur eū decessisse duodecimo Septembris die: sic etiam quamuis admitteremus esse inter Authores varietatem in assignādo loco tyrocinij B. Francisci, argumentū inde desumptū esset inefficax, neq; posset inficere, aut destruere testimonia Authorū, qui eius Monachatum Augistinanum asseruerunt.

(Margin: b Tom. 5. die 12. Septēbris.)

92 Aduerto. Tertiò potuisse D. Frāciscum, duobus modis dici Nouitiū, seu filiū duorū Conuentū. Primò, quia in vno verè professus esset, & in alio adoptaretur in filiū; quòd fit passim in religionibus, præcipuè in Italia. Hac ratione Cōuentus Genuēsis, numerat inter suos alumnos Illustriss. & Reuerendiss. D. F. Ioannē Baptistā de Aste, ordinis Augustiniani Generalem, & postea Papæ Sacristā, & Episcopum Tagastēsem, quamuis professus fuerit religionē Augustinianā in Conuentu Salmāticensi Prouinciæ Castellæ. Secundò, quia in vno susceperit habitū, & in alio emiserit professionem; quòd non rarò accidit in religionibus: sic enim Illustriss. D. Fr. Petrus Manriquez Castellæ Prouincialis, Episcopus Dertusensis, Prorex Barchinonensis, & Archiepiscopus Cæsaraugustanus, tyrociniū incepit in Cōuentu Talabricensi, & consumauit in Toletano. Sic etiā Illustriss. D. F. Didacus de Andrade, huius seculi vnicus Prędicator, Archiepiscopus Hydruntinus, in Conuentu Perpinianensi S. Augustini nouitiatum inchoauit, in Barchinonensi perfecit; simili quòq; ratione D. Thom. in prologo Epistolæ ad Rom.[c] oppositas Augustini, & Hieronymi sententias in hæc verba conciliat: *Itē quæritur vnde Apostolus hāc Epistolam scripsit? Augustinus dicit, quòd de Athenis; Hieron. quòd de Corintho. Nec est cōtradictio, quia fortè Athenis incepit eā scribere, sed Corinthi consummauit.*

(Margin: Aduertit tertiò posse duobus modis D. Frāciscum dici duorū Conuentuum filiū. Primus.)

(Margin: Secundus.)

(Margin: c Fol. 1. pag. 2.)

Aduerto quartò, quòd quamuis daremus D. Franciscum in vno eodemq; Conuentu incepisse, & consumasse tyrociniū, potuit tamen in pluribus cœnobijs per diuersa temporum spatia conuiuere Augustinianis, v. g. iens & rediēs, dum ageret Romanam peregrinationem. Ex qua, vel sola, & adhuc breui commoratione, pro ingenti viri sanctitate Patres memoria retinentes sancti viri conuictum, rem quasi traditione verbo deriuata firmare potuerunt, vt posteri aliquo modo suum esse piè cōtenderēt; vnde sic ait Æneas Syluius.[d] *Nec vera est assertio eorum, qui patriam illi* (S. Bernardino scil.) *Massam fuisse tradunt, quamuis pueritiæ suæ ibi nōnulla rudimenta peregerit, cùm esset mater eius Massana. Cæterum Pater ac maiores sui longa serie inter nobiles Senenses habiti sunt, vbi & ipse natus, & maiori ex parte educatus.* Hac etiam ratione plures Ciuitates. Græciæ Homerum prædicant esse ciuem suum (sit & hoc aliud exemplum inefficaciæ argumenti desumpti ex varietate loci tyrocinij, quandoquidem inefficaciter infertur, Homerum non esse Græcum ex varietate loci Natiuitatis) vnde cecinit quidā Poëta apud Plutarchum.

93 (Margin: Aduertit quartò, ex parua commoratione in multis locis oriri potuisse traditionem, quòd in illis vixerit D. Franciscus.)

(Margin: Cōfirmatur à simili.)

(Margin: d In relatione de ijs, quæ acciderunt sub Frederico III. impressa an. 1493. ad finem Chronici Schedelij, fol. 196. pag. 2.)

(Margin: Quartū exemplum inefficaciæ argumēti.)

Diceris ab multis Colophonis alumnus Homere,
Hic te Smyrneum credit, at ille Chium.
Quin & Ion quidam, quidam Salamina superbam,
Thessaliam multi te genuisse ferunt.

Sunt & qui memorent alijs te sedibus ortum;
Sic varijs natus crederis esse locis.
Dicere si liceat mihi Phœbi oracula, Cœlum
Certa tibi patria est, Calliopæa parens.

Vnde & illud Francisci Ardentij à Cornelio Lancelotto relati. a

a Lib. 2. de vita Augustini. cap 15.

Vrbes quæ de stirpe Homeri certant.

Septem vrbes certant de stirpe insignis Homeri,
Smyrna, Rhodus, Colophon, Salamis, Ios, Argos, Athenæ.

Quare igitur idem non potuerit accidere in loco tyrocinij D. Francisci, quod in Homeri patria olim contigit?

94 His positis ad argumentum respondeo me in Authorum verbis nō inuenire eum defectum cohærentiæ de loco tyrocinij, aut suscepti instituti, quem authoribus citatis, sed verbis suppressis mirè effers. Iordanus quidem indicat D. Franciscum inter alios Ioannis Boni discipulos habitum suscepisse in Conuentu Budrioli, iuxta Cæsenam; idque placuit M. Marquez; b & alijs; Henricus verò de Vrimaria non se testem exhibet, sed tantùm ait, *vt quidam asserunt,* (siue potiùs, *& quidam asserant*) *fuit frater noster ordinis in loco S. Iacobi de Aquauiua iuxta Pisas;* Quo dicendi modo, non affirmat, sed nec improbat; atque adeò refert, vt probabile; si enim crederet esse improbabile, deberet impugnare. Alij verò Authores, nec verbum habent de loco tyrocinij; inter solum Iordanum, & Henricum est aliquale dissidium; quòd potest in concordiam reduci, si dicamus, vel vt asseruit Marquez, B. Franciscum aliquandiu commoratum in loco S. Iacobi de Aquauiua, & inde ortum, vt nonnulli postea currente tempore crederent, ibi nouitium egisse, vel professum fuisse in Conuentu Cæsenatensi, & adoptatum in Aquauiuense; vel in vno incepisse Nouitiatum, & in alio emisisse professionem; in hoc vnum desijt tota illa verborum tempestas.

Soluitur primum argumentum nu. 183. relatum.

Ostēditur nō esse dissidium inter Iordanū & Henricū de loco tyrocinij D. Francisci, & si quod est, in concordiā reducitur.

b Cap. 26 § 4. pag 432.

95 Sed ostēdamus alios Authores, nec verbum habere de loco tyrocinij; inprimis, Coriolanus tantùm dixit, D. Franciscum accepisse formam habitus à quodam nostro Eremitorio apud Saxetum prope Labernas, vbi & fecit pœnitentiam. Ægidius Viterbiensis tantùm abest, vt loquatur de loco tyrocinij, quòd nec de loco conuictus agit (vide qua fide testimonium alleges) de loco enim Bistrinensi prope Pisaurum tantùm ait, quòd Ioannes Bonus illum incoluerat. Iosephus Pamphilus tantùm ait, D. Franciscum apud Pisas vixisse cum Ioanne de Cella; & Paulus Morigia tantùm refert illū aliquamdiu fuisse commoratum in Conuentu S. Saluatoris apud Senas. Estne in his aliqua mentio loci tyrocinij, aut suscepti instituti, vel potius solius conuictus, & commorationis in Conuentu Saxetano, Pisano, & Senensi; quæ sunt tres vrbes Thusciæ? Nunquid non potuit B. Franciscus Eremita sanctissimus in peregrinatione Romana dum iret, vel rediret Romam, inuisere Eremitas Thusciæ, & cis aliquandiu commorari in his tribus conuentibus? Hæcne adeò magna discrepantia, vt mereatur illa verba? *Vnde speciosis huius Monachatus incerta origo. Profectò Origines, verum; quia nunquam fuerunt, nusquam inueniuntur; & si assignentur, non tam pro rei veritate, quàm pro hominum imaginatione, erunt, quot capita, tot sententiæ. Cæsena Ciuitas est Romanula, Saxetum, vrbs Pisarum, & Senensis longis interuallis dissident in Thuscia; Pisaurum Ciuitas est in Piceno; ita vt non solum diuersa Ciuitates & loca, verumetiam & varia regiones, atque Prouinciæ ægrotanti Franciscani præscribantur.* Et Rursus, *Vide quæso, quæ monstra pariat fluctuans & affectus, vanis studij errantis vacillat generandi in historia, ita comparatum est, vt qui figmentorum portentis, aures præbent, & ipsi mox aliquid effingunt, quo fit, vt errorum quo fallitur veritas, prorsus suam authoritatem perdat.* Sic sinè stomacho, & bile procedis ad bellandum mente pacifica; sit offensas, & conuitia procul fecisti. Sed vt diximus in principio, verbis hominis, propter verbū hominem parcimus; *& ne cuiuis ego dixero,* (verba sunt Augustini c) *Nos sumus oues, vos autem lupi ideò putes interesse aliquid, quòd tu illa verbis turgidis dicis.*

Ostēditur secundō Doctores alios citatos nu 83 nec verbum habere de loco tyrocinij B. Francisci.

c Lib. 2. contra Petilianū cap 73.

96 Ad secundum, quòd obijcis de temporum confusione duo dico. Primum est. Errauit Critana in his, & pluribus alijs ex errore autem vnius, aut alterius cuiuspiam fine fundamento loquentis non redditur opinio improbabilis. Secundùm est, erra-uit etiam Pamphilus non in confusione temporum, sed in successione generalium: vt enim optimè ostendit M. Marquez, d successio Generaliū B. Ioānis Boni Cōgregationis hæc fuit: primus Generalis B. Ioānes Bonus. Secūdus F. Mattheus. Terti⁹ fuit Hugo Mantuanus, & simul cū illo orto schismate Fr. Matteus Cæsenatensis. Quartus Fr. Lanfrancus Septala, seu de setera nobilis Mediolanensis, cuius tempore facta est vnio. At verò successio Generaliū ordinis Eremitarum S. Aug. vt constat ex verbis Henrici de Vrimaria, seu de Alemania in antiquo Tractatu, qui extat in Bibliotheca S. Victoris Parisiensis, relatis à Marquez, e hæc

Soluitur secūdum.

Ex vnius errore non redditur improbabilis opinio

d Cap. 3 §. 20.

Successio Generalium Congregationis B. Ioannis Boni, & Eremitarum S. Augustini.

e Vbi supra §. 19.

hæc est: *A tempore S. P. Augustini multi fuerunt pastores dicti ordinis, sed & negligentia scribentium, & diuturnitate temporum ignorantur, de quibus tamen, & ex scriptis antiquis, & ex antiquis Patribus hæc habere potui. Circa annos Domini 1310. electus est Generalis B. Ioannes de Spelunca, qui etiam præfuit tempore Alexandri Papæ III. Item Ioannes, dictus de Cella, tempore Innocentij III. Item Aduetus de Grafanio tempore Gregorij IX. Item Philippus Dexterampua; quo tempore facta est Vnio. Post vnionem fuit F. Lamphrancus de Mediolano.*

97 Non fuit Pamphili error in temporum confusione, sed in tradenda Generalium successione.

Errauit ergo Pamphilus in eo, quòd Ioãnem de Spelunca, & de Cella cõstituit successores B. Ioãnis Boni in Generalatu Thusciæ & Piceni; cùm tamen hi non fuerint Congregationis B. Ioannis Boni, sed ordinis simpliciter dicti Eremitarum S. Augustini: at respectu temporis nulla confusio. Primò, quia vt dicit Henricus de Vrimaria vbi supra, Ioannes de Cella fuit Generalis tẽpore Innocentij III. qui gessit Summum Pontificatum ab anno 1198. vsque ad ann. 1216. 17. Cal. Augusti. Secundò, quia non dicit vixisse cum illo, dum esset Generalis; potuit autem conuiuere antequam esset Generalis, etiamsi essent diuersarum Congregationum, cùm omnes Eremiticum D. Aug. institutum profiterentur. Addã tamen. Nunquid in assignando tempore Institutionis ordinis S. Frãcisci maior est temporum cõuenientia? nonne pro varijs placitis reducitur ad ann. 1199. 1206. 1207. 1208. 1209. & 1210. ex hac temporum confusione colliges historiam esse falsam? non ergo infertur ex vi formæ falsitas; sed materiæ, quia hæc placet, illa nõ placet.

Ex temporũ confusione historia falsa nõ redditur.

Ad tertium, vt respondeam, dico plura. Primum est. Si concedatur B. Franciscum biennio ante institutionẽ sui ordinis fuisse discipulum S. Ioannis Boni, tamen ante acceptam in ea Congregatione S. Augustini regulam, (quòd facilius posset defendi, quia fundamenta aduersariorum magis militant contra Monachatum Augustinianum S. Francisci, quàm discipulatum illius, sub B. Ioanne Bono) non possent quidem Augustiniani illum dicere suum, & hoc tantùm admisit tuus dissertator cap. 26. non § 3. vt malè citas in margine, sed in principio capitis pag. 425. Cæterum adhuc, vt Marquez subdidit, in omni euentu nobis afferre deberet non parum gaudij & consolationis, quòd in ordinem nostrum venisset communitas, quæ frui meruit tam sancta societate, & meritò, non enim parum gloriæ accresceret Augustinianæ familiæ; si ipsi vnita fuisset congregatio, quæ Seraphim illum carneum inter suos palmites tulisset. Qua etiam ratione, si religio Saccitarum de Pœnitentia Iesu Christi, in vnione generali fuisset nobis vnita, aliquid inde gloriæ, & splendoris nobis accresceret, ex eo quod in nostrum ius cessisset familia illa Saccitarum, in qua B. virgo Agnes de Monte Politiano (vt testatur M. Fr. Ferdinandus del Castillo, a & P. Fr. Laurentius Sordini Mariani, b vterque Dominicanus) Augustinianam regulam professa est; licèt postea ex Pontificis concessione ad Prædicatorum ordinem transierit, in eoque obierit, postmodum inter Diuos à Clemente VII. & VIII. relata. Quinimò neque exigua est gloria Augustiniani nominis, quòd B. Theresia de Iesu, etiam dum esset sæcularis, conuixerit nostris monialibus in Conuentu Abulensi, vt ipsa in vita sua testatur.

98 Soluitur tertium primò, & ostenditur gloriam Augustinianis esse D. Franciscum fuisse discipulum Beati Ioannis Boni dato fuisset ante acceptam Augustini regulam.

a 2. p. Historiæ S. Dominici lib. 1. cap. 32.

b In vita S. Agnetis cap. 1. pag. 8. & capit. 11. pag. 101.

99 Soluitur secundò.

Secundum est. Si conceditur biennio ante institutionẽ ordinis Seraphici B. Franciscum fuisse discipulum B. Ioannis Boni; magna cũ probabilitate defenditur illum fuisse Augustinianum in Congregatione S. Ioannis Boni; quoniam, vt probabimus in respons. ad nu. 5. §. 2. B. Ioannes Bonus secessit primò in Eremum Cæsenatensem anno 1204. vel 1205. & regulam Augustinianam suæ cõgregationis accepit in principio anni 1207. B. autem Franciscus incepit portare habitum Eremiticum an. 1207. v.g. mense Iulio, aut Augusto, vt possibile, & probabile est.

100 Testimonia Innocẽtij IV. & Iordani de Saxonia adducta ab aduersario nu. 8. per recapitulationem dicta expenduntur.

Neque obstant verba Innocentij IV. seu potiùs Guillelmi de Flisco Cardinalis, & Iordani de Saxonia. (Quem modo vis authorem esse libri vitas Fratrum, quia fauere videtur; postea verò reijcis, quia nocet) ea enim, vt explicuimus vbi supra ad num. 5. §. 2. intelligenda sunt per recapitulationem, seu anticipationem, ita vt primò narretur, quod erat loco posteriore referendum. Addamus & nunc in eius solutionis fauorem clarum Augustini testimonium, c *Nam & illi* (ait Augustinus, id est Marcus cap. 14. & Matthæus cap. 26.) *contexuerunt narrationem in ijs, quæ cum Domino acta sunt vsque ad mane, sed postea redierunt ad narrandam Petri negationem*, d concilians loca Matth. 27. Marci 15. & Ioannis 19. quorum duo primi referunt coronam spineam, & illusionem purpuræ, postquam Pilatus eis Christum crucifigẽdum tradiderat, Ioannes verò ante eam traditionem, sic ait: *Vnde apparet, Matthæum, & Marcum recapitulando istud*

Authoritate Augustini eius solutionis cõfirmatur.

c Lib. de consensu Euangelistarum, cap. 7.

d Cap 9.

do istud commemorasse, non quòd tunc factum sit, cùm eum Pilatus iam crucifigendum tradidisset Ioannes enim apud Pilatum dicit hæc gesta satis euidenter; vnde isti quòd prætermiserant, recoluerunt. Sic ergo in præsenti propagationem Cõgregationis B. Ioannis Boni apparet Innocentium, seu Guillelmum, & Iordanum recapitulando commemorasse, non quòd tunc facta sit ante inductionẽ regulæ Augustinianæ. Constantius enim Laudensis, a eam propagationem tribuit tempori post acceptam regulam Augustinianam.

a Lib 1 cap 2. vitæ S. Ioannis Boni.

101 Nil interesse veritatis ordinẽ quo Innocentius, & Iordan⁹ rẽ narrauerint authoritate Augustini Ioannis Diaconi, vt D. Bonauenturæ corroboratus.

Neque interest, quo ordine Innocentius, & Iordanus rem ipsam narrauerint. *Nihil enim interest veritatis*, ait Augustinus, b *quo ordine Lucas ista retulerit; quemadmodum nihil interest si alius aliquid tacet, quòd alius commemorat; præcipuè, quia ipsi, non quando fecerit, sed quantùm fecerit, breuiter referebant;* Id quod commune est vitas Sanctorum scribentibus. Vnde Ioannes Diaconus, c ad Ioannem Papam, sic ait: *Neque magnoperè tempora temporibus contuli, sed rebus similibus similia coaptaui. Quoniam reuerà non tantũ quando fecisset, sed quantùm fecisset solicitus deflorare curaui.* Et B. Bonau. d *Nec semper historiam secundùm ordinem temporis texui propter confusionem vitandam; sed potiùs ordinem seruare studui magis aptæ iuncturæ, secundum quòd eodem peracta tempore diuersis materijs, vel diuersis patrata temporibus eidem materiæ congruere videbantur.* Quare ergo non dicemus idem accidisse Guillelmo, & Iordano?

b Lib 3. de cõsensu Euang. cap. 8.
c In Prologo vitæ S. Greg. Magni.
d In Prologo legendę S. Frãcisci.

102 Confirmatur ampliùs à simili.

Adde. Posset quis de B. Francisco, sic verissimam ad Franciscanos texuisse narrationem. *Sanè ad audientiam Domini Papæ peruenit, quòd bonæ memoriæ Fr. Franciscus, primus in ordine vestro, primam apud S. Mariam Angelorum Assisiatis diœcesis domum incepit; & dum fama conuersationis eius, per loca vicina crebresceret, & plurimi conuerterentur ad eum, alias domos construxit. Crescente autem numero, & meritò eiusmodi conuersorum, religio vestra per eos in diuersis partibus, in quibus mansiones construxerunt, extitit propagata: cùm autem ijdẽ religiosi aliquam de approbatis regulam, non haberent. B. Franciscus, cum suis socijs accedens ad Sedem Apostolicam, obtinuit ab ea regulam à se scriptam, sibi viuæ vocis oraculo cõfirmari.* Quis non dicat hanc esse veram, & fidelem narrationem; & tamen non infertur confirmationem regulæ fuisse post ordinis propagationem; sed per recapitulationem reuertitur ad id, quod prætermissum fuerat. Eodem ergo modo, Guillelmus, & Iordanus posita ordinis propagatione, recapitulando redierunt ad acceptionem regulæ Augustinianæ; idque contigisse eo modo patet manifestè ex testimonijs Constantij, e quæ adduximus in responsione ad num. 5. §. 2. quorum alterum paulò infrà iterum vrgebimus. Negamus ergo ex testimonio Guillelmi, & Iordani sequi D. Ioannem Bonum ante acceptam regulam Augustini plures annos egisse, vitam Anachoreticam; quinimò ex testimonio Constantij, f manifestè probauimus loco cit. tantùm per duos, vel tres annos duxisse vitam Anachoreticam; atque adeò regula Augustini introducta est in ea congregatione, in principio anni 1207.

e Lib. 1 cap. 2. & 15.
f Lib. 2. cap. 15.

103 Obiectio.

Sed obijces primò, quia Iordanus de Saxonia g refert, tunc primùm regulam Augustini in congregatione S. Ioannis Boni admissam, quãdo vnio facta est, sic enim habet: *Cùm autem ijdem religiosi aliquam de approbatis regulam non haberent, ordini Eremitarum S. Augustini de mandato Sedis Apostolicæ sunt vniti, sicut infra meliùs continetur.* In cap. autem 14. ad quod se in hoc loco remittit, de duplici vnione agit: Prima, quæ facta est sub Innocentio IV. anno 1243. Secunda, quæ contigit sub Alexandro IV. anno 1256. ergo regula Augustini non fuit accepta à congregatione S. Ioannis Boni anno 1207. sed potiùs ann. 1243. vel 1256.

g Lib. 1. Vitas Fratrum c. 8.

104 Euaditur probando, quòd relata verba in cap 8. Iordani, *sicut infra meliùs continetur*, nõ sint authoris, sed à minùs intelligente in margine notata, & ex margine in textum asportata, idemq; accidisse relationib⁹ Æneæ Syluij obseruatur.

Sed vt alias insinuaui, verba illa, *sicut infra meliùs continetur*, crederem ab aliquo minùs intelligente, fuisse in margine notata, & postea per errorem ex margine in textum irrepsisse. Id quòd necessariò dicendum est accidisse relationibus Æneæ Syluij, de jis quæ acciderunt, sub Friderico III. & impressæ sunt, ad finem Chronici Arthmani Schedel; & cùm editæ sint ab Ænea adhuc Cardinali anno 1458. nihilominùs fol. 289. pag. 2. referunt Granatæ expugnationem à Christianis factam, anno 1491. & fol. 290 pag. 2. referunt etiã quandam nauigationem Lusitanorum vltra columnas Herculis, ad meridiem, versus Æthiopiam, factam anno 1483. probemus ergo assumptum, quoniam vt ipse etiam admittis, & probas num. 11. pag. 37. regula S. Augustini obseruabatur in Congregatione S. Ioannis Boni, etiam ante vtramque vnionem; de vnione anni 1256. probatur clarè, quia vir sanctus obijt anno 1249. & tamen, vt ipse Iordanus ibidem subdit, & in Bulla Innocentij IV. manifestè refertur, regulam S. Augustini professus est, non ergo ea primo inducta est in vnione an. 1256 Hinc videas quàm manifestè lapsus est Ludouicus Prutenus, h qui, vt B. Franciscus

Probatur in congregatione S. Ioannis Boni ante vnionem anni 1256. obseruatam fuisse regulam Augustini.

Corolarium.
h In Trilogio animæ par. 3. cap 6. lit. H.

à regula

à regula Auguſtiniana ſub Ioanne Bono diuellere, ab eadem Ioannem Bonum conuulſit; cenſens illum fuiſſe Eremitam ſinè regula: & quòd magis eſt, id probat ex ipſo Iordano, quia lib. 1. c. 14. refert Cōgregationem Ioannis Boni vnitam fuiſſe ordini Eremitarum S. Auguſtini; & tamen ipſe Iordanus eodem lib. 8. cap. 8. & 9. ſic ait. *Erat quidam frater magna ſanctitatis re, & nomine Ioànnes Bonus, &c.* Et, *ſimiliter F. Ioannes Bonus, cuius paulò ante commemoraui, &c.* Hoc autem modò non loquitur, niſi de Fratribus Auguſtinianis. Sed in hac cauſa non opus eſt coniecturis. Ipſe enim Iordanus, [a] de eodem S. Ioanne Bono, ſic ſubdit. *Sicque vir iſte ſanctus, qui priùs ſinè regula religioſe vixerat, poſtmodum ſub regula S. Auguſtini militans, per ampliùs in deuotione ſedula virtutum Domino ſeruiebat.* Hæc Iordanus. Quomodò ergo ex Iordano probauit Prutenus B. Ioannem Bonum fuiſſe Eremitam ſinè regula? Quomodò, ſic ait? *Dubium etiam eſt vtrum Ioannes Bonus fuerit de ordine Eremitarum S. Auguſtini, cùm hoc etiam non determinet clarè venerabilis M. Fr. Iordanus &c.* ? Sed proſequamur vlterius.

a Cap. 8. citato, pag. 17.

105 De vnione etiam anni 1243. probatur ſatis clarè tripliciter. Primò, quia in Bulla illius vnionis, quam adducit Marquez, cap. 3. §. 3. pag. 24. expreſsè habetur, tantùm vnitos fuiſſe ordini S. Auguſtini Eremitas Thuſciæ; at verò Congregatio S. Ioannis Boni præcipuè erat in Romandiola. Secundò, quia vt ex Bulla Innocentij IV. conſtat, (quam infra tranſcribemus in reſponſ. ad num. 9. §. 4.) B. Ioannes Bonus poſt acceptam regulam S. Auguſtini (*ex tunc enim*, vt ait Bulla, *Cœperunt in regularibus obſeruantijs inſtitui, & regulariter ſe habere.*) Per plures annos præfuit fratribus, & propter excreſcentem numeroſitatem officio ceſſit, & annuente Epiſcopo Cæſenatenſi ſibi ſubſtituit Fr. Matthæum, qui etiam pluribus annis præfuit; & elapſo aliquo tempore, Angelo præmonente, Mantuam abijt moriturus, vbi vitam terminauit. Quæ ſanè plures annos requirunt, quàm qui intercedunt inter 1243. & 1249.

Quòd regula Auguſtiniana in Congregatione S. Ioannis Boni obſeruata fuerit ante vnionem an. 1241. Prob. 1.

Prob. 2.

106 Tertio. Quia Gregor. IX. in Bulla Dudum apparuit, quā inter alios refert Marquez cap. 3. in principio, pag. 16. eos vocat Eremitas Fratris Ioānis Boni ordinis S. Auguſtini; ea autem data eſt Laterani 9. Cal. Aprilis anno 14. Pontificatus; idest, anno Chriſti, non 1241. vt malè computas num. 11. pag. 98. ſed, 1240. quia licèt Gregorius IX. electus ſit 13. Cal. Aprilis, & coronatus 5. Cal. Aprilis, & olim anni Pontificatus quodammodò numerarentur à coronatione, non ab electione, vt notauit gloſſa in 6. decretal. *de regulis Iuris*, cap. *data Romæ apud S. Petrum 5. Nonas Martij, Pontificatus noſtri anno 4.* Ante coronationē enim ſcribebant, *data ſuſcepti à nobis Apoſtolatus officij anno &c.* Poſt coronationem verò, *data Pontificatus noſtri anno &c.* Id quòd etiam re ipſa retinuit in vſu præterito ſæculo Adrianus VI. Cœterum Greg. IX. in prædicta Bulla eam ſubſcriptionis regulam non obſeruauit, ſed annos ab electione numerauit. Quòd ſic probo. Huius Bullæ meminit Gregorius IX. in alijs, quas adducis §. 4. nu. 10. pag. 49. quæ datæ ſunt an. 1240. tum quia annus 1. Pontificatus Gregorij 12. & 10. Cal. Septemb. erat annus 1240. vt mathematica demonſtratio, etiam facta numeratione per digitos, apertè conuincit. Tum quia Greg. IX. obijt 11. Cal. Aug. anno 1241. ergo Bullæ datæ 12. vel 10. Cal. Sept. non anno 1241. quādo iam erat mortuus, ſed ad ſummum anno 1240. data ſunt.

Prob. 3.

Anni Pontificatus olim nō numerabātur ab electione, ſed à coronatione.

Greg. IX. ab electione annos numeraſſe probatur.

Sed obijcies. Secundò ex Vuadingo, [b] quia licèt Congregatio. S. Ioannis Boni acceperit regulam S. Aug. ante annum 1240. non tamen anno 1207. ſed ad ſummum poſt ann. 1233. idque probat. Quia B. Ioannes Bonus incepit agere vitam Anachoreticam anno 1208. vel 1209. ſed accepit regulam S. Aug. poſt annos vitæ Anachoreticę 25. vt, non ſemel, conſtanter aſſerit Nicolaus Cruſenius, [c] ergo poſt ann. 1233. quia ſi ad annum 1208. vel 1209. adiunxeris vigintiquinque, iam numeratum 1233. vel ſequentem computabis; in eaque ſententia Vuadingus mordicus perſiſtit. 107

107 Obiectio ex Vuadingo.

b §. 3 nu. 11. pag. 38.

c In Monaſtico Auguſtiniano par. 2. c. 24 pag. 105.

Sed antequam huic obiectioni reſpondeam, noto tria. Primū eſt M. Marquez, [d] tantùm aſſignauit vitæ Anachoreticæ annos 18. vel 20. Cruſenius verò *eius* (vt ais) *fermè per omnia transſcriptor*, de ſuo, minùs fideliter, addidit 25. & quia magis ad intentum conducebat, quòd in vita Anachoretica egiſſet annos 25. quam 18. vel 20. nulla facta mentione M. Marquez, tantùm adduxiſti teſtimonium Cruſenij, addens illum id non ſemel conſtanter aſſeruiſſe. Secundum eſt. M. Marquez, & Cruſenius in aſſignatione vitæ Anachoreticæ, S. Ioannis Boni, cùm non vidiſſent vitam editam à Conſtantio, & crederent virum ſanctum obijſſe anno 1222. vixiſſeque annos 90. vel 92. probabiliter diſcurrentes, ſeu potiùs admittentes aduerſarijs; arbitrati ſunt tot annos more Anachoretarum virum ſanctum

108 Pro reſponſione notantur adhuc tria. Primum.

d Cap. 24. §. 5. pag. 431.

Secundum.

tum

tum transegisse, donec tandem ab Innocentio III. circa ann. 1200. regula S. Augustini illi; & suæ cõgregationi fuit concessa.

109 Regulam S. August. multò ante annũ 1233. inductã fuisse in Cõgregatione B. Ioannis Boni probatur triplici testimonio.

Tertium est, peculiariter contra R. P. Vuadingum; nempe, regula S. Augustini inducta fuit in Congregationẽ S. Ioãnis Boni multò ante annum 1233. Confirmemus veritatem hanc triplici, eoque vetissimo testimonio, vt oppositam existimationem, *velut gigantis montes* (vt ait Aug. a) *Aduersus supereminentiam gratiæ cælestis structos, tribus Diuinorum testimoniorum tanquam fulminibus ictibus, deponamus*. Exitque hoc triplex testimonium, vt vtar verbis B. Fr. Henrici de Vrimaria in Tractatu de Origine ordinis Eremitarum S. Augustini, *Ille triplex funiculus indissolubilis veritatis, qui non facilè rumpitur, imò nullo modo rumpi poterit ab æmulis huius veritatis*.

a De gestis Pelagij, c. 30.

Primum est. Primum est Sixtus IV. ex ordine Seraphico, Bulla 34. apud Emanuelem Rodriguez in Compẽdio Priuilegiorum Regularium, pag. 396. quæ est mare magnum pro Eremitis S. Augustini, adducit Bullam Eugenij IV. datam Florentiæ anno 1439. 3. Cal. Aprilis anno 9. Pontific. in qua inter alia confirmauit Priuilegium quoddã Innocentij IV. datum Anagniæ per manum Guillermi (de Garhadego, vt scribit Onuphrius b) Magistri Scholarum Parmen. S. R. E. Vicecancellarij, 7. Idus Septembris, Indictione 12. Incarnationis Dominicæ anno 1254. Pontificatus verò Innocentij Papæ IV. anno 12. incipit autem sic.

b De viris Pontificum, & Cardinalium, pagina 149.

110 Priuilegium Innoc. IV.

Innocentius Episcopus, seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Priori generali ordinis Eremitarũ, ac alijs Prouincialibus, & Conuentualibus Prioribus, conuentibusque, ac alijs fratribus vniuersis sibi subiectis, tam præsentibus, quàm futuris, Eremiticam vitam professis in perpetuum, salutem & Apostolicam benedictionem. Et infra, inter alia, sic habet. *In primis quidem statuimus, vt ordo Canonicus, qui secundum Deum, & Augustini regulam in domibus ipsis institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur*, & pag. 397. in eodem Priuilegio. *Illud adijcientes, vt scilicet Priores ipsi Episcopo, saluo ordine suo, obedire debeant; contra instituta sui ordinis authoritate Sedis Apostolicæ confirmata, nullam obedientiam facere compellantur*. Et infra. *Præterea omnes libertates, immunitates, à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, locis vestris concessas, nec non libertates, & exemptiones sæcularium exactionum à Regibus, Principibus, & alijs fidelibus rationabiliter vobis indultas, authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti Priuilegio communimus*.

111 Priuilegium relatum Innocentij IV. congregationi S. Ioannis Boni directũ fuisse probatur euidenter.

Sed vt ex hoc Priuilegio firmum fundamẽtum in fauorem nostri asserti possimus elicere, probemus illud dirigi ad congregationem S. Ioannis Boni. Id autem breuiter, & clarè sic ostendo: dirigitur anno 1254. ad ordinem Eremitarum. Eo autem anno Congregatio S. Ioannis Boni ex præscripto Apostolico eiusdem Inocentij IV. appellabatur ordo Eremitarũ; idem enim Innocentius Bulla data Perusij 17. Calend. Maij Pontificatus sui anno 11. (atque adeò 1254. electus enim fuit (teste Onuphrio c) 8. Cal. Iulij anno 1243. & 3. Cal. Iulij consecratus & coronatus; obijtque 6. Idus Decemb. ann. 1254. vnde 17. Cal. Maij anni 1244. fuit primus annus sui Pontificatus, atque adeò 17. Cal. Maij anni 11. Pontificatus currebat annus 1254. (vel si, vt alij habent, data est annò 10. Pontificatus, data erit an. 1253.) confirmat processum, seu determinationem Guillelmi de Flisco Cardinalis. S. Eustachij factam Perusij 6. Cal. Ianuarij, anno Domini 1252. Pontificatus Innocentij IV. anno 10. Indict. 11. in qua inter alia, sic decernitur. *Generalis Prior ordinis Eremitarum, sinè alicuius certi loci, vel proprij nominis expressione de cætero debeat appellari*. Et infra. *In priuilegio quoque ordinis vestri huiusmodi titulus de cætero apponatur. Innocentius Episcopus &c. Dilectis filijs Priori generali ordinis Eremitarum, & alijs Prouincialibus, & Conuentualibus Prioribus, Conuentibus quoque, ac alijs fratribus vniuersis sibi subiectis, tam præsentibus, quàm futuris Eremiticam vitam professis in perpetuum*. Ecce hic titulus assignatur Cõgregationi S. Ioannis Boni à Guillermo Cardinali Protectore die 27. Decembris anno 1252. Ab Innoc. IV. confirmatur assignatio die 15. Aprilis ann. 1254. vel 1253. (quam Innocentij confirmationem transcribemus infra; in responsione ad num. 9. §. 4.) & eodem anno, vel sequenti ab eodem Innocentio die 7. Septembris conceditur Priuilegium apposito eodem titulo, de verbo ad verbum: ergo directum fuit ad Congregationem S. Ioannis Boni.

c De Pontificibus, & Cardinalibus, pag. 147. & 150.

113 Tria corolaria ex præadductis probationes: primum Congregationem B. Ioannis Boni, anno 1253. sub regula Augustini vixisse & generalem habuisse: secũdum tunc in diuersa regna fuisse propagatam: tertium priuilegia à prædecessoribus Innocẽtij IV. habuisse.

Hoc euidenter probato, plura constant de Cõgregatione B. Ioannis Boni. Primum est, anno 1254. vel 1253. duobus annis ante vnionem generalem (imò anno 1252. iuxtà determinationem Guillermi, & confirmationem Innocentij) prædictam Congregationem, sub regula Augustini vixisse, habuisseque Generalem, & Prouinciales. Secundum est, per ea tempora iam in diuersa regna fuisse propagatam; quandoquidem Pontifex confirmat libertates, & exemptio-

exemptiones à Regibus, & Principibus concessas. Tertium est, eidem Congregationi fuisse concessa Priuilegia ab aliquibus prædecessoribus Innocentij IV. ait enim; *Omnes libertates, immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus locis vestris concessas.*

113 Quod ante annum 1233. regula Augustini in ea congregatione fuerit accepta probatur.

His ergo positis, ex prædicto Priuilegio conuinco regulam S. Augustini, in eam cõgregationem fuisse admissam per aliquot annos ante annum 1233. quòd sic probo: Pontifex confirmat congregationi viuenti sub regula S. Augustini priuilegia suorum prædecessorum; (& cùm non addat, etiãsi fuerint concessa antequam regulariter vos haberetis, & regulã S. Augustini profiteremini; manifestum est, quòd tantùm loquitur de Priuilegijs concessis postquam regulam Augustinianam inceperant obseruare; quando enim post vnionem Pontifices confirmarunt Priuilegia, expressè addiderunt, se loqui de Priuilegijs etiam ante vnionem concessis, ne scilicet adhuc maneret dubitatio de quibus Priuilegijs loquerentur. Ergo quando id non cauetur, signum est, quòd non erant Priuilegia concessa ante professionem regulæ Augustinianæ. Oporteret enim illa exprimere, si essent, ne manerent sub lite: vel si essent, & Pontifex nollet ea confirmare, deberet etiam taxare, se tantum loqui de Priuilegijs post acceptionem regulæ Augustini, ne fratres perperam vellent vti omnibus Priuilegijs) ergo confirmat Priuilegia non solum concessa ab vno, v. g. à Gregorio IX. sed etiam ab Honorio III. & fortè etiam ab Innocentio III. patet; quia Innocentium IV. præcessit Cælestinus IV. Greg. IX. Honorius III. & Innocentius III. cæterum de Cælestino vix est credibile aliquod Priuilegium concessisse illi Congregationi; quia, vt testatur Onuphrius, [a] electus fuit Romæ 9. Cal. Octobris anno 1241. & obijt 7. Idus Octobris, Romæ, eodem anno; atque adeò tantùm vixit 17. diebus, in quibus vix fit credibile, hominem valetudinarium, & ægrum aliquod Priuilegium concessisse, neque vllum de hoc extat vestigium. Ergo Honorius III. saltem, & Gregor. IX. sunt prædecessores, quorum Priuilegia confirmat Innocentius IV. atque adeò regula S. Augustini in ea congregatione seruabatur ad minùs anno 1227. in quo 15. Cal. Aprilis, Romæ obijt Honorius III. vnde, tam euidenti testimonio conuicta sententia R. P. Vuadingi, dicam cum Hieronymo. [b] *Oro ergo te, vt quæ nostro vulnusculo medendam putas, quòd acu foratum, imò punctum, vt dicitur, huius sententiæ medearis vulneri, quòd lancea, & vt ita dicam, phalarica mole percussum est.* Vel potiùs dicam cum Bernardo. [c] *Si vobis summum, & sanctum Pontificem falsitatis arguere libet, ignoscite nobis, quia nos tantæ sanctitati non credere, & tantæ maiestati non obedire nefas dicimus.*

[a] De viris Pontificum, & Cardinalium, pagina 141. & 146.

[b] Epistola 11. inter Augustinianas.

[c] Epistola 251 ad Abbatem Præmonstratensem.

114 Secundum testimonium Guillelmi de Flisco Card. Protectoris.

Secundum testimonium desumitur ex instrumento Guillelmi de Flisco. Card. Protectoris, confirmato per Innocent. IV. Perusij 17. Cal. Maij. Anno 11. sui Pontificatus, atque adeò Christi 1259. vel anno 10. & Christi 1253. quòd affert Marquez. [d] Ex verbis enim huius instrumenti, constat plura. Primum est, quòd & tu admittis, §. 3. n. 11. pag. 37. nempe S. Ioannem Bonum, post acceptam regulam S. Augustini per plures annos præfuisse fratribus in officio Generalis. Verba Innocentij post narratam concessionem regulæ Augustinianæ, & professionem sub illa, & denominationem sub titulo Fratrum Eremitarum Ioannis Boni ordinis S. Aug. hæc sunt. *Cùmque dictus Fr. Ioannes Bonus, qui per plures annos fratribus prædictis præfuerat, & fratres ipsi eidem tanquam institutori ordinis ipsorum reuerenter intenderant, curæ ipsorum, quæ per excrescentem numerositatem subditorum excreuerat, cedere aspiraret; &c.* Id quod etiam confirmatur testimonio Constantij Laudensis, [e] vbi ait. *Per la qual cosa più volte, in quel suo Conuento, primo elettosi per sua ordinaria stanza, & habitatione, egli fu eletto Superiore.* Secundum est. Fr. Matthæus Generalis, qui B. Ioanni Bono successit, pluribus annis fuit Generalis, vsque quo Generale Capitulum Ferrariæ cõgregauit, ibique cessit Generalatui. Verba hæc sunt: *Quo* (scilicet Fr. Matthæo) *in religione prædicta annis pluribus tanquam Generali Priore, generaliter ministrante, quàm plures intrauerunt religionem eandem &c.*

[d] Cap. 13 § 17. pag. 245 & sequentibus.

Ex testimonio Guillelmi de Flisco constat primo B. Ioannem Bonum post acceptam regulam Augustini per plures annos præfuisse in officio Generalis.

[e] In Vita S. Ioannis Boni lib. 1. c. 2. pagina 5.

Constat secũdò, quòd Fr. Matthæus Generalis, qui D. Ioanni Bono successit, per plures annos fuit Generalis, vsquè ad Capitulum Ferrariæ congregatum.

115 Constat tertiò Capitulũ Generale Ferrariense celebratum fuisse anno 1249. Primò.

Tertium est, quòd ex prædicta Bulla cõstat. Hoc Capitulum Generale Ferrariense celebratum est anno 1249. idque collige primò, quia Constantius Laudensis, [f] sic habet. *Il Padre Fr. Bonauentura Saccrdote, e Confessore di Giouanni Buono testificò con giuramento, che essendo egli di tre mesi infermo di febre quartana, era da vicino il tempo, che i Padri Agostiniani soleuano congregarsi al Capitulo Generale, per trattare i negotij della Religione; Il quale doueuasi all'hora celebrare in Ferrara Città nobilissima; perche fù à lui comandato dal Padre Reuerendissimo Generale, che douesse trouaruisi, non sapendo forse la sua infermità.* Et infra; *sano giunse il dì di Sabbato, & la seguente Domenica con-*

[f] In Vita S. Ioannis Boni lib. 2. cap. 48 pag 87.

nica congregati quasi tutti i fratti del Capitulo, due ad improuiso quini ne arriuarono della famiglia di Mantoa, venutini con prestezza per anontiar ai Padri la morte di S. Giouanni Buono occorsa il di precedente, scilicet die Sabbathi, hora nouæ, die 23. Octobris anno 1249. vt ipso Constantius,[a] narrauerat. Secundò; quia in Bulla Innocentiana refertur schisma, quo B. Ioanne mortuo diuisa est religio in duos Generales, Fr. Hugonem Mantuanũ, & Fr. Marcum Cæsenatẽsem, ferè per tempus triennij; sic enim ait Bulla apud Marquez.[b] *Cùm autem ordo vester esset in duas partes diuisus, & inter multiplices contentiones, & discordias in ipso exortas ferè per triennium fluctuaret.* Tunc autem de mandato eiusdem Cardinalis Guillermi, & partium concordia anno 1752. congregatum fuit Bononię Capitulum Generale, & duobus generalibus cedentibus, per compromissum factum in quatuor fratres de ipso Capitulo, electus est in Priorem generalem Fr. Lamphraneus Mediolanensis, tunc Prior domus Bononiensis; & hanc electionem confirmauit Card. Guillermus Perusij 6. Cal. Ian. anno Domini 1252. quæ omnia latè referuntur in dicta Bulla. Tertiò, quia in prædicta Bulla refertur, quòd in Capitulo Ferrariensi decretum fuit, vt omnes, qui ex tunc in ordine ipsorum profiteri deberent, profiterentur hoc modo: *Ego N. facio professionem, & promitto obedientiam Deo, & B. Mariæ, & tibi Priori Generali Fratrum Eremit. Ioãnis Boni.* Quòd indicio manifesto est Capitulum fuisse celebratũ cognita morte S. Ioannis Boni, quandoquidem tunc primò in professione Nouitiorũ se intitulauerunt, fratres Eremitæ Ioannis Boni.

[a] Lib. 1. cap. 19.

[b] Pag. 147.

Tertiò.

116 His suppositis ex testimonio prædictæ Bullæ hoc desumitur argumẽtum. S. Ioannes Bonus post acceptam regulam Augustini pluribus annis suæ cõgregationis præfuit tanquàm Prior generalis; & eo cedente, Fr. Matthæus, qui ei in Generalatu successit, annis pluribus tanquàm Prior generalis eãdem religionem ministrauit. Sed ab anno 1233. vsque ad 1249. tantùm numerantur anni 16. paulò magis, vel minus; quo tempore dici nõ posset, singulos duorum Generalium præfuisse annis pluribus; ergo ad minùs aliquibus annis ante annum 1233. regula S. Augustini fuit concessa à Sede Apostolica Congregationi S. Ioannis Boni. Vnde constat S. Ioannẽ Bonũ post renuntiationẽ Generalatus, non tantũ vixisse aliquo tempore, vt ais,[c] sed pluribus annis, nempe toto tẽpore Generalatus F. Mathæi.

Argumẽtum quod ex testimonio dictæ Bullæ desumitur.

[c] § 3. num. 18 pag 37.

Et si inquiras, in quo Conuentu S. Ioannes Bonus vitam egit à renunciatione Generalatus, vsque ad mortem? Respondet Marquez,[d] vixisse in Conuentu Mantuano aliquibus annis; idque conatur colligere, ex verbis Iordani,[e] & ex S. Antonino Florent. referente (in vita S. Ioannis Boni, §. *Alio verò tempore*) ciues Mantuanos illi, & Fratribus suis Oratorium, vel Ecclesiam ædificasse, & paucis diebus elapsis post hanc fabricam in Domino requieuisse. 117

Inquisitio.

Responsio M. Marquez.

[d] Cap. 26 §. 3. pag 430.

[e] Lib. 1. vitas Frat. cap 8.

Verùm res hæc extra controuersiam esse debet. Constant enim duo. Primum est, ferè toto tempore Generalatus Fr. Mathęi vixisse in Eremo Cęsenatensi. Præterquàm quòd enim, teste Constantio,[f] dum esset Cęsenæ; meminit ipse Prioris Generalis suæ congregationis; eodem lib. cap. 31. pag. 65. refertur, quòd Fr. Martinus Cæsenatensis Sacerdos ordinis Augustiniani narrauit, prædictionem quandam propheticam, quam à B. Ioanne Bono audiuit, dum esset vterque in Conuentu Cæsenatensi S. Mariæ apud Budriolum; simul & testificans tres annos iustos excurrisse, vsque ad id tempus, in quo ferebat suum testimonium apud Examinatores Põtificios. Hoc autem examen potuit fieri anno 1251. ad finem; cùm Bulla Innocentij IV. ad formandum processum pro Canonizatione ipsius, data sit 15. Cal. Iulij, vel Iunij, anno 1251. Ex quo fit ad summum eam reuelationem, ad finem an. 1248. Ab anno enim 1248. vsq; ad finem anni 1251. in quo processus formabatur, excurrerant tres anni iusti. 118

B. Ioannem Bonum toto tempore Generalatus Fratris Matthæi vixisse in Eremo Cæsenatensi ostenduntur.

[f] Lib. 2. cap. 15.

Secundum, quòd in hac re patet, est; B. Ioannes Bonus Mãtuæ vixit aliquibus mẽsibus. Id autem ostenditur; quia facta hac supputatione consonant omnia, quæ à fidis authoribus referuntur. Verum enim est, quòd Iordanus,[g] ait. *Tandem verò, vt liberiùs orationi, & contemplationi vacare posset, de licentia Prioris generalis apud Ciuitatem Mantuanam, locum solitarium elegit, vbique deuotissimè Deo seruiens, ibidem in pace vitam finiuit, & multis miraculis floruit.* Quæ verba indicant, eum apud Mantuam aliquibus mensibus vixisse. Verum etiam est, quòd Antoninus refert, eum, paulò, postquam peruenit Mãtuam, in Domino obdormiuisse; quia tantùm superuixit tempore aliquorum mensium; & hoc modo intelligendum esse Antonium, probo ex ijs, quæ refert Constantius in vita S. Ioannis Boni, lib. 1. cap. 13. Angelis enim illi apparens, dixit ex Dei nomine, & iussu. *Onde è voler suo, che da questi lidi ti parti, & vadi ad habitare à Mantoa tua cara pa-* 119

B. Ioannẽ Bonum per aliquot menses Mantuæ vixisse monstratur.

[g] Lib. 3. vitas Fratrum, cap. 8.

cara patria, oue giunto poco tempo, dopo morrai. Et infra lib. 1. cap. 14. *Fù condotto dentro Mantoa fino alla Chiesa, de Frati Eremitani, detta S. Agnese de Porto, oue poi per riuerenza di lui fù subito eretto vn Oratorio in forma de vna Capelletta all'antica giunto al Choro, il quale haueua anche, & ha da vicino vn pozzo. Nè sì tosto fù fabricato, che Giouanni Buono entrò dentro, & stettiui senza partirsene mai vndeci continuati giorni, sempre orando & meditando, & sempre da continua febre trauagliato: alla fin del qual dì vndecimo leuato dall'oratione, & fatti congregare tutti i Frati manifestò loro, come indi à poco egli fusse per morire &c.* Et cap. 15. *Finalmente la mattina, che poi seguì, sentendosi vicino alla desiderata partenza di questo mondo, &c.* Refertque eius mortem die 23. Octobris hora nonæ, Sabbatho, anno 1249. Ex his autem constat non ita subitò, atque Mantuam accessit, obijsse; sed superuixisse aliquibus mensibus.

120 Tertium testimonium.

Tertium testimonium, & clariùs, habetur ex vita S. Ioannis Boni ex processu Canonizationis edita per Fr. Constantium Laudensem, quem [a] testem appellas omni exceptione maiorem; *& inde prorsus, inde obtenebimus causam*, vt ait August. [b] *Vnde excitandam, putauit inuidiam.* Hic ergo author lib. 1. cap. 15. sic ait de B. Ioanne Bono *Rende l'alma al Creatore in età d'anni ottanta & più; quaranta cioè, spesi al saeculo, & tutto il restante frà Romiti nella religione Agostiniana.* Hæc vltima verba sunt, quæ suppressisti, vel deglutijsti, [c] sed *hæc verba, quæ pauca sunt numero*, vt alibi dixit Augustinus, [d] *magna sunt pondere.* Quadraginta ætatis annos enumerauit transactos in sæculo, & omnes alios in religione Augustiniana, inter Eremitas. Annos recensuit sæculi, & religionis; *omninò tam distinctè* (verba sunt Augustini, [e]) *Tanquam de ipsa distinctione satagens, eámque maximè, vehementerque commendans.* Annos quadraginta dixit sæculi, & omnes alios religionis Augustinianæ. *Quis huic euidentiæ contradicit, nisi quem plus delectat defensare, quod sentit, quàm quid sentiendum sit inuenire?* Si enim tantùm egit in sæculo 40. annos, & omnes alios in religione Augustiniana; ergo licèt demus natum in fine anni 1168. finiet vitam sæculi in fine anni 1208. & ex tunc dicendum erit incepisse in religione Augustiniana; atque adeò regula D. August. accepta erit à Sede Apostolica in ea congregatione ad minùs in fine anni 1208. vel in principio anni 1209. atque adeò longè ante annum 1233. post quem inductam esse frustra contendebatur? Dixi ad minùs; quia iuxtà probabilem supputationem, quam fecimus in responsione ad num. 5. §. 2. potuit nasci B. Ioannes Bonus in principio anni 1168. & tūc annus 40. incipiet numerari in principio an. 1207. Cùm autem annus inceptus communiter numeretur, ac si esset completus, probabilissimè dicetur cum anno 40. vitæ suæ trāsacto in sæculo nomen dedisse religioni sub regula Augustiniana, si id præstitit in principio anni 1207. Ecce ex ipso Constantio Laudēsi multo antè an. 1233. regula Augustini inducta fuit in congregatione S. Ioan. Boni. Sed illa verba, *Fra Romiti nella religione Agostiniana*; vel non vidisti, vel videre noluisti, quando oppositū asseruisti, nisi dicamus cum Augustino, [f] *Non dico videre noluisti, quia prorsus non attigisti; sed tantò attentiùs, acutiùsque vidisti, quantò magis attingere timuisti.* Hinc ortum est, quod Hyppolitus Donesmundus, Franciscanus, [g] fatetur B. Ioannem Bonum, & eius congregationem ab anno 1210. authoritate Innocentij III. obseruasse regulam Augustini. Audiamus eius verba. *Anno sequenti iuit Romam in habitu simplicis Eremitæ S. Augustini, cuius regulam amplexus fuerat, impetrauitque ab Innocentio, III. posse in simul congregare omnes Eremitas eiusdem regulæ, qui dispersi viuebant antea extra Ciuitates, vt Claustraliter aggregati cum determinatis legibus meliùs seruirent Ecclesiæ. Id quod per 40. alios annos, quos vixit, sic effecit, vt postea sit à multis appellatus fundator Eremitarum S. Augustini in Congregatione viuentium.* Hæc Donesmundus, minùs à veritate deuius, quem vtinam secutus fuisset Reuer. Pater Vuadingus.

121 Solutio tertij argumenti, & probationis secundæ obiectionis ex dictis deducta.

Ex his patet ad tertium argumentū præcipuum, & ad probationem secundæ obiectionis, negandum esse Congregationem B. Ioannis Boni plurimis annis adoleuisse ante acceptam à sancta Sede Augustini regulam, eamque fuisse inductā in prædicta Congregatione post annum 1233. vtrumque enim factum est; & ad probationem, dicimus Marquez, & Crusenium admisisse, per errorem, (à quo dissentio. *Nec enim illos sic admiror*, vt de Erasmo dixit Osorius, [h] *Vt sit mihi necesse in omnibus rebus illorum testimonio suffragari.*) Plures annos vitæ Anachoreticæ; quia nō viderant vitam editā à Constantio Laudensi, & supponebatur eū natum fuisse anno 1130. vel 1132. & obijsse an. 1222. Nos autem asserimus, & probauimus in responsione ad n. 5. §. 2. possibile esse, & probabile, quod B. Ioannes Bonus primò secesserit in Eremū Cæsenatēsē anno

a § 1. n. 2. p. 7.
b Libr. 2. de nuptijs, & concupiscentijs, cap. 33.
c §. 2. num. 2. pag. 7.
d De gestis Pelagij, cap. 2.
e Libr. 2. de Peccatorum meritis, c. 10.
f Lib. 2. cōtra Cresconium, cap. 18
g 1 p. historiæ Mātuanæ, edita Mantuæ ann. 1612. lib. 4 pag. 267.
h Libr. 1 in Addonem, col. 60.

1204. vel 1205. & postea acceperit à Sede Apostolica regulam Augustinianā in principio anni 1207. dixi probabile esse, non certum; quia, vt ait, Author sermonis de Assumptione Virginis Mariæ: *Tantò, quæ magna existunt, cautiùs tractanda sunt, quandò specialibus, authoritatum testimoniis non possunt ad liquidum roborari.*

a Tom 9 Augustini.

RESPONSIO QVARTA, AD S. QVARTVM.

Ex habitu Eremitico S. Francisci suadetur eum fuisse Eremitam Augustinianum.

1 Ratio M. Marques probans intentum.

PRima ratio, quam adducis ex iis, quib. M. Marq. probabilitatē Monachatus Augustiniani S. Frācisci demonstrauit, hæc est; non quidē, prout à te adfertur, mutila, & māca; sed prout in ipso Authore est, quin & fortè aliquid roboris addemus. Ratio ergo est huiusmodi S. Franciscus biennio ante sui ordinis institutionē indutus incessit habitu Augustiniano; ergo fuit Augustinian. Probabilitas, seu veritas huius conseq. Probatur primò, quia illo biennio fuit religiosus, quis autē dicat, religiosum portasse habitū Augustinian. nō fuisse Augustinianū? Quòd autē fuerit religiosus pro nūc suadetur. Primò ex Bulla 9. Greg. IX. (apud Emanuelem Rodriguez, b ad Episcopū Clomotensem, de stigmatibus dubitantē, dat. Viterbii 2. Cal. April. an. 11. Pōtificatus, ibi: *Siquidē nota sæculis vita respondeat, quòd postquam religionis habitum assumpsit, vacando virtutibus, carnis cōtinuum subiit cruciatum*: Hunc autem cruciatum non tantùm subiit post institutū ordinem; sed etiam biennio illo, in quo portans habitū Eremiticū, virtutibus vacauit. Ergo Pontifex, qui nō dixit, postquam suum ordinē instituit, sed, postquam religionis assumpsit habitū, carnis subiisse cruciatum, innuit eū fuisse religiosum ante ordinem institutum, atq; adeò illo biennio habitus Eremitici; aliàs diminuisset gloriā eius, quā docū efferre, & laudare intendebat; gloriosius enim Frācisco est vacasse virtutibus, & cōtinuum subiisse cruciatum etiā biennio, ipso habitus Eremitici, quàm tātummodò post ordinē Seraphicum institutū. Secūdò, quia D. Bonau. c ostendens, quare nouam regulā & ordinem instituerit, sic ait: *Et quia non sufficit ei, vt ista in propria persona tantùm ageret, voluit instituere ordinē, vt multos cooperatores haberet*; ergo indicat ante institutum suum ordinē fuisse religiosum; alias nō diceret, *Et quia non sufficit ei*, sed *quia non sufficiebat ei*. Et clariùs in Prologo legēdæ S. Frācisci; ibi: *Agitur enim primò, de conuersatione eius in habitu sæculari; secundò de perfecta cōuersione* eius ad Deū, *& de reparatione trium Ecclesiarū; tertiò de institutione religionis, & approbat. eius regulæ &c.* Fuit ergo ante institutionē ordinis, perfectè conuersus, & nō in habitu sæculari. Vndè meritò doctus P. F. Ioannes de Pineda ex ordine Seraphico, d dixit de B. Francisco. *Fue su primera conuersion al Señor por vida religiosa año de 1206.* licèt in anno ipsum falli valdè sit probabile; eā enim cōuersionē accidisse an. 1207. probabilissimū est, vt ostendimus in responsione ad num. 5. §. 2.

Bonitas consequentiæ probatur primò.

D. Frāciscum fuisse religiosum ante fundationem suæ Religionis. Suadetur primò.

b In Compendio Priuilegiorum regularium, pag. 46.

Suadetur secundò.

c In determinationibus multarū quæstionum super Regulam B. Frācisci, quæst. 1. fol. 248. p. 1.

d 3. p. Monarchie, lib. 23. c. 23 §. 2.

Secundò ostenditur probabilitas, & bonitas cōsequentiæ triplici testimonio. Primū est Ioannis Diaconi in vita S. Gregorii Magni, e vbi sic habetur: *In qua palliū eius, & philacteria, sed & baltheū eius consuetudinaliter, osculantur. Quæ sigillatim considerata, & antiquitatē viri, & mediocritatem habitus, & speciē regularis propositi signis perspicuis repræsentāt.* Et statim. *Porrò in exilitate balthei, quæ vnius pollicis mensurā nunquam excedit, speciem propositi regularis, olim à S. Benedicto instituti, cuius ipse vitam describens, lib. 2. c. 36. in Dialogo, regulam quoq; laudauerat, cum sermonis luce clariùs manifestat.* Secundū est; M. F. Antonius de Iepes, f qui sic habet. *Si nunc detegeretur corpus alicuius sancti Monachi, qui esset sepultus cū habitibus albis, quales ferunt ordines gloriosi Doctoris Eccles. S. Augustini, & B. Bernardi; & dubitaretur, quam ex iis religionibus esset professus, si intra sepulchrū prope corpus sancti, inueniretur corrigia quatuor digitis ampla, diceremus sine dubio eū esse ordinis S. Augustini, quia ordo S. Dominici fert corrigiā angustam, & paruā, similem nostræ.* Tertium est Illustriss. D. Francisci de Esquiuel Archiepiscopi Calaritani, qui g (quod & ex illo tradidit R. P. F. Martinus Cornejo, Prouinciæ Castellanæ visitator, & in sacro supremę Inquisitionis Senatu Cōsultor Qualificator, h refert inuentū fuisse corpus cuiusdam sancti, ad cuius caput iacebat lapis, corde sagittis transuerso, & hoc signo insignitus [illegible] M. A. R. E. T EPS. [illegible] & iudicit esse corpus alicuius sancti ordinis Eremitarum S. Aug. ex iis, qui ab Africa exules in Sardiniam relegati

Triplici testimonio ostenditur secundò consequentiæ bonitas. Primum. e Lib. 4. cap. 80.

Secundum. f Tō. 6. Chronici Benedictini an. 576. cap. 2.

Tertium.

g In relatione impressa, de inuentione Sanctorū Vrbis Calaris, pag. 45.

h In libro què intitulauit Cifras de S. Augustin, fol. 118 cap. 20.

relegati sunt, eo solo argumento ductus, quòd intra sepulchrum. Simul cũ ossibus, habebatur, fibula ampla, tãquàm corrigiæ nostræ Augustinianæ: ecce eius verba. *Al derecho de la cintura le hallaron vna euilla redonda llena de orin, que parecio ser correa de religioso de San Augustin, que se creiò buuo de ser vno de aquellos 200. ò segun otros 300. Obispos, que desterrados de Africa, por la confession de la Fè Catholica, de Hunerico Rey de los Vuandalos herege Arriano, aportaron à esta ciudad de Caller:* Ex eadem coniectura idem existimat Fr. Seraphinus Squirra, Sardus, Capucinus,[a] vbi & addit eum sanctum Episcopum, & martyrem appellari, Euthimium. Si ergo ex sola corrigia, colligunt tanti Authores alium esse Benedictinum, & alios Augustinianos; quare ex corrigia, & alijs notis habitus Augustiniani, non inferetur, saltem probabiliter, S. Franciscum illo biennio fuisse Augustinianum Eremitam?

a 1. p. historiæ inuentionis hotũ SS. MM.

3 Tertiò suadetur probabilitas, & bonitas consequentiæ; quia habitus exterior denunciat speciem religionis, quam quis profitetur, imò & aliquãdo indicat personam in particulari, iuxta illud Eccles. 19. *Amictus hominis annũciat de eo.* Vnde Rex Ochozias,[b] cùm interrogasset, *cuius figura, & habitus est vir ille, qui occurrit vobis?* Et famuli respondissent, *vir pilosus, & zona pellicea accinctus renibus;* intulit & sinè deceptione, *Elias Thesbites est.* Quare ergo ex simili argumento, non inferemus saltem probabiliter D. Frãciscum illo biennio suæ primæ conuersionis fuisse Augustinianum? Adde. Neque credi potest Patrem Seraphicum toto illo tempore vsum habitu Augustiniano, nisi esset Augustinianus: vel enim vteretur eo habitu sciente, vel ignorante religione Augustiniana. Credi non potest, quòd religio id ignorauerit, cùm fama viri sancti eo biennio per Italiam non esset ingloria; quòd autem sciente, & consentiente, aut permittente religione, habitum Augustinianum portauerit, etiamsi non esset Augustinianus, valde difficilè est creditu; semper enim religiones, vt ex D. Bonau.[c] constat, id conatæ sunt impedire; & qui extra obedientiam religionis existens, eius habitu vtitur, potest compelli, vt docet Angelus:[d] *Vel ad dimittendum talem habitum, vel ad intrandum monasterium, vt notat Pan. in C. vt Clerici de Regularibus.* Hæc ille. Quinimò vt habet glossa in Extrauag. *Sancta Romana*, titulo de religiosis domibus, data Auinone 3. Cal. Ian. anno. 2. Pontific. Ioannis XXII. ad illa verba: *Cùm itaque taliũ damnanda temeritas in eiusdem fidei detrimentum, fidelium scandalum, præfati Minorum, & aliorum ordinum opprobrium &c.* sic habet. *Nam opprobrium facit religioni, qui religiosus non existens, habitum illi religioni conuenientem portat.* Si ergo B. Franciscus eo biennio portauit habitum Augustinianum; dicendum erit eum fuisse Augustinianum; ne teneamur fateri D. Franciscum fecisse opprobrium religioni Augustinianæ, quòd sinè culpa non faceret.

Bonitas consequẽtiæ probatur tertiò.

Habitus exterior denũciat speciem religionis, quam quis profitetur.

b 4. Reg. 18.

Confirmatur.

c In Apologia in eos, qui ordini Fratrũ Minorum aduersantur q. 8.

d In Summa verbo Nouitius n. 16. fol. 363 pag. 2.

4 Sed difficultas erit in ostendendo B. Franciscum eo biennio vsum fuisse habitu Augustiniano. Contendemus probare hac ratione. Omnes Authores referunt, & probant B. Frãciscum eo biennio portasse habitũ, quẽ illi assignant Vincẽt.[e] & Antoninus,[f] in hæc verba, *Denique triũ Ecclesiarum opere consummato, habitum adhuc Eremiticũ tunc temporis habuit, baculumque manu gestans, pedibus calceatis, & corrigia* (Antoninus addit, *corporis cinctus incedebat*) *cinctus incessit.* Eum autem habitum esse Eremitarum S. August. ab ipso Augustino deriuatum, necessariò digredientes, demostremus.

Probatur antecedẽs quoad alteram partẽ communi authorum consensu, quoad alteram in sequenti difficultate demõstrandum remittitur.

e Lib. 29. c. 98.

f 3. p. tit. 24. capit. 2. in principio.

PVNCTVM VNICVM.

De habitu Eremitarum S. P. Augustini.

DIFFICVLTAS VNICA.

Vtrùm habitus Eremitarum S. Augustini, sit ab ipso D. P. Augustino institutus; an verò circa tempora Gregorij IX. nouiter inuentus?

GAbriel Pennotus ex Illustrissimo Ordine Canonicorum Regularium,[g] contendit habitum Eremitarum S. Augustini primum apparuisse sub temporibus Gregorij IX. partim electum ab ipsis Eremitis, & partim præceptum à Summis Pontificibus. 5

Sentẽtia Pennoti.

g Lib. 1. Historiæ Tripartitæ, c. 25. pag. 68. & seqq. & cap. 40. num. 8. pag. 125.

Longior est ea disputatio, quàm quæ intra cancellos huius responsionis contineri possit; illam remittimus ex professo disputandam lib. 1. Bibliothecæ D. August. in quo agemus, quo habitus genere incesserit Augustinus; Eremitica enim familia, August. habitu Eremitico vestitũ agnoscit, *nec solũ agnoscit credendo* (vt alibi dixit Aug.[h] *Sed in quibus potest, conuincit etiam disputando*; id quod & nos, Iesu auspice, præstabimus loco prædicto. Interim tamẽ, aliqua liter cum Pennoto præliantes, ostendemus eum habitum, quem B. Franciscus illo 6

h Tract. 24. in Ioannem.

Habitum Eremitarum D. August. fuisse ab eo institutũ, & in dicto

 biennio

ordinem per successionem continuam duodecim sæculorum deriuatum ab authoritate, et picturis, ex Diuinis apparitionibus, & ex discursu per singulas partes habit° probandum proponitur.

biennio ante institutionum suæ religionis portauit, ab ipso D Augustino institutũ, & deriuatum in ordinem Eremitarum, per successionem continuam duodecim sæculorum, & ampliùs; id autem probabimus quadruplici fundamento, vt ædificium hoc, super quatuor angulis ædificatum firmum permaneat. Primò ab authoritate. Secundò ex picturis. Tertiò ex Diuinis apparitionibus, seu reuelationibus. Quartò ex discursu per singulas partes habitus Augustiniani.

§ PRIMVS.

Probatur ab authoritate habitum Eremitarum Augustinensium esse à D. Augustino institutum quoad substantialia.

Primum fundamentum ab authorum testimonijs.

PRimò igitur roboratur hæc veritas, authorum testimonijs. Primum est B. Ambrosij in sermone de Baptismo Augustini, qui est 92. in impressione Parisiensi, anni 1549. ibi. *Nouum Christianum nouis vestimentis, cuculla nigra induimus, cingulo ex corio nos ipsi præcinximus, quod Simplicianus noster ingenti lætitia donauit.*

Primum testimonium. Circa annum 387.

8 *Eusebio.*

Scio sermonem hunc reputari spurium & supposititium ab Illustriss. Cardin. Baronio,[a] & Bellarmino,[b] quos sequitur nouissimè Gabriel Pennotus.[c] Adhuc tamen noui eum censeri partum legitimum à Summo Ecclesiæ Pontifice Clemente VI. Monacho Benedictino circa annum 1347. in sermone de festo S. August. qui sic incipit. *Nephtalim ceruus emissus, dans eloquia pulchritudinis*, quem citat Ludouicus de Angelis,[d] & M. Marquez,[e] qui mordicus defendit sermonem esse Ambrosianum, de quo & nos agemus latiùs lib. 1. Bibliothecæ Augustini. Secundò à B. Fr. Iordano de Saxonia circa annum 1356. lib. 1. vitas Frat. cap. 15. ibi: *De B. qui quæ Augustino fertur, quòd baptizatus indutus fuerit à B. Ambrosio cuculla nigra, desuper zona quadam, ad differentiam Monachorum, vt ipsemet Ambrosius dicit in lib. quem fecit, de baptismo eius; licèt alij dicant, eum talem habitum sumpsisse à B. Simpliciano; quòd non variat propositum. Potuit enim habitum sumere à B. Simpliciano, quo se fecit indui à B. Ambrosio, propter authoritatem Pontificalem.* Tertiò à B. Antonino Archiepiscopo Florentino Ord. Prædicator. transcribente, & non improbante Iordanũ, circa annũ 1456.[f] vbi ait. *Dixit Ambrosius, hunc scilicet Augustinum in Christo genui, & postquàm baptizaui eum, cuculla nigra indui.*

a Tom. 4. anno 388. n. 77.
b Lib. de Scrip. Ecclesiasticis, § de S. Ambrosio, versic. Sermo quoq. 92.
c Lib. 1. cap. 27 pag. 77.

Infringitur primò.

d Lib. 4. de vita. & laudibus D. Augustini cap. 5. fol. 63.
e Cap. 5. § 12. pag. 91.
f 3. par. tit. 24. cap. 24. § 2.

Tres hos præcipuos & purpuratos testes, adduxi omissis alijs quinque, quos retulit Marquez vbi supra, & alijs, quos ad finem huius §. adducemus; *Nam in ore duorum, vel trium testium stat omne verbum*, vt Pennotus sibi vsurpauit,[g] authoritate sola Cardinalium Baronij,[a] & Bellarmini contentus. Non possum tamen vltra non addere eum sermonem attribui B. Ambrosio à B. Fr. Henrico de Vrimaria.[h]

g Lib. 1. cap. 27. n. 2. p. 78.
h In tractatulo de Origine ordinis Eremitarum S. August. quem edidit anno 1334.

Sed admittamus, vel demus Pennoto sermonẽ hunc esse Ambrosio suppositũ; nihilominùs authores illi, qui censent esse Ambrosianum, planè supponunt Augustinum ab Ambrosio indutum fuisse cuculla nigra, & zona coriacea. 9

Infringitur secundò.

Secundum est Aug.[i] vbi ait: *Nos qui videmur gerere in corporis nostri habitu figuram crucis, & nomen religionis sancta habemus, nigram etiam vestem humilitatis portamus, zonis etiam pelliceis præcincti apparemus.* 10

Secundum testimonium.

Circa an. 400.

i Serm. 28. in Cœna Domini ad Fratres in Eremo.

Nouimus sermones Augustini ad Eremitas à pluribus reijci, à pluribus defendi, tanquam verè Augustinianos. Nos illos partim spurios, partim legitimos lib. 3. Bibliothecæ Augustini describimus. At in particulari hunc serm. 28. quẽ Pennotus nouissimè damnat,[k] scimus attribui Augustino à S. Bonau.[l] vbi ex Augustino refert, hãc, quæ in prædicto sermone cõtinetur, sententiã; *Si Petrus proditorem sciuisset, dentibus eũ dilacerasset*: à B. F. Iordano de Saxonia,[m] & à Guillelmo Pepin Dominicano, circa an. 1520.[n] vbi citat eandem sententiam, quam D. Bonauent. Sed demus aduersarijs sermonem non esse Augustinianum; tamẽ negare non poterunt tempore D. Bonauenturæ habitũ fuisse pro Augustiniano; & ea, quæ Augustinus ibi enarrat, approbari vt vera à B. Bonauent. qui annos 53. natus obijt ann. 1274. 11

Sermones Augustini ad Fratres in Eremo, nec omnes spurij, nec omnes legitimi censentur.

k Lib. 1. c. 31. n. 6 pag. 89.
l In meditatione vitæ Christi, cap. 73 fol. 365. pag. 2.
m Lib 1. vitas Fratrum, c. 14. & 15. & lib. 4. cap. 11. & 13.
n In Quadragesimali super Epistolas Feria. sermo. fer. 5 post Dominicã in Ramis, fol. 180. & super Euangelia, ser. fer. 6. post Dominicã in Ram. fol 240.

Verũ circa id, quòd in prædicto sermone refertur de veste nigra Monachorum S. Augustini, notandũ est, vestem Monachorum, & Monialiũ tẽpore Augustini nigram fuisse, vt ex verbis ipsius, Epist. 199. ad Ediciã, quæ inuito marito habitum religionis assumpserat; & tanquã Augustinianis à D. Bonau.[o] & à Iacobo Gualtero è societate Iesu ad idem propositum,[p] relans, non obscurè colligitur. *Quid enim*, ait Augustinus; *est absurdiùs quàm mulierẽ de humili veste, viro prohibente, superbire, cui de potiùs expediret obtemperare candidis moribus, quàm nigellis vestibus repugnare?* Sed vltra, id constat ex Petro Venerabili, qui lib. 5. Epistola 26. quæ habetur in Bibliotheca Cluniacensi, lib. 4. Epistola 17. col. 839. estque ad D. Bernardum 12

o Lib 4. Pharetræ. cap 13. fol 198. pag 1.
p In Chronologia sæc. 5. ab anno 400. ad 500. pag. 450.

nardum, referturque à M. Fr. Antonio Iepes,[a] S. Paulini Episcopi Nolani, Augustino coætanei, de nobili Moniali ad Sulpicium Seuerum loquentis, adducit hæc verba. *Pannis veteribus, & nigris seruiebat.* Addit autem Petrus Vener: *Ecce non solum viri antiquæ religionis, sed etiam mulieres sanctitatis propositum assumentes, vestibus nigris vsæ feruntur.* Rursus idem Petrus Venerabilis, lib. 3. Epist. 28. sic habet; *de magno tamen illo & admirabili, veroq; Monacho Martino, non legitur, quod albo, & curto, sed quòd nigro, & pendulo pallio processerit.* Et lib. 4. Epist. 17. citata; *Magnus Martinus, Monachus, & Episcopus, nigratium colorem vestium suis vestibus dedicauit. De qua re sic in eius vita legitur. Quem cum nigro ac pendulo pallio circumtectum contigua de latere iumenta vidissent, paululum in partem alteram pauefacta cesserunt.* Quòd verò Monachus fuerit, Monasterium, *quod non longè ab oppido Pictauiensi; Monasterium, quod Mediolani;* (hoc est illud Monasterium Mediolanense, cuius meminit August. in lib. confes. & à quo mutuasse videtur vitam Monasticam; & quod à Martino tunc Acolytho Pictauiensi circa annum 380. fuisse constructum, refert Iosephus Ripamontius,[b] de quo & nos egimus in notis ad tractatum B. F. Henrici de Vrimaria de Origine ordinis Eremitarum S. Augustini; *Monasterium, quod sibi Turonis construxit, testantur; Ecce Monachus Martinus, ecce nigris vestibus contectus Martinus.* Adducit tandem ibidem Petrus Venerabilis testimonium Hieronymi ad Nepotianum. *Vestes pullas,* ait, *æque vt candidas deuita,* monens eum vt fastum, & iactantiam caueret, non solùm in candidis vestibus, quibus tunc sæculares potiùs vtebantur, sed etiam in pullis, quibus eo tempore professores vitæ religiosæ vti consueuerant. Super quem locum Hieronymi, Cardinalis Baronius,[c] sic ait; *Quòd verò inter alias admonitiones (quòd ad antiquum vsum pertinet) de Clericorum vestitu, ille* (Hieronymus Epistola 3.) *addidit, vestes pullas æquè deuita, vt candidas, æquè nos admonemur Clericorum dignum habitum nequaquam olim fuisse pulli coloris, qui vestium Monachorum peculiaris erat, nam in Epitaphio S. Marcellæ, & alia ad Marcellam Epist.* (22.) *nec non contra Iouinianum, idem non obscurè significat, pulli coloris fuisse habitum Monachorum,* Sic ergo in Africa temporibus Augustini, Eremitæ Augustiniani nigris vestiebantur. Vnde Rodericus Carus Hispalensis an. 1627. in Comm. ad Flau. Dextrum, super illa verba: *An. 419. Canali in Lusitania Monachi nigri ab annis 393.* sic ait,[d] *Forsitan enim Augustiniana religio, recèns in Africana nata, iā fretum Herculeum transfretauerat, & in Hispania radices agere cœperat.* Nec ab ijs dissidet Alphonsus Maldonato, Dominicanus, eruditissimus Historicus, qui[e] sic habet. *Flauio Dextro, que viuia acrà, conoze ya Monges negros en Lusitania año 393. en Canal, y dizelo en el año 432. (aliàs, 419.) seria que entonces los vio el allì, y le dixeron que era entonces el año trigesimo de su estancia; y no parece quienes sean, sino los Eremitas de San Augustino que los auia comenzado el à fundar, luego que passò à Africa año 389.* Hæc ille.

[a] Tom. 7. Historiæ Benedictinæ centuria 7. fol. 20.

Vide etiam Iuonem parte 7. capite 1. & codices meos, pag. 1069.

[b] 1. parte Historiæ Ecclesiasticæ Mediolanensis.

[c] Tom. 4. Annal. anno 393. num. 48.

[d] Fol. 145.

[e] In suo Cronico vniuersal, ledito Matriti, anno 1624. parte 1. huius operis, in Sumario illius, fol 114. pag. 2.

Cœterum successu temporis Eremitæ S. August. pro vilitate vestium, & prouinciarum commoditate eum tantum obseruatunt, quem daret in velleribus natura colorem, vel in albedinem, vel in nigredinem propendentem. Vnde author vitæ S. Fulgētij, cap. 18. sic ait. *Casulam pretiosam, vel superbi coloris, nec ipse habuit, nec Monachos habere permisit; subtus casulam nigello, vel lactineo pallio circumdatus incessit.* Ad quæ verba sic addit Baron.[f] *Hæc Author; quibus & vides nullam apud eos discriminationem fuisse colorum, num albo, vel nigro pallio vterentur, dummodò quem exhiberet in velleribus natura colorem, absque delectu eum in vestibus vsu retinerent.* Eundem vsum in Hibernia seruauerat S. Patritius à temporibus ipsius parentis Augustini, vsus etiam casula, monastico indumento, sicut & Fulgentius, eumque secuti monachi Hiberni; vt enim refert Goccelinus.[g] *Monachi in Hibernia S. Patritij sequendo vestigia, per multa temporum volumina, habitu simplici contenti erant, quem ouium ministrabat lana, qualibet extrinseca tintura remota.* Patritium autem sub Augustiniana regula vixisse, docent Goccelinus (si benè citatur[h]) Volaterranus,[i] Ioannes Trullus,[k] & M. Marquez.[l] 13

[f] Tom. 6. anno 504.

[g] In vita S. Patritij, cap. 8.

D. Patritius vixit sub regula Augustiniana.

[h] Vbi supra, cap. 116.

[i] Lib. 21. Antropologiæ.

[k] Rosary ordo S. Augustinus Afer.

Sanctum autem Patricium Monastica casula indutum fuisse, constat ex Beda,[m] vbi ait: *Patritius dixit; non sic erit vt tu vis; sed ibis in ignem; & vnus ex pueris meis, ibit tecum in separatam, & clausam domum, & meum apud se, & tuum apud meum puerum erit vestimentum, sicque simul incēdemini, & iudicabimini in conspectu altissimi. His verbis iure Dei cōsensit Magus; & ædificata est eis domus dimidia ex materia viridi, & dimidia ex arida, missusque est magus in partē dom.⁹ viridē cū casula Patritij, & vnus è pueris patritij, Beneneus nomine, cū veste Magica in partē domus aridā. Conclusa itaq; domus extrinsecus, corā omni turba incēsa est ex omni parte; orāteq; B. Patritio factū est eadē hora, vt cōsumeret flāma ignis Magum cum viridi parte* 14

[l] Lib. 1. de ordine Canonico, c. 5. nu. 2.

[m] Cap. 13. §. 5. pag. 284.

D. Patritius Monastica casula se induit.

domus

domus, Patritij casula permanente intacta, &c. Et lib. 2. non multò ante finem. *His dictis manum de manica extulit, &c.* Habebat ergo vestis illa manicas, ex quibus manus extrahi possent; hoc autem proprium est vestium Monachorum. Quid autem sit casula, constat primò ex B. Isidoro,[a] vbi ait: *Casula est vestis cucullata, dicta per diminutionem à casa, quòd totum hominem tegat, quasi minor casa, vnde & cuculla, quasi minor cella.* Secundò ex Theodemaro Abbate Cassinensi in Epistola ad Carol. Mag. quam adducit Iacobus Breeel ad finem Historiæ Cassinens. impressa simul cum Historia Aimonij; & ex illo transcripsit Mag. Fr. Anton. Iepes,[b] ibi Theodemarus. *Sanè quia per à contari dignati estis, quod vestimentum cuculla habeat intelligi; cucullam nos esse dicimus, quam alio nomine casulam vocamus; illud autem in dumeatum, quod à Gallicanis Monachis cuculla dicitur, nos cappam vocamus. Quod proprium Monachorum designat habitum, melosem appellare debemus, sicut hactenùs in hac Prouincia à quibusdam vocatur.*

Quid sit casula.

a Lib. 19. Ethimol. cap. 24.

b Tom. 1. Historiæ Benedictinæ in appendice, fol. 23. pag. 2. scriptura 16.

15 Nec mirum est, quòd Augustiniani Monachi nigro, vel albo colore vsi sunt; quia licèt B. Augustinus, nigro colore vsus sit, tamen neque colorem, neque aliud genus tegumenti præscripsit, nisi tunicam cum caputio, & cingulum coriaceum. Simile quid accidit D. Benedicto. Audiamus M. Iepes in Historia Benedictina,[c] vbi sub nomine Cluniacensium, sic ait: *Et siquidem S. Benedictus portauit habitum nigrum; quod nec Patres Cistercienses negans, nec potest in dubium verti, vt ego probaui, anno 523. Certum est, inquiunt, quòd qui sequimur eius exempla, & regulam, eum imitaturi sumus, & induturi nos habitu nigro, sicut ille se induit. Hoc punctum extendi loco allegato, & probant, quòd semper apparebat S. Benedictus in habitu nigro, & quòd in imaginationibus, & figuris illius, quæ inueniuntur in Monte Cassino, & in conuentibus antiquis, semper vestitus est nigris.* (Nota hæc fundamenta ex reuelationibus, & picturis; ex eisdem enim nos quoque probabimus, Augustinum indutum fuisse habitu Monachali, eoque nigro.) Et nihilominùs in regula non præscripsit suis Monachis, an albo, vel nigro colore vterentur, vt optimè obseruat Iepes,[d] ibi. *In eo quòd attinet ad colorem, nihil reliquit determinatum in sua regula; sed quòd indifferenter in vsu esse possit, color niger, albus, pardus, & griseus, & alij colores, qui sunt decentes & Monastici.* Et fol. 37. pag. 2. sic ait de Cisterciensibus; *sic vsi sunt verbis regula, vt inter seipsos rigorem non habuerint; in portando hunc, vel illum colorem; & variauerunt in cucullis albis, nigris, & griseis.* Et statim. *Hác indifferentiam in vestibus etiam habuerunt Monachi congregationis S. Benedicti Vallisoletani, in qua multo tempore Monachi vtebantur tunicis,* (Hispanicè saias) *griseis, vel burdis.* (Hispanicè, leonadas, ò de Buriel.

Nec D. Augustinus, nec D. Benedictus colorem habitus præscripserunt.

c Tom 7. Centur 7. an 1099 cap. 4. fol. 19. pag. 2.

d Vbi supra anno 1148. fol. 391. pag. 2 & anno 1099. cap. 1. fol. 23. pag. 2. & tom. 2. anno 523. c. 3. fol. 36.

Id autem potuerunt Cistercienses, & Benedictini facere, quia S. Benedictus in regula cap. 55. sic ait: *De quarum rerum omnium colore, aut grossitudine, non causentur Monachi; sed quales inueniri possint in Prouincia, quâ habitant, aut quòd facilius comparari potest.* Quinimò & Theodemarus,[e] sic habet. *De genere tegumenti nihil B. Benedictus in suo textu regula loquutus est, ob hoc scilicet, vt conijcere possumus, quia diuerso modo hoc videt à plerisque Monachis vti tegumento. Nam Gallicani Monachi hoc laxiùs, & prolixiùs induuntur; Itali verò Monachi, sicut nostris, breuiùs & strictiùs, huiusce modi vestimentum habent; Græci verò propter operimentum capitis melicam tantum ante pectus, & à dorso dependens; transmarini autem Monachi huiusmodi operimentum pelliceum habent. Ergo quia B. Benedictus, vidit Monachos tantam in hoc indumento diuersitatem habere, vnicuique Monachorum, quid ex his potius eligere vellet, proprio arbitrio dereliquit.* Idem agnouit Constantinus Caietanus Benedictinus, in notis ad opusculum 21. B. Petri Damiani, vbi supra citatum textum adducit, sic inquiens. *Quamuis verò S. P. Benedictus cum Monachis in veste nigra incederet, generatim tamen hac præcipit: de quarum rerum omnium colore, aut grossitudine non causentur Monachi, sed quales inueniri possint in Prouincia, in qua habitant. Vnde Paulus Diaconus Cassinens.* (*super cap. 55. regula S. Benedicti MS.*) *apposite hunc locum ita explicat. Non debent Monachi causari, si pedules albi fuerint, & tunica fusca, idest, si pedules alterius coloris fuerint; & alterius, tunica; atque alterius, cuculla:* & Ferriolus, (Smaragdo Abbate referente in cap. 55. regulæ S. Bened.) *colorem etiam,* inquit, *nimis albus, vel nimis rufum, per quem sæpe species corporis ad perniciem suam videntibus, commendatur, vitene.* Hæc Ferriolus, qui quasi ex consilio eiusmodi Monachos admonebat. 16

e In Epistola citata ad Carol. Magn.

Neque solus B. Benedictus non determinauit colorem, & aliquas qualitates vestiū; sed etiam B. Franciscus, licèt ipse portauerit habitum determinati coloris, & determinatarum qualitatum. Sic enim ait Clem. V. lib. 5. Clementinarum tit. 15. de verborum significatione. in Clementina, *Exiui de Paradiso,* ibi: *Vilitatem autem vestium, tam habitus, quàm interiorum tunicarum illam intelligi*

17 D. Franciscus non determinauit habitus colorem.

telligi debere dicimus, quæ secundùm consuetudinem, vel conditionem patriæ, debeat quantum ad colorem panni, & pretium vilitas meritò reputari. Non enim quoad regiones omnes potest determinatus vnus modus in talibus assignari. In Ioann. 22. in Extrau. *Quorundam*, de verborū signific. tit. 14. sic inquit. *Declaramus, & dicimus, quòd cùm (sicut prætangitur) dicatur in Regula, quòd fratres omnes vilibus vestimentis induantur, & cùm vilitatē huiusmodi vestium, tam habitus, quàm interiorum tunicarum, illam præfatus Clemens intelligi debere decreuit, quæ secundùm consuetudinem, vel conditionem patriæ debeat quantùm ad colorem panni, & pretium vilitas meritò reputari; Nosque nihilominùs Præfatorum Ministrorum, Custodum, & Guardianorum iudicio, præsentium authoritate committimus, determinare videlicet, arbitrari, atq; præcipere, cuius longitudinis, & latitudinis, grossitiei, & subtilitatis, formæ, siuè figura atque similium accidentium esse debent, tàm habitus, ipsorumque caputia, quàm interiores tunicæ, quibus Fratres omnes Minores dicti ordinis induuntur*; Sic ergo, licèt Augustinus vsus fuerit nigra veste Monastica, tamen suis Monachis non præscripsit colorem, neque aliqua accidentia, quæ decursu temporis in varias consuetudines abierunt.

18 Ex his facilè dissolues omnia, quæ Pennotus congessit,[a] contra id, quòd Marquez asseruit,[b] nempe D. August. in fundatione ordinis Eremitici minimè colorem habitus determinauisse. Duplicitèr enim potest ordinis fundator determinare colorem habitus; primò, vtendo illo; & hoc modo Augustinus, & Benedictus determinauerunt colorem nigrū; & in hoc sensu dixerunt Iordanus, & Antoninus, quòd Sedes Apostolica habitum per S. Augustinum dudum determinatum declarauit. Secundò, præcipiendo illum; & hoc modo neque Augustinus, siuè pro Eremitis, siuè pro Canonicis, neque Benedictus, neque Franciscus præceperunt determinatè aliquem colorem; & ex defectu huius præcepti, tàm in Augustiniano, quàm in Benedictino, & Franciscano orta est aliquando diuersitas in colore, & in aliquibus accidentibus; licèt primis temporibus conseruaretur vniformitas vsu, & consuetudine; & sicut licèt B. Benedictus portauerit colorem nigrum, tamen ad eum suos Monachos non astrinxit; sic & Augustinus, sicut & Franciscus; vnde falsò Pennotus, vbi supra num. 2. pag. 74. ait. *Nec vllus author, aut fundator ordinis hactenus inuentus est, qui colorem habitus essentialis eiusdem ordinis in electione suorum discipulorum reliquerit, vt vel nigro, vel albo, pro eorum libito vterentur.* Falsò inquam Pennotus hæc addit, quia & Benedictus, & Franciscus colorem habitus essentialis non determinauerunt; addo neque Augustinus determinauit colorē Birri, quæ illi est vestis Canonicorum; vel dicat Pennotus, vbi Augustinus colorem Birri determinauerit, & vtrum etiam modò sit eiusdem coloris, & formæ in omnibus Canonicis Regularibus.

Colligitur solutio obiectionum Pennoti.

[a] Lib. 1. cap. 26 pag. 73.

[b] Cap. 4. § 3.

S. Augustinus colorem Birri Canonicis non determinauit.

19 Ex defectu ergo determinationis coloris, & aliquorum accidentium habitus Augustiniani, ortum est, vt variè Congregationes Eremitarum S. Augustini in colore, & aliquibus accidentalibus differrent; hinc habet verum, quod Iordanus, & Antoninus scripserunt, dubitatum fuisse tempore vnionis, quis esset verus habitus Augustinianorum, & Sedem Apostolicam aspiciētem ad primariam ordinis Originem, habitum per S. Augustinum determinatū, nempe vsu; non præcepto, illis declarauisse, scilicet in vnione Generali an. 1256. cùm tamen ante eam Gregorius IX. anno 1240. in eorum optione reliquisset, vt colorem album, vel nigrum, sibi determinarent.

Vnde orta sit dubitatio de vero colore habitus inter Congregationes Augustinianas.

20 Fulgentij etiam habitus omninò conuenit, cum habitu Augustiniano quoad essentialia: color enim naturalis lanæ, quo vtebatur Fulgentius, erat color essentialis habitui Augustiniano, licèt modò ex præcepto Ecclesiæ determinatus sit ad nigrū. Vestimenta etiam Fulgentij maximè conueniunt cum habitu nostro, vt dicemus circa tertium testimonium. Neque oportet habitum Monasticum esse omninò determinatum quoad vnum colorem, & quoad materiam, & formam, vt constat ex dictis de ordine S. Benedicti, & S. Francisci, licèt enim debeat ab indumentis aliorum ordinem distingui, tamen potest stare hæc distinctio, sinè determinatione vnius solius coloris, & vnus materiæ, & vnius formæ, vt patet ex dictis.

Habitus D. Fulgentij quoad substantialia conuenit cū habitu Augustiniano.

21 Hinc etiam fit, quòd Eremitæ Bictrinenses, non statim obedierint, sed supplicauerint, & appellauerint à precepto Greg. IX. quia cùm non differrent in essentialibus, à vero habitu S. Augustini, volebant in vsu, & consuetudine pristina conseruari, licèt malè vellent potiùs relinquere corrigiam, quàm colorem habitus.

22 Hinc colliges, quàm conformiter ad pristinam institutionem, & vsum retinuerint habitum Augustinianum Congregationes

Conformiter ad primā institutionē retin...

tiones

nuisse habitũ Augustinianũ congregatio nes Guillelmi tarum, Fratrũ Eremitarum, S. Ioannis Boni, S. Augustini, & Brictinẽsium ostendi tur.

gationes Guillelmitarum, Fratrum Eremitarum S. Ioannis Boni, & S. Augustini, & Brictinensium; de Guillelmitis constat ex Bulla Innoc. IV. data Lugduni Nonas Ianuarij anno 6. Pontific. atque adeò anno Christi 1249. quam ex Sampsone Haio,[a] refert M. Marquez,[b] ibi Pontifex. *Cum igitur dilecti filij Prior, & Fratres Eremitarum in partibus Alemaniæ ordinis S. Guillelmi, vestiti laneis cucullis, & curtis vsque ad canillam, seu iuncturam pedis, cum manicis benè latis, & longis nullo alio super induto colore, nisi quem secum lana earum causa materiæ primordialis ipsa contraxit, latis quoque circumcincti corrigijs, desuper cum congruis religioni cultellis, & baculos deferentes in manibus, & calceati incedere teneantur secundùm sui ordinis instituta.*

a Lib. de veritate vitæ, & ordinis D. Guillelmi, pagina 72.
b Cap. 13. § 13 pag. 232.

23 De Eremitis S. Ioannis Boni constat ex Bulla Greg. IX. (extat in Archiuo Romano num. 5. & apud Empoli, pag. 126. constit. 5. Greg. IX.) data Laterani 9. Cal. Aprilis ann. 14. Pontific. atque adeò Christi 1240. quam affert Marquez, cap. 3. in principio, pag. 16. ibi: *Dudum apparuit in partibus Lombardiæ religio, cuius professores vocati Eremitæ, Fr. Ioannis Boni ordinis S. August. nunc succincti tunicas cum corrigijs, baculos gestantes in manibus, nunc verò dimissis baculis incedebant, pecuniam pro eleemosynis, alijsque subsidijs deposcentes.* Et infra. *Ad vtrorumque quietem prouidimus statuendum, vt prior, & vniuersi, ac singuli fratres prædicti ordinis S. August. in exterioribus vestimentis, quæ albi, vel nigri debebant* (ita legit Marquez, & petit ipse contextus. At verò Vuadingus,[c] & Ludouicus de Angelis,[d] in simili Bulla Alexandri IV. legunt, *debeat*, quod tamen contextui non quadrat, vt legenti, & intelligenti patet. *Esse coloris; quorum altero, videlicet nigro, iam electo ab eis, ipsos volumus manere contentos, largas, & protensas manicas, quasi ad instar cucullarum, & desuper ipsa ferant amplas corrigias, & patenter omnibus apparentes, ita quòd omnes cincti de foris eas vestibus nequaquam contegant, & portantes in manibus baculos quinque palmorum grandium, ac expressè in eleemosynarum petitione, cuius sint ordinis declarantes, adeò suarum vestium longitudinem temperent, quòd de quibusque ipsorum calceamenta liberè videantur.* Eadem de verbo ad verbũ habet Alexand. IV. in quadam Bulla, quam adduxit Vuadingus,[e] data Laterani 8. Cal. Martij ante vnionem generalem ordinis, anno 2. Pontific. & idem Alex. in alia Bulla ad Archiepiscop. & Episcop. Lombardiæ, Thusciæ, &c. data Anagniæ 8. Cal. Iulij anno 2. Pontificatus, atque adeò Christi 1256. post generalem ordinis vnionem, transcripta à Marquez,[f] & Vuadingo,[g] qui refert illam datam 15. Cal. Iulij; & idem Alexander in alia Bulla data Anagniæ Idibus Octobr. anno 2. quam adduxit Marquez,[h] vbi loquens de toto ordine iam vnito, sic loquitur, ad Episcopos Alexander. *Ex tunc verò ipsos tantummodò ad assumendam, & deferendum cucullas nigras omninò, cinctas, vel non cinctas, non ad aliqua alia compellatis.* Hæ duæ vltimæ Bullæ extant in Archiuo nostro Romano, num. 21. & apud Empoli, pag. 21.

c In suo apologetico, § 4. nu. 3. pag. 43.
d De vita, & laudibus D. Augustini, libro 4. cap 24. fol. 325. an
e § 4. nu. 14. pag 53.
f Cap. 4 § 9. pag. 10.
g § 4 nu. 16. pag. 56.
h Vbi supra, pag 51.

De Eremitis verò S. Aug. (de quibus extat in Archiuo Romano ordinis, num. 9. & 24
apud Empoli in Bullario, pag. 12. Constitutio. 9. Alexandri IV. qui Bullam Innocentij confirmauit die 15. Iulij anno 1255. data Laterani 15. Cal. Martij anno 11. Pontific. atque adeò 15. Februarij anno 1254. in qua Innocentius approbauit Constitutiones Eremitarum Thusciæ ordinis S. August. factas de consilio Cardinal. Richardi, & Abbatum Cisterciensium de Tallera, & Fossæ nouæ; & huius Constitutionis meminisse videtur Coriolanus,[i]) patet ex determinatione Richardi Anibaldensis Cardinal. S. Angeli, & Protectoris, quam habet Vuadingus,[k] & ferè totam adduxerat Ludouicus de Angelis,[l] data Assisij 9. Cal. Iulij anno 11. Pontific. atque adeò Christi 1253. nouem diebus post determinationem Richardi Card. ibi: *Vndè habita consilio quorundam fratrum vestrorum discretorum, tenore præsentium duximus statuendum, quòd fratres vestri ordinis professi, deferant cucullas nigras, prout haberi poterunt in cuiuslibet Prouincia, tamen non tinctas, vel accidentaliter coloratas, desuper corrigijs cinctas, & in manu crocias,* (ita vocat baculos) *in quarum superiori parte non sit tornum lignulum sed directum.*

i In Chronico, pag. 47.
k § 4. nu. 12. pag 51.
l De vita, & laudibus D. Augustini, libro 4. cap. 24. fol. 326.

De Brictinensibus liquet ex eorum Con- 25
stitutionibus à Gregor. IX. Perusij 3. Idus Martij anno 8. Pontificatus, atque adeò Christi 1235. approbatis, quas adduxit Marquez, cap. 14. §. 3. pag. 260. & habentur originaliter in Archiuo nostro Romano, nu. 3. & apud Empuli in Bullario, pag. 123. ibi Pontifex. *Laudabiliter statuistis, vt fratres vestri ordinis, de colore, seu valore vestium minimè contendentes, semper in eis vilitatem obseruent, & quatuor tunicis, vna cuculla, & duobus scapularijs sint contenti. Item quilibet frater cingatur desuper ampla corrigia, non consuta, & illa contentus existat.* Sic ergo omnes hæ congregationes, licèt in accidentibus differre pareant, tamen essentiam coloris, & habitus Augustiniani conseruarunt, nempe tunicam,

cam, siuè cucullam, scilicet cum caputio & corrigiam, colorem autem naturalem lanæ, siuè in album, siuè in nigrum inclinantem.

26 Tertium testimonium in fauorem habitus Eremitarum S. Augustini est authoris vitæ S. Fulgentij Episcopi Ruspensis, cap. 18 quæ extat apud Surium die 1. Ianuarij, & in principio operum eiusdem sancti editionis Lugdunensis anno 1622. apud Claudium Landij, ibi. *Vna tantum vilissima tunica, siuè per æstatem, siuè per hyemem, patienter indutus. Orario quidem, sicut omnes Episcopi, non quam vtebatur, pelliceo cingulo tanquam Monachus vtebatur; sic studio humilitatis ambitionem vestium fugiebat, vt nec ipsa calceamenta suscipiens Clericorum, aut vltimis caligis in tempore hyemis, aut caligulis in tempore æstatis vteretur. Intra Monasterium, sanè interdum soleas, accipiebat, frequenter nudis pedibus ambulabat.* Et infra. *In qua tunica dormiebat, in ipsa sacrificabat.*

Tertium testimonium pro habitu Eremitarum S. Augustini.
Circa an. 520.

27 At S. Fulgentium fuisse Eremitam Augustinianum (præterquam quòd ex concessione Summorum Pontificum, de illo vt de Monacho Augustiniano Diuinum Officium celebramus) tradidere testes nō domestici, neque infimæ notæ, nempe Ioannes Molanus, [a] P. Fr. Antonius Iepes, [b] Gaspar Escolanus, [c] & vnus instar omnium Illustrissimus Cardinal. Baron. [d] qui sic habet: *Sed vnde huiusmodi, quam refert, Monastica institutio fluxit in Africam? Si rectè memoria tenes, non ab alio, quàm à S. Aug. qui eandem ex Romana, & Mediolanen. Ecclesia primitùs munitatus in Africam inuexit, atque latissimè propagauit; vt planè intelligas, quam S. Fulgentius est professus monasticam regulam, ab ipso S. Augustino deriuasse; diuersisque ordinis ab eo institutas fuisse classes, alterum nempe, qui in Ciuitatibus degentes Clerici cùm essent, vnà simul degentes cœnobitica Monachorum instituta seruarent, quibus cum idem factus Episcopus habitauit: aliorum verò, qui procul à Ciuitatibus degentes, eius essent vita, atque vestitus, cuius hic vides Fulgentium esse cultorem; nempe vna induti tunica, eademque pellicea zona constricta, quam nec soluerent dormituri.*

Testes extranei asserentes D. Fulgentiū fuisse Eremitam Augustinianum.
a Lib. 1. de Canonicis Regularibus. c. 8.
b To. 3. Chronicorum anno 725.
c Lib. 9. Historiæ Valentinæ, c. 20. nu. 2
d Tom. 6. Annal. ann. Christi 504.

28 Sed respondet Pennotus, [a] Fulgentium, neque Augustini discipulum fuisse, quia Augustinus obijt anno 430. vel 431. & Fulgentius suam ætatem produxit, vsque ad ann. 517. & ampliùs; neque Augustini habitum gestasse, quia Augustinus Birrum, & tunicam lineam, & cœtera suis Clericis communia indumenta portauit, vt constat ex serm. 2. de communi vita Clericorum; Fulgentius autem non sic induebatur; & his addit. Primò Pennotus se valdè mirari Baronium tam asseueranter id affirmare, cùm tamen suæ assertionis nullam etiam leuissimam coniecturam producat. Secūdò esto is fuisset Augustini habitus, quem Fulgentius sectabat, quæ causa est venerabilibus Eremitis pro huiusmodi habitu tantoperè tumultuari, cùm Fulgentij habitus ab eo, quem ipsi nunc gerunt, toto cœlo distet.

Responsio Pennoti.
a Lib. 1. c. 40. nu. 3. pag. 125

Verùm hæc responsio Pennoti, plura continet, vel superflua, vel falsa. Primò, quia nemo dixit B. Fulgentium fuisse Augustini discipulum: quia ab illo in viuis agente didicerit; sed quia eius vestigia, & viuendi normam imitatus est. Vnde inutiliter probat latè Fulgentium esse non potuisse Augustini discipulum: quia diuersis temporibus vixerunt. Secūdò, quia quamuis demus Augustinum in Episcopatu portasse Birrum, & lineā tunicam, nihilominùs non sequitur, quòd habitus Fulgentij non sit idem, cum habitu quem Augustinus portauit tempore Presbyterij, vel saltem ante presbyterium. Deinde, quia Birrus, & tunica linea tēpore Augustini non erant indumenta propria Clericorum religiosorum; sed communia omnibus Clericis, quibus vtebantur, dum in Ecclesia diuinis interessent, sicut modo similibus indumētis vtuntur Canonici Ecclesiarum Cathedralium. Erant ergo indumenta propria Clericorum pro diuinis agēdis, siuè ij Clerici essent Regulares Canonici, siuè Monachi, siuè sæculares. Et hinc erat, quod Augustinus ait: serm. 2. de communi vita Cler. de Birro, & tunica linea loquens: *Si quis meliorem dederit, vendo, quod & facere soleo, vt quando vestis non potest esse communis, pretium sit commune.* Non posset autem vendere, nisi ea veste vterentur etiam alij Clerici sæculares, quibus vendi poterat; religiosis enim suis non poterat. 29

Impugnatur, & falsa conuincere apertuur.

Birrus, & tunica linea tempore Augustini non erant indumenta propria Clericorum Regularium, sed comunia omnibus Clericis

Ad id autem, quòd primò addit, duo dico. Primum est, pro nostra parte habemus Card. Baron. qui eam asseueranter affirmat, vt fatetur ipse Pennotus. Secundum est. Magis ego miror Pennotum asserere, quòd Baronius nullam suæ assertionis etiam leuissimam coniecturam produxerit; Baronius enim loco allegato, inde probat Fulgentium fuisse Monachum Augustinianum, quia Monachismus Africæ, vt ipse probauerat, fuerat ab Augustino ex Ecclesia Mediolanensi, & Romana inductus, vnde à Petiliano appellatus fuit institutor 30

tutor Monachorum, vel vitæ monasticæ Monachorum, vt Augustinus tradit. 3. cõtra literas Petiliani, cap. 40. Hæc autem cõiectura est, neq; leuissima, sed satis efficax.

31 Ad id, quod secundò addit, dico etiam duo. Primum est. Eremitæ Augustinani nõ tumultuantur pro habitu D. Fulgentij, sed ex illo religiosè desumunt argumentum ad conuincendam antiquitatem sui habitus: Secundum est. Habitus B. Fulgentij ab eo, quem nunc gerimus, non distat toto coelo: imò maximè congruit cum nostro, hoc excepto, quòd modo vti non possumus colore albo, vel nigro, sed determinatè vti debemus, colore nigro, quòd autem in alijs ille habitus conueniat cum nostro, sic ostendo. Habitus Fulgentij constabat quatuor rebus, casula, & subtus casulam pallio, & suptus pallium tunica vilissima, quæ præcingebatur cingulo pelliceo. Nos autem modo induimur cappa (quam Hispanicè dicimus manto) veluti casula, seu cuculla; cuculla enim apud Monachos Gallicanos, vt supra retulimus ex Theodemaro ad Carolum Magnum, idem erat quod apud Italos cappa; (vel dicendum casulam fuisse indumentum Monachi iã facti Clerici, vt tradit Angeles,[a] sic explicans illud Isidori lib. 1. officior. cap. 16. *Planeta, sivè casula, non est fas vti Monachis*; & hæc explicatio congruit authori vitæ S. Fulgẽtij, cap. 18. ibi: *Casulam pretiosam, vel superbi coloris &c.*) Et subtus cappam caputio, quod correspondet pallio Africano, quod erat veluti mozzeta Canonicorum; & subtus caputium induimur tunica; (quam Hispanicè dicimus, saia) eamque præcingimus corrigia. Quid similiùs, & congruentiùs? & hinc facillimè dissolues omnia, quæ in contrarium habet Pennotus.[b] Adde, huic explicationi quadrare ea, quæ Hieron. ait in vita Hilarionis; *Omnes diuitias suas ei relinquens, Euangelium scilicet, & tunicam laneam, cucullam, & palliolum*, vbi nomine Pallioli, videtur intelligi caputium, & nomine cucullæ cappa, & nomine tunicæ ea vestis, quam præcingimus corrigia. Et quòd nomine Pallij intelligatur caputium, clarè constat ex Cassiano, lib. 1. c. 7. ibi. *Post hæc angusto pallio, tam amictus humilitatem, quàm vilitatem pretij, compendiumque sectantes, colla pariter, atque humeros tegunt &c. ita planetarum atque birrorum pretia simul, ambitionemque declinant.*

Habitus D. Fulgentij nõ distat ab eo quem nunc gerunt Eremitæ Augustiniani.

[a] Lib. 4. de vita, & laudibus August. cap. 15 fol 85. pag. 1.

[b] Lib. 1. capit. 16. num 4.

32 Quartum testimonium est Abbatis Ioachimi,[c] vbi ea verba habet, quæ teste D. Antonino.[d] Quidam Religiosus Augustinianus in quodam opere citabat: is est Hẽricus de Vrimaria in Tractat. de Origine Eremit. S. August. ab eoque ibi adduci testatur Fr. Franciscus Biuarius Cisterciens.[e] verba apud Antoninum, sic referuntur: *Quidam religiosus dicti ordinis* (scilicet Eremit. S. August.) *Sic scribit: Reuelatum fuit prophetico spiritu Abbati Ioachim, qui sic in expositione super Apocalypsim scripsit, de Fratribus ordinis S. August. surget ordo, qui videtur nouus, & non est, induent nigris vestibus, & desuper zona: Hi crescent, & fama eorum diuulgabitur, & prædicabunt fidem, quam & defendent vsque ad mundi consummationem in spiritu Eliæ Prophetæ. Qui ordo Eremitarum æmulantium vitam Angelorum. Quorum vita erit quasi ignis ardens in amore, & zelo Dei, ad comburendum tribulos & spinas, hoc est ad consummandum perniciosam vitam prauorum: ne mali ampliùs abutantur patientia Dei.* Vnde noster Syluester Meuçius de Castilione Aretino, cuius opera & studio typis mandatus est Abbas Ioachim in Apocalypsim, Venetijs die 18. Martij, anno 1527. in Epistola dedicatoria ad Ægidiũ nostrum Viterbiensem Cardinalem scripta Venetijs in loco insulari D. Christophori à Pace, Cal. Februarij an. 1527. post adductum testimonium Abbatis, sic subdit. *Idemque quoque memorans Dominus Vlricus* (debet dicere Henricus) *de Vrimaria, & ipse nostræ religionis Doctor egregius, in tractatu de ipsius ordinis Origine, adiecit.* Et quia virtute radicis rami in altum, & longum naturaliter producuntur, ideo virtute institutoris, ac fundatoris, aliorumque successorum, qui fuerunt sanctitatis eximiæ, ac huius ordinis primarij fundatores, verisimiliter præsumendum est, quòd super eorum filios, & posteros per Diuinam clementiam benedictio copiosa descendet. *Hæc ille. Ipse enim ordo à parente nostro B. Augustino fundatus extitit, à quo regulam, viuendique formam accepit, nec in dubium verti potest. Quòd & idem Ioachim hic in parte prohæmiali testatur dicens.* Ordo Eremitarum fundatus fuit à B. Augustino in Africa. Hæc Syluester. Testimonium autem Ioachimi in parte prohæmiali habetur in introductorio in Apocalypsim, cap. 20. & est huiusmodi. *Quartus ordo institutus est in Africa à B. Augustino; & ipse designatus est in Iuda; quo videlicet tempore etiam sacris virginibus qualiter viuerent in Ecclesia Christi, tam ipse Augustinus, quàm Ambrosius, & Hieronymus, qui coseniores erant tempore, libros doctrinæ morum lucidos tradidisse noscuntur.* An verò hic ordo ab Augustino institutus in Africa esset Eremitarũ, vel Canonicorũ, Ioachimus

Quartum testimoniũ pro habitu Eremitarum S. Augustini.

[c] p. Expositionis in Apocalypsim, textu 11. cap. 14.

[d] 3. p. tit. 14. cap. 14. tex 13. dist. 7. fol 176 pag. 1.

[e] 3. p. tit. 24. c. 14. fol. 854. pagina 2.

[e] In Apologetico contra Pennot. §. 6. pag 412.

non

non amplius expressit; innuit tamen se de Eremitis agere; tum quia subdidit institutionem Canonicorum Regularium; tum quia agit de ordine instituto ab Augustino; at Augustinus non instituit, sed restituit, & reformauit ordinem Canonicorum Regularium.

33 Sed respondet Pennotus plura: primum est, a in his verbis nihil omninò de Augustino, sed neque de ordine Eremitarum, qui tunc est, necessariò intelligi debet. Quis enim scit an hæc prophetia, vsque in hanc diem impleta fuerit? Secundum, quia potuit de Guillelmitis Eremitis, aut Iambonitis loqui, post quos exortos prophetauit, cùm vixerit paulò ante Concil. Lateranense circa ann. 1200. Tertium est, quod licèt ordo Eremitarum in genere sumptus longè ante Concilium Lateranense fuerit institutus, ante quod etiam ordines D. Guillelmi, & Fr. Ioannis Boni fuerunt instituti, tamen non sequitur ante dictum Concil. fuisse institutum ordinem, qui nunc dicitur Eremitarum D. Augusti. Quartum est, Abbas Ioachimus, malè audit ab Antonino, 2. p. tit. 17. cap. 1. §. 12. (quem Marquez, cap. 20. §. 1. numerat inter Authores; qui Abbatem Ioachimum, vt veridicum Prophetam, suscipiunt ac venerantur) à Card. Bellarmino, & Ioanne Trithemio in lib. de Scriptoribus Ecclesi. in Ioachimo; à Card. Baronio tomo 12. anno 1164. ab Alphonso de Castro, aduersus hæreses, verbo, *Apostoli*, hæresi. 1. & quidam eius libellus contra Petrum Lombardum damnatus est in Concilio Lateranensi, & refertur in C. *Damnamus*, de Summa Trinitate, & Fide Catholica.

Obiecta Pennoti *a Lib. 1. cap. 31. num. 1. & 2. pag. 167.*

34 Ad primum Pennoti responsio. Tunc vaticinationes censeri impletas, quando res existentes congruunt prophetiæ: at in præsenti res ipsæ cõgruunt prophetiæ. Surrexit enim ordo Eremitarum S. Augustini qui videbatur nouus, & non erat nouus, quia ab Augustino descenderat; & qui nigris vestibus induitur, desuper zona præcinctus. Quid clariùs, vt prophetia hæc de ordine Eremitarum S. Augustini, licèt de Augustino nihil exprimat, intelligatur? & ita illam intellexerunt, religiosus ille Augustinianus, quem Antoninus non improbat, b & sequitur Antonius Possiuinus tomo 1. verbo, *Ioachimus Abbas*; & P. Franciscus Biuar Cisterciensis c vbi ait: *Velit nolit Pennotus, manifesta est prophetia Eremitarum S. Augustini.* Fallitur tamen, quatenus innuit Eremitas S. August. post illam prophetiam, fuisse eo habitu, & cingulo donatos; is enim habitus à temporibus Augustini est Eremitarum Augustinianorum, vt probabimus in hoc puncto vnico; sed ita oportebat asserere, ne in aliquo aduersaretur R. P. Fr. Lucæ Vuadingo sibi amicissimo, cuius consilio, & iudicio se adiutum fuisse ipse fatetur. d

Responsio ad primum. *b 3. parte 4. tit. ... §. 1.* *c In Apologetico cap. 1. ... not. ... 1627. §. 6. pag. ...*

d In Apologia Chronici Flauii Dextri § ...

35 Ad secundum respondeo prophetiam, non congruere Guillelmitis, aut Iambonitis, nisi prout in vnione generali effecerunt vnum corpus cum ordine Eremitarum S. August. tunc enim verificatur, quòd surrexerit ordo nouus, nouitate augmenti, & inhabitationis in Ciuitatibus, qui tamen non erat nouus propter antiquitatem institutionis ab Augustino. Cæterùm de Guillelmitis, aut Iambonitis per se sumptis, verificari nequit. De Guillelmitis probatur ad hominem, & ad rem. Ad hominem, quia, vt benè aduertit P. Biuar, vbi supra, ipse Pennotus, e sic ait. *Patet quòd habitus Eremitarum D. Guillermi longè diuersus erat, tum ex Eremitis dicti ordinis, qui cum illo habitu permanserunt, qui non erat cuculla nigra sed tunica alba, cum mantello albo, vnde & vocati sunt, mantelli albi*: Quomodo ergo dicere potest de iis verificatam esse prophetiam, quæ prædicit Eremitas indutos tunica nigra, nigris vestibus desuper zona præcinctis? Tã consequenter loquitur, qui pro voluntate potiùs, quàm pro intellectu loquitur. Ad rem verò, quia de ordine Guillelmitarum, qui circa annum 1156. surrexerat; verificari non potuit post prophetiam Ioachim, quòd surgeret, & videretur nouus, cum non esset nouus. Audiat Pennotus quãdo, & quomodò id accidit ordini Guillelmitarum prout separato ab ordine Eremitarum S. Augustini? De Iambonitis verò clarè ostenditur. Qua enim ratione de illo prout separato à corpore Eremitarum S. Augustini dici potuit, quòd licèt videretur nouus, non tamen erat nouus, si incepit post annum 1200? verificatur ergo prophetia de ordine Eremitarum S. August. prout vnito tempore Innocentij IV. & Alexandri IV. tunc enim surrexit in nouum splendorem, & licèt videretur nouus propter inhabitationem Ciuitatum; non tamen erat nouus propter antiquitatem institutionis factæ ab Augustino.

Responsio ad secundum. *e Lib. 1. c. 46. num. 1.*

36 Ad tertium dico, quòd non solum ordo Eremitarum in genere, sed etiam in specie ordo Eremitarum S. August. qui nunc est, fuit institutus ante Concil. Lateranense, vt habetur expressè in C. *Religionum*, de religiosis

Responsio ad tertium.

gioſis domibus in 6. §. *Cæterum Eremitarum S. Auguſt. & Carmelitarum ordines, quorum inſtitutio Concilium generale præceſſit, in ſolido ſtatu volumus permanere* Quid clariùs ?

37 *Ad quartum reſpondentur plura. Primum eſt.*

Ad quartum dico plura. Primum eſt. M. Marq. cap. 26. non §. 1. vt malè citat Pennotus; ſed §. 5. pag. 347. non enumerat Antoninum inter ſuſcipientes Ioachimum, vt veridicum prophetam; ſed inter eos, qui aſſeruit famam fuiſſe tempore ipſius, quòd Deus illi contulerit Spiritum prophetiæ. Ecce verba M. Marquez: *Solus calamus Abbatis Ioachimi maioris ponderis eſt, quàm calamus 20. authorum propter magnam eius antiquitatem, & ingentem exiſtimationem inter homines literatos; præterquam, quòd eius tempore, vt certum habitum eſt, quòd Deus illi tribuit Spiritum prophetiæ, vt affirmant Guillelmus Pariſ. in lib. de virtutibus. S. Antoninus 1. par.* (potiùs 2.) *tit. 17. cap. 1. §. 12. Martinus Polonus, ſub Frider. Primo, & Eugenio III. Sixtus Senenſis, lib. 4. Bibliotheca ſancta; Faſciculus temporum in Alexandro III. ann. 1164. Syluester Meulius de Caſtilione in Epiſtola ad Card. Ægidium Viterbienſ. Matthæus Palmerius anno 1186. Robertus Aurelius, lib. 1 rerum iudicatarum, cap. 5. & Doctor Illeſcas, lib. 5. Hiſtoria Pontificali cap. 27.* Hoc autem tradit Antoninus, ex Vincentio Beluacenſi, ſic enim habet, vel ipſo Pennoto teſte: *De quo Ioachim fertur, quod cùm priùs non multùm ab homine Doctore didiciſſet, donum intelligentiæ diuinitùs accepit à Deo.*

38 *Secũdum eſt.*

Secundum eſt. Scio Ioachimum à pluribus citatis à Marquez benè audire, & à pluribus citatis à Pennoto malè audire. Addam ego in vtramque partem nonnullos. Contra Ioachimum ſtare videtur Bonauentura,[a] ibi de vaticinijs aduentus Antichriſti, & ſimilium futurorũ loquens, ſic ait. *Quibus etiam viri graues, & deuoti pluſquam oporteat creduli exiſterunt, de ſcriptoris Ioachim & aliorum vaticinantium varias interpretationes extrahentes. Quæ etiamſi vera eſſent, & authentica, tamen religioſi plurima inuenirent, in quibus fructuoſiùs occuparentur.* Videtur autem loqui D. Bonau. de Fratre Ioanne Parmenſi, prædeceſſore ſuo in Generalatu, de quo D. Antoninus agens de S. Bonauent. ſic loquitur.[b] *Fr. Ioannes Parmenſis prædeceſſor ſuus, per doctrinam Abbatis Ioachim in aſſignatione finalis temporum deceptus, coram Domino Caietano Protectore ordinis, & præfato generali, quæ adſtruxerat, deduxit.*

a In Tract. de Proceſſu religionis proceſſu 7. c. 19 fol. 87. pag 2.

b 3. p. tit. 24. c. 8 fol. 344 pagina 2.

39 *Anthores qui Abbati Ioachimo fauent*

At fauent Ioachimo Bartholomæus de Piſis Franciſcanus in lib. Conformitatum, quem ſcripſit anno 1385. vbi paſſim illum laudat, & approbat eius vaticinia de ordine Prædicatorum, & Minorum: Matthæus, ſiuè Mathias Palmerius,[c] ſic ait: *Ioachim Abbas vir prophetico ſpiritu plenus, & in ſcientia Sacrarum literarum doctus in Calabria floret.* Petrus Bizatus,[d] loquens de quarta Chriſtianorum in Syriam expeditione, vbi de Philippo Galliæ, & Richardo Angliæ Regibus refert, quod ijs antequã è Sicilia ſoluerent, de illius expeditionis ſucceſſu Ioachimum Abbatem, tunc in Calabria apud Monaſterium Floris eximia laude florentem, conſulentibus, eum reſpondiſſe, illos quidem ituros eſſe, at parùm eſſe profecturos, quòd nondum diram belluam ſua fata appeterent, nec terræ ſanctæ recipiendæ dies illuxiſſet. Nec verò falſus extitiſſe vates Ioachimus, ſiuè illorum contentione motus, ſiuè cœleſti numine afflatus videri debet, cùm eius Vaticinium, cum rerum ſucceſſu, non parum quadret. Hector Boethius.[e] *Vixit Abbas Ioachimus Calaber, vir miræ ſanctitatis; qui eximios in Apocalypſim, ac Prophetas edidit Cõmentarios.* S. Antoninus (vt videas, quo iure Pennotus carpſerit Marquez eo quòd Antoninũ, vt Pennotus falſò vult, numerauerit inter ſuſcipientes Ioachimum, vt veridicum Prophetam,) ſic inquit.[f] *Abbas Ioachim inſtitutor Floriacenſis Monaſterij, etiam in ſuis libris, & expoſitionibus ſcripturarũ, prædixit ordinem Prædicatorum futurum, mandans ſuis, vt cùm exurgeret, cum omni reuerentia eos ſuſciperent, & deuotione. Quòd & fecerunt, cum cruce, & proceſſione obuiam euntes.* Sanè ſi hoc teſtimonium vidiſſet Pennotus, minùs acriter in Marquez inuectus fuiſſet. Fr. Franciſcus Binar Ciſtercienſ.[g] dicit Ioachimum fuiſſe in vita, & in morte miraculis illuſtratum, & in tota Calabria pro beato habitum: &[h] in eius defenſionem adducit vltra 20. teſtes antiquos & graues.

c In Chronico ſub anno 1186.

d In Annalibus Genuæ, pag. 609.

e In hiſtoria Scotorũ, lib. 13 fol 279.

Abſre Pennotum M. Marquez carpere oſtenditur.

f 3. p. tit. 23. c. 3. in principio fol. 193. pag. 2.

g In Apologetico contra Pennotum, §. 1. num. 3. pag. 469.

h § 6. p. 481.

Verùm quidquid ſit de approbatione reuelationum, ſeu prædictionum Abbatis Ioachimi, tamen eius antiquitas negari nõ poteſt; & ſicut religiones S. Dominici, & S. Frãciſci admittunt prædictionem illius de ipſis, ita etiam religio D. Auguſtini. Neque enim omnes illius prædictiones veræ fuerant, & ea ſola fuit Apocrypha, quæ de Auguſtiniano ordine ſermonem inſtituit. 40 *Tertium eſt.*

Quintum teſtimonium eſt Iordani,[i] cuius omnia verba tranſcripſit Antoninus,[k] qui ait: *Et quoniam tunc* (ſcilicet tẽpore vnionis generalis anno 1256.) *inter illos fratres ſimplices dubitabatur quis eſſet verus habitus eorum, hinc eſt quod Sedes Apoſtolica reſpiciens ad primariam ordinis Originem habitum ſuperiorem eis de-* 41 *Quintum teſtimoniũ pro habitu Eremitico S. Auguſtini.*

Circa an. 1356

i Lib. 1. Vitas Frat. cap. 14.

k 3. p. tit 24. c. 14 § 5.

vis determinauit, imò veriùs dudum per S. Augustinum determinatum declarauit, statuendo videlicet, quòd eorundē Fratrū ordinis scilicet Eremitarum S. August. habitus exterior esset cuculla nigri, & nullius alteriùs coloris, cum longis, & protensis manicis, desuper corrigia ampla cincta, habitu subteriore eis remanente secundum ordinationem ordinis, authoritate nihilominùs adhoc Sedis Apostolicæ accedente. Quomodò autē habitus Augustinianorū ab Ecclesia determinatus fuerit, diximus circa secūdū testimonium; & explicat P. Franciscus Suarez,[a] id factum fuisse, vel respiciendo ad primam institutionem; vel declarando in sua prima institutione nullum determinatum habitum habuisse A D. Augustino.

a Tom. 4. de Religione lib. 2. cap. 5. nu. 18

41 Sextum testimonium pro eodē habitu.

Circa an. 1360

41 Sextum testimonium est Francisci Petrarchæ, lib. 2. de vita solitaria, ibi: *Inter cætera Pisani montis otia delectatus illic Eremitico habitu texisse moras creditur*; hoc est, in eo habitu quoad essentialia, quem illi tribuit Baptista Mantuanus Ordinis Carmelitici, lib. 2. Vitæ S. Nicolai de Tolentino, ibi.

Alba subest nigra, duplicique obnubit amictu
Tempora, proximior nudo candore niuali
Albicat, exterior fuligine tingitur atra.
Veste sub hac olim, Pater Augustinus Eremū
Incoluit, postquam Christum suscepit, & ante
Libaret quàm sacra Deo, trieterida totam.

42 Septimum testimoniū pro eodem Eremitico habitu.

Circa an. 1510 & 1517.

42 Septimum testimonium est Iulij II. & Leonis X. qui in Bullis, quæ habentur in Priuilegijs ordinis, pag. 44. & 45. & diriguntur Ægidio Viterbiensi Augustiniani ordinis Generali, & postea S. R. E. Cardinali, de Eremitis S. Augustini loquentes, sic habent; *Vt Fratres sub Augustini regula, & habitu altissimo famulantes, eiusdem ordinis institutum obseruent*; eo scilicet habitu Augustini, quo Augustinum in hymno ab Ecclesia approbato canimus indutum fuisse nempe.

Veste nigra hic indutus,
Præcinctus corrigia,
Vt Ioannes redimitus.
Est zona pellicea.

43 Prima Pennoti responsio.

b Lib. 2. c. 45. nu. 4. pag. 136

43 Sed tam manifesto testimonio duorum Summorū Pontificū respondet Pennotus,[b] dupliciter. Primò Pontifices non voluisse hanc controuersiā dirimere, sed solùm innuere, quòd cū venerabiles Patres Eremitę B. Augustini regulā profiteātur, & habitum sub eadem regula; illis à Sede Apostolica præscriptū, deferant, eiusdē regulę, & institutorū dicti ordinis ęmulatores esse debēt.

44 Reijcitur.

44 Sed quis nō videt sensū hunc extortum esse, & longè alienū à mēte Pontificū? licèt enim Pontifices, nō agant ex professo de ea lite dirimenda; illam tamen incidēter dirimūt; sicut enim regulā appellāt Augustini, ita & habitū; ibi. *Sub Augustini regula, & habitu*; ergo sicut ex ijs verbis tenemur regulā ab Augustino editam fateri, ita & habitū ab Augustino institutum, quoad essentialia; sicut enim dici non potest regula Augustini, nisi ab Augustino sit edita, ita neq; habitus Augustini, nisi ab Augustino sit institutus.

45 Secūda Pennoti responsio ibidem.

Reijcitur.

45 Secundò respondet Pennotus,[c] esse textum in C. *si Papa*, de Priuilegijs in 6. communiter allegatum, quòd verba narratiua Bullarū non probant. Sed contra hanc responsionem est: quod verba narratiua literarum Pontificalium, sunt in duplici differentia. Alia, super quæ gratia, & intentio Summi Pontificis fundatur; & alia, super quæ non fundatur. Rursus ea, super quæ fundatur gratia, vel intentio Pontificis, vel sunt narratiua de facto ipsius Pōtificis; vel de facto alieno. Quo posito dico, cū glossa in Clemētina, *literis*, de probationibus, verbo, *Fecisse narramus, distingue narratiua rescriptorum Papalium; aut super his non fundatur intentio Papalis, & tunc non probant, vt in decretali, Si Papa* (nempe, de Priuilegijs in 6.) *aut fundatur, & tunc subdistingue, aut sunt de proprio facto, & faciunt plenissimam, quæ fieri potest; aut de alieno, & tunc faciunt plenam, sed permus potest, vt prædixi.* Dixerat autem sic. *Secundum quòd videtur, quòd si confert beneficiū. quòd narrat in Curia vacasse per mortē beneficiati, cum hæc narratio, non sit de facto suo non probet, quòd videtur graue. Tamen rationem habet in tanto, quia in facto proprio non sic præsumitur error vt in alieno, de rescriptis, ab excommunicato &c. satis puto, quòd talia verba probant saltē præsumptiuè, ex quo super illis fundatur intentio Papæ, ita quòd præsumptioni stabitur, nisi contrarium probetur, &c. Poterit tamen probari contrarium, putà illum mortuum esse extra curiam; quòd fieri non potest in ijs, quæ Papa narrat de facto suo, & hoc fortè vult litera; infra, ibi,* fidem plenariam, *quasi intendat, vt contra illam rationem, non admittatur probatio; quòd intelligo de probatione, quæ primat narrationem, vel ipsam falsam ostendat*

Verba Sūmorum Pontificum de facto alieno super quibus fundatur intentio Papæ faciunt plenam fidē.

46 Applicatio.

46 In nostro ergo casu, quamuis verba Pontificum videantur continere narrationem de facto alieno, tamen super illis fundatur intentio Papæ, atque adeò faciunt plenam fidem: licèt admittatur probatio in contrariū, quæ tamen nō dabitur efficax; atque adeò standū erit verbis Pontificū, dū oppositū non ostenditur. Quòd autē super illis fundetur intentio Papalis, clarè patet, quia mens Pōtificū erat, vt ex ipsis verbis cōstat, Eremitas Aug. peculiariter teneri obseruare instituta ord. S. Aug. quia famulātur Dño

sub Augustini regula, & habitu. Quæ ratio nulla esset, si sola regula esset Augustini, non habitus; quia sub Augustini regula viuunt plures religiones, atque adeò ex eo solùm capite non desumitur peculiaris ratio, ob quam religiosi S. Augustini, teneantur obseruare instituta ordinis S. Augustini potiùs, quàm religiosi aliorum ordinum.

47. Vltimum testimonium est plurium Authorum, quos ad manum habui, qui eundem habitum Augustino tribuunt, ab ipso baptismate, vel deinceps, ita Mombricius, (præter Authores citatos supra circa 1. & 2. testimonium; & eos, quos referemus lib. 1. Bibliothecæ D. Aug. in disputationibus historicis,) & alij Chronistæ Mediolanenses, quos sequitur author appendicis ad Catalogum Sanctorum Petri de Natalibus Episcopi Equilini impressæ ann. 1493. in Vita S. Simpliciani, sic scribens. *Augustinum postmodum baptizauit Ambrosius, & nouo vestiuit, nigroq; super indusio cuculla, & pelliceæ zona cinxit Simplicianus.* Petrus Maturus è Societate Iesu, a Antonin*, b Greg. de Valentia, ex eadem Societate, c sic scribunt. *Augustinus fuit Monachus, & cuculla nigra indutus, & cingulo coriaceo cinctus.* Petrus Morsalinus Franciscanus, d sic ait: *Tertio nonas Maij, Mediolani conuersio S. Aug. Episcopi, & Confessoris sub Ambrosio sancto Episcopo eiusdem Ciuitatis, & ab eodem baptizati, nigrum monachalemque habitum induti.* Quæ verba repetit sub eodem die Franciscus Maurolicus in suis Martyrologicis lucubrationibus, quas M. Marulus plurimum laudat in Præfatione. Constantius Laudensis, quem Vuadingus, §41. num. 2. magni facit, e qui de S. Ioanne Bono loquens, sic ait. *Si riformase con nouo voto all' habito della cappa nera, con la cintura di cuoio, di che già vestiua Agostin santo.* Didacus Coria Maldonado, f habet de Augustino. *Escogiò por habito vna tunica negra ceñida con cinta de cuero, por diferenciarse del habito de los demas Monges, y traìa capilla, segun y de la forma que es el habito de sus Hermitaños, que oy visten con gran santidad, y aprouechamiento de los Fieles, en la Iglesia de Dios.* Bartholomæus Cairascus, g qui ait.

Los baptizados blanca vestidura
Vsauan en aquel siglo primero;
Y aderezaron sobre esta blanca y pura,
De otra negra, el nueuo Cauallero,
El qual se la ciñò por la cintura
Poniendo vn ancho ziagulo de cuero
A diferentia de los que viuian
En soledad, que cinta no trahian.

Aquesse fue el Monastico vestido
De los hijos, que en Christo en pocos años,
Tuuo aquesse Doctor esclarecido,
Fundando el orden de los Hermitaños,
Que son los que oy professan su apellido
De Santa regla, y Santos desengaños.

Iacobus Gualterus è Societate Iesu, h ait, *diserte verbis asserit* (agit de Ambrosio serm. 92. de baptismo Augus.) *Se esse qui Monachalibus habitu S. Augustinum induit; speciatim verò cuculla nigra, & cingulo ex corio, quibus etiamnum vtitur Vener. Ordo Patrum Augustinianorum, eo vtique nomine ab institutore suo denominatorum.* Alphonsus de Villegas, i ait. *Despues bautizò San Ambrosio a San Agustin, y vistiole vna Vestidura negra, con capilla, y san Simpliciano le diò vna cinta de cuero, que el se ciñò, y este quedò por habito de los Hermitaños, y Frayles de San Agustin.* Gundisaluus de Illescas, k habet. *La tercera Orden, que en esta mesma coiuntura se puso en la perfection, que oy està, fue la de los Frayles, que llamamos Hermitaños de San Agustin; su origen fue mucho mas antigua. Porque el glorioso Padre Agustino, es aueriguado que estuuo en el Yermo, antes que fuesse Obispo de Bona, y que de allà le traxeron al Obispado, dexando el su habito, y regla à los Hermitaños, sus compañeros, la qual durò en aquella forma, que san Agustin la dexò (viuiendo siempre los de su habito en los Desiertos y lugares yermos,) hasta que Guillermo Conde de Pittauia, acerca de los años del Señor de 1157. &c.* Fauet etiam P. F. Ioannes de Morales, l qui affirmat B. Augustinum suis Monachis assignasse colorem nigrum, inclinantem in eum quem Hispanicè dicimus, pardo. Et his omnibus antiquior, Magister Ferdinandus de Hispania Episcopus, quem existimo esse illũ, quem noster Alfonsus Toletanus suum compatriotam, & concurrentem appellat in lectura super librum Sententiarum, quam compilauit Parisijs ann. 1342. Hic ergo, m sic habet de Augustino, & suis Eremitis. *Tertium est, quòd ipse sub eadem regula, sub eodem religionis habitu, cum eisdem Fratribus suis quousque vocatus fuit ad Ecclesiam Hipponensem, religiosissimam vitam duxit.* Hæc Episcopus Ferdinandus, qui passim ibi citat sermones Aug. ad Eremitas.

§. SECVNDVS.

Probatur eadem Veritas, ex Picturis.

48 Secundò igitur cõfirmatur eadem veritas totius habitus Augustiniani quoad essentia-

Vltimum pro habitu Eremitarum S. Augustini testimonium.

a In notis ad 3. par. Historiarum. b Th. 14. c. 14. c De statu, & votis relig. c. 4. art. 2. d In Martyrologio impresso Parisijs anno 1483.

e In Vita S. Ioannis Boni lib. 1. c. 3. p. 4.

f In Elucidario Chronico rum de antiquitate Sacri Ordinis Carmelitici edito ann. 1598 lib. 9 cap. 15. fol. 397. pag. 1. g 1. p. Templi militantis anno 1609. Cantu. S. Augustini, pag. 160 & 161.

h In Cronologia sæculo 5. pag. 452.

i Tom. 3. in Vita S. Simpliciani, fol. 316. pag. 2.

k Tom. 1. Historiæ Pontificalis, lib. 5. c. 33 fol 332. pag. 2. sub Innocentio III.

l In Epitome fundationum Prouinciæ Bethicæ sui Sacri Ordinis Minimorũ textu 4. §. 4. pag. 171. m In sermone habito Auenione, anno 1351. coram cunctis Cardinalibus, qui inter sermones Iordani de Saxonia est numerò 35 c. in Sermonario Dei, impresso Parisijs anni 1516. die 15. Iunij apud Iocundũ de Prato.

Argumentum ex picturis, nō esse inefficax probatur. essentialia, argumento desumpto ex Antiquis picturis, & imaginibus. Hoc autem argumentum non esse inefficax, docuit D. Bonauent. in Epistola de eo quod Christus, & Apostoli, & Discipuli eius incesserunt discalceati,[a] vbi ex eo probat Christum, & Apostolos incessisse discalceatos, in hæc verba: *Et etiam in picturis, & in cælaturis antiquarum Apostolicarum imaginum, & nouarum; in quibus omnibus, vel cum soleis, vel nudis pedibus exprimuntur.* Fr. Antonius Iepes,[b] probat ex antiquis picturis, & Diuinis reuelationibus B. Benedictum fuisse vsum habitu nigro. Eruditissimus D. Salazar de Mendoza Canonicus Toletanus,[c] sic ait: *Las pinturas son muy fuerte argumento, y mayor que el que se toma de la Escritura* (idest, ex instrumentis scriptis) *si van conformes con la tradicion, ò con las historias.*

a Tom. 1. Opuscul fol. 373 pag. 2.

b Tom 1. Historiæ Benedictinæ anno 523. cap. 5. & tom 7. Centuria 7. an. 1099 c. 4. folio 9 p. 2.

c In vita S. Ildephonsi edita Toleti 1618 capit. 23. § 6. fol. 123.

49 Sed respondet Pennotus,[d] *Ad omnia quæ ex picturis, & simulacris Coriolanus, & recentiores tanto verborum strepitu, & apparatu comminiscuntur, illud dici posse.*

Responsio Pennoti.

d Lib. 1. c. 41. nu. 1. pag. 127

Pictoribus, atque Poetis,

Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.

Et ad figmentum probandum optimum argumentum esse illud, quod sumitur ex testimonio, vel Pictorum, vel Poetarum. Hæc ille. Nos alia, & aliter. Parcimus verbis, ratione nitimur. Si etenim eo modo responderi potest ad argumentum ex picturis, quomodo ipse,[e] loquens de cappis Canonicorum Lateranensium, sic ait: *Et quòd illarum Vsus vetustissimus sit, collegitur ex Ioanne Andrea in Clement. 1 in verba, habitus, de electione; & ex picturis vetustissimis Canonicorum antiquorum, quas idem Ticinensis fatetur se vidisse Papiæ in Templo D. Petri in cælo Aureo, & Lucæ in Ecclesia S. Fridiani?* Quomodò etiam ipse Pennotus,[f] probat ex picturis Ecclesiam S. Mariæ de Pilari fuisse Cathedralem Cæsaraugustanam, sic enim ait. *Ferunt etiam existere in eadem Ecclesia S. Mariæ, siue in eius claustro imagines vetustissimas ante annos 300. Saluatoris sub forma agni vexillum tenentis, quæ sunt insignia Ecclesiæ Cathedralis Cæsaraugustanæ, cū hac inscriptione,* Agnus iste docet hanc fuisse Sedem. *Quæ imagines, cùm dicantur saltē annis trecentis, antiquiores, non fuissent permissæ ab Episcopis, & Metropolitanis, eo præsertim tempore, quo ipsa Ecclesia S. Mariæ nondū à iurisdictione Ordinarij fuerat exempta, nisi constitisset de veritate illius inscriptionis;* Si ergo Pennotus iudicat in his desumi argumentum efficax ex picturis, quare in nostro casu credit dici posse, Pictoribus, & Poetis æquam fuisse potestatem quidlibet audendi?

Ad hominem Ioannis conuincitur.

e Lib 1. c. 22. nu. 6. pag. 60.

f Lib. 2. c. 30. nu. 2. fol. 332.

Addes, quia licet Pictores, & Poetæ in rebus prophanis pingant, & scribant pro ut voluerint; tamen in rebus sacris, & quæ habent aduersarios, credi non potest, quod ferè omnes Pictores, & Sculptores eodem modo pinxerint, & sculpserint imaginem S. Augustini. Vnde Pennotus, quia aliter loquendum sit de prophanis, aliter de sacris imaginibus, ad singulas propositiones respondere conatur, & vt eius responsiones, adducamus, & impugnemus, oportet in medium adducere imagines S. Augustini, quæ illum repræsentant indutum habitu monastico Augustiniano. 50

Infringitur secundò ex differentia inter picturas Sacras, & prophanas.

Refertur prima pictura, quæ D. Augustinum habitu Eremitico indutum repræsentat.

Prima sit, quæ extat in vrbe Venetiarum ab anno 1084. supra D. Marci, Templum, tunc ædificatum, vel instauratum, vt ait Coriolanus Augustinianæ religionis Generalis in Apologia, veritatis cap. 9. §. *Vndecimò patet, ibi: Quatuor Doctorum Ecclesiæ simulacra fuerunt erecta, inter quæ est simulacrum, omnium patentis Augustini cum cuculla,* 42 *seu cappa subtus cum pluuiali, & caputio desuper, vt expressè indutum apparet;* id autem ita accidisse constat ex instrumento authentico, quod Coriolanus vbi supra, de verbo ad verbum dedit in lucem, & ex illo transcripsit, Hier. Roman.[g] & eius more, Ludouicus de Angelis,[h] & Marq.[i] Hoc autem instrumentum, sic inducitur à Coriolano. 51

g Lib. 1. Annalium ordinis D. Augustini, fol. 88. in MS.

h Lib. 4. de vita, & laudibus Augus. cap. 3. fol. 56.

Habes dignissimum simulacrum S. Aug. cum cuculla, & scapulare in eminentissimo Templo D. Marci Venetijs, quod simulacrum sunt 393. anni quod fuit erectum. (Hinc colliges Apologiam Coriolani scriptam ann. 1477. quia anni 393. supra 1084. eum numerum efficiunt.) *Sicut per Chronicas Venetorum patet, quas per publicum instrumentum publici Notarij, & per confirmationem Illustrissimi Domini, authenticè per Bullam plumbeam fecimus annotari & confirmari. Tenor instrumenti de verbo ad verbum sequitur, & est talis.* 52

i Cap. 7. §. 1. pag. 199.

In Christi nomine, Amen. Anno Natiuitatis eiusdē 1477. indictione 10. die verò Lunæ quartodecimo mensis Iulij. Hæc sunt quædam digna memoria, quæ ex quibusdam Annalibus, seu Chronicis Ciuitatis Excellentissimæ Venetiarum collecta sunt ad instantiam Reuerendissimi in Christo Patris, Sacræ Theologiæ Professoris M. Ambrosij de Chora Generalis Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini; qui quidem Dominus Generalis præsentibus testibus infrascriptis, me Notarium rogauit, vt hoc publicum instrumentum confiscerem dignā memoria, hæc sunt. Quod anno M. LXXXIIII. superbum, ac præcellentissimum Templum Diui Euangelistæ 53

Tenor instrumenti antiquitatem relati simulacri aperientis.

Marci miro artificio, mirabilique textura, manu artificum confectum ædificatum fuit, &c. ex illo tunc sicuti est mansit, & stetit, super quod quatuor Ecclesiæ DD. statuæ, seu simulacra fuerunt erecta, inter quæ est simulacrum omnium parentis Doctorum Augustini cum cucullà, seu cappa subtus, cum pluuiali, & caputio desuper, vt expressè indutum apparet, ac etiam, vt ego ipse Notarius vidi, & perspexi, qui vt hoc instrumentum conficere possem ad hanc statuam videndam personaliter accessi, de quibus omnibus suprascriptis per libros per me visos, hoc publicum instrumentum, per dictum Dominum Generalem rogatus confeci, præsentibus venerabilibus viris, Domino Presbytero Ioanne Baptista Colona, & discreto Iuuene Iacobo Antonij Bononiensis, habitante Venetijs in Contrata S. Leonis: & alijs testibus ad hæc vocatis, & specialiter rogatis. Actum Venetijs in Conuentu Ecclesiæ S. Stephani ord. Frat. Eremit. S. August.

Hæc in instrumento continentur; sequi-
54 tur subscriptio Notarij, quæ talis est; *Et ego presbyter Ioannes Demetrij Petri Tinctoris Ecclesiæ S. Mariæ Nouæ publicus authoritate Imperiali Notarius, ac Iudex ordinarius omnibus suprascriptis interfui, & rogatus scripsi; & publicaui, & in hanc publicam formã redegi, sub meis signo, & nomine cõsuetis.* Hæc ille; sequitur nunc approbatio ipsius contractus per literas Illustrissimi Dominij Venetorum, quarum literarum tenor de verbo ad verbum est talis.

55
Tenor literarum Illustrissimi Dominij Veneti præadductum instrumentum approbantiũ.

Andreas Vendarminus. D. G. Dux Venetiarum &c. Vniuersis, & singulis, tam amicis, quàm fidelibus præsentes literas inspecturis salutem, & sincerum dilectionis affectum. Significamus vobis, quod Presbyter Ioannes Demetrij publicus Imperiali authoritate Notarius, qui die 14. mensis instantis scripsit, & publicauit quoddam rogatus instrumentum, per quod Reuerendiss. in Christo Pater, & Dom. Ambrosius de Chora Generalis ordinis Fratrum Eremitar. S. Aug. conficere fecit quoddam instrumentum, ad denotandum, quòd M.LXXXIIII. Templum D. Euangelistæ Marci ædificatum fuit, super quod quatuor Ecclesiæ Doctorum statuæ, seu simulacra erecta fuere, inter quæ est simulacrum D. Aug. cum cuculla, seu cappa subtus, cum pluuiali, & caputio desuper, vt expressè indutum apparet &c. est Notarius bonæ opinionis & famæ, cuius instrumentis, & scripturis publicis fides indubia adhibetur. Datum in nostro Ducali Palatio, die vltima mẽsis Iulij, indictione 10. M.CCCC.LXXVII.

Addit Paulus Bergomensis, [a] esse in Templo D. Marci duas D. Augustini imagines sub habitu Monastico; aliam extra, in ipsis Ecclesiæ summitatibus versus relatum circa medium Ecclesiæ in altissimo collocatam; aliam intus, Mosaico opere pulcherrimo, ac vetustissimo.

[a] In Apologia, par. 2. c. 2.

Neque mirum tunc temporis, præcipuè in vrbem Venetiarũ Augustinum, vt Monachum depingi. Tunc enim nulli dubium erat Augustinum Monachum fuisse, vt author est S. Petrus Damianus author plusquàm 500. annor. in serm. seu Epist. incipiẽte, *Cunctis amantibus Clerici*; eaq; notitia celebrior esse potuit in vrbe Venetiarum, vt enim narrat Sabellicus, [b] Petro Candiano Duce (circa annos 940.) Petrus Marturius Oliuolensis Antistes. D. Augustino ædem conspicuam erexit; & Claudius Robertus, [c] refert idem. Sabell. [d] ait quod tẽpore Ducis Ordelaphi Phaleri (circa an. 1099.) ignis in vrbis incẽdio Agathæ vicum, Augustini, & Stephani vltra riuum continuato incendio cõsumpsit. Franciscus quoq; Sansouinus, [e] ait Ecclesiam S. Mariæ Virginum, Monasterij Monialium, ordinis S. Augustini, quas neque ipse Pennotus inter Canonissas Regulares enumerat, fuisse ędificatã Venetijs an. 1177. vt constat ex inscriptione, quæ est supra minorem portam, quæ sic se habet; *Templum hoc ab Alex. III. Friderico Barbarossa Imperat. Sebastiano Ziano Venet. Principe M.C. LXXVII. fundatum; à Iulia eiusdem Imperatoris filia prima Abbatissa rectum, Maria electa Beneti patris, Ven. Abbatissa instaurandum, & amplificandum mandauit; Apolonio Massa Philosopho, ac Monasterij Medico, & Procuratore consulente, atque procurante M.D.LXXXI. Kalend. Augusti.* Idem author, [f] duos Conuentus Monialium Augustinianarũ antiquos cognominat, alium S. Ludouici, alium S. Catharinæ, in quo asseruatur brachium S. Alexij Venetias conductũ an. 1297. Leander etiã Albertus Dominicanus, [g] dum recẽset Catalogũ Episcoporum, & Patriarcharũ Venetorum, sic habet. 13. *Dominicus Dauid, Venetus ordin. Eremit.* 946. (malè Ludouicus ab Angelis, lib. 4. de vita, & laud. Aug. c. 18. fol. 96. & M. Marq. c. 7. §. 2. pag. 105. apponunt an. 917.) 25. *Bonifacius Phalerius, Venet.* 1151. (malè etiã Ludouicus, & Marquez habent 1132.) *Ordinis Eremit.* 41. *Michael Caubergus, Venetus, ordinis Eremit.* 1332. (malè etiã Ludouicus, & Marquez apponunt. 1323.) tempore antẽ Alberti Leãdri, sub nomine ordinis Eremitarũ nullus alius intelligebatur nisi Augustinianus. Quinimò, & ipse Leander passim ordinẽ S. Aug. appellat ordinẽ Eremitarũ, vt legenti patebit: sub eisdem annis hos tres Patriarchas recẽset Claudius Robertus in sua Gallia Christiana in appẽdice,

56
Antiquitas dicti simulacri ratione amplius roboratur.

Patriarchæ Veneti ordinis Eremitarum S. Aug.

[b] Decade. 1. lib. 4.
[c] In sua Gallia Christiana edita 1626 in appẽdice fol. 54. sub anno 1000 & sequẽ. Petro Candiano &c. & alibi
[d] Decade. 2. lib 6.
[e] In historia Veneta, lib. 2 fol. 126. pag 2
[f] Ibidem, lib 3. fol. 149 p 2.
[g] In descriptione Italiæ, fol. 467. editionis Bononiẽ. anno 1550.

alijs, p. 54. & 55. sed in hunc modũ 13. *Dominicus Dauid 946.* & 25. *Bonifacius Falerius 1131. ex Eremita*; & 41. *Michael Calergius 1332. Ord. Erem. S. August.* Eosdem tres Patriarchas, aut Episcopos enumerat Stephanus Lusignanus, Dominicanus,[a] At de solo Bonifacio fuisse Augustinianum expressit, fol. 58. in hæc verba. 25. *Bonifacius Valerius Venetus, ord. Eremit. D. Augustini, sedit annis 15.* Addam vltra, duos insignes Venetos, quos vsque in præsens omninò ignorabat Augustiniana religio. Primus est, Andreas Bondimorius, nobilis Venetus, qui ex Eremita Augustiniano, Conuentus S. Mariæ de Nazareth apud Venetos fuit vnus ex quattuor Eremitis Augustinianis fundatoribus Illustrissimæ Congregationis Canonicorum Regularium S. Spiritus de Venetijs; & postea anno 1460. electus est Patriarcha Venetus, tertius in ordine Patriarcharum. Secundus est, Philippus Paruta, nobilis etiã Venetus ex Augustiniano Eremita vnus ex fundatoribus eiusdẽ Congregationis, qui an. 1458. ad Archiepiscopatũ Cretensem assumptus est. Horũ duorũ notitiã habemus ex Gabriele Pennoto.[b]

a In Catalogo virorum illustriũ noui & veteris testam. nti, edito Parisijs anno 158..

b L. 2. historiæ Trip. cap. 30 pag. 482.

57 Instãtiæ Pennoti contra dicti simulacri antiquitatem

Sed contra antiquitatem huius simulacri insurgit Pennotus,[c] multipliciter; Primò, quia non dicitur cuius Authoris fuerunt illi Annales, siuè Chronicæ; Secundò, quia in instrumento multa sunt ambiguè dicta, quæ in vno sensu sunt vera, & in altero falsa. Nam cùm dicit an. 1084. Tẽplum D. Marci ædificatum: hoc duobus modis intelligi potest: vel quòd eo anno fuerit inchoatum, & hoc vt verum admittimus; vel quòd eodem anno fuerit perfectum cum omnibus ornamentis, cum quibus modò cernitur: & hoc apertissimè cõstat esse falsum; & nihilominùs hic est punctus, circa quẽ cardo vertitur. Iacobus Philippus Bergom. lib. 12. sub an. 1082. dicit; *Demum hic Princeps inter cætera monumenta Templum D. Marci conflagratum instaurari fecit.* Non igitur illo anno fuit Templum D. Marci ædificatum, vt isti Annales dicũt; Tertiò, quia cum dicit, *Et ex illo tunc, sicut est, mansit, & stetit*; verba de parietibus intelligi possunt, & verum dicit; vel de ornamentis statuarum, & similium; & hoc cõstat falsissimum esse; nam simulacra equorum supra portã maiorem posita, longè postea ibi locata sunt; & idem de simulacris Doctorum dicendum, maximè de simulacro B. August. cum pluuiali, & caputio desuper, ante annos 300. nunquam in orbe viso, (quòd dubium non est) non antea ibi loci posita, quã cum Eremitæ Augustiniani ciuitatem Venetorum sunt ingressi; quòd circa an. 1320. sub Andrea Dandulo accidit: hæc Pennotus.

c Lib. 1. c. 41. nu. 5. pag. 130

58 Infringuntur ad hominem. Primò.

Veruntamen cõtra has obiectiones insto ad hominem, vt & supra, §. 1. attigi. Primò Pennotus,[d] probat vsum capparum Canonicorũ Lateranensium esse antiquissimum his verbis. *Et quòd illarum vsus vetustissimus sit, colligitur &c. Et ex picturis vetustissimis antiquorum Canonicorum, quas idem Ticinensis fatetur se vidisse Papiæ in Templo D. Petri in cælo Aureo, & Lucæ in Ecclesia S. Frediani.* Si Pennotus ex solo testimonio Augustini Ticinensis Canonici Regularis eiusdẽ Congreg. Lateranens. vult efficaciter constare dari eas picturas, & esse vetustissimas; licèt non assignet, quo anno, & à quo depictæ fuerint, vel vnde habuerit eas esse vetustissimas; quo iure vult non credi simulacrum D. August. extitisse in Templo D. Marci ab anno 1084. propter testimonium Notarij Imperialis; cuius testimonijs fides indubia suo tempore adhibebatur, qui testatur se vidisse libros, seu Chronicas ciuitatis Venetiarum, in quibus id continetur?

d Lib. 1 cap. 22. nu 6. pag. 60.

59 Secundò.

Secundò ipse Pennotus,[e] probat Ecclesiã S. Mariæ de Pilari fuisse Cathedralem Cæsaraugustanã, quia in Ecclesia, vel claustro illius sunt imagines vetustissimæ ante ann. 300. sunt insignia Ecclesiæ Cathedralis Cęsaraugustanæ; & vnde probat eas imagines esse vetustissimas ante ann. 300? nihil aliud ait, nisi, *Quæ imagines cùm dicantur saltem annis trecentis antiquiores &c.* Si credit Pennotus eas imagines esse ante ann. 300. solũ, quia dicuntur esse trecentis antiquiores; quare nõ vult credi prædictum D. Aug. simulacrũ esse 500. annis antiquiùs; quia id testatur Notarius authenticè referens, se id vidisse in Annalibus, seu Chronicis Ciuitatis Venetorum?

e Lib. 2. cap. 30. nu. 9. pag. 337.

60 Infringuntur tertiò.

Tertiò ad rem; quia quando illud testimoniũ datum est saltẽ ante 200. annos, debuit illud simulacrũ positũ fuisse in Tẽplo D. Marci; de imagine enim minùs antiqua, post annum 1320. in tam celebri Templo constituta, clarior esset notitia, quã vt Notarius publicè auderet illud testimonium, seu instrumentũ cõficere, & Dux eius testimonijs fidẽ indubiam adhiberi fateretur. Sed illud instrumentũ rogatum est an. 1477. ergo saltẽ ibi positũ fuit ante annũ 1277. atq; adeò antequam Eremitæ in vrbẽ Venetiarum venissent, si id contigit circa an. 1320. vt voluit Pennotus. Miror tamen Pennotum adeò res Venetas ignorare, vt asserat Eremitas venisse Venetias sub Andrea Dã-

dulo ann. 1320. cùm constet Andreã hunc ducasse ab anno 1342. vsque ad 1354. fortè voluit dicere Pennotus, sub Francisco Dandulo, cui successit Bartholomæus Gradenicus, & Bartholomæo Andræas Dandulus. Sed neque hoc stare potest: vt enim

a In historia Veneta, lib. 13 fol. 378. pag. 2.

refert Fräciscus Sansouinus,[a] Petrus Guilombardus, author coæuus Fräcisco Dandulo, sic scriptum reliquit. *Franciscus Dandulus filius Domini Ioãnis Canis electus fuit Dux Venetiarum, & positus in Ducatu die Veneris, octauo Ianuarij 1328. &c.* Atque adeò si fundatio Conuentus Augustinianorum contigit anno 1320. debuit cõtingere sub Ioanne Soranzo, qui Ducauit ab anno 1312. vsque ad 1328. At quomodò fundari potuit Conuentus anno 1320. cùm eius Ecclesia in ea magnitudine & pulchritudine, in qua nunc est, finita fuerit anno 1325. vt

b In historia Veneta, lib. 1. fol. 97. pag 1.

asserit Franciscus Sansouinus.[b] Addo ex Petro Marcello, in historia Ducum Venetorum Andream Contarenum Ducem 59. anno 1382. sepultum fuisse in Æde Prothomartyris, Augustinianorum Conuen-

c Lib 1. historiæ Venetæ, fol. 97. pag. 2.

tu. Idem affirmat Sansouinus,[c] qui asserit hoc eius fuisse Epitaphium, in Claustro, quod postea incendio conflagrauit.

Hic Sacer Andreas stirps Contarena moratur,
Dux patriæ precibus Senior, qui Ianua ciues
Marte tuos fundens, victor classe potitus,
Amissam Veneto Clugiam, pacemque reduxit.
M.CCC.LXVII. dux creatus, M.CCC.LXXXII. in cælum sublatus.

61 Infringantur quartò.

Quartò, quia quis credat Vrbem Dominatricem, antiquitatis amicam, & consciam à pauperibus Eremitis, recens in vrbem admissis circa ann. 1320. vt ait Pennotus, fuisse persuasam, vt in celeberrimo vrbis, ne dicam orbis templo, simulacrum nusquàm in orbe antea visum, & figmentum nouiter inuentum, ad perpetuã memoriam collocaret? Quis hoc credat, præ-

d Lib. 2. cap. 24. num. 1. & seq. pag. 305.

cipuè si aduertat, ipso Pennoto teste.[d] Illustrissimum Ordinem Canon. Regularium in eadem vrbe Venetiarum habuisse plura collegia multò antiquiora? Primum est, S. Mariæ de Charitate à Marco Iuliano Veneto Clerico, sub Calixto II. circa annum 1120. fundatum. Secundum est. S. Saluatoris instãte Henrico Dandulo Patriarcha Gradensi ab Innoc. II. Priuilegio Laterani dato die 3. Maij anno 1141. sub protectione Sedis Apostolice receptum, & iussum

e In historia Ducum Venetorum, sub Petro Polano Duce 35. anno 1131.

institui, de quo Petrus Marcellus,[e] sic ait: *Bonfilius Michael, qui Saluatoris Fano præerat, cum omnibus, qui ibi sacra ministrabant Canonicum dogma, & habitum assumpsere. Cuius noui instituti Innoc. Pontifex author fuit, eorumque ædes ab Alexandro IV. postea dicata.* Tertium est. S. Clementis de Orphano ante annum 1160. vnà cum xenodochio illi contiguo

f Lib 1 in fine

fundatum; & vt Iosephus Mozagrugnius,[f] refert, à Petro Gatiloso Veneto anno 1141. constructum. Quartum est. S. Spiritus Venetiarum, quod ferunt nonnulli circa ann. 1140. simul cum Xenodochio contiguo extructum. Quintum est. S. Helenæ, quòd anno 1213. Duce Petro Ziano erat ordinis Canonicorum Reg. vt constat ex Historia translationis reliquiarum S. Helenæ. Omitto alia, de quorum initio minùs constat, Quis ergo credat Eremitas nouiter admissos effecisse, vt simulacrum nusquàm antea in orbe visum, in templo Cathedrali collocaretur, & Canonicos Regulares in eadem vrbe potentissimos, tot insignibus collegijs auctos, nouam Augustini imaginem vidisse, circa annum 1320. & neque verbum in oppositum loquutos, sed omninò cõniuenter dissimulasse, cùm potiùs debuissent nouitati resistere?

62 Responsio ad primam obiectionẽ Pennoti.

Ad primã ex obiectionib⁹ Pennoti. Respondeo necessarium non esse, quód Notarius dixerit, cuius essent illi Annales, siuè Chronicæ. Satis est, quòd dixerit id collectum ex quibusdam Annalibus, siuè Chronicis vrbis Venetiarum; eosque libros à se visos; potueruntque illi Annales, non habere titulum Authoris, sicut neque illum habebant antiquæ Chronicæ ordinis Minorum, quæ de D. Bonauentura loquebantur, Vnde & Ioannes Franciscus de Pannu-

g In relatione pro Canonizatione S. Bonauenturæ p. 1. art. 4. fol. 18.

nis Iurisconsultus,[g] sic nonnulla probat de eodem sancto; *De quo refertur in quibusdam Memorialibus Magistrorum Cæremoniarum antiquis, & idem per omnia habetur in Chronicis ordinis S. Francisci, vbi tractatur de nouem Generalibus &c.* Ecce vbi in causa Canonizationis allegantur antiqua memorialia, & Chronicæ, non allegato Authore; & tamen ob hoc historiam illam, non vocabimus in

h In Vita S. Laurentij Iustiniani, cap. 1

dubium. Similiter Bernardus Iustinianus,[h] sic ait: *In antiquis Venetorum monumentis extat Iustinianam familiam à Iustiniani posteris defluxisse &c.* Et tamen non explicat, cuius authoris essent ea monumenta, neque ob hoc eius relationem, pro suspecta habendam docti iudicabunt. Quare ergo nõ potuit Notarius non assignare nomen Authoris, vel quia non extabat, vel quia non iudicauit futurum Pennotum, qui post, plusquam 150. annos id requireret, cùm tamen antiquiores id nõ requisierint, quãdo ille potuisset ostendere Annales, ex

quibus

quibus eam relationem extraxerat? Sed adhuc addere possumus ex quibus Chronicis potuerit Notarius veritatem hanc affirmare. Ait enim Sansouinus, * in edicto Andreæ Danduli circa Canonicos S. Marci, sub die 17. Iunij, anni 1353. hæc verba contineri. *Per Petrum Vrseolo, qui Ecclesiam ipsam in occasu Petri Candiano Ducis prædecessoris sui exustam incendio renouauit; quam Dominicus Cōtareno postea in forma, quæ nunc cernitur,* (nota verba. Benè ergo dicere potuit Notarius, *& ex illo tunc fuit & stetit & mansit,*) *restaurauit &c.* Et in vestibulo ipsius Ecclesiæ, hæc verba in lapide insculpta, ibidem refert.

* Lib. 1. historiæ Venetæ fol 8. pag. 1.

Anno milleno transacto, bisquetrigeno

Desuper vndecimo fuit facta primò.

Et c. 39. p. 1. fol. 24. tradit pallā maioris aræ collocatā an. 1102. renouatam an. 1209. restauratam, & ornatam ann. 1345. vt testantur sequentes inscriptiones à latere dextro, & sinistro appositæ. A latere dextro.

Anno milleno centeno vigesimo quinto,

Tunc Ordelaphus Phalerus in vrbe ducabat,

Hæc noua facta fuit gemmis ditissima palla.

Quæ renouata fuit te Petro ducante Ziani,

Et procurabat tunc Angelus acta Phaledius,

Anno milleno, bis centenoque noueno.

A latere sinistro.

Post quadrageno quinto, post mille trecentos

Dandulus Andreas præclarus honore ducabat.

Nobilibusque viris tunc procurantibus almam

Ecclesiam Marci venerandam iure beati

De Lauredanis Marco, Frescoque Quirino.

Tunc vetus hæc palla gēmis pretiosa nouatur.

Et lib. 13. fol. 370. pag. 2. de Dominico Syluio Duce ad an. 1071. sic inquit. *Fuit primus qui incæpit Ecclesiam S. Marci marmoribus incrustare, & laboribus Mosaicis exornare, & omninò finiuit illā suo tempore ex lateribus.* Et in fine, in Chronico breui, Fol. 14. p. 1. sub ann. 1085. sic ait. *Ecclesia S. Marci consecrata; & fuit die 8. Octobris.* Quid ergo mirum, quòd dixerit Notarius se inuenisse in Chronicis Venetis Ecclesiam fuisse finitam, nempe tam opere latericio, quàm marmoreo, à parte interiori, quando anno 1085. consecrata fuit.

63 Responsio ad secundam.

Ad secundum respondeo. Relationem Notarij veram esse in eo sensu, quòd anno 1084. templum illud fuerit perfectū cum omnibus ornamentis interioribus spectantibus ad ipsum ædificium. Neque contra est, quod Bergomensis refert. Templum enim conflagratum, duobus annis ab anno 1082. vsque ad an. 1084. potuit instaurari à potentissima, & ditissima Ciuitate. Adde, quis sibi persuadeat vrbem Venetiarum, superbissimum D. Marci templum ab anno 1082. vel 1084. inceptum reliquisse imperfectum, per 200. & amplius annos vsque ann. circiter 1320. in quo quatuor Doctorū imagines in locis à principio designatis, & vsque tunc vacuis, collocaret?

Ad tertium respondeo. Verba illa Notarij, *ex illo tunc sicut est, mansit, & stetit,* intelligi non tantùm de parietibus nudis, sed etiam cum ornamentis interioribus pertinentibus ad ipsum ædificium, qualia sunt prædicta simulacra. Neque obstat, quòd simulacra equorum supra portam maiorem posita, longè postea ibi locata sint: quia, vel hæc simulacra extant in parte exteriori Ecclesiæ: & Notarius tantùm loquitur de partibus interioribus ipsius ædificij; vel extant in parte interiori Ecclesiæ, & tunc restat videre, quo anno sint ibi locata; fortè enim posita sunt post ann. 1477. quando Notarius confecit supra positum instrumentum. Quo dato vera erit relatio Notarij; quia templum illud ab an. 1084. vsque ad ann. 1477. eodem modo stetit, & mansit quoad ornamenta intrinseca pertinentia ad ædificium ipsius templi. Dictis addo plura, ex quibus constet templum D. Marci ab ann. 1084. fuisse instauratum. Hadrianus Barlandus anno 1532. in lib. de Ducibus Venetiarum, simul cum libris historiarum Ducum Brabantiæ, sub Phalero Duce 22. sic ait: *Henricus Italiæ Imperator Venetias venit Marci Euangelistæ sacrarium visurus*; & sub Ordelapho Taledio Duce 34. *Corpus eius Venetias deportatum in D. Marci æde magnifico exequiorum apparatu conditum est*: Et sub Dominico Mauroreno Duce 37. *Huius temporibus inuento iacta fundamenta turris, quæ Venetijs è regione fori visitur, fastigium habens ex auro purissimo*; Et sub Ioanne Superantio Duce 51. *In D. Marci sacello funeratus, vbi lapis ipsius tumuli visitur.* Quæ omnia non fierent, nisi iā omninò perfecto tēplo D. Marci, præcipuè ædificatio turris, & similium operum. Addo. Henricus Kellnerus in historia Ducum Venetorum, quam ex Petro Marcello Veneto circa ann. 1500. Patritio Veneto, & Syluestro Girello Vrbinate circa an. 1545. compilauit, & edidit Francofurti anno 1574. sub Petro Candiano Duce 21. refert eo anno, quo Dux mortuus est, nempe 970. D. Marci ædem incendio conflagrasse; & sub Petro Vrseolo Duce 22. qui tantùm ducauit per annum, sic ait: *In fanum D. Marci reparatum eiusdem Euangelistæ corpus ab igne seruatum, reportandum curauit*, si

64 Responsio ad tertium.

ait; si in vno annó Vrseolus id reparauit, quare Phálerus nõ potuerit duobus annis? & sub Vitali Phalero Duce 31. refert, Henricum Italiæ Imperatorem, ex Taruisio Venetias accessisse ad D. Marci sacrarium visendũ; nam paulò ante miraculo dicitur altero ex humo, aut muro erecto brachio D. Marcum se ciuibus ostendisse; & dux ipse sepultus est in vestibulo Templi D. Marci; & Ordelaphus Phalerus Dux 33. in D. Marci æde conditus est 1120. Et sub Dominico Mauroceno Duce 36. sic ait, circa ann. 1148. *Eodem tempore Turris, quæ in D. Marci foro est, opus sanè admirandum, erigi fundàrique cœpta est.* Et sub Sebastiano Duce 38. circa an. 1164. sic ait: *Ab eo etiam D. Marci Ædes priuata impensa, non parùm ornata, quæ omnia indicant, supponunt, vel ostendunt, ædem D. Marci à tempore Vitalis Phaleri fuisse perfectè instauratam*, licèt postea ab alijs, vltra sit ornata circa an. 1164. multò ante ann. 1320. quando credit Pennotus venisse Eremitas Augustinianos in vrbem Venetiarum.

65 Secunda pictura fit, Mediolani, (vt referunt Ambrosius Coriolanus,[a] Paulus Bergomensis,[b] & Ludouicus de Angelis,[c] vel reparata, vel de nouo facta est imago D. Augustini à D. Galdino de Salaciue, & Archidiacono, post Archiepiscopo Mediolanensi, demùm teste Onuphrio,[d] Presbytero Card. tit. S. Sabinæ ab Alexandro III. creati in secunda creatione nouem Cardinal. Romæ, mense Decembri anno 1165.) Posita autem fuit desuper portam Cumanam, cum vestibus Pontificalibus, & monasticis, pluuiali, tunica, caputio, & corrigia prout modò extat, & nos illam vidimus anno 1624. supra portam principalem Ecclesiæ S. Marci Mediolanens. Ordi. Eremitarum S. Aug. qui, vt habet Ludouicus de Angelis, illam dono habuerunt à D. Sasso Vicecomite, & Cõmissario Generali reparationis castri eiusdẽ vrbis, propter quód porta Cumana destructa est. Sed audiamus verba Coriolani. *Habes memorandũ simulacrũ B. August. super Cumanam portam murorum ciuitatis Mediolanensis ad 400. annos præteritos cum cuculla, & scapulare erectum, quòd cùm eiusdem Ciuitatis moenos præsul dignissimus Galdinus instaurari fecisset, dictum simulacrum iussit erigi, vt omnibus pateret, quòd B. Augustinus Protector esset illius Ciuitatis, in qua sacrosancto Baptismate renasci per sanctissimum virum Ambrosium, & religiosus Eremita fieri per S. Simplicianum meruerit.* Et Paulus Bergomensis, sic ait ad Domitiucum Taruisinum. *Mecum, ex quo Mediolani te esse fateris accede, & imaginem marmoream vetustissimam ante 400. annos* (inchoatos, non completos; quia obijt Card. S. Galdinus an. 1175. iuxta communiorem sententiam.) *Dignissimè sculptam cum B. Augustini habitu tibi ostendam, à B. M. S. Galdino Archiepiscopo Mediolanensi, vt fama publica refert, Mediolani ciuitas muris circumquaque etiam nunc ipsa vetustate attritis refecta est, & in porta Cumana frontispicio versus S. Simplicianum D. P. Augustini in viam Dei directorem, marmoream statuam inuenies, vbi P. N. Augustinus cum cappa, vel cuculla, scapulari, zona pellicea, & mitra pluuiali in veritatis huius, & nostri habitus testimonium publica veneratione ab ingredientibus, & egredientibus veneratur, colitur, prædicatur.* Hæc Paulus. Sed respondet Pennotus,[e] constare quidem B. Galdinum reparasse muros Mediolanenses, non tamen constare, tunc ibi positam fuisse imaginem D. Augustini. Sed contra hoc est, quòd circa ann. 1477. ibi extabat ea imago, & vrbis traditio nemine in contrarium dubitante, affirmabat ibi locatam à B. Galdino; & ipsa præ se ferebat longæuam antiquitatem; cum ergo imago prædicta in ea possessione esset, Pennoto incumbit probare esse recentiorem, neq; sat est pro libito resistere communi, & antiquæ traditioni.

Refertur secũda imago D. Augustini habitu Eremitico induti.

[a] In Apologia veritate prima, cap. 5. §. Vndecimò patet.

[b] In Apologia par. 1. cap vltimo.

[c] Lib. 4. cap. 3 fol. 56.

[d] De Pontificibus, & Cardinalibus, pag. 118.

Respõsio Pennoti.

[e] Lib. 1. c. 41. nu 5. pag. 130

Reijcitur.

66 Neque mirum Mediolani eo modo depingi Augustinum, cùm ibi plenior notitia, tam traditione, quàm simulacris formata potuerit remanere, de habitu Monastico assũpto ab Augustino; præcipuè cùm circa idẽ tẽpus prope an. 1185. Mediolani extiterit Cõuentus Monialium ord. S. Aug. sic enim refert Illustrissimus D. Fr. Franciscus Gonzaga, 2. p. Chronici Franciscani, pag. 361. loquens de Prouincia Mediolanensi, Monasterio IV. Monialium, S. Bernardini Mediolanens. ibi. *Huius quoque præfectis Monasterij a B. P. Bernardino Mediolani erecti, sorores sub exili numero, ac sub D. P. August. regula Deo Optimo Max. inseruire cœperunt; quibus Illustrissima quadam Heroina nomine Elena Crebella, Vrbani* (scilicet tertij, qui obijt, teste Onuphrio.[f] Ferrariæ 11. Cal. Nouẽb. ann. 1187.) *Summi Pontificis Soror plures reditus, pluraque bona contulit. At verò post S. Bernardini Consilio* (fortè circa ann. 1430.) *Augustinensium* (hoc nomine saltem eo tempore, in quo scripsit Gonzaga, non intelligebantur Canonissæ Regulares. Addo, neque Conuentus iste enumeratur à Pennoto,[g] vbi recenset omnia Monasteria Mediolanensia, quæ sunt, aut fuerunt, sui ordinis.) *Instituto valedicto, ad primam*

Ratione vrgetur amplius.

Anno 1185. extabat Mediolani Monasterium Monialium S. Augustini

[f] De Pontificibus, & Cardinal.

[g] Lib. 2. c 16. pag. 318.

B. Virgi-

B. Virginis Claræ Regulam se transtulerint.

67 Hinc ortum, quòd etiã supra domum Ecclesiæ Mediolanens. altera imago S. August. eodem modo indui cõstituta fuerit, ad ann. 1478. quam cùm Mediolanenses vellent in minorem formã reducere, quidam Canonici Regulares exuendam Monastica tunica, caputio, & corrigia procurabant. At hoc prohibitum Alexandri VI. diplomate, quod affert Ludouicus de Angelis, a & Fr. Laurentius de Empoli in Bullario Augustiniano, pag. 40. & eius transumptum ex Registro Vaticano, asseruatur Romæ in Archiuo ordinis, nu. 5. Bulla autem est tenoris huiusmodi.

Refertur tertia Augustini imago.

a Lib. 4. cap. 3 fol. 57.

68 *Alexander Episcopus Seruus seruorum Dei. Venerab. Fratri Guidoni Archiepiscopo Mediolanensi, salutem, & Apostolicam benedictionem. Iustis petentium votis, per quæ scãdalis obuiatur, ac personarum quarumlibet, præsertim sub regulari habitu altissimo famulantium, quieti consulitur, libenter annuimus, atque fauoribus prosequimur opportunis; exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecti filij Mariani de Genazzano ordinis Fratrum Eremitarum S. August. Vicarij Generalis petitio continebat, quòd licet à decem, & octo annis citrà, quædam imago ipsius S. Augustini in summitate Ecclesiæ tuæ Mediolanensis, cum habitu Fratrum Eremitarum eiusdem sancti, habita tunc super hac materia deliberatione sculpta posita fuerit, & vna cũ imaginibus aliorũ Ecclesiæ Doctorum inibi permanserit; quia tamẽ ad præsens agitur, quòd illa & aliæ imagines ibi existentes, propter earum nimiam ponderositatem in minori statura reponantur, nonnulli tentant, quòd prædicta imago S. Augustini, reincidatur in lapide marmoreo cum camisia, sine scapulari, & corrigia, quòd profectò in non modicum dicti ordinis scandalum cederet, & detrimentum. Quare pro parte eiusdem Mariani asserentis alias fel. record. Xistum Papam IV. prædecessorem nostrum, superuacuam & perniciosam contentionem, & controuersiam, inter dilectos filios Canonicos Regulares dicti ordinis Congregationis Lateranensis, & Fratres Eremitarum Ordinis super habitu, & pictura huiusmodi tunc exortas, eis, & cuilibet eorum, sub pœna Excommunicationis latæ sententiæ inhibendo, & præcipiendo mandasse, vt ab eis penitùs abstinerent, & ex tunc ampliùs de illis mentionem aliquam facere non auderent, per suas literas amputasse, & penitùs extinxisse, nobis fuit supplicatum humiliter, vt eidem ordini, in præmissis, opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur; qui de præmissis certam notitiam non habemus, huiusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per Apostolica scripta committimus, & mandamus quatenùs si est ita, per te dictam imaginem S. August. prout priùs sub eisdem, habitu, & modo, & forma reincidi, & deinde in eodem loco reponi facias, nec aliquid desuper innoues, seu per alium innouari permittas; & si quid circa dictam imaginem S. Aug. innouatum est, ad pristinam formam reducas, contradictores per censuram Ecclesiasticam, omni appellatione postposita, compescendo, Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrarijs quibuscunque; aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab Apostolica Sede sit indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnat. Dominicæ 1496. 18. Nouemb. Pontificatus nostri anno 4.*

Tenor Bullæ Alexãdri VI. pro Imagine D. Augustini sub habitu Eremitico.

Hoc decretum Alexandri VI. directum fuit Guidoni Arcimboldio Archiepiscopo Mediolanensi, Parma oriundo; qui, Frater Ioannis Arcimboldij. S. R. E. Cardinal. Romæ defuncti anno 1491. & eius in Archiepiscopatu successor ab Innoc. VIII. designatus, sedem illam tenuit nouẽ annis. 96

70 Circa istud decretum, duo noto. Primũ est, imaginem illam, de qua erat controuersia, collocatam primò fuisse in domo Mediolanensi, anno 1478. paulò magis, aut minùs; ait enim Pontifex an. 1496. *à decem, & octo annis citra*; Alexandrum autem præcepisse eiusmodi simulacrum cum cuculla monastica refici, non vt veri habitus D. August. monumenta instauraret, sed vt rem ad statum, quem antea possidebat reduceret, vnde in hac parte libẽter assentio Pennoto, b qui negat primum simulacrũ Domus Mediolanensis ducentesimum antiquitatis annum habuisse, & Alexandrum litẽ dirimisse, præcipiendo, vt cum habitu priore, simulacrum illud restauraretur; non verò, vt veri habitus D. August. monumenta instauraret. Miror tamẽ Pennotum addere, *quemadmodum de suo arguens affirmat*; ignoro enim prorsùs, quis sit iste arguens. Pennotus enim, c tantùm meminit imaginum relatarum à Coriolano, Ludouico de Angelis, Cornelio Lanceloto, & Ioanne Marquez. Ego legi Coriolani Apologiam veritate 1. Ludouicum de Angelis, d Cornelium Lancellotum, e M. Marquez, f & tamen nullus eorum ea habet, quæ Pennotus attribuit arguenti. Verum est tamen, quòd Marq. g ait Alexandrum præcepisse, vt in nouo Augustini simulacro seruaretur habitus nostri ordinis, qui in antiquo inueniebatur, à multis retro

Notatur primò circa relatum decretũ.

b Lib. 1. c. 41. nu. 7. pag. 132.

Pennotũ non fideliter referre sui arguentis testimonium demonstratur.

c Lib. 1. c. 40. nu. 4. pag. 125

d Lib. 4. de vita, & laudibus August. lib. 4. cap. 3 à fol. 55 ad 58.

e Lib. 2. de vita Augustini, c. 3. pag. 128.

f in lib. de Origine Fratr. Eremit. S. August. c. 4. § 3. pag. 37 & c. 7. § 5. pag. 110.

g pag. 110.

annis,

annis, cùm tamen Pontifex ex relatione petentium tantùm dicat, *à decem, & octo annis citra.* Hæc tamen verba M. Marq. diuersissimam, vt patet, sententiam continent ab ea, quam tribuit Pennotus arguenti.

71 Notatur secundò.

Secundum est: Primum simulacrũ Domus Mediolanensis, cum habitu nostri ordinis fuisse sculptum, non casu, sed maturo consilio; sic enim sibi relatum fuisse Pontifex inquit, *habita super hac tunc matura deliberatione.* Quæ autem fuerit, hæc matura deliberatio, ni me fallo, narrauit nobis Ambrosius Coriolanus, [a] in hæc verba. *Decimò patet per aliam decisionem, & determinationem factam Mediolani tempore Illustrissimi Domini Galeaz Mariæ, anno 2. Pontific. Sanctissimi in Christo Patris, & D. D. Sixti Diuina prouidentia Papa IV. nam cùm quatuor Doctorum imagines marmoreæ super pinnaculum Templi, seu in basibus cuppa Episcopatus Mediolanensis essent erigendæ, magna & diuturna orta est contentio, cum quo habitu imago S. Augustini erigi deberet. Tandem post multas disputationes, post longã discussionẽ, per consiliũ omnium sapientum, & doctissimorum virorum, consultum, & decisum fuit, quòd cum cuculla nigra, & scapulari super pluuiale, cinctum zona pellicea, simulacrum illud, ad denotandum, quòd ipse Augustinus dux, pater, institutor, & fundator ordinis Fratrum Eremitarum extiterit, erigi deberet; & sic assumpta, & erecta maxima cum gloria huiusmodi statua fuit, sicut expressè omnibus illam videre cupientibus apparet:* Neque mirum, ita decisum. Præcesserat enim Papiæ similis decisio, quàm ibidem sic refert Coriolanus. *Nono patet per sollemnem disputationem factam de hac re Papiæ coram Illustrissimo Duce Mediolanensi Philippo Maria. Vbi cum omnes peritissimi viri, qui per omnem Lombardiam inueniebantur, congregati, & tam nostrorũ, quàm Canonicorum rationibus productis, decisum, conclusum, & determinatum fuit; atque deinde per publicum Tabellionem instrumentum confectum, adnotatum quòd Augustinus Doctor Ecclesiæ Eremita fuerit, & nigra cuculla indutus, & zona pellicea cinctus.*

[a] In Apologia verit. 1. c. 3. §. Decimò patet.

Sapientũ virorum decisiones, quòd Augustin. cũ habitu Eremitarum sculptum piergi deberet.

72 Plures aliæ extant antiquæ, & recentes imagines D. Aug. sub eodem habitu Monastico, & Episcopali, scilicet tunica, caputio, corrigia, & pluuiali, depicti, vel sculpti, prout referunt Coriolanus, Ludouicus, & Marquez in locis statim citandis Coriolanus sic habet. [b] *Tuc eamnũc quòd in prima Ecclesia Christianorum, scilicet. S. Ioannis Laterani, quod in Capella Domini Papa in suo Palatio, in Ecclesia S. Petri de Roma, in Ecclesia D. Mariæ Maioris de Roma, in Ecclesia S. Sophia Constantinopolis, in Episcopatu Lucano, Tusano, Florentino, Senensi, atque Papiensi imagines S. Augustini cum cuculla nigra, atque scapulari apertè videntur.* Et paulò infra. *Item in Capella S. Augustini in districtu Abbatia S. Ambrosij de Mediolano, in qua ipse Augustinus fuit baptizatus, vetustissima eius figura, cum cuculla nigra, & scapulari sunt depictæ.*

[b] In Apolog. verit. 1. cap. 3. §. Vndecimò patet.

Sed respondet Pennotus, [c] falsum esse reperiri eiusmodi imaginem in Ecclesia, siuè Palatio Lateranensi in sacello Pontificio; nam in Ecclesia Lateranensi, nulla imago D. August. cum cuculla reperitur, præter illam, quæ picta est sub Clemente VIII. de Palatio Laterani, etsi nihil certè affirmare ausit, quia vetus illud Palatium solo æquatum fuerit; ait tamen sibi certissimum esse, aut nullam talem imaginẽ, aut admodum recentem industria, vel importunitate sacellarij Pontificis, qui est ex ordine Eremitarum, admissam. Eodem modo docet de imagine in Ecclesia D. Petri dicendum; nam vetusta Basilica penitus destructa, & in noua nuper extructa nulla imago D. August. cum nigra cuculla apparet; in Basilica S. Mariæ Maioris dicit olim fuisse imaginem D. August. cum habitu Canonicali, vt Iacobus Vuimphelingius ante annos 120. scripsit, [d] de imagine in Ecclesia S. Sophiæ Constantinopolis, ait, nihil posse constare; imagines verò Episcopatuum supradictorum recentes esse, nec arguentem probare antiquitatem illarum; Addit antiquiores reperiri imagines D. Augustini cum habitu Canonicali, nempe in Lateranẽsi Ecclesia in Cimborio super Altare SS. Apostolorum, ante annos 250. facta sub Vrbano V. vel Gregorio XI. & similiter in sacello Pontificio ab antiquissimo tempore; & similiter in Episcopatu Lucensi.

73 Responsio Pennoti.

[c] Lib. 1. c. 41. nu. 4. pag. 130

[d] Lib. de integritate, c. 32.

Sanè mirũ est, quantũ homines etiã docti, si rapiuntur proprijs affectibus, in meridie cęcutiant! scribit Coriolanus an. 1477. reperiri prædictas imagines S. Aug. scribit Pennotus anno 1624. falsum esse eas reperiri, quia modo non extant. Quis sic respondeat, quis sic desipiat? Demus quòd modò in prædictis locis non extent antiquæ, sed tantùm recentes imagines S. Augustini sub habitu monastico, sequitur ne hinc, eas non extitisse anno 1477. quandò Coriolanus scripsit? Adde. Quis credat sic aliquem hominem desipuisse, vel potiùs insanijsse, vt Apologiam contra aduersarios scribens ad Põtificem Romæ degentem, in fauorem suæ causæ, allegaret, reperiri,

74 Infringitur Pennoti responsio quoad primam partem.

reperiri imagines S. Augustini, sub habitu Monastico in eadem vrbe Roma, in Ecclesia Lateranensi, in sacello Pontificio, in Ecclesia S. Petri de Roma; & in Ecclesia S. Mariæ Maioris de Roma; cùm tamen ibi nullæ tales existerent? Equidem, ni me fallo, id sibi nemo præter Pennotum persuadebit, si verè id sibi persuadet, & non potiùs dissimulat sibi persuasum, ne conuictus appareat. Adde. Miror R.P. Pennotum Romæ commorantem ignorasse in antiqua imagine B. Mariæ, quam vocat *la Madonna di Monti*, esse depictum Augustinum à latere dextro inferiori cum habitu Augustiniano Eremitico, & Franciscum à sinistro cum habitu Franciscano: Videat quæso Pennotus hanc imaginem, & fateatur aliquam esse ab antiquo tempore imaginem Augustini sub habitu Augustiniano.

75 Inspiugitur quoad secundam.

Sed addit antiquiores reperiri imagines D. August. cum habitu Canonicali; & vnde id probat? Sanè nullum testimonium adducit, quo id demonstret; sibi vult credi, qui alijs non credit. Sed demus Pennoto reperiri etiam imagines antiquas D. Augustini, cum habitu Canonicali; (quòd enim dentur antiquiores, ostendi non potest.) Tunc non sequitur; non dari etiam antiquas imagines D. August. cum habitu Monastico; sicut licèt dentur antiquæ imagines S. Ioannis de Sancto Facundo sub habitu Colleg. S. Bartholomæi Salmanticensis; non sequitur, quòd non dentur antiquæ imagines eiusdem sancti sub habitu Augustiniano, vel è contra; sed ad summum sequitur vnum ex duobus, scilicet; vel quòd Augustinus non tantùm fuit Monachus vsque ad Episcopatum, sed quod in Episcopatu post reformatum Ordinem Canonicorum Regularium, fuit etiam Canonicus Regularis; vel quòd verius est, quòd sic indutus est; non quia fuerit Canonicus Regularis; sed quia vestes illæ tempore S. August. communes erant omnibus Clericis; qui Diuinis officijs intererant, siuè essent Clerici Regulares, siuè non; siuè essent Clerici Monachi, siue non.

Vestes Canonicorum Regularium tempore S. Augustini erant cõmunes omnibus Clericis etiam Monachis dum Diuinis officijs intererant.

76 Alia Augustini imago, sub habitu monastico in Bibliot. Vatic. a Lib. 4. cap. 3. fol. 55. pag. 1.

Sed; omisso Pennoto, audiamus Ludouicum ab Angelis, qui diminutè referens Coriolani testimonium, addidit ea, quæ sequuntur: *Imago D. August. sub eodem habitu Monastico effigiata habetur in libro antiquo pergamineo Bibliotheca Vaticanæ, vt patet ex instrumento Dominici Ranoldi eiusdem Bibliothecæ Custodis; & in eadem Bibliotheca ad eam partem, in qua sunt opera D. August. Vt notauit D. Angelus Rocca, Augustinianus Episcopus Thagastens. & sacri Palatij sac. sta in Bibliotheca Vaticana, fol. 343. Diuus Aug. Pontificalibus indutus vestibus, & cuculla nigra cernitur. Eodem modo extat in sepulchro Eugenij Papæ IV. in Ecclesia Romana S. Saluatoris in lauro; & Papiæ in aula publica Consistoriali, in qua sequens memoria literis exaratis conseruatur.*

Alia imago D. Augustini monachi Papiæ in aula Cõsistoriali.

Anno M.D.III. Vrbe nostra sæuissima peste affecta, desperato, irritoque humano consilio, cœlesti Protectori, duodeuiginti faces albas, quotannis oblaturi, nuncupato voto, salubrem statum impetrauerunt.

Est etiam in Regio Monasterio Scoriarij in Hispania simulacrum Augustini, sub Monastico habitu, cum hoc titulo. Vera effigies S. P. N. August.

Alia similis in Monasterio Scoriarij.

Adhæc autem respondet Pennotus, [b] plura. Primum est, non constat de tempore, quo imago illa libri pergaminei Bibliothecæ Vaticanæ picta fuit, vel liber ipse scriptus, aut ibi positus; & certum est Bibliothecam Vaticanam primum fuisse constructam sub Bonifacio IX. De imagine autem in noua Bibliotheca per Sixtum V. erecta, & supra sepulchrum Eugenij IV. ait se nihil dicere, nempe quia constat aliam erectam fuisse circa annum 1447. & aliam circa ann. 1590. 77

77 Prima responsio Pennoti.

b Lib. 1. c. 41. num. 5. & 6. pag. 131.

Cæterum hæc respõsio nullius est ponderis. Primò; quia non omnia simulacra S. Aug. sub habitu monastico adducuntur ad probandam antiquitatem huiusmodi simulacrorum; sed vel ad cõprobandam antiquitatem, vel continuationẽ similium imaginum in celebrioribus orbis, & locis, & templis: Secundò, quia licèt Bibliotheca Vaticana sit primum constructa sub Bonifacio IX. circa ann. 1400. tamen cum liber sit antiquus, potuit esse multò antiquior Augustini imago, quàm constructio Bibliothecæ.

78 Reijcitur Pennoti respõsio primò.

Secundò.

Secundum, quòd Pennotus respondet, est, se negare imaginem D. August. in aula Consistoriali Palatij Papiensium esse vetustissimam; quia illius antiquitas centesimum, & vigesimum annum non excedit, vt constat ex illius inscriptione, siuè subscriptione. Addit; Ciues Papienses ante ann. 1483. B. Augustinum in publicis vexillis Canonicali habitu indutum pinxisse.

79 Secunda Pennoti respõsio.

Hæc tamen responsio, & supponit falsum; & nulla est; supponit falsum: quia negat imaginem illã vetustissimam, quasi aduersarius id affirmauerit: & tamen nemo id dixit. Habuit tamen occasionem errandi Pennotus in Ludouico ab Angelis, qui sic ait: *In vrbe Papia ab antiquissimo tẽpore*

80 Reijcitur, & falsum Pennotum supponere aperitur.

depictus

depictus inuenitur Augustinus cum monasticis, & desuper Pontificalibus indumentis; & sic [i]st in aula publica, quæ consistorialis appellatur &c. Iudicet lector verum author ille asseruerit imaginem illam consistorialem esse vetustissimam; vt perperam illi tribuerat Pennotus, an verò potiùs dicat duo; vnum; Papiæ reperiri ab antiquissimo tempore imagines D. August. sub habitu Monastico; & alterum similem imaginem reperiri etiã in aula Consistoriali, ab anno 1503. in quo cœlestis Protectoris Augustini intercessione salubrem statum vrbs illa sæuissima peste affecta impetrauit. Nulla verò est. Primò, quia imago illa Consistorialis tantùm adducitur ad probandam cõtinuationem, non verò antiquitatem illorum simulacrorum. Secundò, quia licèt olim Papiæ vexillum gestaret Augustinum Canonicali habitu indutum, nempe pluuiali crocei coloris; & mitra, & tunica linea rochetto nuncapata, & altera tunica longiori alba sub rochetto; id tamen potuit fieri vno ex duobus modis, quos paulò ante assignauimus ad finem versiculi; *Sed addit.* Tertiò, quia modo Papiæ vexillum gestat Augustinum Monasticis, & Pontificalibus vestimentis indutum, quòd non sinè magno consilio, & matura discussione factũ fuisse credendum; præsertim in ea vrbe, in qua Canonici Regulares, & erant antiquiores, & ditiores Eremitis Augustinianis.

Referantur aliæ Augustini imagines sub habitu Monastico.

81 Omittamus iterum Pennotum, & audiamus M. Marquez, qui ea, quæ Coriolanus; & Angeles tradiderunt, adduxit, & vltra addidit, [a] imaginem D. August. sub habitu Monastico, & Pontificali conseruari in altari maiori ConuentusSalmanticensis ord. S. Dominici, & Regij Conuentus S. Laurentij. dicti del Escurial; & in sacello celeberrimæ Academiæ Salmãtinæ; idem assumptum ostenderat, [b] ex duobus testimonijs, quæ nobis Africa his centum annis protulit. Vnius firmam fidem, & integram, Romæ accepit, Illustriss. Dom. D. Fr. Augustinus de Iesu Archiepiscopus Bracharensis, dum inter Augustinianos esset Vicarius Generalis Alemaniæ; & alteriùs, Illustriss. D. F. Alexius de Meneses Augustinianus, eius in Archiepiscopatu successor, Prorex Lusitaniæ, & præses Consilij Lusitani in Curia Regia: qui rem illam publicis Notariorum testimonijs fecit roborari in memoriam futurorum.

a Cap. 7. §. 5. pag. 110.

b Cap. 4. §. 3. pag. 57.

Prima Lamina cum imagine S. Augustini sub habitu Monastico reperta Hippone tempore Caroli V in fundamentis antiqui ædificij.

82 Primum est, quædam lamina, quæ in fundamentis antiqui cuiusdam ædificij vrbis Hipponensis inuenta est, cum gloriosæ memoriæ Imperat. Carolus Quintus in expeditione Tuncensi illã expugnauit; erant in ea sculpti D. P. Augustinus, & alij religiosi nostri Ordinis genuflexi ante eum, & tam hic quàm illi eodem, erant induti habitu, quo nunc nos induimur, hoc excepto, quòd capellæ, seu caputia erant aliquãtò maiora, & formæ parumper diuersæ. Hanc vt quiddam pretiosum, & rarum propter antiquitatem dono dedit Illustrissimo D. Fr. Hieronymo Seripando nostri ordinis Generali, post Archiepiscopo Salernitano, & S. R. E. Cardinali, & Concilij Tridentini Præsidi, eques quidam Neapolitanus, ipsius consanguineus, qui expugnationi interfuit. Secundum est, liber quidam Historiarum Arabicus, qui à tempore immemoriali conseruatus est in Bibliotheca Regum Marrocensium, quem anno 1613. D. Ludouicus Faxardus, præfectus classis Maris Oceani, misit Regi Philippo Tertio, cum deuictis quibusdam Maurorum triremibus, Bibliothecam reperit, quàm quidam illius Regni prætensor Constantinopolim mittebat, deuicto Rege Marrocitano, qui eam in Regio palatio conseruabat. In hac in pluribus initijs Capitulorum, depictus est quidam Episcopus in vestibus Pontificalibus, & ante eum duo Fratres Augustiniani, & aliquando vnus tantum, stantes, eodem atque nos habitu induti, cum discrimine tamen Caputiorum supra assignato. Conseruatur modo hic liber in Bibliotheca Regia S. Laurentij Scoriarij.

Secundo.

Liber Historiarum Arabicus repertus in Bibliotheca Regũ Marrocensium in cuius pluribus capitulorum initijs erat depictus Episcopus cum duobus Fratribus Eremitis.

83 Ad hæc autem. Resp. Pennotus, [c] tria: Primum est, imagines adductas à Marquez, cap. 7. non esse antiquiores trecentis annis. Cœterum quidquid sit de hoc, saltem ex illis ostenditur continuatio, pingendi Augustinum sub Monastico habitu in celeberrimis Templis, locisque.

Prima Pennoti responsio.

c Lib. 1. c. 41. nu. 5. pag. 131.

In aliquo fauere ostenditur.

84 Secundum est, relationem de lamina illa ærea in fundamento domus Ciuitatis Hipponensis repertam, esse apocrypham, nec fide dignam. Primò, quia, nec nomen, nec tempus inuentoris, & inuentionis illius laminæ signatur, nec etiam nomen illius Neapolitani, qui eam Cardin. Scripando obtulit; & potuit quis, vel ad pecunias lucrandas, vel amicitiam cum illo Cardinali, qui erat Ordinis Eremit. ineundam, illam finxisse, sicut conficti sunt sermones, sub nomine B. August. ad Eremitas. Secundò, quia licèt vera esset ea relatio, nihilominus non probatur intentum, cùm nulla esset in ea inscriptio, ex qua posset cõstare

Secunda eiusdem responsio.

illam

illam potius D. Aug. quàm alterius cuiusquam fuisse; & poterant illæ imagines aliquos Monachos Africanos, aut Hispanos retulisse ex illis antiquis, qui partes Africæ olim incolebant.

85 Impugnatur primum.

Contra primum fundamentum huius euasionis est; quia si propter tã leues suspiciones eleuatur fides virorũ tã illustrium, qualis erat Illustrissimus D. Fr. Augustinus de Castro Archiepiscopus Bracarẽsis, nihil erit firmũ in fide humana; omnesq; historiæ, etiã ab oculatis testibus scriptæ venient in dubiũ pro libito vniuscuiusq;. Addo. Quis requirat, ne apocrypha iudicetur ea relatio, quòd assignatũ fuerit nomen, & tẽpus inuentoris? Adde. Fallitur Pennotus, dũ ait non assignari tempus inuentoris, & inuentionis ipsius laminæ; dicitur enim reperta tẽpore expeditionis Tunetẽsis, quãdo Carolus V. Hipponensem vrbẽ expugnauit. Hoc autẽ contigit (vt tradit Ludouicus de Marmol Caruaxal, [a] anno 1535. Adde, licèt non assignetur nomẽ Neapolitani, qui eã obtulit Seripando, tunc tãtùm Generali, postea etiã Cardinali; tamen refertur fuisse eius cõsanguineus, de quo credibile nõ est, quòd imaginem illam efformaret, cum his circunstantijs, quas retulimus, vt pecunias lucraretur, vel amicitias iniret cum suo consanguineo. Sanè sic veritatem eludere, & omnium hominum fidem eleuare, indicium non leue est infirmitatis in Pennoto, virium in aduersario.

[a] In historia Africæ 3. par. lib. 6. c. 6. folio 234. pag. 2.

86 Infringitur secundũ Pennoti primò.

Contra secundũ etiam fundamentum insto primò. Quia quis dixit Pennoto imaginẽ illã caruisse inscriptione? An quia non refertur? sed asseritur fuisse Augustini; atq; adeò id debuit illis cõstare, vel ex inscriptione, vel ex alijs signis, qualia esse possent, si haberet in manu Ecclesiam, vel cor sagittis transfixũ, vel similes notas proprias Augustini. Secũdò, quia ad minus habemus Monachos Africanos, & Hispanos illius tẽporis indutos fuisse habitu Monastico, quo modò nos induimur. Atq; adeò habitus Augustinianus nõ erit nouitius in orbe à tempore Greg. IX. sed antiquissimus à tempore Augustini. Adde, cùm omnes benè sentientes censeant Monachos Africanos ab Augustino institutos fuisse, consequens erit Augustinum illis præscripsisse prædictum habitum quoad essentialia.

Infringitur secundò, & in aliquo fauere demõstratur.

87 Tertia Pennotii responsio.

Tertium, quòd respondet Pennotus, est. Imagines Monachorũ in libro Arabico repertas nullã fidem facere: quia in eo libro, non legitur notatus locus, nec tempus, nec Princeps, nec aliæ circũstantiæ personarũ, ex quarũ obseruatione indiciũ de historijs veris, & fictis potissimũ fieri cõsueuit; neq; illius libri Interpretes fuerunt cõcordes in explicatione earũ imaginum. Potueruntq; illi Monachi exploratores Regum Hispanorum, aut Lusitanorũ fuisse, sub habitu Monachorũ ad illas regiones missi, aut viri religiosi ab Episcopis Lusitanis ad Euangeliũ illis gentibus prædicandum destinati.

88 Reijcitur.

In hac parte diuinat Pennotus: sed fallitur. Licèt enim in eo libro nõ notetur tempus, locus, Princeps, & aliæ circunstantiæ; tamen forma caputiorum ea est, quæ multò ante tempora Gregorij IX. debuit præcessisse; atque adeò ad minus habemus habitum, quem modo gestamus, esse quoad essentialia antiquiorem Gregorio IX. Adde, ex antiquitate ipsius libri constat imagines illas esse longè antiquiores, quàm Pennotus existimat.

89 Alia D. Augustini imago, cum Eremitis à sinistro latere.

Verùm præter simulacra à Coriolano, de Angelis, & Marquez adducta, addamus, & nos vnum pluribus alijs omissis; in antiqua Sede Tarraconensi, quæ vsq; ad tempora Clemẽtis VII. circa annum 1524. Canonicum D. Augustini ordinem obseruauit, in sacello Archiepiscopi D. Antonij Augustini extat vetusta D. Augustini imago, vt conijcere est plusquàm 300. annorũ; in cuius sinistro latere habetur depicta effigies. D. August. in lecto iacentis ad mortem, & à manu dextera Canonici Regulares à sinistra verò extant Eremitæ Augustiniani, sub eadem habitus forma atque modo, quasi vtrique sint filij, & hæredes communis parentis ab intestato morientis. Hæc autem imago fuit depicta, quando Ecclesia illa erat Canonicorum Regularium, & in ea vrbe non extabat Conuentus Eremitarum.

90 Obiecta generalia Pennoti referuntur.

Verùm antequam ad vlteriora progrediamur, quædam Pennoti obiecta, [b] generaliter contra prædictas D. Augustini imagines pugnantia oportet dissoluere. Primũ est; quia hæ imagines rudes sunt, & pro voluntate effictę, alioquin asseramus Beatum Aug. in Ecclesia, cum sacra faceret, ac Diuinis interesset, cucullam super pluuiale tulisse. Secundũ est. Quia si antiquitate Picturarum res decernenda esset, possunt Canonici Regulares multò vetustiores producere, cùm multas Ecclesias in toto orbe antiquissimas, ante 500. & 600. annos ostendere valeant, cum imaginibus D. August. vestibus Clericalibus induti, antequam de ordine Eremitarum verbum haberetur.

[b] Lib. 1. c. 41. n. 5. pag. 129.

91 Diluitur primum.

Ad primum dico desumptum fuisse ex doctrina Card. Spoletani Ordinis Canon.

Reg. Protectoris tempore Sixti IV. qui, vt refert Coriolanus,[a] dixit, *Quòd cùm Augustinus pingeretur in Pontificalibus non rectè pingeretur cum caputio desuper; quia quando Fratres Pontificalibus sunt induti, non deferunt caputia super Pontificalia; & propter hanc rationem dixit se delevisse caputium ab antiquissima, & vetustissima figurâ S. August. quæ erat in Ecclesia S. Anastasij Romæ. Caeterùm cùm à Reverendissimo D. Rothomagensi diceretur, & à nobis id fieri ad cognoscendum, quòd talem habitum portaverat; sicut etiam depingitur S. Ludovicus cum habitu Minorum, sic à veritate convictus assensit, adeò vt maxima cum instantia petierit etiam sub censuris Ecclesiasticis poni silentium inter vos, & Vos;* atque adeò, dicere possumus ad Pennotum mutuatis ab Ambrosio verbis, *qui sequutus es* Cardinalem Spoletanum *errantem sequere pœnitentem.*

a In Apologia veritatis in respons. ad 7.

92 Ad secundum responsio. Quamvis admittamus Canonicos Regulares posse ostēdere imagines D. August. sub habitu Canonico antiquiores, quàm nos possimus sub habitu Monastico, de quo valdè dubito, cū nos ostēdamus imaginem D. Aug. in Templo S. Marci Venetiarum ab anno 1084. sculptam; nihilominus ad summum tantùm sequitur vnum ex duobus; quæ supra assignavimus, versic. *Sed addit.* Quòd autem Pennotus refert ex Ioanne Molano,[b] Respondeo opus illud esse posthumum ab Henrico Ruychio editum anno 1594. quis scit vtrum verò fœtui aliquid superadditum? Sed demus opus esse sincerè editum, nobis opponatur Molanus, sicut & Iacobus Vuiphelingus.[c] Cæterùm difficilè est creditu, nihil Molano additum; qui in additionibus ad Martyrologium die 10. Februarij, & 23. Octobris planè & clarè fatetur D. Guilielmum, & B. Ioannem Bonum esse ordinis Eremit. S. Augustini, & in libro de picturis, quem edidit ann. 1570. agens,[d] de hac eadem pictura S. Augustini, & doctrina Coriolani, nec verbū cōtra illā habet.

Diluitur secundum.

b Lib. 3. de historia S. Imag. c. 36 fol. 148.

c Lib. 1. de integritate, c. 32

d Cap. 68. fol. 180. pag. 2.

§. TERTIVS.

Probatur eadem veritas ex Divinis revelationibus.

93 TErtiò igitur ostenditur eadem veritas, de integro habitu Augustiniano, saltē quoad essentialiora, tunicam scilicet, caputiū, & corrigiam, ex varijs cœlitum apparitionibus; ex quibus constat, vel colligitur D. Augustinū se gessisse tanquam Eremitarū Patrē, & institutorem; vel in eisdem vestibus, quas modò portamus, & ipse cōmuniter depingitur ab omnibus, apparuisse; quia aliàs non fuisset agnitus, quis esset, & illi, quibus facta fuisset apparitio, debuissent inquirere, quis esset, sicut rogaverunt peregrini illi Vltramontani, quibus habitu Pōtificali ornatū apparuisse, narrat Petrus Oldradus Archiepiscopus Mediolani anno 796. in Epist. ad Carol. Mag. de translatione S. Augustini, ex Sardinia Papiam.

94 Prima Augustini apparitio ex ijs, quas legi, ad nostrū propositum spectans, accidit ante annū 796. eo nempe tēpore, quo Longobardi adhuc Papia potiebantur. Rē narrat Iordanus de Saxonia,[e] Paulus Veronensis,[f] & Iosephus Pamphilus.[g] verba Pauli Veronensis hæc sunt.

Prima B. Augustini apparitio accidit ante annum 796.

e In Sanctuario li. serm. 59. in translatione S. Augustini,

95 *Vir quidā nobilis genere, senensis, cùm aliquā particulam corporis D. Aug. quam coleret, habere apud se vehementer exoptaret; Ticinū profectus, à sancti corporis custode eam efflagitavit, magna ei pecunia illi proposita. Custos ei se facturū promittens recepit; sed nō ausus quidquam de sanctissimo corpore detrahere, viro illi operā dare assimulans, ad sepulchrū cuiusdam, qui paucis ante diebus humatus erat, accessit, illiusq; cadaveris dextera abscissum pollicē serico involutū viro illi nobili porrexit, asserens eū D. Aug. esse digitū. Quem Patritius ille reverenter accipiens religiosissimè colebat, modo ori, modo oculis admovens, sæpe eandem sinu refovens. Nocte quadā in ædibus suis nō planè dormienti D. Augustinus viro apparuit in luce multa, eiq; illi. Vidi, quiddā apud te reliquiarum mei corporis habere credis, sed falleris;* (non patitur Magister veritatis Augustinus devotos suos decipi.) *Quē enim dignū veneraris, non est meus, sed alterius viri: à funeri usque ipsa verba cōprobē, manus mea integra sunt. Vide. Sed ne fides tua vana sit, accipe digitum hunc meum, statimque ademptū à dexterâ sua pollicem ei dono dedit, evanuitq; ab oculis illius, multa quidē, vbicunq; aderat vir ille, signa & prodigia sacro digito faciebat. Quòd audiens Longobardorum Rex, sancti corporis custodem in carcerem conijci iussit, volnitq; rē penitus cognoscere. Custode verò affirmāte se alterius cadaveris pollicem abscissum patritio illi tradidisse, Rex vbi D. Augustini corpus asservabatur, locum patefieri iussit, sanctoque corpori dextera pollicem præterea nihil, deesse comperit.* Hæc Paulus Veronensis. Addit Pamphilus hunc digitū hodie venerabiliter asservari in Templo nostro Montis Ilcini in Etruria.

f In sermone de Oratione.

g In Chronico August. folio 91 circa annos 1356. 1370. & 1380.

96 Secunda Augustini apparitio, facta fuit Alexandro IV. anno 1. Pontificatus, quam ipse Pōtifex refertur enarrasse in Bulla expedita pro celebrādo Capitulo vnionis generalis. Hanc Bullam olim reperiri in Conventu nostro Herpibolensi in Franconia, & partem eius extare, seque illam reperisse in Gallia,

Secūda B. Augustini apparitio an. 1255. sub Eremitica habitu.

Gallia, in Prouincia, in Conuentu Grassæ testatur Hieron. Romanus,[a] & Iosephus Pamphilus Episcopus Sgninus,[b] sic habet: *Anno 1335. Pridie Nonas Iunij Conuentus coactus est Grassæ in Prouincia, vbi idem Guillelmus in sequens trienniũ confirmatur. In hoc Cœnobio quod est (vt ex eius memorijs constat) omnium nostri ordinis vetustissimum, extat Priuilegium quoddam Alexandri IV. in quo fit mentio de visione, qua B. Augustinum vidit, grandem quidem capite, sed membris exilem.*

a 1. par. defensorij, cap 8. & in Cẽturijs, fo 46 anno 1335 & in MS.
b In Chronico Augustiniano, fol. 48.

97 Hieronymus autẽ Romanus in MS. quæ apud me habui, vt testis ocularis, hæc in illa verbatim contineri affirmat, quæ à nobis in linguam Latinam, sic ad verbum transferuntur: *Cum ego essem in maiori noctis quie requiescens in cubili à continuo labore mei muneris, subito circumdatus sum splendore quodam, & ecce in medio eius S. Augustinus induens Pontificalibus, idest, pluniali, & mitra, & subtus portabat cucullam nigram præcinctam cingulo coriaceo, & super, caputium Monachi; & videbatur S. Doctor caput ingens habere, cætera verò membra exilia: Hocque mihi accidit tribus noctibus continuis. Ex quo ego admiratus, vocaui homines in Diuinis literis eruditos, petijque, vt mihi visionem illam interpretarentur. Responsumque mihi ab omnibus fuit, per caput magnum repræsentari fundamentum magnum, quod in Ecclesia fuerat; per membra verò exilia denotari eius Fratres; qui fauore erant nimis destituti, & dispersi per omnem Christianitatem.* Ex hac visione velut Diuino oraculo Papam commonitum, vnionem per prædecessorem suum Dominum Innocentium IV. inchoatam consummasse tradunt communiter Authores; & de veritate huius visionis dubitare, *esset*, vt ait M. Marquez,[c] *ingens audacia*, esset enim manifestam iniuriam irrogare fidei plurium, & grauissimorum Authorum; & idem Marquez,[d] alias Augustini apparitiones referens ait, *eas negari non posse sine ingenti temeritate, propter constantem traditionem, quæ de illis habetur.*

c Cap. 13. §. 1. pag. 214.
d Capit. 7. §. 7. pag. 111.

98 Sed respondet Pennotus,[e] quatuor. Primum est, hanc, & alias apparitiones à M. Marquez, Ludouico de Angelis, Paulo Bergomensi, Ambrosio Coriolano, & alijs Authoribus allegatas, absque aliqua temeritatis nota, negari posse. Nam quintæ sit temeritatis testimonio Coriolani nolle fidem adhibere, de cuius Apologia dixit Volaterranus lib. 21. *Totum Apocryphum, nullusque author idoneus*; & quam Sixtus IV. & Innocentius VIII. suspenderunt donec expurgaretur; & idem ait dici posse de Apologia Pauli Bergomatis, *quæ ijsdem prorsus figmentis, & ludorijs vbique scatet*: sic loquitur Pennotus.

Responsio prima Pennoti.
e Lib. 1. c. 40. nu. 5. pag. 126

Sed contra hæc Pennoti obiecta & asserta, obijcio. Quia apparitiones, de quibus Marquez, & alij loquuntur, negari nequeunt; non quidem, quia à Coriolano, vel Paulo Bergomate referantur; (adhuc tamẽ iniustè tam malè audiunt à Pennoto.) Sed quia, vel cõstanti traditione firmantur, vel irrefragabilium Authorũ testimonijs confirmantur Marquez enim pag. 111. agit de apparitionib⁹ Toletanis, & Mantuanâ, quas infra, sub nu. 3. 7. & 9. recensebimus; pagina vero 214. de apparitione facta Alexandro IV. hæ autem omnes ea traditione, ijs authoribus innituntur, vt iure optimo dici possit, sinè ingenti temeritate, & audacia, eas negari non posse. Addo. Apologia Coriolani, de qua tam asperè loquitur Pennotus, fortassis à Sixto, & Innocentio, suspensa fuit, donec expurgaretur; quòd etiã alijs tractatibus Canonicorum Regularium in eadẽ causa compositis, fortè accidit; tamẽ postea absolutè permissa est. Hoc cõstat ex literis originalibus Raphaelis Cardinalis. S. Georgij ordinis nostri Protectoris, quæ asseruantur Romæ in Archiuo Ordinis, n. 3. & adducuntur à R. P. M. Fr. Laurentio de Empoli in Bullario, pag. 324. sub Constit. 3. Sixti IV. expeditæ autẽ feruntur Romę penultima die Martij an. 1483. sub Põtificatu Innocentij VIII. (atq; adeò non ann. 1483. eo enim anno Sixtus 4. viuebat; sed fortè ann. 1489. qui per errorẽ impressoris apponitur 1483.) ibi ergò Cardinalis Raphael inter alia, sic ait: *Declarantes &c quod libri, ac tractatus per eosdem Fratres ord. Eremitarum, & pro eorum parte, & defensione cõtra eosdem Canonicos Regulares, & eorum libros, & tractatus, & quorumcunque aliorum pro iis hactenus super hac materia confectis, & publicatis, in suo etiam robore permaneant, ac libere scribi, vendi, retineri, & vti, ac largiri per eosdem Fratres ordinis Eremitarum possint.* Hæc Raphael Cardin. ex viuæ vocis oraculo Innocentij VIII: ex quibus admonendus est Bzouius, circa finẽ huius operis citandus, & impugnandus.

99 Reijcitur.

Secundũ, quod Pennotus respondet, est; visionẽ Alexãdri IV. fictã fuisse à Coriolano, & antè illũ à F. Iordano,[f] eãq; Apocryphã, & suspectã esse conatur ostẽdere: quia ex illa admonitus dicitur fuisse Põtifex ad vnionẽ generalem ord. Eremit. S. August. At verba Gregorij IX. & Alexãdri IV: nõ indicant Põtifices ex apparitionibus sibi factis excitatos ad certũ habitũ Eremitis præscribẽdũ, & varias Cõgregationes in vnũ ordinem sub

100 Secunda Pennoti responsio.
f Lib. 1. cap 14

nẽ ſub vno capite cõpingendas; ſed quòd ijdem Eremitę, ſub incerto, & vario habitu per Lombardiam, & Marchiam Anconitanam, aliaſq́; Prouincias vagarentur, &c.

101 *Reijcitur primò, vt non ſibi conſtans, & parùm pia.*

Sed vt verum fatear, reſponſio hæc nulli viro prudenti, religioſo, & docto placere poteſt. Primò, quia dicit fictã fuiſſe à Coriolano, & ante illum à F. Iordano de Saxonia. In qua propoſitione duo ſunt abſurda. Primum eſt; quia ſi ea viſio ficta fuit à Fr. Iordano, non potuit fingi à Coriolano, qui pluribus annis poſt Iordanum vixit. Nemo enim dicitur fingere id, quòd ab alio iã eſt fictum. Secundum eſt; quia irreuerẽter, & parũ piè tribuit eam fictionem Fr. Iordano de Saxonia, viro ſanctiſſimo, qui ab omnibus alijs authoribus optimè, à ſolo Pennoto peſſimè audit. Quis pius ſibi perſuadeat, Beatũ virum, hominem eximiæ ſanctitatis adeò deliraſſe, vt fictitiam viſionẽ à D. Auguſtino Summo Eccleſię Põtifici oſtẽſam, temerè & imprudenter effingeret! Credo equidem, nec vana fides, nullus erit præter Pẽnotũ, qui ſcel⁹ tãtũ, tãto viro adſcribat.

102 *Reijcitur ſecundò.*

Secundò, quia ea viſio, neq; primò tradita fuit à Iordano, & Coriolano, neque ab illis ſolis. Eã in ſcriptis ſuis conteſtatã reliquerunt B. Fr. Henricus de Vrimaria. B. Fr. Iordanus de Saxonia, & S. Antoninus Dominicanus Archiepiſcopus Florentinus, vt dicere poſſimus, cũ Vmberto Generali. S. ordinis Prędicatorũ, de Auguſtino, Bernardo, & Iſidoro loquẽte. a *Quis dubitet quin hoc à Spiritu ſancta ſit, in quo tres tanti Doctores vno ore concordant?* vel cũ S. Petro Damiano, b vbi adductis teſtimonijs Auguſtini, Hieronymi, & Proſperi, ſic inquit. *Ecce ad condemnandá, & fundi ùs abolendam Canonicorum pecuniá, tres non qualeſcunq; ſed inexpugnabiles in teſtimoniũ Doctores adduximus, vt in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbũ.* Henricus igitur id tradit in quodã tract. MS. de Origine religionis Eremit. S. Aug. cõpleto anno 1334. qui extat in Bibliotheca S. Victoris Pariſiẽſis in pluteo olim triplicis g. g. g. in principio autem huius tractatus teſtatur ſe agnouiſſe Generalem Lanfrãcum, (qui fuit primus Generalis poſt vnionem, & obijt anno 1264. vel 1265. vt referunt nonnulli; at in originali Bibliothecæ Angelicæ id nõ extat) bene tamen refert ſe interfuiſſe capitulo Ratiſponenſi, quòd celebratũ fuit an. 1290 in hoc ergo tractatu, ſic inquit. *Nam tempore Alexandei Papa IV. vt ipſemet teſtatus eſt,* (verbo, an ſcripto, non explicat.) *B. Aug. eidem in viſione apparuit, grandis quidem capite, ſed membris exilis. Ex quá viſione tanquam Diuino oraculo Papa cõmonitus vniuit Fratribus Eremitis S. Auguſtini plures alios ordines ſimiliter in Eremis habitantes, mandans eis, vt quicunque ex ipſis eſſent idonei ad fructificandum in populo per doctrinam Verbi Diuini, quòd illi deberent in Ciuitatibus habitare, & exemplari vita, ac ſalutari doctrina, ſimulq; confeßione prouida Dei populum irrigare, alijs Featribus nihilominùs ſecundùm diſpoſitionem Peioris generalis in Eremo eemanentibus; muniens eas priuilegijs, & gratijs tali ſtatui congruentibus. In qua quidem viſione B. Auguſt. apertè oſtendit ſe eſſe verum caput, & verum Patrem huius ordinis, & pee conſequens ipſos Fratres eſſe veros filios, & vera membra ipſius.* Et infra. *Sed poſtmodùm anno M.CC.LV. facta eſt vnio aliorum ordinum in Eremis habitãtium ad ordinem Eremitarum S. Auguſt. pee D. P. Alexandeum Diuino oraculo ipſum cõmonente, vt patet ex ſupradictis.* Et Rurſus infra. *Quo tempore B. Auguſtinus, vt ſupea viſum eſt, Papa Alexandro in viſione apparuit, grandis quidem capite, ſed membris exilis. Ex qua viſione Papa commonitus vniuit Fratribus Eremitis plures alios ordines ſimiliter in Fremis habitantibus* (debet dicere, *habitantes.*) Hæc Henricus, quaſi data opera eandem rem ſemel, bis, atque iterum conteſtans. Beatus verò F. Iordanus de Saxonia, c ſic ait. *B. Auguſtinus volens diſperſiones ſuæ religionis congregaci, ſuccedente,* (nempe Innocent. IV.) *in Sede Apoſtolica, ſcilicet Domino Alexandro Papa IV. in viſione apparuit, grandis capite, ſed membris exilis. Ex qua viſione velut Diuino oeaculo Papa commonitus, vnionem per pradeceſſorem ſuum Dominũ Innocentium inchoatam, conſumauit.* Iordani verba tranſcripſit S. Antoninus. d Vnde, ſi hæc credimus, *eeprehendi meritò non poſſumus cum eis crſerẽtibus peruenerint,* vt ait Auguſtinus, e *quos nobis non exiſtimaremus fuiſſe mentitos.*

a Cap 181. in Regulam Auguſtini
b Opuſcul 24. contra Clericos Regulares proprietarios. cap 2. p. 598.
c In Vitas Fratrum, lib. 1 c. 14. pag. 30. circa ann. 1336.
d 3. p. tit. 24. c. 14. §. 3. circa annum 1450.
e Lib. 18. de Ciuit cap. 18.

103 *Authores in veritate dictæ reuelationis conſpirantes.*

Neque hi ſoli Authores in hanc veritatem conſpirant. Conſentiunt plures alij, tam exteri, quàm domeſtici. Ambroſius Coriolanus circa annum 1481. Generalis Auguſtinenſium, f ſic habet. *Retulit ipſe Alexander IV, quòd ſibi dormienti tribus noctibus, nulla aliù nocte inteepoſita, apparuit S. Auguſtinus, cum cuculla nigra, cum pluuiali, & ſcapulari, ſupercinctus zona pellicea, cum mitra, & alijs ornamentis Pontificalibus, magnus quidem capite, exilis & tenuis membris. Qui cum optimorum, ac ſapientiſſimorum virorum conſilio viſionem interpretatus eſt, ipſum maximum fundamentum fidei extitiſſe, membra autem ſua id eſt, Fratres ſuos, paucos reperiri. Et ſanè, ac maturo conſilio deliberans Eremitas S. Auguſtini nuncupatos eſſe membra tanti capitis, illum ordinem mirum in modum auxit &c.* Idem tradiderunt

f In Chronico Auguſtiniano, & in Apolog. veritat. 2. c 4. in principio.

derunt Paulus Bergomensis, a Philippus Bergomensis Augustinianus, b Arrhmanus Schedel, c Supplementum Vincentij Belua censis impressum Venetijs anno 1494. titulo; *De temporibus præsentibus*, §. *Alexand. r IV* Hieron. Romanus, Augustinianus, d Iosephus Pamphilus Augustinianus, Episcopus Signinus, e Hieronymus Plati è Societate Iesu, f Ildefonsus Ciaconius, Dominicanus libro de Pontificib. & Card. in Alexandro IV. Ludouicus de Miranda Franciscanus, in Manuali Prælatorum, g Sampson Haius Guillelmita, in libro de Veritate vitæ, & ordinis D Guillelmi, pag. 67. Abrahamus Bzouius Dominicanus in Annalib. Eccles. ad finem vitæ Alexandri IV. h Dominicus Grauina Dominicanus in voce Turturis, seu de florenti religonum statu. p. 2. cap. 14. pag. 133. Ioannis Boufferius Andegauensis Fräciscanus, i Ioannes Marquez in libro de Origine ord. Frat. Eremit. S. Aug. k Ludouicus de Angeles de vita, & laudibus D. Aug. l Cornelius Lancellotus, Augustinianus, sicut & Marquez, & Angeles de vita D. Aug. m & alij plures ex recentioribus, inter quos annumeramus Nicolaum Cruseniū in Monastico Augustiniano, n & Fr. Archangelum Gianium, Florentinum seruitam in Centurijs sui ordinis, o editis ann. 1618. Quinimò & R.P.F. Lucas Vuadingus, Franciscanus, p quantumuis parum nobis faueat: nihilominus veritatē hanc tot testimonijs vallatam, neque argumentis impetere, neq; silentio supprimere voluit. Neque illam negauit, imò tradidit etiā hæreticus Balæus; & quamuis Clemēs Raynerus, q existimet Balæū ironice loqui, ipse tamen sic subdit. *Apparet tamen ex verbis S. Eduardi confessoris D. Augustinum reuelatione Diuina, nonnullis apparentem regula sua propagationem iniunxisse.* Non ergo mirum, quod Marquez vbi supra dixerit de hac visione, sinè ingēti audacia dubitari nō posse.

a In Apologia ordinis 3. p. n. cap. 1. edi à anno 1479.
b in supplemento Chronicorum, lib. 13. ann. 1251. impresso Venetijs anno 1486.
c In Chronicis generalibus sextæ ætate mundi, fol. 211. pag. 2. impressis Norimbergæ anno 1493.
d In defensorio 1. p. cap. 8.
e In Chronico August. fol. 27. & 48.
f De bono status Religiosi, lib. 2. cap. 27.
g Tom. 1. q. 4. art. 6.
h To 13. ann. 1261. col. 699.
i In lib. de statu, & Origine ordinis S. Frācisci, quæstione 5. prohæmioli, pag. 49.
k Cap 13. § 2. pag. 214
l Lib. 4. c. 22. pag. 166.
m Lib. 2. cap. 22. pag. 81.
n Par. 3. cap. 1. pag. 121.
o Cent 1. lib. 3. c. 3. fol. 26. pag. 2.
p Tom 2. Annalium ordinis Minorum, an. 1256 n. 18
q In suo Apostolatu Benedictino in Anglia, tract. 1. sect. 1. § 20. pagina 164.

104 Quinimò fortè cœlestem hanc visionē, indicare voluit Alexāder IV. in quadā Bulla data Laterani 12. Cal. Maij an. 3. Pōtific. atq; adeò Christi 1257. quæ habetur in Cōpendio Priuilegiorum per Fr. Emanuel. Rodrig. cōpilato in Mari magno Sixti IV. ibi.

Relatum Augustini apparitionem ab Alexandro IV. indicari ostenditur.

105 *Alexander Episcopus Seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Generali, & Prouincialibus, Prioribus, ac vniuersibus Fratribus ordinis Fratrum Eremitarum S. August. salutem, & Apostolicam benedictionē. Oblata nobis ex parte vestra petitio continebat, quòd Sedes Apostolica nonnullas domos ordinis vestri, antequam essetis in vnius religionis corpus de mandato nostro redacti, diuersis Priuilegijs, & Indulgentijs per speciales literas decorauit. Vt igitur vobis per Diuinam,* (Ecce vbi fortè innuit diuinam, sibi factam reuelationē ex iterata apparitione Augustini.) *Et nostram dispositionem in vna obseruantia, vno professionis fœdere coniunctis, omninò proficiat, quòd diuisim aliquibus domibus vestris ante vnionē huiusmodi fuerit ab eadem sede concessum; nos vestris precibus inclinati Priuilegia, & Indulgentias huiusmodi, eisdem domibus singulariter olim indulta, ad omnes, & singulas extendentes, vtendi eis quoties opus fuerit, liberam vobis omninò concedimus facultatem. Nulli ergo &c.*

Tertium, quòd respondet, D. Pennotus, 106
est, B. Aug. ante annos tringentos, aut quadringentos pluribus apparuisse, nō cuculla nigra indutū; sed habitu Clericali; vel Pontificali. Id autē ostēdit. Primò, quia apparuit in habitu Pontificali, vt refert Card. Baronius, r quadraginta viris Gallicanis Romā petentibus. Secūdo, quia apparuit etiam B. Norberto Præmonstratensium Canonicorum authori, vt testatur Hugo author vitæ ipsius, apud Suriū. f At non in pullo habitu zona præcinctō; aliàs, cui dubiū, quòd D. Norbertus, nō ordinem Candidatorum, vt Surius dicit; sed potiùs nigrorū sub Augustini regula instituisset. Tertiò, quia, vt refert Iacobus de Voragine, author plusquā 300. annorū, t Augustinus apparuit cuidā Monacho monasterij, quod dicitur Fontanetum in Burgundia, Hugo nomine, qui erat S. Aug. valdè deuotus; ibi. *Et ecce plures decori, ac fulgentes Viri amicti albis, Ecclesiam dicti monastery processionaliter intrauerunt, quos sequebatur quidā Reuerendus Pontificalibus insignitus.* Quartò, vt idē author refert, (& inter alias apparitiones, quas ibi enarrat, nūquam ait B. Augustinum, cuculla nigra indutum apparuisse; sed semper, vel cum Pontificalibus insignibus, vel albis vestitū.) Præposito cuiusdam Ecclesiæ in B. Augustinum magnam deuotionem habenti, *in albis Augustinus apparens, eidem ter citato pro prio nomine dixit, &c.* Hæc Pennotus.

Tertia Pennoti responsio.

r Tom. 9. anno 725. num 9.
f Tom. 3. die 6. Maij.
t In legenda Lombardica in vita D. Aug. fol. 1. pag. 1.

Pro solutione, impugnatione, & explicatione huius obiectionis Pennoticæ, noto 107
primò, Iacobū de Voragine in vita D. Aug. plures eius apparitiones enarrare, in quarum aliquibus non explicat, quo indumento ornatus appareurit; vt in apparitione facta cuidam Molendinario patiēti, phlegma falsum; & Iuueni Papiensi, qui à Marchione Malespinæ in carcere detinebatur; & cuidā Pastori sæuum vlcus inter scapulas habēti; in alijs sub specie pulcherrimi iuuenis, apparuisse refert de cuius ore

Pro solutione impugnatione, & explicatione obiectionis Pennoti notatio prima.

tantis inundantiũ aquarũ impetus exibat, quòd totam Ecclesiam videretur replere; vt in apparitione facta D. Bernardo, dum quadam vice in matutinis existens aliquãtulum obdormiisset, & de quodam Tract. Augustini lectiones legerentur, qui Augustinum adesse nõ dubitauit, qui fonte doctrinæ totam Ecclesiam irrigauit; in aliis, Pontificalibus insignitum se videndũ præbuisse testatur; vt in apparitione facta cuidam monacho Monasterij, quòd dicitur eleemosyna, in vigilia S. August. & Hugoni Monacho monasterij, quod dicitur Fontanetum; & 40. peregrinis Gallicanis; in aliis deniq; in albis apparuisse ait, vt in apparitione facta præposito cuiusdã Ecclesiæ.

108 Notatio secunda, quod quando Augustinus in albis apparuit, semper quis esset aperuit, secus quando apparuit sub Monastico habitu.

Secundò noto; quod quando Augustinus Monastico habitu indutus apparuit, non legitur, quòd Augustinus dixerit, se esse Augustinum, vel quod illi, quibus se videndum præbuit, dubitauerint quis esset; at ferè semper quando refertur Augustinus apparuisse in albis, vel in Pontificalibus, vel Augustinus quis esset aperuit; vel illi, quibus se ostendit, dubitauerunt, quis esset. Ostendamus ipsis exemplis, quæ Iacobus de Voragine, & Pẽnotus adducunt. Primò enim, quando Augustinus apparuit Hugoni Monacho in Pontificalibus, comitantibus illum viris fulgentibus; qui erant amicti albis, sic ait Iacobus de Voragine. *Quidam Monachus in Ecclesia consistens, hos videns obstupuit, & quinam essent, vel quo pergerent inquisiuit. Cui vnus eorum dixit, quod S. Augustinus esset cum suis Canonicis, qui ad deuotum suum morientem pergeret, vt eius animam ad Regnum gloriæ deportaret.* Secundò quando apparuit quadraginta peregrinis Gallicanis, Pontificalibus indutus, (non circa annum 912. vt habet Iacobus de Voragine, sed ante annum 796. quando Petrus Oldradus scripsit ad Carolum M. Epistolam de Translatione S. Augustini ex Sardinia Papiam,) sic idem Oldradus rem enarrat. *Quis esset, cum interrogaretur peregrinis, respondit, se esse Augustinum Hipponensem Episcopum.* Tertiò quando apparuit præposito illi cuiusdam Ecclesiæ, sic habet Iacobus de Voragine. *Adueniente solemnitate S. Augusti. cum iam in Vigilia ad vesperas pulsaretur, ad rogandum S. Augustinum tota deuotione se contulit. Cui in albis Augustinus apparens, eidem, ter citato proprio nomine, dixit: Ecce adsum, toties à te inuocatus. Surge citò, & celebra mihi officium vespertinum, &c.* Quæ ergo causa erit, propter quam, cùm apparet indutus Pontificalibus, dubitatur quis sit; & cùm in albis, ipse dicit se esse; cùm verò sub habitu Monastico, neque opus est, vt ipse dicat, se esse, neque dubitatur quis sit.

109 Notatio tertia, quòd ex apparitione D. Augustini in albis, non infertur, quod apparuerit indutus habitu Canonicorũ Regularium.

Noto tertiò, non benè inferri, *apparet in albis, ergo est Canonicus Regularis; vel est indutus habitu Canonicorum Regularium.* Demonstremus veritatem hãc pluribus exemplis. Primum sit Ioannis cap. 20. vbi de Maria Magdalena in Resurrectione Domini, sic ait: *Et vidit duos Angelos in albis.* Secũdum sit Actorum Apostolorum, cap. 1. vbi de Apostolis in die Ascensionis Domini, sic habetur: *Cumque intuerentur in cælum euntem illum, ecce duo viri adstiterunt iuxta illos in vestibus albis.* Tertium sit Apocalyp. 3. vbi ad Angelum Ecclesiæ Sardis, sic scribitur. *Sed habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt vestimenta sua, & ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt. Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis.* Et infra, *& vestimentis albis induaris*; & cap. 4. *& in circuitu sedis sedilia. 24. & super thronos 24. Seniores sedentes circum amicti vestimentis albis.* Quartum sit, quia in primitiua Ecclesia recens baptizati, albis induebantur. Vnde deriuata est denominatio Dominicæ in albis. Vnde, & S. Oddo Cluniacensis, [a] sic ait. *Sicut in libro Gerontikon dicitur, eadem datur gratia in Monachico habitu, quæ & in albis Baptismi.* Quintum sit Petri venerabilis Abbatis Cluniacẽsis, qui [b] de S.Fr. Benedicto, sic loquitur: *Respiciens ergo vidit infinitam multitudinem Abbatorum aduenire, & paulatim omne domus illius spatium complere. Cumque domum præclarissimis illis spiritibus repletam vidisset, Fratrum Conuentum esse suspicatus, custodem infirmorum, bonæ religionis virum, Otgerium nomine, vocauit, eique dixit; Frater Otgeri, hiccine ordo noster est, vt Conuentus albis indutus, in infirmariam veniat? &c. sed cum frater ille nullum albatorum in infirmaria illa esse affirmaret; adhuc in eadem opinione persistens, adiecit. Miror valdè quomodo hoc dicere potes, cùm non pars domus, sed tota eisdem albatis viris plena sit, & te ipsum, vbi nunc loqueris, ex omni parte iidem circumdent. Tunc tandem intellexit, cui hoc dicebat, non hominum illum Conuentum, sed beatorum esse Angelorum.* Adde, in veteribus consuetudinibus Cœnobij Floriacensis ordinis S. Benedicti, quæ extant in Bibliotheca Floriacensi Ioannis à Basco, sic habetur, pag. 395. *In ista prima Dominica Quadragesima est Conuentus in albis.* Et pag. 396. *Hodie* (scilicet Dominica in Ramis Palmarum) *est Cõuentus in albis.* Et pag. 398. *Post nonam* (feria 5. Maioris hebdomadæ) *Conuentus albis induitur.* Et pag. 407. *Duo fratres ad initium Matutinorum* (in vigilia S. Bene-

[a] In Bibliotheca Cluniacensi, lib. 2. collationum, cap. 7. columna 192.

[b] in eadem Bibliotheca, lib. 1. de miraculis cap. 20.

S. Benedicti *] albis Fidu i, altari assistunt hinc inde.* Et tamen nemo dicet Benedictinos Hotiacenses vlos fuisse illis diebus habitu Canonicorum Regularium. Ex his ergo exemplis manifestum est. Primò, neq; omnes, qui apparent in albis, esse Canonici Ordinis. Secundò, neque esse idem apparere in albis, atque apparere in vestibus Canonicorum Regularium: quandoquidem qui in his exemplis apparuerunt; vel induti albis referuntur, neque erat Canonici Regulares, neque illorum vestibus ornabantur.

110 Respondetur obiectioni, & responsioni Pennoti.

His positis ad responsionem, & exempla Pennoti respondeo, B. Augustinum etiam ante 300. & 400. annos apparuisse Monastico habitu indutum, vt ex apparitionibus, quas hucusque retulimus, & infra referemus: vel colligitur, vel constat manifestè. Exemplum autem, quòd primò loco adfertur, non obstat; quia licèt dicatur Augustinus apparuisse in Pontificalibus; tamen etiam dicitur à nullo illorum 40. hominum fuisse agnitum, & illos interrogasse ipsum, quisnam esset? quod non facerent, si illis apparuisset in eo habitu, in quo communiter tunc temporis pingebatur. Neque enim credibile est, quod nullus ex tot hominibus vidisset aliquando imaginem S. Augustini, vt posset illũ agnoscere.

111 Respondetur ad exemplum secundo loco adductum.

Ad exẽplum quod secũdò loco adducitur respõdeo illius esse momenti. Quoniã, vel Augustinus apparuit, vt Episcopus, vel vt Canonicus, vel vt Monachus: si primum nihil contra nos; admittimus enim Augustinum sæpe apparuisse in Pontificalibus; & si in Pontificalibus apparuit, nulla desumebatur maior ratio ex vi apparitionis: quare potius institueret ordinẽ nigrorum, quàm Candidatorum, vel è contra. Si secundum; contra est, quia si Augustinus apparuit vt Canonicus: vel apparuit, vt Canonicus niger, vel vt Canonicus albus; quoniam vt refert Pennotus, [a] Canonicorum Regularium in Anglia monasteria, alia dicuntur esse Canonicorum nigrorum, & alia Canonicorum alborum. Hi autem Canonici albi erant Præmostratẽses, sic enim ibi habetur, pag. 386. *Newnubosie, tituli S. Martialis. Fundator Petrus de Gaulia, albi Canonici, & primo domus ordinis Tramonstratensium in Anglia.* Si ergo apparuit, vt Canonicus niger, quomodò instituit ordinẽ Candidatorum? vel si respondeas eam consequentiam non esse efficacem, vt verè non est; eodem modo, & nos dissoluimus argumentum Pennoti, dicendo Augustinum

[a] Lib. 2. c. 37. nu. 12. à pag. 381.

apparuisse, vel apparere potuisse, sub habitu Monastico, licèt Norbertus instituerit ordinem Canonicorum; quia ipse ante apparitionem, volebat instituere ordinem Canonicorum, vt constat ex eius vita apud Surium, [b] erat enim Canonicus sæcularis, ibi: cap. 3. *Contulit se ad Ecclesiam, vbi fuerat, & erat Canonicus sæcularis*; & potuit nosse Augustinum non tantum instituisse ordinem Monachorum, sed & Canoninorum. Vnde cap. 22. author vitæ S. Norberti, sic habet: *Cum autem multi Religiosi, tam Episcopi, quàm Abbates, diuersa consilia darent, alius Eremiticam, alius Anachoreticam vitam, alius Cistercensem ordinẽ assumendum suadentes, &c. Tandem ne professioni Canonicæ, cui ipse, & quotquot cum eo viuere volebant, intitulati fuerant ab infantia, inferre iniuriam videretur; regulam quam B. Augustinus suis instituit, afferri præcepit.* Ecce, quare Augustino, etiam in habitu Monastico apparente, Norbertus ordinem Canonicum elegit. Quare autem potiùs colorem album, quam nigrum elegerit, quis nouit? fortè ad distinctionem aliorum, vel ad animi candorem, & puritatem significandam. Si verò dicatur tertium, habemus intentum.

[b] Tomo 3.

112 Progreditur solutio.

Addo. Non constat in quo habitu B. Augustinus D. Norberto apparuerit; cõstat tamen ipsum Augustinum expressisse, se esse, quasi non agnitum ab illo. In Appendice enim Monachorum Capembergensium apud Surium tom. 3. ad finem vitæ S. Norberti, sic habetur: *Est apud nos libellus vitam Deo digni fundatoris nostri continens, in quo ita scriptum est. Audiuimus eundem veritatis assertorem in communi Capitulo hæc, quæ sequuntur, proferentem 3. scio vnum ex professionis nostræ Fratribus, cui de regula nostra indaganti studiosiùs, non quidem suis meritis, sed Fratrum orationibus, visus est Augustinus, qui & auream regulam à Deo prolatam illi porrexit, seque luculento sermone intimauit, dicens, quem vides, Augustinus ego sum, Hipponensis Episcopus. Ecce habes regulam, quam ego conscripsi.*

113 Respondetur ad exemplum tertiò loco adductum duo. Primum.

Ad exemplum, quòd tertiò loco adducitur, duo dico. Primum est. Hinc ad summum constat B. Augustinum apparuisse in Pontificalibus; & cùm illo Canonicos in albis quod nos non negamus. Cùm enim B. August. Canonicos Regulares instituerit vel reformauerit: iure optimo apparuit in Pontificalibus associatus suis Canonicis: Tanquã veris suis filijs. Id quod antiqui nostri Patres non modo, nõ negarunt, imò & expresè affirmarunt, donec cõtentione exorta aliqui fortassis à veritatis tramite deuia-

annis, cùm tamen Pontifex ex relatione petentium tantùm dicat, *à decem, & octo annis citra.* Hæc tamen verba M. Marq. diuersissimam, vt patet, sententiam continent ab ea, quam tribuit Pennotus arguenti.

71 Notatur secundò.

Secundum est: Primum simulacrũ Domus Mediolanensis, cum habitu nostri ordinis fuisse sculptum, non casu, sed maturo consilio; sic enim sibi relatum fuisse Pontifex inquit, *habita super hac tunc matura deliberatione.* Quæ autem fuerit, hæc matura deliberatio, ni me fallo, narrauit nobis Ambrosius Coriolanus, [a] in hæc verba. *Decimò patet per aliam decisionem, & determinationem factam Mediolani tempore Illustrissimi Domini Galeaz Mariæ, anno 2. Pontific. Sanctissimi in Christo Patris, & D. D. Sixti Diuina prouidentia Papa IV. nam cùm quatuor Doctorum imagines marmoreæ super pinnaculum Templi, seu in basibus cuppæ Episcopatus Mediolanensis essent erigendæ, magna & diuturna orta est contentio, cum quo habitu imago S. Augustini erigi deberet. Tandem post multas disputationes, post longã discussionẽ, per consiliũ omnium sapientum, & doctissimorum virorum, consultum, & decisum fuit, quòd cum cucula nigra, & scapulari super pluuiale, cinctum zona pellicea, simulacrum illud, ad denotandum, quòd ipse Augustinus dux, pater, institutor, & fundator ordinis Fratrum Eremitarum extiterit, erigi deberet; & sic assumpta, & erecta maxima cum gloria huiusmodi statua fuit, sicut expressè omnibus illam videre cupientibus apparet:* Neque mirum, ita decisum. Præcesserat enim Papiæ similis decisio, quàm ibidem sic refert Coriolanus. *Nono patet per sollemnem disputationem factam de hac re Papiæ coram Illustrissimo Duce Mediolanensi Philippo Mariæ. Vbi cum omnes peritissimi viri, qui per omnem Lombardiam inueniebantur, congregati, & tam nostrorũ, quàm Canonicorum rationibus productis, decisum, conclusum, & determinatum fuit; atque deinde per publicum Tabellionem instrumentum confectum, adnotatum quòd Augustinus Doctor Ecclesiæ Eremita fuerit, & nigra cucula indutus, & zona pellicea cinctus.*

a In Apologia vetit. 1. c. 3. §. Decimò patet.

Sapientũ virorum decisiones, quòd Augustin. cũ habitu Eremitarum suorum pingi deberet.

72 Plures aliæ extant antiquæ, & recentes imagines D. Aug. sub eodem habitu Monastico, & Episcopali, scilicet tunica, capútio, corrigia, & pluuiali, depicti, vel sculpti, prout referunt Coriolanus, Ludouicus, & Marquez in locis statim citandis Coriolanus sic habet. [b] *Tunc nũc quòd in prima Ecclesia Christianorum, scilicet. S. Ioannis Laterani, quod in Capella Domini Papæ in suo Palatio, in Ecclesia S. Petri de Roma, in Ecclesia D. Mariæ Maioris de Roma, in Ecclesia S. Sophiæ Constantinopolis, in Episcopatu Lucano, Trisano, Florentino, Senensi, atque Papiensi imagines S. Augustini cum cucula nigra, atque scapulari aperiè videntur.* Et paulò infra. *Item in Capella S. Augustini in districtu Abbatiæ S. Ambrosij de Mediolano, in qua ipse Augustinus fuit baptizatus, vetustissima eius figura, cum cuculla nigra, & scapulari sunt depictæ.*

b In Apolog. vetit. 1. cap. 3. §. Vndecimò patet.

73 Responsio Pennoti.

Sed respondet Pennotus, [c] falsum esse reperiri eiusmodi imaginem in Ecclesia, siuè Palatio Lateranensi in sacello Pontificio; nam in Ecclesia Lateranensi, nulla imago D. August. cum cuculla reperitur, præter illam, quæ picta est sub Clemente VIII. de Palatio Laterani, etsi nihil certè affirmare ausit, quia vetus illud Palatium solo æquatum fuerit; ait tamen sibi certissimum esse, aut nullam talem imaginẽ, aut admodum recentem industria, vel importunitate sacellarij Pontificis, qui est ex ordine Eremitarum, admissam. Eodem modo docet de imagine in Ecclesia D. Petri dicendum; nam vetusta Basilica penitus destructa, & in noua nuper extructa nulla imago D. August. cum nigra cuculla apparet; in Basilica S. Mariæ Maioris dicit olim fuisse imaginem D. August. cum habitu Canonicali, vt Iacobus Vuimphelingius ante annos 120. scripsit, [d] de imagine in Ecclesia S. Sophiæ Constantinopolis, ait, nihil posse constare; imagines verò Episcopatuum supradictorum recentes esse, nec arguentem probare antiquitatem illarum; Addit antiquiores reperiri imagines D. Augustini cum habitu Canonicali, nempe in Lateranẽsi Ecclesia in Cimborio super Altare SS. Apostolorum, ante annos 250. facta sub Vrbano V. vel Gregorio XI. & similiter in sacello Pontificio ab antiquissimo tempore; & similiter in Episcopatu Lucensi.

c Lib. 1. c. 41. nu. 4. pag. 130

d Lib. de integritate, c. 32.

74 Infringitur Pennoti responsio quoad primam partem.

Sanè mirũ est, quantũ homines etiã docti, si rapiuntur proprijs affectibus, in meridie cęcutiant! scribit Coriolanus an. 1477. reperiri prædictas imagines S. Aug. scribit Pennotus anno 1624. falsum esse eas reperiri, quia modo non extant. Quis sic respondeat, quis sic desipiat? Damus: quòd modò in prædictis locis non extent antiquæ, sed tantùm recentes imagines S. Augustini sub habitu monastico; sequitur ne hinc, eas non extitisse anno 1477. quando Coriolanus scripsit? Adde. Quis credat sic aliquem hominem desipuisse, vel potiùs insaniuisse; vt Apologiam contra aduersarios scribens ad Põtificem Romæ degentem, in fauorem suæ causæ, allegaret, reperiri,

reperiri imagines S. Augustini sub habitu Monastico in eadem vrbe Roma, in Ecclesia Lateranensi, in sacello Pontificio, in Ecclesia S. Petri de Roma, & in Ecclesia S. Mariæ Maioris de Roma; cùm tamen ibi nullæ tales existerent? Equidem, ni me fallo, id sibi nemo præter Pennotum persuadebit, si verè id sibi persuadet, & non potiùs dissimulat sibi persuasum, ne conuictus appareat. Adde. Miror R. P. Pennotum Romæ commorantem ignorasse in antiqua imagine B. Mariæ, quam vocat *la Madonna di Monti*, esse depictum Augustinum à latere dextro inferiori cum habitu Augustiniano Eremitico, & Franciscum à sinistro cum habitu Franciscano. Videat quæso Pennotus hanc imaginem, & fateatur aliquam esse ab antiquo tempore imaginem Augustini sub habitu Augustiniano.

75

Infringitur quoad secundam.

Sed addit antiquiores reperiri imagines D. August. cum habitu Canonicali; & vnde id probat? Sanè nullum testimonium adducit, quo id demonstret; sibi vult credi, qui alijs non credit. Sed demus Pennoto reperiri etiam imagines antiquas D. Augustini, cum habitu Canonicali (quòd enim dentur antiquiores, ostendi non potest.) Tunc non sequitur, non dari etiam antiquas imagines D. August. cum habitu Monastico, sicut licèt dentur antiquæ imagines S. Ioannis de Sancto Facundo sub habitu Colleg. S. Bartholomæi Salmanticensis; non sequitur, quòd non dentur antiquæ imagines eiusdem sancti sub habitu Augustiniano, vel è contra; sed ad summum sequitur vnum ex duobus, scilicet; vel quòd Augustinus non tantùm fuit Monachus vsque ad Episcopatum, sed quod in Episcopatu post reformatum Ordinem Canonicorum Regularium, fuit etiam Canonicus Regularis; vel quòd verius est, quòd sic indutus est; non quia fuerit Canonicus Regularis; sed quia vestes illæ tempore S. August. communes erant omnibus Clericis; qui Diuinis officijs intererant, siuè essent Clerici Regulares, siuè non; siuè essent Clerici Monachi, siue non.

Vestes Canonicorum Regularium tempore S. Augustini erant communes omnibus Clericis etiam Monachis, dum Diuinis officijs intererant.

76

Alia Augustini imago, sub habitu monastico in Bibliot. Vatica. Lib. 4. cap. 3. fol. 55. pag. 2.

Sed, omisso Pennoto, audiamus Ludouicum ab Angelis, qui diminutè refereris Coriolani testimonium, addidit ea, quæ sequuntur: *Imago D. August. sub eodem habitu Monastico effigiata habetur in libro antiquo pergameno Bibliotheca Vaticanæ, vt patet ex instrumento Dominici Ramoldi eiusdem Bibliothecæ Custodis; & in eadem Bibliotheca ad eam partem, in qua sunt opera D. August. Vt notauit D. Angelus Rocca, Augustinianus Episcopus Thagastens. & sacri Palatij sac. sta in Bibliotheca Vaticana, fol. 143. Diuus Aug. Pontificalibus indutus vestibus; & cuculla nigra cernitur, Eodem modo extat in sepulchro Eugenij Papæ IV. in Ecclesia Romana S. Saluatoris in lauro; & Papiæ in aula publica Consistoriali, in qua sequens memoria literis exarata construatur.*

Alia imago D. Augustini monachi Papiæ in aula Cōsistoriali.

Anno M.D.III. Vrbe nostra sæuissima peste affecta, desperato, sublatoque humano consilio, cœlesti Protectori, duodeuiginti faces albas, quotannis oblaturi, nuncupato voto, salubrem statum impetrauerunt.

Est etiam in Regio Monasterio Scoriarij in Hispania simulacrum Augustini, sub Monastico habitu, cum hoc titulo. Vera effigies S. P. N. August.

Alia similia in Monasterio Scoriarij.

77

Prima responsio Pennoti.

Adhæc autem respondet Pennotus,[b] plura. Primum est, non constat de tempore, quo imago illa libri pergaminei Bibliothecæ Vaticanæ picta fuit, vel liber ipse scriptus, aut ibi positus; & certum est Bibliothecam Vaticanam primum fuisse constructam sub Bonifacio IX. De imagine autem in noua Bibliotheca per Sixtum V. erecta, & supra sepulchrum Eugenij IV. agit se nihil dicere, nempe quia constat aliam erectam fuisse circa annum 1447. & aliam circa ann. 1590.

[b] Lib. 1. c. 41. num. 5. & 6. pag. 131.

78

Reijcitur Pennoti responsio primò.

Cæterum hæc respōsio nullius est ponderis. Primò; quia non omnia simulacra S. Aug. sub habitu monastico adducuntur ad probandam antiquitatem huiusmodi simulacrorum; sed vel ad cōprobandam antiquitatem, vel continuationē similium imaginum in celebrioribus orbis, & locis, & templis. Secundò, quia licèt Bibliotheca Vaticana sit primum constructa sub Bonifacio IX. circa ann. 1400. tamen cum liber sit antiquus, potuit esse multò antiquior Augustini imago, quàm constructio Bibliothecæ.

Secundò.

79

Secunda Pennoti responsio.

Secundum, quòd Pennotus respondet, est, se negare imaginem D. August. in aula Consistoriali Palatij Papiensium esse vetustissimam, quia illius antiquitas centesimum, & vigesimum annum non excedit, vt constat ex illius inscriptione, siuè subscriptione. Addit, Ciues Papienses ante ann. 1483. B. Augustinum in publicis vexillis Canonicali habitu indutum pinxisse.

80

Reijcitur, & falsum Pennotum supponere aperitur.

Hæc tamen responsio, & supponit falsum, & nulla est; supponit falsum: quia negat imaginem illā vetustissimam, quasi aduersarius id affirmauerit: & tamen nemo id dixit. Habuit tamen occasionem errandi Pennotus in Ludouico ab Angelis, qui sic ait: *In vrbe Papia ab antiquissimo tēpore*

depictus

depictus inuenitur Augustinus cum monasticis, & desuper Pontificalibus indumentis; & sic [est] in aula publica, quæ consistorialis appellatur &c. Iudicet lector verum author iste asseruerit imaginem illam consistorialem esse vetustissimam, vt perperam illi tribuerat Pennotus, an verò potiùs dicat duo; vnum, Papiæ reperiri ab antiquissimo tempore imagines D. August. sub habitu Monastico; & alterum, similem imaginem reperiri etiã in aula Consistoriali, ab anno 1503. in quo cœlestis Protectoris Augustini intercessione salubrem statum vrbs illa sæuissima peste affecta impetrauit. Nulla verò est. Primò, quia imago illa Consistorialis tantùm adducitur ad probandam cõtinuationem, non verò antiquitatem illorum simulacrorum. Secundò, quia licèt olim Papiæ vexillum gestaret Augustinum Canonicali habitu indutum, nempe pluuiali crocei coloris, & mitra, & tunica linea rochetto nuncapata, & altera tunica longiori alba sub rochetto; id tamen potuit fieri vno ex duobus modis, quos paulò ante assignauimus ad finem versiculi; *Sed addit.* Tertiò, quia modo Papiæ vexillum gestat Augustinum Monasticis, & Pontificalibus vestimentis indutum, quòd non sinè magno consilio, & matura discussione factũ fuisse credendum; præsertim in ea vrbe, in qua Canonici Regulares, & erant antiquiores, & ditiores Eremitis Augustinianis.

81 Omittamus iterum Pennotum, & audiamus M. Marquez, qui ea, quæ Coriolanus; & Angeles tradiderunt, adduxit, & vltra addidit, [a] imaginem D. August. sub habitu Monastico, & Pontificali conseruari in altari maiori Conuentus Salmanticensis ord. S. Dominici, & Regij Conuentus S. Laurentij. dicti del Escurial; & in sacello celeberrimæ Academiæ Salmãtinæ; idem assumptum ostenderat, [b] ex duobus testimonijs, quæ nobis Africa his centum annis protulit. Vnus firmam fidem, & integram, Romæ accepit, Illustriss. Dom. D. Fr. Augustinus de Iesu Archiepiscopus Braccharensis, dum inter Augustinianos esset Vicarius Generalis Alemaniæ; & alteriùs, Illustriss. D. F. Alexius de Meneses Augustinianus, eius in Archiepiscopatu successor, Prorex Lusitaniæ, & præses Consilij Lusitani in Curia Regia: qui rem illam publicis Notariorum testimonijs fecit roborari in memoriam futurorum.

Referuntur aliæ Augustini imagines sub habitu Monastico.

[a] Cap. 7. §. 5. pag. 110.

[b] Cap. 4. §. 3. pag. 37.

82 Primum est, quædam lamina, quæ in fundamentis antiqui cuiusdam ædificij vrbis Hipponensis inuenta est, cum gloriosæ memoriæ Imperat. Carolus Quintus in expeditione Tunecensi illã expugnauit; erant in ea sculpti D. P. Augustinus, & alij religiosi nostri Ordinis genuflexi ante eum, & tam hic quàm illi eodem erant induti habitu, quo nunc nos induimur, hoc excepto, quòd capellæ, seu caputia erant aliquãtò maiora, & formæ parumper diuersæ, Hanc vt quiddam pretiosum, & rarum propter antiquitatem dono dedit Illustrissimo D. Fr. Hieronymo Seripando nostri ordinis Generali, post Archiepiscopo Salernitano, & S. R. E. Cardinali, & Concilij Tridentini Præsidi, eques quidam Neapolitanus, ipsius consanguineus, qui expugnationi interfuit. Secundum est, liber quidam Historiarum Arabicus, qui à tempore immemoriali conseruatus est in Bibliotheca Regum Marrocensium, quem anno 1613. D. Ludouicus Faxardus, præfectus classis Maris Oceani, misit Regi Philippo Tertio, cum deuictis quibusdam Maurorum triremibus, Bibliothecam reperit, quàm quidam illius Regni prætensor Constantinopolim mittebat, deuicto Rege Marrocitano, qui eam in Regio palatio conseruabat. In hac in pluribus initijs Capitulorum, depictus est quidam Episcopus in vestibus Pontificalibus, & ante eum duo Fratres Augustiniani, & aliquando vnus tantum, stantes, eodem atque nos habitu induti, cum discrimine tamen Caputiorum supra assignato. Conseruatur modo hic liber in Bibliotheca Regia S. Laurentij Scoriarij.

Prima. Lamina cum imagine S. Augustini sub habitu Monastico reperta Hippone tempore Caroli V. in fundamentis antiqui ædificij.

Secunda. Liber Historiarum Arabicus repertus in Bibliotheca Regũ Marrocensium in cuius pluribus capitulorum initijs erat depictus Episcopus cum duobus Fratribus Eremitis.

Ad hæc autem. Resp. Pennotus, [c] tria: 83
Primum est, imagines adductas à Marquez, cap. 7. non esse antiquiores trecentis annis. Cœterum quidquid sit de hoc, saltem ex illis ostenditur continuatio, pingendi Augustinum sub Monastico habitu in celeberrimis Templis, locisque.

Prima Pennoti responsio.

[c] Lib. 1. c. 41. nu. 5. pag. 138.

In aliquo fauere ostenditur.

Secundum est, relationem de lamina 84
illa ærea in fundamento domus Ciuitatis Hipponensis repertam, esse apocrypham, nec fide dignam. Primò, quia, nec nomen, nec tempus inuentoris, & inuentionis illius laminæ signatur, nec etiam nomen illius Neapolitani, qui eam Cardin. Seripando obtulit; & potuit quis, vel ad pecunias lucrandas, vel amicitiam cum illo Cardinali, qui erat Ordinis Eremit. ineundam, illam finxisse, sicut confictι sunt sermones, sub nomine B. Augustini ad Eremitas. Secundò, quia licèt vera esset ea relatio, nihilominus non probatur intentum, cùm nulla esset in ea inscriptio, ex qua posset cõstare

Secunda eiusdem responsio.

illam

illam potius D. Aug. quàm alterius cuiusquam fuisse; & poterant illæ imagines aliquos Monachos Africanos, aut Hispanos retulisse ex illis antiquis, qui partes Africæ olim incolebant.

85 Impugnatur primum.

Contra primum fundamentum huius euasionis est; quia si propter tā leues suspiciones eleuatur fides virorū tā illustrium, qualis erat Illustrissimus D. Fr. Augustinus de Castro Archiepiscopus Bracearēsis, nihil erit firmū in fide humana; omnesq; historiæ, etiā ab oculatis testibus scriptæ venient in dubiū pro libito vniuscuiusq;. Addo. Quis requirat, ne apocrypha indicetur ea relatio, quòd assignatū fuerit nomen, & tēpus inuentoris? Adde. Fallitur Pennotus, dū ait non assignari tempus inuentoris, & inuentionis ipsius laminæ; dicitur enim reperta tēpore expeditionis Tunetensis, quādo Carolus V. Hipponensem vrbē expugnauit. Hoc autē contigit (vt tradit Ludouicus de Marmol Caruaxal, [a] anno 1535. Adde, licèt non assignetur nomē Neapolitani, qui eā obtulit Seripando, tunc tātùm Generali, postea etiā Cardinali; tamen refertur fuisse eius cōsanguineus, de quo credibile nō est, quòd imaginem illam efformaret, cum his circumstantijs, quas retulimus, vt pecunias lucraretur, vel amicitias iniret cum suo consanguineo. Sanè sic veritatem eludere, & omnium hominum fidem eleuare, indicium non leue est infirmitatis in Pennoto, virium in aduersario.

a In historia Africæ 3. par. lib. 6. c. 6. folio 234. pag. 2.

86 Infringitur secundū Pennoti primò.

Contra secundū etiam fundamentum insto primò. Quia quis dixit Pennoto imaginē illā caruisse inscriptione? An quia non refertur? sed asseritur fuisse Augustini; atq; adeò id debuit illis cōstare, vel ex inscriptione, vel ex alijs signis, qualia esse possent, si haberet in manu Ecclesiam, vel cor sagittis transfixū, vel similes notas proprias Augustini. Secūdò, quia ad minùs habemus Monachos Africanos, & Hispanos illius tēporis indutos fuisse habitu Monastico, quo modò nos induimur. Atq; adeò habitus Augustinianus nō erit nouitius in orbe à tempore Greg. IX. sed antiquissimus à tempore Augustini. Adde, cùm omnes benè sentientes censeant Monachos Africanos ab Augustino institutos fuisse, consequens erit Augustinum illis præscripsisse prædictum habitum quoad essentialia.

Infringitur secundo, & in aliquo fauere demōstratur.

87 Tertia Pennotii responsio.

Tertium, quòd respondet Pennotus, est. Imagines Monachorū in libro Arabico repertas nullā fidem facere: quia in eo libro, non legitur notatus locus, nec tempus, nec Princeps, nec aliæ circūstantiæ personarū, ex quarū obseruatione indiciū de historijs veris, & fictis potissimū fieri cōsueuit; neq; illius libri Interpretes fuerunt cōcordes in explicatione earū imaginum. Potueruntq; illi Monachi exploratores Regum Hispanorum, aut Lusitanorū fuisse, sub habitu Monachorū ad illas regiones missi, aut viri religiosi ab Episcopis Lusitanis ad Euangeliū illis gentibus prædicandum destinati.

88 Reijcitur.

In hac parte diuinat Pennotus: sed fallitur. Licèt enim in eo libro nō notetur tempus, locus, Princeps, & aliæ circunstantiæ; tamen forma caputiorum ea est, quæ multò ante tempora Gregorij IX. debuit præcessisse; atque adeò ad minus habemus habitum, quem modo gestamus, esse quoad essentialia antiquiorem Gregorio IX. Adde, ex antiquitate ipsius libri constat imagines illas esse longè antiquiores, quàm Pennotus existimat.

89 Alia D. Augustini imago, cum Eremitis à sinistro latere.

Verùm præter simulacra à Coriolano, de Angelis, & Marquez adducta, addamus, & nos vnum pluribus alijs omissis; in antiqua Sede Tarraconensi, quæ vsq; ad tempora Clemētis VII. circa annum 1524. Canonicum D. Augustini ordinem obseruauit, in sacello Archiepiscopi D. Antonij Augustini extat vetusta D. Augustini imago, vt conijcere est plusquàm 300. annorū; in cuius sinistro latere habetur depicta effigies. D. August. in lecto iacentis ad mortem, & à manu dextera Canonici Regulares à sinistra verò extant Eremitæ Augustiniani, sub eadem habitus forma atque modo, quasi vtrique sint filij, & hæredes communis parentis ab intestato morientis. Hæc autem imago fuit depicta, quando Ecclesia illa erat Canonicorum Regularium, & in ea vrbe non extabat Conuentus Eremitarum.

90 Obiecta generalia Pennoti referuntur.

Verùm antequam ad vlteriora progrediamur, quædam Pennoti obiecta, [b] generaliter contra prædictas D. Augustini imagines pugnantia oportet dissoluere. Primū est; quia hæ imagines rudes sunt, & pro voluntate efficte, alioquin asseramus Beatum Aug. in Ecclesia, cum sacra faceret, ac Diuinis interesset, cucullam super pluuiale tulisse. Secundū est. Quia si antiquitate Picturarum res decernenda esset, possunt Canonici Regulares multò vetustiores producere, cùm multas Ecclesias in toto orbe antiquissimas, ante 500. & 600. annos ostendere valeant, cum imaginibus D. August. vestibus Clericalibus induti, antequam de ordine Eremitarum verbum haberetur.

b Lib. 1. c. 41. n. 5. pag. 129.

91 Diluitur primum.

Ad primum dico desumptum fuisse ex doctrina Card. Spoletani Ordinis Canon.

Reg. Protectoris tempore Sixti IV. qui, vt refert Coriolanus, a dixit; *Quòd cùm Augustinus pingeretur in Pontificalibus non rectè pingeretur cum caputio desuper; quia quando Fratres Pontificalibus sunt induti, non deferunt caputia super Pontificalia; & propter hanc rationem dixit se deleuisse caputium ab antiquissima, & vetustissima figura S. August. quæ erat in Ecclesia S. Anastasij Romæ. Cui etsi cùm à Reuerendissimo D. Rothomagensi diceretur, & à nobis id fieri ad cognoscendum, quòd talem habitum portauerit; sicut etiam depingitur S. Ludouicus cum habitu Minorum, sic à veritate conuictus assensit, adeò vt maxima cum instantia petierit etiam sub censuris Ecclesiasticis poni silentium inter nos. & Vos;* atque adeò dicere possumus ad Pennotum mutuatis ab Ambrosio verbis, *qui sequutus es* Cardinalem Spoletanum *errantem sequere pœnitentem.*

a In Apologia veritatis in respons. ad 7.

92 Ad secundum responsio. Quamuis admittamus Canonicos Regulares posse ostẽdere imagines D. August. sub habitu Canonico antiquiores, quàm nos possimus sub habitu Monastico, de quo valdè dubito, cũ nos ostẽdamus imaginem D. Aug. in Templo S. Marci Venetiarum ab anno 1084. sculptam; nihilominus ad summum tantùm sequitur vnum ex duobus, quæ supra assignauimus, vertic. *Sed addit.* Quòd autem Pennotus refert ex Ioanne Molano, b Respondeo opus illud esse posthumum ab Henrico Ruychio editum anno 1594. quis scit vtrum verò fuerit aliquid superadditum? Sed demus opus esse sincerè editum, nobis opponatur Molanus, sicut & Iacobus Vuimphelingus. c Cæterùm difficile est creditu, nihil Molano additum; qui in additionibus ad Martyrologium die 10. Februarij, & 23. Octobris planè & clarè fatetur D. Guillelmum, & B. Ioannem Bonum esse ordinis Eremit. S. Augustini, & in libro de picturis, quem edidit ann. 1570. agens, d de hac eadem pictura S. Augustini, & doctrina Coriolani, nec verbũ cõtra illã habet.

Diluitur secundum.

b Lib. 3. de historia S. imag. c. 36 fol. 148.

c Lib. 1. de integritate, c. 32

d Cap. 62. fol. 380. pag. 2.

§. TERTIVS.

Probatur eadem veritas ex Diuinis reuelationibus.

93 TErtiò igitur ostenditur eadem veritas de integro habitu Augustiniano, saltẽ quoad essentialiora, tunicam scilicet, caputiũ, & corrigiam, ex varijs cœlitum apparitionibus; ex quibus constat, vel colligitur D. Augustinũ se gessisse tanquam Eremitarũ Patrẽ, & institutorem; vel in eisdem vestibus, quas modò portamus, & ipse cõmuniter depingitur ab omnibus, apparuisse; quia aliàs non fuisset agnitus, quis esset, & illi, quibus facta fuisset apparitio, debuissent inquirere, quis esset, sicut rogauerunt peregrini illi Vltramontani, quibus habitu Põtificali ornatũ apparuisse, narrat Petrus Oldradus Archiepiscopus Mediolani anno 796. in Epist. ad Carol. Mag. de translatione S. Augustini, ex Sardinia Papiam.

Prima Augustini apparitio ex ijs, quas legi ad nostrũ propositum spectans, accidit ante annũ 796. eo nempe tẽpore, quo Longobardi adhuc Papia potiebantur. Rẽ narrat Iordanus de Saxonia, e Paulus Veronensis, f & Iosephus Pamphilus; g verba Pauli Veronensis hæc sunt. 94

Prima B. Augustini apparitio accidit ante annum 796.

e In Sanctuarij, serm 59. in translatione S. Augustini,

Vir quidã nobilis genere, Senensis, cùm aliquã particulam corporis D. Aug. quam coleret, habere apud se vehementer exoptaret; Ticinũ profectus, à sancti corporis custode eam efflagitauit, magna vi pecuniæ illi proposita. Custos id se facturũ promittens recepit; sed nõ ausus quidquam de sanctissimo corpore detrahere, viro, illi operã dare assimulans, ad sepulchrũ cuiusdam, qui paucis ante diebus humatus erat; accessit, illiusq; cadaueris dextera abscissum pollicẽ serico inuolutũ viro illi nobili porrexit, asserens eũ D. Aug. esse digitũ. Quem Patritius ille reuerenter accipiens religiosissimè colebat, modo ori, modo oculis admouens, sæpe eundem sinu resouens. Nocte quadã in ædibus suis nõ planè dormienti D. Augustinus viro apparuit in luce multa, dixitq; illi. Fili, quiddã apud te reliquiarum mei corporis habere credis, sed falleris; (non patitur Magister veritatis Augustinus deuotos suos decipi.) *Quẽ enim digitũ venerans, non est meus, sed alterius viri: & sunctiusq; reipsa verba cõprobẽ, manus mea integra sunt. Vide. Sed ne fides tua vana sit, accipe digitum hunc meum, statimque ademp. à dextera sua pollicem ei dono dedit, euanuitq; ab oculis illius, multa quidẽ; vbicũq; adeò vir ille, signa & prodigia sacro digito faciebat. Quòd audiens Longobardorum Rex, sancti corporis custodem in carcerem conijci iussit, ne verũ pænitus cognosceret. Custode verò affirmãte se alterius cadaueris pollicem abscissum patritio illi tradidisse; Rex vbi D. Augustini corpus asseruabatur, locum patefieri iussit, sanctoque corpori dextera pollicem præterea nihil, deesse comperit.* Hæc Paulus Veronensis. Addit Pamphilus hunc digitũ hodie venerabiliter asseruari in Templo nostro Montis Ilcini in Etruria. 95

f In sermone de Oratione.

g In Chronico August. folio 91 circa annos 1356. 1370. & 1380.

Secunda Augustini apparitio, facta fuit Alexandro IV. anno 1. Pontificatus, quam ipse Põtifex refertur enarrasse in Bulla expedita pro celebrãdo Capitulo vnionis generalis. Hanc Bullam olim reperiri in Conuentu nostro Herpibolensi in Franconia, & partem eius extare, seque illam reperisse in Gallia, 96

Secũda B. Augustini apparitio an. 1255. sub Eremitico habitu.

Gallia, in Prouincia, in Conuentu Grassæ testatur Hieron. Romanus,[a] & Iosephus Pamphilus Episcopus Sgninus,[b] sic habet: *Anno 1335. Pridie Nonas Iunij Conuentus cœctus est Grassæ in Prouincia, vbi idem Guillelmus in sequens triennium confirmatur. In hoc Cænobio quod est (vt ex eius memorijs constat) omnium nostri ordinis vetustissimum, extat Priuilegium quoddam Alexandri IV. in quo fit mentio de visione, qua B. Augustinum vidit, grandem quidem capite, sed membris exilem.*

a 1. par. defensorij, cap. 8. & in Centurijs, fo. 66 anno 1335 & in MS.

b In Chronico Augustiniano, fol. 48.

97 Hieronymus autẽ Romanus in MS. quæ apud me habui, vt testis ocularis, hæc in illa verbatim contineri affirmat, quæ à nobis in linguam Latinam, sic ad verbum transferuntur: *Cum ego essem in maiori noctis quiete requiescens in cubili à continuo labore mei muneris, subito circumdatus sum splendore quodam, & ecce in medio eius S. Augustinus indutus Pontificalibus, idest, pluuiali, & mitra, & subtus portabat cucullam nigram præcinctam cingulo coriaceo, & super, caputium Monachi; & videbatur S. Doctor caput ingens habere, cætera verò membra exilia: Hocque mihi accidit tribus noctibus continuis. Ex quo ego admiratus, vocaui homines in Diuinis literis eruditos, petijque, vt mihi visionem illam interpretarentur. Responsumque mihi ab omnibus fuit, per caput magnum repræsentari fundamentum magnum, quod in Ecclesia fuerat; per membra verò exilia denotari eius Fratres, qui fauore erant nimis destituti, & dispersi per omnem Christianitatem.* Ex hac visione velut Diuino oraculo Papam commonitum, vnionem per prædecessorem suum Dominum Innocentium IV. inchoatam consummasse tradunt communiter Authores; & de veritate huius visionis dubitare, *esset*, vt ait M. Marquez,[c] *ingens audacia*, esset enim manifestam iniuriam irrogare fidei plurium, & grauissimorum Authorum; & idem Marquez,[d] alias Augustini apparitiones referens ait, *eas negari non posse sine ingenti temeritate, propter constantem traditionem, quæ de illis habetur.*

c Cap. 13. §. 2. pag. 214.

d Capit. 9. §. 7. pag. 111.

98 Sed respondet Pennotus,[e] quatuor: Primum est, hanc, & alias apparitiones à M. Marquez, Ludouico de Angelis, Paulo Bergomensi, Ambrosio Coriolano, & alijs Authoribus allegatas, absque aliqua temeritatis nota, negari posse. Nam quintæ sit temeritatis testimonio Coriolani nolle fidem adhibere, de cuius Apologia dixit Volaterranus lib. 21. *Totum Apocryphum, nullusque author idoneus*; & quam Sixtus IV. & Innocentius VIII. suspenderunt donec expurgaretur; & idem ait dici posse de Apologia Pauli Bergomatis, *quæ ijsdem prorsus figmentis, & ludorijs vbique scatet*: sic loquitur Pennotus.

Responsio prima Pennoti.

e Lib. 2. §. 40. nu. 5. pag. 126

Sed contra hæc Pennoti obiecta & asserta, obijcio. Quia apparitiones, de quibus Marquez, & alij loquuntur, negari nequeunt; non quidem, quia à Coriolano, vel Paulo Bergomate referantur; (adhuc tamẽ iniustè tam malè audiunt à Pennoto.) Sed quia, vel cõstanti traditione firmantur, vel irrefragabilium Authorũ testimonijs confirmantur. Marquez enim pag. 111. agit de apparitionib⁹ Toletanis, & Mantuana, quas infra, sub nu. 3. 7. & 9. recensebimus; pagina vero 214. de apparitione facta Alexandro IV. hæ autem omnes ea traditione, ijs authoribus innituntur, vt iure optimo dici possit, sinè ingenti temeritate, & audacia, eas negari non posse. Addo. Apologia Coriolani, de qua tam asperè loquitur Pennotus, fortassis à Sixto, & Innocentio, suspensa fuit, donec expurgaretur; quòd etiã alijs tractatibus Canonicorum Regularium in eadẽ causa compositis, fortè accidit; tamẽ postea absolutè permissa est. Hoc cõstat ex literis originalibus Raphaelis Cardinalis S. Georgij ordinis nostri Protectoris, quæ asseruantur Romæ in Archiuo Ordinis, n. 3. & adducuntur à R. P. M. Fr. Laurentio de Empoli in Bullario, pag. 324. sub Constit. 3. Sixti IV. expeditæ autẽ feruntur Romę penultima die Martij an. 1483. sub Põtificatu Innocentij VIII. (atq; adeò non ann. 1483. eo enim anno Sixtus 4. viuebat; sed fortè ann. 1489. qui per errorẽ impressoris apponitur 1483.) ibi ergò Cardinalis Raphael inter alia, sic ait: *Declarantes &c. quod libri, ac tractatus per eosdem Fratres ord. Eremitarum, & pro eorum parte, & defensione cõtra eosdem Canonicos Regulares, & eorum libros, & tractatus, & quorumcunque aliorum procis hactenus super hac materia confectis, & publicatis, in suo etiam robore permaneant, ac liberè scribi, vendi, retineri, & vti, ac largiri per eosdem Fratres ordinis Eremitarum possint.* Hæc Raphael Cardin. ex viuæ vocis oraculo Innocentij VIII: ex quibus admonendus est Brouius, circa finẽ huius operis citandus, & impugnandus.

99 Reijcitur.

Secundũ, quod Pennotus respondet, est; visionẽ Alexãdri IV. fictã fuisse à Coriolano, & ante illũ à F. Iordano,[f] eãq; Apocryphã, & suspectã esse conatur ostẽdere: quia ex illa admonitus dicitur fuisse Põtifex ad vnionẽ generalem ord. Eremit. S. August. At verba Gregorij IX. & Alexãdri IV. nõ indicant Põtifices ex apparitionibus sibi factis excitatos ad certũ habitũ Eremitis præscribẽdũ, & varias Cõgregationes in vnũ ordinem sub

100 Secunda Pennoti respõsio.

f Lib. 1. cap 14

nem sub

nẽ sub vno capite cõpingendas; sed quòd ijdem Eremitę, sub incerto, & vario habitu per Lombardiam, & Marchiam Anconitanam, aliasq; Prouincias vagarentur, &c.

101 *Reijcitur primò, vt non sibi constans, & parùm pia.*

Sed vt verum fatear, responsio hæc nulli viro prudenti, religioso, & docto placere potest. Primò, quia dicit fictã fuisse à Coriolano, & ante illum à F. Iordano de Saxonia. In qua propositione duo sunt absurda. Primum est; quia si ea visio ficta fuit à Fr. Iordano, non potuit fingi à Coriolano, qui pluribus annis post Iordanum vixit. Nemo enim dicitur fingere id, quòd ab alio iã est fictum. Secundum est; quia irreuerẽter, & parũ piè tribuit eam fictionem Fr. Iordano de Saxonia, viro sanctissimo, qui ab omnibus alijs authoribus optimè, à solo Pennoto pessimè audit. Quis pius sibi persuadeat, Beatũ virum, hominem eximiæ sanctitatis adeò delirasse, vt fictitiam visionẽ à D. Augustino Summo Ecclesię Põtifici ostẽsam, temerè & imprudenter effingeret? Credo equidem, nec vana fides, nullus erit præter Pẽnotũ, qui scel⁹ tãtũ, tãto viro adscribat.

102 *Reijcitur secundò.*

Secundò, quia ea visio, neq; primò tradita fuit à Iordano, & Coriolano, neque ab illis solis. Eã in scriptis suis contestatã reliquerunt B. Fr. Henricus de Vrimaria. B. Fr. Iordanus de Saxonia, & S. Antoninus Dominicanus Archiepiscopus Florentinus, vt dicere possimus, cũ Vmberto Generali. S. ordinis Pręedicatorũ, de Augustino, Bernardo, & Isidoro loquẽte. [a] *Quis dubitet quin hoc à Spiritu sancta sit, in quo tres tanti Doctores vno ore concordant?* vel cũ S. Petro Damiano, [b] vbi adductis testimonijs Augustini, Hieronymi, & Prosperi, sic inquit. *Ecce ad condemnandá, & fundi ius abolendam Canonicorum pecuniá, tres non qualescunq; sed inexpugnabiles in testimoniũ Doctores adduximus, vt in ore duorum, vel trium testium stet omne Verbũ.* Henricus igitur id tradit in quodã tract. MS. de Origine religionis Eremit. S. Aug. cõpleto anno 1334. qui extat in Bibliotheca S. Victoris Parisiẽsis in pluteo olim triplicis g. g. g. in principio autem huius tractatus testatur se agnouisse Generalem Lanfrãcum, (qui fuit primus Generalis post vnionem, & obijt anno 1264. vel 1265. vt referunt nonnulli; at in originali Bibliothecæ Angelicæ id nõ extat; benè tamen refert se interfuisse capitulo Ratisponensi, quòd celebratũ fuit an. 1290 in hoc ergo tractatu, sic inquit. *Nam tempore Alexandri Papæ IV. vt ipsemet testatus est,* (verbo, an scripto, non explicat.) *B. Aug. eidem in visione apparuit, grandis quidem capite, sed membris exilis. Ex qua visione tanquam Diuino oraculo Papa cõmonitus vniuit Fratrum Eremitis S. Augustini plures alios ordines similiter in Eremis habitantes, mandans eis, vt quicunque ex ipsis essent idonei ad sanctificandum in populo per doctrinam Verbi Diuini, quòd illi deberent in Ciuitatibus habitare, & exemplari vita, ac salutari doctrina, simulq; confessione promda Dei populum irrigare, alijs Fratribus nihilominùs secundùm dispositionem Prioris generalis in Eremo remanentibus; muniens eos priuilegijs, & gratijs tali statui congruentibus. In qua quidem visione B. August. apertè ostendit se esse verum caput, & verum Patrem huius ordinis, & per consequens ipsos Fratres esse veros filios, & vera membra ipsius.* Et infra. *Sed postmodùm anno M.CC.LV. facta est vnio aliorum ordinum in Eremis habitãtium ad ordinem Eremitarum S. August. per D. P. Alexandrum Diuino oraculo ipsum cõmonente, vt patet ex supradictis.* Et Rursus infra. *Quo tempore B. Augustinus, vt supra visum est, Papæ Alexandro in visione apparuit, grandis quidem capite, sed membris exilis. Ex qua visione Papa commonitus vniuit Fratribus Eremitis plures alios ordines similiter in Eremis habitantibus* (debet dicere, *habitantes.*) Hæc Henricus, quasi data opera eandem rem semel, bis, atque iterum contestans. Beatus verò F. Iordanus de Saxonia, [c] sic ait. *B. Augustinus volens dispersiones suæ religionis congregare, succedente ei,* (nempe Innocent. IV.) *in Sede Apostolica, scilicet Domino Alexandro Papæ IV. in visione apparuit, grandis capite, sed membris exilis. Ex qua visione velut Diuino oraculo Papa commonitus, vnionem per prædecessorem suum Dominũ Innocentium inchoatam, consummauit.* Iordani verba transcripsit S. Antoninus. [d] Vnde, si hæc credimus, *reprehendi meritò non possumus cum eis referẽtibus peruenerint,* vt ait Augustinus, [e] *quos nobis non existimaremus fuisse mentitos.*

103 *Authores in veritate huius reuelationis conspirantes.*

Neque hi soli Authores in hanc veritatem conspirant. Consentiunt plures alij, tam exteri, quàm domestici. Ambrosius Coriolanus circa annum 1481. Generalis Augustinensium, [f] sic habet. *Retulit ipse Alexander IV, quòd sibi dormienti tribus noctibus, nulla alia nocte interposita, apparuit S. Augustinus, cum cucullo nigra, cum pinnali, & scapulari, supercinctus zona pellicea, cum mitra, & alijs ornamentis Pontificalibus, magnus quidem capite, exilis & tenuis membris. Qui enim optimorum, ac sapientissimorum virorum consilio visionem interpretatus est, ipsum maximum fundamentum fidei extitisse, membra autem sua id est, Fratres suos, paucos reperiri. Et sano, ac maturo consilio deliberans Eremitas S. Augustini nuncupatos esse membra tanti capitis, illum ordinem mirum in modum auxit &c.* Idem tradiderunt

[a] Cap. 181. in Regulam Augustini

[b] Opuscul. 24. contra Clericos Regulares proprietarios, cap. 2. p. 598.

[c] In Vitas Fratrum, lib. 2. c. 14. pag. 50. circa ann. 1356.

[d] 3. p. tit. 24. c. 14. §. 3. circa annum 1450.

[e] Lib. 18. de Ciuit. cap. 18.

[f] In Chronico Augustiniano, & in Apolog. veritatis 1. c. 4. in principio.

derunt Paulus Bergomensis, a Philippus Bergomensis Augustinianus, b Arthmanus Schedel, c Supplementum Vincentij Beluacensis impressum Venetijs anno 1494. titulo; *De temporibus præsentibus, §. Alexand. r IV* Hieron. Romanus, Augustinianus, d Iosephus Pamphilus Augustinianus, Episcopus Signinus, e Hieronymus Plati è Societate Iesu, f Ildefonsus Ciaconius, Dominicanus libro de Pontificib. & Card. in Alexandro IV. Ludouicus de Miranda Franciscanus, in Manuali Prælatorum, g Sampson Haius Guillelmita, in libro de Veritate vitæ, & ordinis D Guillelmi, pag. 67. Abrahamus Bzouius Dominicanus in Annalib. Eccles. ad finem vitæ Alexandri IV. h Dominicus Grauina Dominicanus in voce Turturis, seu de florenti religonum statu. p. 2. cap. 14. pag. 133. Ioannis Bousserius Andegauensis Fráciscanus, i Ioannes Marquez in libro de Origine ord. Frat. Eremit. S. Aug. k Ludouicus de Angeles de vita, & laudibus D. Aug. l Cornelius Lancellotus, Augustinianus, sicut & Marquez, & Angeles de vita D. Aug. m & alij plures ex recentioribus, inter quos annumeramus Nicolaum Cruseniũ in Monastico Augustiniano, n & Fr. Archangelum Gianium, Florentinum seruitam in Centurijs sui ordinis, o editis ann. 1618. Quinimò & R.P.F. Lucas Vuadingus, Franciscanus, p quantumuis parum nobis faueat: nihilominus veritatẽ hanc tot testimonijs vallatam, neque argumentis impetere, neq; silentio supprimere voluit. Neque illam negauit, imò tradidit etiã hæreticus Balæus; & quamuis Clemẽs Raynerus, q existimet Balæũ ironice loqui, ipse tamen sic subdit. *Apparet tamen ex verbis S. Eduardi confessoris D. Augustinum reuelatione Diuina, nonnullis apparentem regula sua propagationem iniunxisse.* Non ergo mirum, quod Marquez vbi supra dixerit de hac visione, sinè ingẽti audacia dubitari nõ posse.

Quinimò fortè cœlestem hanc visionẽ,
104 indicare voluit Alexãder IV. in quadã Bulla data Laterani 12. Cal. Maij an. 3. Põtific. atq; adeò Christi 1257. quæ habetur in Cõpendio Priuilegiorum per Fr. Emanuel. Rodrig. cõpilato in Mari magno Sixti IV. ibi.

Alexander Episcopus Seruus seruorum Dei.
105 *Dilectis filijs Generali, & Prouincialibus, Prioribus, ac vniuersibus Fratribus ordinis Fratrum Eremitarum S. August. salutem, & Apostolicam benedictionẽ. Oblata nobis ex parte vestra petitio continebat, quòd Sedes Apostolica nonnullas domos ordinis vestri, antequam essetis in vnius religionis corpus de mandato nostro redacti, diuersis Priuilegijs, & Indulgentijs per speciales literas decorauit. Vt igitur vobis per Diuinam,* (Ecce vbi fortè innuit diuinam, sibi factam reuelationẽ ex iterata apparitione Augustini.) *Et nostram dispositionem in vna obseruantia, vno professionis fœdere coniunctis, omninò proficiat; quòd diuisim aliquibus domibus vestris ante vnionẽ huiusmodi fuerit ab eadem sede concessum; nos vestris precibus inclinati Priuilegia, & Indulgentias huiusmodi, iisdem domibus singulariter olim indulta, ad omnes, & singulas extendentes, Vtendi eis quoties opus fuerit, liberam vobis omninò concedimus facultatem. Nulli ergo &c.*

Tertium, quòd respondet, D. Pennotus, 106
est, B. Aug. ante annos tringentos, aut quadringentos pluribus apparuisse, nõ cuculla nigra indutũ; sed habitu Clericali; vel Pontificali. Id autẽ ostẽdit. Primò, quia apparuit in habitu Pontificali, vt refert Card. Baronius, r quadraginta viris Gallicanis Romã petentibus. Secũdo, quia apparuit etiàm B. Norberto Præmonstratensium Canonicorum authori, vt testatur Hugo author vitæ ipsius, apud Suriũ. s At non in pullo habitu zona præcincto; aliàs, cui dubiũ, quòd D. Norbertus, nõ ordinem Candidatorum, vt Surius dicit; sed potiùs nigrorũ sub Augustini regula instituisset. Tertiò, quia, vt refert Iacobus de Voragine, author plusquã 300. annorũ, t Augustinus apparuit cuidã Monacho monasterij, quòd dicitur Fontanetum in Burgundia, Hugo nomine, qui erat S. Aug. valdè deuotus; ibi. *Et ecce plures decori, ac fulgentes viri amicti albis, Ecclesiam dicti monasterij processionaliter intrauerunt, quos sequebatur quidã Reuerendus Pontificalibus insignitus.* Quartò, vt idẽ author refert, (& inter alias apparitiones, quas ibi enarrat, nũquam ait B. Augustinum, cuculla nigra indutum apparuisse; sed semper, vel cum Pontificalibus insignibus, vel albis vestitũ.) Præposito cuiusdam Ecclesiæ in B. Augustinum magnam deuotionem habenti, *in albis Augustinus apparens, eidem ter citato proprio nomine dixit, &c* Hæc Pennotus.

Pro solutione, impugnatione, & explica- 107
tione huius obiectionis Pennoticæ, noto primò, Iacobũ de Voragine in vita D. Aug. plures eius apparitiones enarrare, in quarum aliquibus non explicat, quo indumento ornatus apparuerit; vt in apparitione facta cuidam Molendinario patiẽti, phlegma salsum; & Iuueni Papiensi, qui à Marchione Malespinæ in carcere detinebatur; & cuidã Pastori sæuum vlcus inter scapulas habẽti; in alijs sub specie pulcherrimi iuuenis, apparuisse refert de cuius ore

a In Apologia ordinis p. 2. cap. 1. edita anno 1479.
b In supplemento Chronicorum, lib. 13. ann. 1251. impresso Venetijs anno 1486.
c In Chronicis generalibus sexta ætate mundi, fol. 211. pag. 2. impressis Norimbergæ anno 1493.
d In defensorio 1. p cap. 8
e In Chronico August. fol. 27. & 48.
f De bono statu Religiosi. lib. 2. cap 27.
g Tom. 1. q. 4. art 6.
h To 13. ann. 1261. col. 699.
i In lib. de statu, & Origine ordinis S. Frãcisci, quæstione 5. prohæmiali, pag. 49.
k Cap 13. § 2. pag. 214
l Lib. 4. c. 32. pag. 116.
m Lib. 2. cap. 22. pag. 81.
n Par. 3 cap. 1. pag. 121.
o Cent 1. lib. 3. c. 3. fol. 26. pag 2.
p Tom 2. Annalium ordinis Minorum, an. 1256 n. 18
q In suo Apostolatu Benedictino in Anglia, tract. 1. sect. 1. §. 20. pagina 164.

Relatam Augustini apparitionẽ ab Alexandro IV. indicari ostenditur.

Tertia Pennoti responsio.

r Tom. 9. anno 725. num 9.
s Tom. 3. die 6. Maij.
t In legenda Lombardica in vita D. August. fol. 100. pag. 1.

Pro solutione impugnatione, & explicatione obiectionis Pennoti notatio prima.

tantus inundantiū aquarū impetus exibat, quòd totam Ecclesiam videretur replere; vt in apparitione facta D. Bernardo, dum quadam vice in matutinis existens aliquātulum obdormijsset, & de quodam Tract. Augustini lectiones legerentur, qui Augustinum adesse nō dubitauit, qui fonte doctrinæ totam Ecclesiam irrigauit; in alijs, Pontificalibus insignitum se videndū præbuisse testatur; vt in apparitione facta cuidam monacho Monasterij, quòd dicitur eleemosyna, in vigilia S. August. & Hugoni Monacho monasterij, quod dicitur Fontanetum; & 40. peregrinis Gallicanis; in alijs deniq; in albis apparuisse ait, vt in apparitione facta præposito cuiusdā Ecclesiæ.

108 Notatio secunda, quod quando Augustinus in albis apparuit, semper quis esset aperuit, secus quando apparuit sub Monastico habitu.

Secundò noto; quod quando Augustinus Monastico habitu indutus apparuit, non legitur, quòd Augustinus dixerit, se esse Augustinum, vel quod illi, quibus se videndum præbuit, dubitauerint quis esset; at ferè semper quando refertur Augustinus apparuisse in albis, vel in Pontificalibus, vel Augustinus quis esset aperuit; vel illi, quibus se ostendit, dubitauerunt, quis esset. Ostendamus ipsis exemplis, quæ Iacobus de Voragine, & Pēnotus adducunt. Primò enim, quando Augustinus apparuit Hugoni Monacho in Pontificalibus, comitantibus illum viris fulgentibus; qui erant amicti albis, sic ait Iacobus de Voragine. *Quidam Monachus in Ecclesia consistens, hos videns obstupuit, & quinam essent, vel quo pergerent inquisiuit. Cui vnus eorum dixit, quod S. Augustinus esset cum suis Canonicis, qui ad deuotum suum morientem pergeret, vt eius animam ad Regnum gloriæ deportaret.* Secundò quando apparuit quadraginta peregrinis Gallicanis, Pontificalibus indutus, (non circa annum 912. vt habet Iacobus de Voragine, sed ante annum 796. quando Petrus Oldradus scripsit ad Carolum M. Epistolam de Translatione S. Augustini ex Sardinia Papiam,) sic idem Oldradus rem enarrat. *Quis esset, eum interrogantibus peregrinis, respondit, se esse Augustinum Hipponensem Episcopum.* Tertiò quando apparuit præposito illi cuiusdam Ecclesiæ, sic habet Iacobus de Voragine. *Adueniente solemnitate S. August. cum iam in Vigilia ad vesperas pulsaretur, ad rogandum S. Augustinum tota deuotione se contulit. Cui in albis Augustinus apparens, eundem, ter citato proprio nomine, dixit. Ecce adsum, toties à te inuocatus. Surge citò, & celebra mihi officium vespertinum, &c.* Quæ ergo causa erit, propter quam, cùm apparet indutus Pontificalibus, dubitatur quis sit; & cùm in albis, ipse dicit se esse; cùm verò sub habitu Monastico, neque opus est, vt ipse dicat, se esse, neque dubitatur quis sit.

109 Notatio tertia quòd ex apparitione D. Augustini in albis, non infertur, quod apparuerit in habitu Canonicorū Regularium.

Noto tertiò, non benè inferri, *apparet in albis, ergo est Canonicus Regularis; vel est indutus habitu Canonicorum Regularium.* Demonstremus veritatem hāc pluribus exemplis. Primum sit Ioannis cap. 20. vbi de Maria Magdalena in Resurrectione Domini, sic ait: *Et vidit duos Angelos in albis.* Secūdum sit Actorum Apostolorum, cap. 1. vbi de Apostolis in die Ascensionis Domini, sic habetur: *Cumque intuerentur in cælum euntem illum, ecce duo viri adstiterunt iuxta illos in Vestibus albis.* Tertium sit Apocalyp. 3. vbi ad Angelum Ecclesiæ Sardis, sic scribitur. *Sed habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt vestimenta sua, & ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt. Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis.* Et infra, *& vestimentis albis induaris*; & cap. 4. *& in circuitu sedis sedilia. 24. & super thronos 24. Seniores sedentes circum amicti vestimentis albis.* Quartum sit, quia in primitiua Ecclesia recens baptizati, albis induebantur. Vnde deriuata est denominatio Dominicæ in albis. Vnde, & S. Oddo Cluniacensis, a sic ait. *Sicut in libro Gerontícon dicitur, eadem datur gratia in Monachico habitu, quæ & in albis Baptismi.* Quintum sit Petri venerabilis Abbatis Cluniacēsis, qui b de S. Fr. Benedicto, sic loquitur: *Respiciens ergo vidit infinitam multitudinem Abbatorum aduenire, & paulatim omne domus illius spatium complere. Cumque domum præclarissimis illis spiritibus repletam vidisset, Fratrum Conuentum esse suspicatus, custodem infirmorum, bonæ religionis virum, Otgerium nomine, vocauit, eique dixit; Frater Otgeri, hiccine ordo noster est, vt Conuentus albis indutus, in infirmariam veniat? &c. sed cum frater ille nullum albatorum in infirmaria illa esse affirmaret; adhuc in eadem opinione persistens, adiecit. Miror valdè quomodo hoc dicere potes, cùm non pars domus, sed tota eisdem albatis viris plena sit, & te ipsum, vbi nunc loqueris, ex omni parte ijdem circumdent. Tunc tandem intellexit, cui hoc dicebat, non hominum illum Conuentum, sed beatorum esse Angelorum.* Adde, in veteribus consuetudinibus Cœnobij Floriacensis ordinis S. Benedicti, quæ extant in Bibliotheca Floriacensi Ioannis à Baseo, sic habetur, pag. 395. *In ista prima Dominica Quadragesimæ est Conuentus in albis.* Et pag. 396. *Hodie* (scilicet Dominica in Ramis Palmarum) *est Cōuentus in albis.* Et pag. 398. *Post nonam* (feria 5. Maioris hebdomadæ) *Conuentus albis induitur.* Et pag. 407. *Duo fratres ad initium Matutinorum* (in vigilia

a In Bibliotheca Cluniacēsi, lib. 2. collationum, cap. 7. columna 192.

b in eadem Bibliotheca, lib. 1. de miraculis cap. 20.

S. Bene-

S. Benedicti) *albis indui, altari assistunt hinc inde.* Et tamen nemo dicet Benedictinos Hostiacenses illos fuisse illis diebus habitu Canonicorum Regularium. Ex his ergo exemplis manifestum est. Primò, neq; omnes, qui apparent in albis, esse Canonici Ordinis. Secundò, neque esse idem apparere in albis, atque apparere in vestibus Canonicorum Regularium: quandoquidem qui in his exemplis apparuerunt; vel induti albis referuntur, neque erat Canonici Regulares, neque illorum vestibus ornabantur.

110 Respondetur obiectioni Pennoti His positis ad responsionem, & exempla Pennoti respondeo, B. Augustinum etiam ante 300. & 400. annos apparuisse Monastico habitu indutum, vt ex apparitionibus, quas hucusque retulimus, & infra referemus: vel colligitur, vel constat manifestè. Exemplum autem, quod primò loco adfertur, non obstat; quia licèt dicatur Augustinus apparuisse in Pontificalibus; tamen etiam dicitur à nullo illorum 40. hominum fuisse agnitum, & illos interrogasse ipsum, quisnam esset? quod non facerent, si illis apparuisset in eo habitu, in quo communiter tunc temporis pingebatur. Neque enim credibile est, quòd nullus ex tot hominibus vidisset aliquando imaginem S. Augustini, vt posset illũ agnoscere.

111 Respondetur ad exemplum secundo loco adductum. Ad exẽplum quod secũdò loco adducitur respõdeo illius esse momenti. Quoniã, vel Augustinus apparuit, vt Episcopus, vel vt Canonicus, vel vt Monachus: si primum nihil contra nos; admittimus enim Augustinum sæpe apparuisse in Pontificalibus; & si in Pontificalibus apparuit, nulla desumebatur maior ratio ex vi apparitionis: quare potiùs institueret ordinẽ nigrorum, quàm Candidatorum, vel è contra. Si secundum; contra est, quia si Augustinus apparuit vt Canonicus: vel apparuit, vt Canonicus niger, vel vt Canonicus albus; quoniam vt refert Pennotus,[a] Canonicorum Regularium in Anglia monasteria, alia dicuntur esse Canonicorum nigrorum, & alia Canonicorum alborum. Hi autem Canonici albi erant Præmostratēses, sic enim ibi habetur, pag. 386. *Newenhosia, tituli S. Martialis. Fundator Petrus de Gaulia, albi Canonici, & primo domus ordinis Præmonstratensium in Anglia.* Si ergo apparuit, vt Canonicus niger, quomodò instituit ordinẽ Candidatorum? vel si respondeas eam consequentiam non esse efficacem, vt verè non est; eodem modo, & nos dissoluimus argumentum Pennoti, dicendo Augustinum apparuisse, vel apparere potuisse, sub habitu Monastico, licèt Norbertus instituerit ordinem Canonicorum; quia ipse ante apparitionem, volebat instituere ordinem Canonicorum, vt constat ex eius vita apud Surium,[b] erat enim Canonicus sæcularis, ibi: cap. 3. *Contulit se ad Ecclesiam, vbi fuerat, & erat Canonicus sæcularis*; & potuit nosse Augustinum non tantum instituisse ordinem Monachorum, sed & Canonicorum. Vnde cap. 22. author vitæ S. Norberti, sic habet: *Cum autem multi Religiosi, tam Episcopi, quàm Abbates, diuersa consilia darent, alius Eremiticam, alius Anachoreticam vitam, alius Cisterciensem ordinẽ assumendum suadentes, &c. Tandem ne professioni Canonicæ, cui ipse, & quotquot cum eo viuere volebant, intitulati fuerant ab infantia, inferre iniuriam videretur; regulam quam B. Augustinus suis instituit, offerri præcepit.* Ecce, quare Augustino, etiam in habitu Monastico apparente, Norbertus ordinem Canonicum elegit. Quare autem potiùs colorem album, quam nigrum elegerit, quis nouit? fortè ad distinctionem aliorum, vel ad animi candorem, & puritatem significandam. Si verò dicatur tertium, habemus intentum.

Addo. Non constat in quo habitu B. Augustinus D. Norberto apparuerit; cõstat tamen ipsum Augustinum expressisse se esse, quasi non agnitum ab illo. In Appendice enim Monachorum Capembergensium apud Surium tom. 3. ad finem vitæ S. Norberti, sic habetur: *Est apud nos libellus vitam Deo digni fundatoris nostri continens, in quo ita scriptum est. Audiuimus eundem veritatis assertorem in communi Capitulo hæc, quæ sequuntur, proferentem; scio vnum ex professionis nostræ Fratribus, cui de regula nostra indaganti studiosiùs, non quidem suis meritis, sed Fratrum orationibus, visus est Augustinus, qui & auream regulam à Deo prolatam illi porrexit, seque luculento sermone ei intimauit, dicens, quem vides, Augustinus ego sum, Hipponensis Episcopus. Ecce habes regulam, quem ego conscripsi.* 112 Progreditur solutio.

Ad exemplum, quòd tertiò loco adducitur, duo dico. Primum est. Hinc ad summum constat B. Augustinum apparuisse in Pontificalibus; & cùm illo Canonicos in albis quod nos non negamus. Cùm enim B. August. Canonicos Regulares instituerit vel reformauerit: iure optimo apparuit in Pontificalibus associatus suis Canonicis. Tanquã veris suis filijs. Id quod antiqui nostri Patres non modo, nõ negarunt, imò & expressè affirmarunt, donec cõtentione exorta aliqui fortassis à veritatis tramite deuia- 113 Respondetur ad exemplum tertiò loco adductum duo. Primum.

[a] Lib. 2. c. 37. nu. 11. à pag. 381.

[b] Tomo 3.

deuiarunt. Vnde B. Henricus de Vrimaria expressè asserit in suo tractatu de Origine ordinis Eremitarum, B. Augustinum tradidisse regulam Canonicis Regularibus; & factum presbyterum instituisse monasterium Clericorum; quod ipse videtur intelligere de Canonicis Regularibus. Sic loquitur Henricus anno 1334. & B. Fr. Iordanus de Saxonia, circa annum 1356. [a] Sic habet de Ecclesia Hipponensi. *Ipsa Ecclesia tales possessiones, & prædia retinuit sciente, & consentiente Augustino; quæ tamen regularis fuit Ecclesia sub regula videlicet S. Augustini.* Secundũ est; ille, cui se vidẽdum in hac forma & societate, præbuit Augustinus, illum non agnouit, vt constat ex secundò notabili.

[a] Lib. 3. Vitas Fratrum, cap. 5. pag. 12.

Secundum.

114 Ad exemplũ quarto loco respondentur quinque. 13. num.

Ad exemplum, quod quartò loco adducitur, quinque respondeo. Primum est: fallitur Pennotus, dum ait in omnibus apparitionibus relatis à Iacobo de Voragine B. Augustinum apparuisse sub habitu Clericali, vel Pontificali; al quando enim, vt aduertimus in primo notabili, aliter apparuisse refert Iacobus de Voragine, quamuis nullam apparitionem adducat, sub habitu Monastico. Secundum est. Possemus negare veritatem historiæ, si crederemus fundamentis Pennoti. Ipse enim, vt vidimus §. præcedenti negat fidem Notarij Veneti de simulacrō S. Augustini, an. 1084. in Templo S. Marci collocato, & relationem de lamina reperta in expugnatione vrbis Hipponensis sub Carolo V. ex eo, quòd, non assignatur, quis, quo loco, & tempore id legerit, viderit, vel scripserit. Quare ergo ad hominem non possemus negare hanc historiam, cùm neque assignetur nomen illius præpositi, neque Ecclesia, cuius erat præpositus; neque tempus, in quo id accidit? Cœterum, quia credimus simulia Pennoti fundamenta, sinè fundamento esse: admittimus veritatem historiæ. Tertium est. Augustinus in albis apparens, quasi aliàs à præposito non agnoscendus, declarauit quis esset, vt ex secundo notabili constat. Quartũ est, ex eo quòd Augustinus in albis apparuerit, nullatenùs infertur apparuisse in habitu Canonicorũ Regularium: vt patet ex tertiò notabili. Potuitque dici apparere in albis: vel quia albis vestimentis Pontificalibus, vel quia alba Sacerdotali, quasi ad officium Diuinum accessurus, induebatur. Vltimũ est: Quamuis daremus eum apparuisse in habitu Canonicorum Regularium, non inde sequitur, Augustinum non fuisse Monachum; vel non apparuisse, sub habitu Monastico. Potuit enim tunc vt Canonicus apparere; vel quia licèt ante Episcopatum fuerit Monachus, in Episcopatu fuit Canonicus; vel quia habitus ille tẽpore Augustini communis fuit omnibus presbyteris, tam Sæcularibus, quàm Regularibus, tam Canonicis, quàm Monachis; vel respondendo ad hominem, vt quia Pennotus statim citandus ait, cum Beati mittuntur ad aliquod officium erga sibi deuotos exercendum, illum habitum assumunt, sub quo præsertim ab illis se agnoscendos intelligunt; & fortè ille præpositus faciliùs Augustinum in eo habitu agnosceret, quia erat Canonicus Regularis.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Vl eriùs respondetur ad hominem.

115 Quartum Pennoti responsũ.

Quartum, quòd Pennotus respondet, [b] est, quòd quamuis apparitiones relatæ à Coriolano veræ essent, non inde probaretur Augustinum illum habitum tulisse, cùm in humanis hic viueret; *Sicut enim Animæ, & Angeli corpora, in quibus apparent, voluntariè assumunt, ex aere potissimũ cõflata; ita & Beati illi spiritus Diuina dispensatione ad aliquod officiũ erga, sibi deuotos exercendum, vel beneficiũ præstandum mittuntur; illum habitum assumunt, sub quo præsertim ab illis se agnoscendos intelligunt. Ea propter cum à trecentis circiter annis paulatim vsus inualuerit, vt B. Augustinus cum cuculla Eremitica in Ecclesijs, & alijs locis publicis multis pingatur, & opinio apud vulgares iam obtinuerit illum esse verum Augustini habitum; hinc fortasse factum est, vt B. Augustinus aliquibus ipsum deuotè colentibus apparens, illum habitum assumpserit; non quem viuens portauerat; sed sub quo faciliùs se ab illis agnoscendum intelligebat; quemadmodum ante illud tempus non sub habitu nigro, sed candido & Canonicali, vel Pontificali apparebat.* Hæc Pennotus.

[b] Lib. 1. c. 40. n. 6. pag. 127.

116 Exploditur, & reijcitur.

In explicatione, & impugnatione huius responsionis Pennoti plura dico. Primum est. Neque legi vnquam, neque Pennotus adducit aliquod exemplum, ex quo manifestè constet, Augustinum apparuisse vnquam in habitu Canonicali: vt videre est ex his, quæ hucusque retulimus, & notauimus. Secundum est; si ex eo, quod Augustinus apparuerit in habitu Monastico, non sequitur, quòd illum viuens portauerit; eadem prorsus ratione, licèt admittatur ipsum apparuisse in habitu Canonicali, non sequetur, quod illum viuens portauerit. Tertium est. Admitto Beatos, cùm ad suos deuotos mittuntur, non necessario assumere illum habitum, quem viuentes portauerunt; sic enim B. virgo sæpe apparuit vestibus pretiosis ornata, quas viuens non induit; sic B. Iacobus, *Hispanos bella cum*

ti gerent, est visus ipso in prælio, equoque & ense acerrimos mauros furentes sternere; sed illum, sub quo præsertim se agnoscendos, vel intelligunt, vel volunt propter aliquem finem peculiarem. Licet enim Augustinus, sub habitu Monastico meliùs agnosceretur; tamẽ aliquãdo voluit apparere in habitu Põtificali ijs, qui interrogaturi erãt, quis esset, propter motiuum aliquod speciale.

117 Corollaria pro Eremitarum ordine, ex doctrina Pennoti.

Ex hac tamen doctrina, etiam à Pennoto tradita, ex ea parte qua asserit sanctos eum habitum assumere, sub quo præsertim ab illis se agnoscendos intelligunt, duplex, neque inefficax pro nostro asserto desumitur fundamentum; quòd, ni me fallo, Pennotus non aduertit. Primum est: quoniam, si veras admittit apparitiones à Coriolano narratas, vna ex illis, vt constat ex dictis in hoc. §. versic. *Neque hi soli*, fuit apparitio facta Alexandro IV. anno 1. Pontificatus, id est Christi 1255. atque adeò ante annos 374. ergo Augustinus apparuit Alexandro IV. ante vnionẽ generalẽ sub habitu Monastico, quia sub eo præsertim ab illo se agnoscendũ intellexit; quòd non intelligeret Augustinus, nisi Alexander existimaret B. Augustinum, dum viueret, illum habitũ portauisse. Neque est fundamentum ad dicendum Alexãdrum fuisse primum ex ijs, qui id existimarunt Ergo ante 374. circiter annos fuit ex antiquis aliquis quidquid reclamet Pennotus vbi supra; qui existimaret cucullam nigram, cum zona pellicea B. Augustini habitum legitimum fuisse. Et idẽ argumentum fieri potest de tota vrbe Toletana, anno 1268. & 1323. de S. Nicolao de Tolentino, circa ann. 1300. & 1306. de S. Agnete de Monte-Politiano, circa ann. 1306. de S. Clara de Montefalco, circa ann. 1308. S. Rita de Cassia, circa ann. 1457. B. Veronica Mediolanensi ante annum 1497. quibus omnibus, & alijs B. Augustinus, sub habitu Monastico apparuit; atq; adeò, quia intellexit se sub eo melius ab illis agnoscendum; nempe quia hi omnes existimabant Monasticos habitus dum viueret induisse. At rogo, quàm noua, & quàm sinè fundamento est opinio, quàm ab anno 1255. tot & tales Authores, sibi persuasam habuerunt? Secundum est. Quia credi non potest, eam opinionem de habitu legitimo Augustini; non solùm apud vulgares, vt malè aiebat Pẽnotus, sed etiam apud Summos Põtifices, & doctissimos viros, sanctissimasque personas, ante 375. annos tantùm inualuisse, licèt subsequenti tempore Canonici reclamauerint, nisi veritate nitetur. Eamque veritate niti, & non tantùm, ante 375. sed ante multò plures annos commmunem fuisse ex dictis, & dicendis in toto hoc puncto manifestum fit.

Reiectis ergo, & explosis responsionibus Pennoti, ad alias D. Augustini, sub habitu Monastico, aut ex alio capite nostro intento deseruientes appariciones enarrandas accedamus. Tertia fit, quæ contigit Toleti in Hispania, circa ann. 1268. cùm Augustinus coram omni populo bruta agmina locustarum in vndas Tagi demersit. Quo beneficio deuincta Ecclesia Toletana, Roma Hispanica, & Imperialis vrbs ex voto quotannis Dominica in albis processionaliter ad Conuentum S. Augustini procedit. Referunt rem istã Abrahamus Bzouius Dominicanus,[a] Ioannes Marquez,[b] Ludouicus de Angeles,[c] Lancelottus,[d] & alij, præcipuè Fr. Hieron. Romanus,[e] qui testatur contineri in libro distributionum quotidianarum, & in alio antiquo pergamineo Bibliothecæ Ecclesię Toletanę, ea verba, quę transcripsit Ludouicus in hunc modum. *Hac die est nobis obligatio faciendi processionem, vsque ad Monasterium S. Augustini, ex voto facto pro locusta*. Et his subscribit F. Antonius de Azeuedo Augustinianus, Auunculus meus maior, patria Auriensis in Gallæcia.[f]

118 Refertur tertia D. August. apparitio, sub habitu Eremitico, circa ann. 1268.

[a] Tom 13 annal. Baronij, ann. 1209 columna 783.
[b] Cap 1. § 5. pag. 111.
[c] Lib. 6. cap. 6. fol. 133.
[d] Lib. 3 c. 67. pag. 377.
[e] In Cẽturijs, ann. 1268 fol. 53.
[f] In Cathechismo Mysteriorum Fidei, lib. 3. capit 2 §. 2. fol. 211.

Non possum, non aduertere obiter, Augustinum benè affectum in vrbem Toletanam, eo munere ciues nouiter deuincire voluisse, grati animi ergo, propter Eremitas suos olim, & eo tempore benè in vrbe receptos. Habemus quippè ex historijs in ea Ciuitate Monasterium Sisla tẽpore Gothorum à Monachis Augustinianis possessum, vt ex Flauio Dextro. M. Maximo Archiepiscopo Cæsaraugustano, Lutrando, siuè Luitprando Subdiacono Toletano, & Diacono Ticinensi, & Iuliano Perri Archipresbytero S. Iustæ Toletanæ in suis historijs, Gaspare Escolano,[g] in historia Valentina, & P. Fr. Iosepho de Siguenza,[h] latè refert, & probat M. Marquez ferè toto, cap. 11. à pag. 177. asserens fundatum fuisse anno 424. viuente Augustino, reædificatum verò à Rege Athanagildo anno 562. Temporibus autem Iuliani Petri, circa an. 1150. iam desertum, & in Eremitorium redactũ; ex eodẽ prodijsse S. Arthuagum, qui obijt die 1. Maij, ann. 593. & S. Erthinodum Gothum, circa ann. 780. & 817. quæ omnia confirmat Eruditissimus D. Thomas Tamayo de Bargas, Regius Chronista, in historia Toletana MS. vbi agit de Conuentu Toletano S. Augustini.

119 B. Augustinus benè affectus in vrbem Toletanam.

Monasterium Sisla Toletanum, ordinis Eremitarum S. August.

[g] 2. p lib. 9. capit 20
[h] In historia Hieronymianæ lib. 1 capit. 12.

At post

120 At post vrbem Toletanam in Catholicorum Regum potestatem redactam, *cùm duo Fratres* (verba sunt P. Hieronymi Romani de la Higuera, è Societate Iesu, in historia Toletana MS.) *ex antiquo Conuentu S. Geursij Carthaginensis, qui hodie est Fratrum S. Francisci, Toletum venissent, petierunt à Rege D. Ildephonso Sapiente, vt donaret illis locum, in quo possent ædificare Monasterium sui ordinis S. Augustini. Rex autem, qui deuotissimus erat huius sacræ Religionis, emit à Monialibus S. Clementis, quandam hæreditatem, & vineam, in qua erat Eremitorium S. Stephani, in primo oliueto, quod est inter Tagum, & viam, quæ ducit ad S. Bernardum, in loco qui dicitur la Solanilla, deditque illam Fratribus sub ea conditione, quòd intra annum ibi instituerent Monasterium, quod haberet duodecim Fratres sui ordinis: vt constat ex Priuilegio (vt diximus) Rodedo dicti Regis, cuius data est mense Mayo. Era 1298. quæ est ann. 1260.*

121 Sed præstat rem hanc ab Eruditissimo Tamayo, vbi supra audire. *Sub Alphonso Xº (inquit) fundatus est Conuentus Toletanus S. Augustini, sub titulo S. Stephani ad occidentem; a la Solanilla, cui annexa vinea, domus, ager, Monialium S. Clementis hæreditas. Docet Priuilegium datum Æra 1298. id est, anno 1260. Confirmant illud D. Hugo Comes Burgundiæ; D. Guido Comes Flandriæ, D. Henricus Comes Lotharingiæ: Tres filij Imperatoris Constantinopolitani; D. Gaston Vicecomes de Beat; D. Gui. Vicecomes de Mase; & Reges Granatæ; Murciæ; Aragoniæ; Regis vassalli; D. Sācius Toletanus; D. Raymundus Hispalensis. Antistites; & D. Alphōsus Fernandez, Regis filius, dictus Niño, à quo familia Niñorum, &c.* Hæc ille. Extat hodie Priuilegium in Archiuo prædicti Conuentus, & nos illud referemus infra, in responsione ad §. vltimum P. Vuadingi. Huius ergo Recentis in suum ordinem beneficij, & aliorum antiquorum non oblitus Augustinus, vrbem, infausto animalium exercitu suffocato, liberam reddidit.

122

Quarta D. Augustini apparitio, circa annũ 1300. & 1306. facta D. Nicolao à Tolentino

Quarta Augustini apparitio facta fuit S. Nicolao de Tolentino, circa ann. 1300. & 1306. Audiamus de hac re Authorum testimonia. Iordanus de Saxonia, sic rē enarrat. a *Quadam vice ægrotans grauiter, ita quòd de vita sua desperabatur; ipse verò recommendabat se Deo, ac B. Mariæ Virgini, & B. Augustino. Quo facto suauem somno arripitur, & ecce B. Virgo, cum B. Augustino ineffabili aspectu ei apparuit; in quam vir sanctus intendens, & admirans ait: Quæ es domina, quæ ad me, qui sum puluis, & cinis, tam admirabilis aduenisti? At illa dixit; ego sum Saluatoris tui Mater, Virgo Maria, quam tu crebriùs cum Augustino, quem iuxta me conspicis, in tuum auxilium inuocasti, &c.* Huius apparitionis meminit S. Antoninus in vita S. Nicolai, b & Baptista Mantuanus Carmelita, qui sic cecinit inter alia in vita S. Nicolai.

a Lib 2. Vitas Fratrum, cap. 12. pag. 105.

b 3 p. tit. 24. c. 10. §. 1. fol. 25.

Hic erat Hipponis Pastor, primordia gentis,
Qui tulit istius, P. Augustinus, olimpo
Tantus apud superos, quāta inter sydera Luna.

Rem autem totam Ambrosius Coriolanus expresiùs scripsit, in hæc verba, c *Cui grauiter infirmanti B. Virgo, & S. Augustinus ad instar vnius antiqui Fratris cum nigra cuculla apparuit, dicens: vt si affectares sanitatem recuperare, pro recenti pane mitteret ad quādam dominam; quem acceptum, & in aqua imbibitum comederet, sanaretur. Quòd cùm expergefactus fecisset, mox liberatus fuit. Hinc panis singulis annis in die S. Nicolai benedicitur, qui à febribus, & pestilētia sanat.*

c In Apologia vers. 1. cap. 4.

Neque hac vice tantum apparuit Nicolao Augustinus: Iterum illi iam iā morienti, videndum sē præbuit: testes sunt Iordanus de Saxonia, d Author vitæ ipsius apud Surium, e & S. Antoninus, f his accedit Antonius de Azeuedo Augustinianus, g è quibus Iordanus, sic ait: *Cùm quæreretur ab eo quid esset sibi gaudij, & lætitiæ potei de visione habita exhilaratus, ait: Deus est, & Dominus meus Iesus Christus, cum sua Matre, patreq; meo Augustino. Iesus dicit mihi. Euge serue bone, & fidelis, intra in gaudium Domini tui.* Author vitæ ipsius sic habet: *Dominus meus Iesus Christus, sua Matri, & N. P. Augustino innitens, dicit mihi, euge serue bone &c.*

123 Vnde ortum habuit benedictio panis, quæ fit in festo S. Nicolai de Tolentino.

Alia D. Augustini apparitio facta D. Nicolao.

d Lib 2. Vitas Fratrum, cap. 13 pag. 108.

e To. 5. p. 176.

f Vbi supra §. 5. p. 1 fol. 281.

g In Cathechismo Mysteriorum Fidei in fine operis, folio 281.

Quinta B. Augustini apparitio contigit B. Agneti de Montepolitiano; quæ (vt tradit P. Fr. Laurentius Sordini Mariani, Dominicanus, h Anno 1268. nata, & circa ann. 1277. ingressa Monasterium Saccitarum de pœnitentia Iesu Christi, in eo perseuerauit, vsque ad annum circiter 1306. *Tunc enim* (ait Laurentius) *cùm orationi esset intenta, se per visum existimauit esse propè mare, vbiq; tres pulcherrimas naues apparere, quarum patroni erant tres sancti, hoc est S. Augustinus, S. Dominicus, & S. Franciscus; & quasi inter se contenderent, quis intra propriam nauem Agnetem acciperet. S. Franciscus specialiter propter similitudinem habitus illi persuadebat, vt Seraphicæ religioni nomen daret; idem, sed diuersis rationibus, præstabat Augustinus. At post sanctam, & piam istam pugnam, visum est ei, quod S. Dominicus nauem appellens, eam intra recepit, id Diuinæ dispositionis ordinem esse contestans.* Hæc ille. Ex hac visione ortum est, vt B. Agnes Prædicatorum Ordinem fuerit professa; relicta Religione Saccitarum de pœnitentia Iesu Christi, sub regula S. Augustini degentium, post inter diuos relata.

124 Quinta D. Augustini apparitio facta circa ann. 1306 B. Agneti de Montepolitiano.

h In vita eiusdem Sanctæ, cap 1. pag 5. 7 & 8. & cap. 5. pag. 38.

125 Sexta Augustini apparitio (vt inter alios Authores narrat ex processu Canonizationis M. Augustinus de Montefalco,[a] facta fuit circa ann. 1308. B. Claræ de Montefalco ordinis Augustiniani; cui ad extremum vitæ apparuit B. Virgo Maria, Apostoli, & S. Augustinus; eaque ad sorores dixit. *Ecce Domina mea, cum Virginibus. Ecce sancti Apostoli. Ecce Pater meus S. Augustinus, & omnes sancti, qui venerunt ad me, vt me ferant, quia Dominus meus Iesus Christus me sibi vult.*

Sexta Augustini apparitio, facta circa ann. 1308. Beatæ Claræ de Montefalco.

a In Vita S. Claræ, fol. ...

126 Septima apparitio Augustini accidit rursus Toleti anno 1323. dum noster Africanus, D. Gundisaluo Ruiz de Toleto gratus, publicum gratitudinis specimen dedit, cuius meminere Hieron. Rom.[b] Ludouicus de Angelis,[c] Marquez,[d] Illustrissimus D. Fr. Augustinus Antolinez, Archiepiscopus Compostellanus,[e] & Fr. Antonius de Azeuedo, Augustinianus, (vocat tamen illum per errorem D. Stephani de Guzmán) & alij plures Authores. Res autem sic se habuit: Cùm Augustiniani Toletani primum Monasterium ope Ildefonsi Regis erectum per 50. & vnum annos infecta valetudine incoluissent; *Gonzalsone ... D. Gundisaluus Ruiz de Toleto*, verba sunt P. Hieron. Roman de la Higuera, è Societate Iesu, in historia Toletana MS. quæ adducuntur è M. Marquez,[g] *Maior Castellæ Notarius, quem nunc Maiorem Cancellariorum dicunt, & Archiepiscopus Toletanus ad manus compertis; & nutritius, seu Pædagogus (Hispaniæ, Ayo;) Infantis D. Beatricis nepotis Regis Ildefonsi Septimi, filiæ Regis D. Sancij IV. & Reginæ D. Mariæ eius coniugis; anno 1311. petijt à Regina domos, quas Toleti habebat, vt ex illis faceret Monasterium ordinis S. Augustini, & in illas transferret Fratres, qui degebant in loco dicto la Solana. Regina eius sancto zelo cognito, Gundisaluo domos donauit; & ad illas transierunt Fratres, remanente titulo S. Stephani, quem in alio Conuentu habebant; & obtinuit ad id dictus D. Gundisaluus consensum Pontificis, & Archiepiscopi Toletani D. Guterij; vt omnia constat ex Breui Pontificio, & Archiepiscopi prouisione.* Hucusque Hieron. de la Higuera. Priuilegium Reginæ inseruit historiæ suæ Toletanæ MS. D. Thomas Tamayo, & sic se habet.

Septima D. Augustini apparitio, facta circa an. 1323. Toleti.

b In Centurijs ann. 1327 fol. 64.

c Lib 6. cap 6. fol. 233.

d Cap. 7. §. 5. pag ...

e In Vita S. Ioannis de Sahagun, in Prologo ad Ducem de Lerma.

f In Catheci... mo Mysteriorum Fidei, lib. 5. cap. 2. §. 2. fol 231.

g Cap. 15. §. 8. pag. 240.

127 *Sepan quantos esta carta vieren, como yo D. Maria Reyna de Castilla, &c. A vos Don Gonzalo Ruyz de Toledo, Notario mayor de Castilla, y Ayo de la Infante D. Beatriz mi hija, dono las casas, que yo he en Toledo, en la colacion de S. Martin; las quales casas fueron de Don Rodrigue, para que fagades en ellas Monasterio de la orden de S. Agustin. Dada en Valladolid à 30. dias de Deziembre, Era de 1349. id est, anno Christi 1311.*

Priuilegium Reginæ Castellæ.

128 Pium ergo Gundisalui animum in filios suos recognouerunt Augustinus, & S. Stephanus, Ecclesiæ Patronus. Dum enim in Ecclesia S. Thomæ anno 1323. corpus dicti D. Gundisalui terræ mandaretur, ecce duo cœlites, Diuino splendore coruscantes, Stephanus, & Augustinus, coram omni populo, voce clara proferentes; *Hoc præmium accipiunt, qui Deo, & Sanctis eius seruiunt*; Sanctum Principem, & Comitem de Orgaz progenitorem è pheretro in sepulchrū intulerunt. Euentus iste quotannis, ex tunc vsque modo, in Ecclesia S. Thomæ à Prædicatore Augustiniano, annuo redditu Conuentui iam pridem assignato, in die S. Thomæ Apostoli enarratur. Extat in eadem Ecclesia imago, licèt renouatis coloribus, ab illo tempore successum repræsentans, & Augustinum Pontificalibus, & Monasticis indutum referens ornamentis.

D. Stephanus, & D. Augustin. in sepulchrum intulerunt Comitē de Orgaz.

129 Addam in gloriam familiæ Augustinianæ rem paucis cognitam, vel forte omnibus incognitam. Pius hic Princeps, quem, licèt nōdum Catalogo Beatorum adscriptum, adhuc pro sua deuotione Toletum veneratur, habitum Augustinianorum, Mantellatorum, seu tertij ordinis accepit. Extabat enim olim, 50. ab hinc circiter annis, in Regio nostro Conuentu Toletano, in sacello maiori, ad latus Euangelij vetus Epitaphium (vt tradit P. Fr. Hieron. Romanus in MS. quæ apud me habeo) ibi prædictum D. Gundisaluum sepultum esse; (fortè, quia cor illius, aut interiora ibi humata; corpus enim in Ecclesia S. Thomæ quiescit. Commune autem antiquis erat, titulum sepulchri inscribere illi loco, in quo cor, aut interiora humabantur) & habitum Augustinianum suscepisse, contestans in hæc verba.

D. Gonzalus Ruyz Comes de Orgaz habitum Mantellatorum D. Augustini accepit.

Aqui yaze D. Gonzalo Ruyz, Alcalde mayor que fue de Toledo, Ayo que fue del muy noble Rey D. Alonso, e de la Infanta D. Beatriz al tiempo que finò, è Notario mayor de Castilla, è ganò estas casas de la muy noble Reyna D. Maria; è fizolas Monasterio, por deuocion que auia en S. Agustin; è ganò confirmacion del Papa, è tomò el habito, è finò el dia de S. Leocadia à 9. dias de Deziembre, Era de 1362. años, Hoc est, anno Christi 1323.

130 Octaua Augustini apparitio euenit circa ann. 1326. cùm corpus B. Augustini, è Sardinia Papiam translatum, anno 725. iuxta Card. Baronium,[b] & M. F. Antonium de Iepes

Octaua D. Augustini apparitio, circa an. 1326.

b In Epitome Spondanij an. 725. nu. 1. pagina 735.

de Iepes.[a] Anno verò 715. iuxta Iordanum de Saxonia.[b] Anno 718. iuxta Adonem;[c] iuxta Sigibertum,[d] iuxta Petrum Oldradum.[e] Anno 709. si credimus numeris; at error est in numero, &. computatione Oldradi; quia ad finem ait, eam translationem contigisse sub Pontificatu Gregorij II. Hic autem, vt habet Onuphrius,[f] electus fuit 21. Cal. April. Anno 715. & obijt 3. Idus Februarij anno 731. Vnde reijcies Marianum Scotum, qui hanc translationem reiecit in ann. 734. Cùm corpus, inquam, B. Augustini Papiam trãslatum, tandem cessit Eremitis, simul cum Canonicis ibi præexistentibus à tempore Innocentij III. vt voluit Thomas Cantapratanus,[g] quem refert Ludouicus de Angelis,[h] à tempore ipsius translationis, vt credit Gabriel Pennotus,[i] vel, vt ego credo verius, à tempore Honorij III. qui deficientibus ibidem Monachis Benedictinis, ibidem Monasterium tradidit reformandum Canonicis Regularibus ordinis Mortaxiensis, vt constat ex duabus eius Bullis, quas affert Pennotus,[k] quarum prima data est Laterani Idibus Iunij anno 6. Pontificatus; atq; adeò Christi 1222. & secunda data est Laterani, Idibus Nouemb. Pontific. anno 6. atque adeò Christi non 1223. vt malè habet Pennotus; neque 1224. vt peiùs habet D. Ferdinandus Vghellus, Cisterciensis,[l] sed 1221. quia Honorius III. electus fuit 15. Cal. Aug. anno 1216. Gaudeo tamen Vghellum idem mecum sentire in reformationis tempore.

131 Neque obstat, quod tradit noster Onuphrius,[m] in hæc verba: *Dominus Anselmus, Can. Reg. Monasterij S. Petri in cœlo Aureo Papiensis, Presbyter Card. tit. S. Laurentij in Lucina*; enumerans scilicet illum inter Cardinales creatos ab Honorio II. in secunda creatione octo Cardinalium; facta Romæ mense Decembri anno 1126. vel iuxta Ciaconium,[n] in tertia creatione decem Cardinalium anno 1127. & rursus Onuphrius,[o] *Dominus Iacobus Gualla de Bicherijs, Vercellensis, Lombardus Canon. Reg. S. Petri in cœlo Aureo V. I. D. S. Mariæ in Porticu*; recensens nempe illum inter Cardinales creatos ab Innocent. III. in 5. creatione (quæ apud Ciaconium,[p] est quarta) septem Cardinalium, facta Romæ, mense Martio, anno 1205.

132 Eluitur.

Hæc inquam non obstant; quia hi duo Cardinales fuerunt Canonici Regulares, non Augustiniani, sed Benedictini. Monasteria enim ordinis S. Benedicti; & habebant Monachos, & Canonicos; vt constat ex his, quæ refert F. Antonius Iepes in Chronicis Benedictinis,[q] vbi inter alia fundamẽta ex Leone Ostiense,[r] refert capite 44. Concilij Aquisgranensis, sub Ludouico filio Caroli Magni hæc verba contineri. *Vt Abbatibus liceat habere cellas, in quibus aut Monachi sint, aut Canonici.* Quòd autem Canonici S. Petri in cœlo Aureo, ante Honorium III. non essent Augustiniani, sed Benedictini, duo mihi persuadent.

Canonici S. Petri in cœlo Aureo ante Honorium III. erant Benedictini.

Primum est, quia vt admittit Pennotus,[s] Canonici Ecclesiæ S. Petri in cœlo Aureo regimini, & iurisdictioni ipsius Abbatis subiecti erant; idque erat viuentibus Canonicis intra eandem domum; ait enim Paschalis II. apud Pennotum ibidem, in Bulla data Laterani 15. Cal. Aprilis, anno 1105. *Ordinationes Monachorum, seu Canonicorum vestrorum &c.* Imò neque vllum est vestigium ad asserendum, quòd eo temporis Canonici S. Petri in cœlo Aureo, non viuerent in eadem domo, cum Monachis Benedictinis. Quis autem vnquam vidit, legit, vel audiuit, Canonicos Augustinianos in eadẽ domo cum Benedictinis, illisque subiectos vixisse? Secundum est; quia prorsus videtur incredibile, quòd Honorius III. qui Monasterium illud transtulit à Benedictinis ad Canonicos Augustinianos, neque verbum habeat de Canonicis Augustinianis ibidem præexistentibus; cùm tamen alias rationes minùs efficaces afferat ad tradẽdum illud Monasterium Canonicis Mortariensibus. Si enim ibi præextitissent Canonici Augustiniani, dicere debuisset Pontifex, se id facere, quia licèt per Monachos nigros non posset reformari, poterat tamen per Canonicos Augustinianos; qui etiam ibidem præextiterant. Ita sanè respondendum, nisi malis dicere cum Ferdinando Vghelo, vbi supra, Cardinalem Anselmum fuisse Monachum Benedictinum, quia eo tempore à Monachis S. Benedicti illud Monasterium habitabatur; & propter hanc rationẽ idem dicere debuisset de Iacobo Gualla de Bicherijs; cum anno 1174. iam esset Episcopus Vercellensis, vt constat ex confirmatione voti, quod Guillelmus cum suis Clericis, & conuersis fecerat de viuendo secundum formam Regulæ, & Canonicam institutionem B. Eusebij; quod instrumentum ex antiquis Ecclesiæ tabulis excerptũ affert, pag. 104. Ioannes Stephanus Ferrerius, Episcopus Vercellensis in vita S. Eusebij, & successorum eius, edita Romæ anno 1602. vnde de vtroque asserendum est fuisse, vel Monachum, vel Canonicum Benedictinum, si admittimus eos fuisse filios

Conuentus

[a] In Chron. Bened. tom. 3. Cent. 3. anno 713.
[b] Lib. 1. Vitas Fratrum, cap. 18. pag. 42.
[c] In Chron. anno 721.
[d] In Chron.
[e] In Epist. ad Carol. Magn. de prædicta translatione.
[f] Lib. de Pontificibus, & Cardin. pag. 40.
[g] Lib. 2. Miraculorum, siuè de apibus. c. 2.
[h] Lib. 5. de vita August. cap. 25. fol. 128.
[i] Lib. 2. c. 59. pag 194. & c. 61. pag. 202.
[k] Vbi suprà, c. 62. pag. 206.
[l] In additionibus ad Cardinales Ciaconij col. 494.
[m] De Pontificibus, & Cardinal. pag 91.
[n] In noua editione, col. 494
[o] Pag. 137.
[p] Col. 645.
[q] Tom. 3. in Apẽdice à fol. 1. & fol. 6. p. 2.
[r] Lib. 2. c. 18.
[s] Lib. 2. cap 62 nu 2. p. 204.

Conuentus S. Petri in coelo Aureo. Si verò quis dicat eos fuisse Canonicos Regulares ordinis S. Augustini, negandum est eos fuisse filios Conuentus S. Petri in coelo Aureo Papiensis.

133 Verum, vt ad id, vnde digressi sumus, reuertamur. Corpus B. Augustini redditum nobis est 13. Cal. Febr. id est die 20. Ianuarij, anno 1327, vt habet Iosephus Pamphilus,[a] & Hieron. Romanus,[b] concessione Auenione facta à Ioanne XXII. cuius Bullæ tenorem refert Pennotus,[c] diuersis enim tractatibus (verba sunt Iordani de Saxonia,[d] qui totam historiam latè refert; & ex illo Ludouicus de Angelis,[e] & M. Marquez.[f] *Super eodem negotio inter Dominum Papam, & Cardinales habitis, tandem gratiosè conclusum est. Sicque idem Pontifex in publico consistorio, de Fratrum suorum consilio, ordinauit & statuit, vt Fratres Eremitarũ S. Augustini iuxta Ecclesiam monasterij B. Petri in cœlo Aureo Papiæ, vbi sacrum corpus gloriosissimi Doctoris S. Augustini est solemniter tumulatum, claustrum & officinas opportunas pro eorum Conuentu construere, easq; inhabitare debeant; ita quòd eadem Ecclesia vtriusq; ordinis Fratribus, tam Regularium, quàm Eremitarum, sit communis ad Diuina in ea officia peragenda.* Verba Summi Pontificis, quibus hanc rem nobis concessit, (licèt Pontificis mandatum, non habuerit plenum suum effectum vsque ad ann. 1331. die 5. Iunij, quando conuentiones, & pacta intercesserunt inter Canonicos, & Eremitas, vt tradit Pennotus,[g] hæc sunt:

[a] In Chronico August. anno 1327.
[b] In Centur. fol. 64.
[c] Lib. 1. c. 61. nu. 1 pag. 208
[d] Lib. 1. vitas Frat. cap. 18.
[e] Lib. 4. c. 25. fol. 128.
[f] Cap 15. §. 1. & 2. fol. 174. & seq.

134 *Ioannes Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Priori principali,* (ita habet Pennotus;[h] at Magister Empoli,[i] ex Bulla originali, quæ extat in nostro Archiuo Romano, num. 2. *Priori generali,* transcripsit.) *& Fratribus Ord. Erem. S. Augustini salutẽ, & Apostolicã benedictionẽ. Veneranda sanctorũ Patrum, &c. Dignum arbitramur & congruũ, vt vbi tanti Doctoris, & Præsulis corpus tumulatum quiescere dicitur, ibi vltra id, quòd sibi honoris, & laudis ab vniuersali exhibetur Ecclesia, singulari quadam reuerentia à vobis, & Fratribus ordinis vestri, qui sub eiusdem Patris regula degitis, & sancta obseruatione militatis, quiq; diuinis insistitis laudibus, vacatis orationibus, intenditis exhortationi, insudatis studio, & animarũ saluti propensiùs vigilatis, specialiter honoretur; quatenus ibi tanquã membra suo capiti, filij patri, magistro discipuli, duci milites cohærentes Deo, & ipsi sancto authoritate fulti Apostolica præcordialiùs iubiletis, vbi & præceptoris vestri, patris, ducis, & capitis Augustini veneratis reliquias fore sepultas:* Hæc Pontifex.

[g] Vbi supra, pag. 212.
[h] Vbi supra.
[i] In suo Bullario, pag. 195.

135 At antequã Augustinus suis Eremitis redderetur, reuelatio cuidã fratri innominato in ordine per visum reuelata fuit hoc modo. *Videbatur enim ei* (verba sũt Iordani in vitas Frat.[k]) *quod ipse cum multis fratribus, & melioribus personis ordinis esset in quadam Ecclesia, non nostri ordinis, in qua erat quoddam sepulchrum eleuatum vnius sancti magni Episcopi sicut ex figura imaginis desuper sculpta ostendebatur, quòd quidẽ sepulchrũ minùs decenter à personis illius Ecclesiæ tenebatur. Nã pulpita & candelabra antiqua, cũ pulueribus irreuerenter superiactata apparebant. Itaque fratribus in Ecclesia stãtibus, & sepulchrũ aspiciẽtibus, ecce imago Episcopi visa est se eleuare, & illas starias super se iactatas indignanter reijcere; & sic surgẽs Episcopus de tumulo Pontificaliter indutus, iuit stare ante altare; & inuitans ad se fratres, cãtare cœpit, (Psal. 33.) Venite, venite filij, audite me, timorẽ Domini docebo vos. Et cãtauit hæc verba vota gradualis, sicut Episcopi in intronizationibus cãtare solent. Quo expleto sedit ipse, & fratres omnes ante se per ordinẽ sedere iussit; & tunc dulcẽ exhortationẽ velut pater suis filijs fecit. Ex quo iste frater intellexit illũ fore B. Augustinũ.* (Qui illũ non agnouerat habitu Pontificali indutum; ex verbis paternis agnouit.) *Volens autẽ idẽ antistes Fratribus amorẽ ostẽdere singularem, habebat quidẽ in manu sua vitrum mundum, cum potu valdè claro, & pulchro. Bibit ipse primo, & postea per ordinẽ de manu sua singulis propinauit, intonans valdè dulciter, & cantans,* (Eccles. 15.) *Aqua sapientiæ potauit eos Dominus. Et cũ peruenisset Episcopus ad Fratrem istũ, bibit & ipse, fuitque potus nobilis, & dulcis, insuetũ saporem habens, quasi claretum antiquum. Ex quo potu frater iste totus exhilaratus fuit; & cũ bibissent omnes, Episcopus benedixit eis, & sic ad sepulchrum redire cœpit. Quòd videntes fratres vnanimiter fleuerunt, dolentes de patris recessu; ipse autẽ consolans eos paternè, ait eis, nolite flere filij, ecce enim vobis sum ero vsq; ad consummationẽ sæculi.*[l] *Hoc dicto frater iste euigilauit, & inuenit os suum, linguam, & palatum de potu illo valdè dulcoratum. vnde repletus stupore, & gaudio gratias egit Deo, sperans illam visionem non esse otiosam, sed alicuius boni proordine præsagam; sicut non multò post claruit in effectu. Nam infra duos menses,* (atque adeò reuelatio facta fuit in fine anni 1326. quia concessio expedita fuit Auenione die 20. Ianuarij anno 1327.) *Vel circa venerunt literæ certæ de Curia Romana, nunciantes noua, quomodo corpus B. Patris Augustini esset Ordini redonatum.* Hæc Iordanus.

Refertur apparitio D. Augustini.
[k] Lib. 1. c. 18. pag. 44.
[l] Matth. 28.

136 Eum autem, cui hæc reuelatio contigit. Fuisse eundem Fratrem Iordanũ, constat ex additione facta ad prædictum caput Iordani in antiquo exemplari, vt notauit in

B. Iordano dictam apparitionem contigisse probatur

margine Augustinus Eiuizanius Augustinianus, Papæ Sacrista, Confessor, & Præceptor Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe Roma.[a] Additio autem hæc est.: *Hic est sciendum, quòd quidam Frater ordinis, videlicet Fratrum Eremitarum S. Augustini valdè cupiens nomen illius Fratris scire, cui Deus hanc visionem ostendit, scripsit illi P. Reuerendissimo, ac Deuotissimo D. Fr. Iordano, cõpilatori istius libri, quatenus dignaretur sibi insinuare, qui fuisset ille Frater. Cui inter alia respondit in hæc verba formaliter. Quòd autem petitis vobis scribi, quis fit ille Frater, qui habuit istam visionem, de qua fit mentio. Primò lib. cap. 18. Vitas Fratrum in fine; de hoc nescio vobis aliud scribere, nisi quia peccator est; & ideo oretis Dei misericordiam pro eo. Hoc vnum sciatis, quia certissimè visio fuit ita, sicut ibi scribitur. Ex qua responsione manifestè videtur sibimet reuelatam tam mirabilem visionem hanc, & gratiosam: licèt ratione humilitatis, & iactantia vitanda hic omiserit exprimere nomen suum.* Possumus autem id ampliùs confirmare: quia idemmet Iordanus de Saxonia, in Sermonario, Dan; quod est de Sanctis, sermone 147. dum probat Augustinum esse fontem, hæc subdit verba. *Item de Patre Pavia; item de visione sua dicit vi.* Vnde clarius videtur inferri visionem hanc de potu suaui, & dulci factam fuisse eidem Fratri Iordano de Saxonia.

a In editione Latina anni 1587 Romæ apud Ioanẽ Martinellum, pag 45.

137 Nona, & expressior Augustini apparitio, ostensa fuit Illustrissimo Mãtuæ Marchioni Ioanni Francisco Gonzagæ. Rem totam enarrant Paulus Lulmius Bergomẽsis,[b] & Ambrosius Coriolanus,[c] & ex illis Hieron. Romanus,[d] & Ludouicus de Angelis,[e] & M. Marquez,[f] & alij ex recentioribus. Verba Pauli Bergomensis, hæc sunt. *Illustrissimus Mantuæ Marchio Superior Ioannes Franciscus, cũ ex pugna cum Philippo Mediolanensium Duce habitâ bis in die festo B. Augustini victor euasisset, festum sassit vbique celebrari; & nunc vsque in Ciuitate ipsa celebratur; oblationeque publica eadem die locum nostrum visitat. Quòd cùm Canonici quidam ex Regularibus apud S. Bartholomæũ collecti agrè ferrent, quòd potiùs ad Eremitas, quã Canonicos se conferret; is humanissimus, vt erat, ac religiosissimus, respondit: His Patribus facio hac causa, quoniam Augustini filij sunt, suo enim habitu bis mihi Augustinus, dum victoriam tribuit, apparuit, non vestro* Et statim. *Mecum etiã Mantuana Ciuitas est, quæ in rei huius memoriam singulis annis hoc commemorat, quoniam super muris ipsius Ciuitatis habitu nostro indutus visus est Augustinus.*

Nona D. Augustini apparitio facta Marchioni Mantuæ circa annum 1400.
b In Apologia parte 2 cap. 6.
c In Apologia veritate 11
d In Centuriis, fol 73. anno 1383.
e Lib. 6 cap 6. fol. 234
f Capit 7 § 5. pag. 111.

138 Coriolanus verò, sic habet. *Tertia visio fuit Domini Francisci Marchionis Mantuæ, qui cum Liguriensibus grauissime bella perageret, sibi reuoluto anno S. Augustinus in die suæ festiuitatis in Pontificalibus, cum capucio desuper, & cum nigra cucullà subtus ei apparuit, de sua guerra victoriam pollicens, si singulis annis eius festiuitatem solemniter celebraret. Quo promisso duplicem, & miserabilem conflictum in die S. Augustini Liguriensibus intulit, & habito de inimicis triumpho depingi fecit Augustinum eo modo, quo sibi apparuit, scilicet cum cuculla nigra, & in Pontificalibus, iussitque festum suum solemniter in nostra Ecclesia celebrari; instituit processionem singulis annis fieri, & pallium viginti quinque ducatorũ maiori missæ offerri, & per dignum Epigrama memoria tradidit posteris, quo pacto talem victoriam habuit; ipsum S. Augustinum patriæ, ac suum Protectorem appellans, sequitur Epigramma, quòd in nostro Conuentu sculptum est;* sed adhuc illud extare incisum in lapide testatur Hieron. Roman.[g]

g Vbi supra.

Vos Bustæ ciues, quibus hic pater expulit olim
Bis Ligures, latamq; dedit bis habere triumphum,
Dum sua curriculo bis festa darentur eodem.
Este boni memores; vos grata aduersitate dona,
Ex precibus hic laudes, meritos celebretis honores.
Tu, ô Pater Patriæ, spesque ô tutissima nostra,
Augustine parens, Doctor, lux inclyta sacri
Eloquij, innumeras oneris aspice laudes.
Tendimus inde manus humiles; oculosq; precantes
Ventis o aduersis, vt quondam, protege Princeps.

Sed de anno, in quo hæc dicuntur contigisse, mihi suspicio, imò certitudo est errorem esse in Romano, & Pamphilo. Ioannes enim Franciscus Gonzaga, Mantuæ Marchio I. (teste Leandro Alberto,[h] mortuo Francisco parente, vrbis dominium accepit, die 9. Martij anno 1407. cum esset ætatis annorum 11. mensium nouem, dierum quatuor) adeò victoria hæc aliquibus postea annis debuit accidisse; nisi velis dicere id contigisse, non tempore Ioannis Francisci, vt asseruit Paulus Lulmius Bergomensis, sed Francisci eius parentis, vt asserit Coriolanus. Idque veriùs; is enim cum Duce Mediolanensi bella gessit, & fortè dicebatur etiam Ioannes.

h In descriptione Italiæ Regione 16. fol 352.

139 Decima Augustini apparitio satis est mirabilis. Eam refert Fr. Hieron. Romanus in vita MS. S. Ritæ de Cassia, (extat apud me) quam ex alia impressa Perusij concinnauit; & Fr. Augustinus Cobellucius Augustinianus, qui Italica lingua, vitam S. Ritæ edidit Senis anno 1610. verba Romani, hæc sunt. *Cùm B. Rita de Cassia* (quam Vrbanus VIII. die 2. Octobris, anno 1627. in Beatarum Catalogum retulit.) *In Monasterio Cassiano S. M. Magdalenæ Monialium*

Decima Augustini apparitio facta circa ann. 1407. B. Ritæ de Cassia.

Augusti-

Augustinianarum habitum religionis postulasset, neque ab Abbatissa, seu Priorissa admitteretur, ad orationē confugit. Apparuit illi oranti S. Ioannes Baptista, cui deuotissima erat. Subitò assumpta fuit in montē altum, supra rupem quandam; ibiq; prope se stantes vidit S. Augustinum, & Nicolaū de Tolentino; à quibus, & Baptista in Monasteriū Magdalenæ deducta fuit; & in claustro, adhuc ianuis clausis, collocata, & relicta. Quo miraculo à inhabitantibus admissa, ibidem sanctissimè Deo vixit annis 50. donec fere octogenaria animā Deo reddidit die 22. Maij anno 1457. (Falsò alij habent 1447.) ex quo cōstat prædictā apparitionē contigisse anno 1407. non 1397. in eoq; B. Ritam habitum Augustinianū suscepisse.

140 Vndecima Augustini apparitio traditur ab Ambrosio Corio[a] & ex illo eam refert Ludouicus de Angelis,[b] fuitq; huiusmodi. *B. Augustinus cuidam ciui Papiensi Pontificalibus, & monasticis vestibus ornatus apparuit, eiq; dixit, si vis sanus fieri vade visita corpus meum, & de aqua putei mei bibe: qui surgens iussa impleuit; & mox sanus factus, eam depingi fecit in vna columna Ecclesiæ.*

Vndecima Augustini apparitio post annum 1400.
a In Apolog. veris 1. cap.4.
b Lib.6. cap.5 fol.234.

141 Duodecima Augustini apparitio narratur ab eodem Ambrosio,[c] & ab illo eam accepit idem Ludouicus de Angelis.[d] Est autem huiusmodi prout à Coriolano narratur. *Deus scit, quia non mentior; quia hominem noui, cuius adhuc pueri suæ parenti Augustinus in tali habitu, scilicet cuculla nigra, & cinctus pellicea zona apparuit, dicens sibi hæc verba: Da mihi filium tuum. Quæ cum respondisset: Nolo tibi dare, quia volo ipsum prò me, & ipse ait illi mulieri Domina ego volo ipsum pro me, & sic visum esset, ut violenter puerum à latere caperet, asportans ipsum ante maius altare Ecclesiæ huius ordinis, dicens, tu apud me stabis, & successor meus eris. Quo facto expergefacta Genetrix, viro suo, qui priuignus erat pueri,* (Debet dicere, cui priuignus erat puer) *qui perspicaci ingenio visionem contemplans, ait illi. Verè coniux mea noli tardare facere ipsum Fratrem illius religionis, quia saluus erit anima tua, & magnus in illa religione. Cuius persuasioni assentiens religioni B. Augustini puerum obtulit, qui semper in omni ætatis suæ parte religiosè vixit, solennis, & famosus Magister in Theologia euasit, omnia istius ordinis officia habuit, & Prior Generalis tandem dicti ordinis dignissimus fuit.* Quo anno id acciderit mihi ignotum; videtur tamen contigisse circa annum 1400. quia Coriolanus scripsit an. 1477. & rem hanc agit tanquam sui temporis, ait enim se illum puerum nouisse. Fortè is fuit Iacobus Aquilanus, qui Procurator generalis, & postea Prior generalis fuit immediatè ante ipsum Coriolanum, & obijt anno 1476. iam nonagenarius.

Duodecima D. Augustini apparitio.
c Vbi supra
d Lib.6. cap.6 fol 235.

142 Vltima reuelatio facta fuit B. Veronicæ de Mediolano, quæ sub regulā Augustinianā vixit in Monasterio S. Marthæ Mediolanensis, obijtque die 13. Ianuarij ann. 1497. Author est Isidorus de Isolanis Dominicanus,[e] qui floruit circa an. 1520. & ex eo accepit Ludouicus de Angelis,[f] extatque Isidori liber in Regia Bibliotheca S. Laurētij del Escurial, & Cōuētus nostri Romani, & Barchinonensis. Sic ergo habet Isidorus. *D. P. Augustinus Pontificio habitu ornatissimus, vestemque habens interiorem rubri coloris, medius inter S. Nicolaum de Tolentino, & Guillelmum, Sacerdotali more indutos, coronatosq; præcedebat, mitrā & auro, & lapidibus pretiosis nimium radiante, incredibili ornatu, aediculam auream manu gestabat. Non capit humana mens, quæ fuerit ea pulchritudo, eximius splendor, præclara magnificentia. Hos primū sequebatur Eremitarū numerus copiosus, deinde Canonici Regulares albis induti vestibus, post quos turba magna Religiosorū coloris grisei subobscuri, quo plerique ordines vestiuntur sub Augustini regula militātes.*

Decima tertia D. Augustini apparitio, facta anno circa 1500. B. Veronicæ de Mediolano.
e Lib 5. de vitis. Veronicæ, cap. vltimo
f Lib 6. cap. 8. fol. 244.

143 Ex hac reuelatione videtur colligi, primò B. Veronicam fuisse Monialem Augustinianam; id quod etiam fatetur Syluester Maurolicus,[g] & Abrahamus Bzouius Dominicanus,[h] & nos infra agētes de S. Guillelmo fortè alios Authores adducemus. Vidimus postea Fr. Alfonsum Fernandez in concertatione prædicatoriæ familiæ, in Catalogo Scriptor.[i] vbi asserit B. Veronicam Mediolanensem, cuius vitam scripsit Isidorus, fuisse sororem Ordinis Dominicani. Idem tradit Philippus Ferrarius Ordinis Seruorum,[k] ibi: *Die 13. Ianuarij. Mediolani in Cænobio S. Marthæ, depositio B. Veronicæ de Benascer ordinis Prædicatorum.* Et in notis sic addit. *Ex monumentis Cænobij S. Marthæ, vbi ex concessione Leonis Papæ X. vti beata colitur. Obijt anno Domini 1497. vitam scripsit Fr. Isidorus de Issolanis eiusdem ordinis.* Ita hi Authores. Sed aliter tradit Maurolicus, & Bzouius Dominicanus, & indicat visio relata; & quod in principio vitæ refertur habitum S. Augustini assumpsisse; & in discursu vitæ, recitasse officium secundū Breuiarium Romanū, quòd Dominicanæ nō faciunt, & quòd Conuentus S. Marthæ semper fuit, & est Monialium Augustinianarum, nullatenus Dominicanarum, licèt colore habitus vtantur potiùs grisco quàm nigro. De ea agit, & de eius Conuentu Iosephus Ripamontius,[l] vbi eam appellat Veronicam Nigronam, & simul cum illa mirifico spiritu, ac Diui-

Corollarium primū ex dicta reuelatione quod B. Veronica fuerit Monialis Augustiniana.
g In Mari Oceano omniū Relig. p. 279.
h To. 18. Annalium, ad annum 1497. numero 12
i Lib 1. p 386.
k In suo Martyrologio impresso anno 1625.
l Lib. 1. historiæ Ecclesiasticæ Mediolanensis, pag. 948.

no claruisse refert Michelinã, & Iustinam, & Thadæam. Ignens gloria religiosissimi illius Conuentus.

144 Colliges. Secundò tam Guillelmũ, quàm Nicolaum sub Augustino vixisse. Tertiò Eremitas, primos fuisse, qui ab Augustino instituti, sub eius regula vixerint; quandoquidem Augustinus inter duos Eremitas medius incedebat, & illum ante omnes alias religiones sequebantur Eremitæ.

Corollarium secũdũ, quod Nicolaus, & D. Guillelmus vixerint sub Augustino.

145 Hæc aliquanto latius addiximus, vt probaremus Augustinianum habitum ab Augustino, & eius Fratribus semper fuisse portatum, licèt aliquando aliqua leui varietate superinducta. Neque velim in hac re videri nimiꝰ, aut superfluus. Nihil enim necessarium, præcipuè in re graui, potest reputari superfluum. Vt enim ex Augustino tradit D. Thomas, [a] *Attende quod debet intendere hoc Doctor, quod scilicet intelligatur, & quamdiu adhoc laborat verba sua non sunt superflua. Sed si postquam intelligitur eis immoratur, superflua sunt eius verba.* Sunt nonnulli, qui nolunt intelligere; & dum eis conamur veritatem persuadere, & probare, nihil potest esse superfluum.

Corollarium tertium, qui Eremitæ fuerunt primi ab Augustino instituti.

a Lect. 1. in c. 3. ad Ephes. fol. 177. pag. 1.

146 Posita igitur præcedenti doctrina, hoc argumentum conficitur pro Monachatu Augustiniano S. Francisci, quòd ab indutio est, & propria nota, & ab Aristotele, [b] appellatur Tegmentium, vt benè, & acutè Marquez, [c] obseruauit. B. Franciscus fuit Eremita, non vtcumque, (præcisè enim ex statu Eremitico inefficax fundamẽtu.) Sed indutus tunica, præcinctus corrigia, habens in manibus baculum in modum Thau, pedibus calceatus. Quæ omnia sunt signa, & notæ habitus Augustinianæ religionis, & præcipuè Congregationis S. Ioannis Boni; sic enim eius Monachi, tanquàm veri filij Israel, induti, tanquam manducaturi agnum Paschalem; ijs enim præcipiebatur in hunc modum Exodi, cap. 12. *Sic autem comedetis illum. Renes vestros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus &c.* Super quæ verba Theodoretus, [d] sic ait. *Hebræi quidem, velut ab Ægyptijs liberati, & in terram Chananæorum introducti, hanc habuere figuram; nos autem tanquam ex hac vita in aliam translati.* Ergo cum B. Franciscũ in nostro habitu inueniamus, mirum non est, si illum nobis adscribamus piè, & deuotè, nemini in hoc vllam facientes iniuriam. Quis non tribueret familiæ suæ virum aliquem sanctum, quem cõstaret portasse habitum prædictæ religionis, licèt non exprimeretur in particulari Religio? quis eum damnaret? Sanè nemo sanæ mentis, dummodò liber esset ab affectu humano. Neque ego illum condemnabo.

Argumentum ab indutio pro Monachatu Augustiniano D. Francisci ex præcedenti doctrina.

b 1. Rhet. 2. aliàs 8.

c Cap. 22. § 3. pag. 374.

d Quæstione 24. in Exodũ.

§ QVARTVS.

Probatur eadem veritas ex singulis partibus Augustiniani habitus.

Ostendimus hucusque habitum Augustinianum ab Augustino institutum, & portatum, ex Authoribus, ex picturis, ex reuelationibus. Modo oportet eandẽ partem comprobare descendendo ad singulas partes habitus, seu vestimentorum, quibus vtitur, aut vsa est Augustiniana religio. Sitque sermo. Primò, de Tunica. Secũdò, de Corrigia. Tertiò, de Baculo, & calceis. 147

Promittitur probatio antecedentis positi numero primò, ex singulis habitus Augustiniani partibus.

DE TVNICA.

De Tunica, seu cuculla ferè nihil habemus, quod addamus vltra ea testimonia, & fundamenta, quæ pro integro habitu Augustiniano allata sunt, excepta authoritate Gregorij de Valentia, & B. Fr. Henrici de Vrimaria. Hic enim in tractatu de Origine ordinis Eremitarum S. Augustini, compilato anno 1334. totus est ad probandum, quod Augustinus cucullam nigram desuper zona cinctã induerit, & suis Eremitis tradiderit induendam; vbi inter alia, sic habet. *Et titulus* (scilicet, ordo Eremitarum S. Augustini, nobis per Ecclesiam appropriatus) *ab alijs ordinibus regulam Augustini seruantibus nos appropriatè discernit; tũ quia singulariter nostram institutionem à P. N. Augustino factam ostendit, vtpote, quia Fratres illi, quibus Augustinus conuixit, & quorum habitum portauit, & quibus ipse modum viuendi per regulam suam principaliter tradidit, propriè, & nulli alij, dicti sunt, & dici debent, Eremitæ S. Augustini.* Hæc nostẽr Hẽricus; at verò Gregorius, [e] sic ait; *Augustinus etiã quẽ & regulam quoque præscripsit Monachis, & ipse Monachus fuit, & cuculla nigra indutus.* Adde. Cum Tunica sit præcipuus habitus Monasticus, cõstat Augustinũ illã portasse ex testimonio Baronij, [f] ibi. *S. Augustinus primus fuit, qui monasticam vitam institutam inuexit in Africam, eamque primus seruare cœpit, alijsque seruandam tradidit.* 148

e 2. 2. disp. 10. quæst. 4. punc. 1. § 1. versic. extant etiam.

f Tom. 4. Annal. ann. 391.

149 Aduerto tamen cum M. Marquez, [g] aliquãdo nomine Tunicæ intelligi cucullã, & caputiũ; seu, vt clariùs dicã, non solum id, quod modò dicimus Tunicã, sed simul etiã id, quod modò dicimus caputiũ. Et probat. Primò, quia quãdo B. Frãciscus nouũ ordinem

g Cap. 22. in principio, pagina 369.

Caputium est pars Tunicæ.

nē, instituit, tātū de ipso dicitur apud authores præcipuè Bonauent. a & Antonin. b *Et vnica cōtentus tunica pra cingulo funem sumit*, & tamen simul etiā assumpsit caputiū. Secundò, quia D. Franciscus in regula, cap. 2. sic ait. *Habeant vnam tunicam cum caputio, & alteram sinè caputio, qui voluerit habere.* Ex quo constat apud S. Franciscum reputari caputium tanquam partem tunicæ.

a In legenda S. Francisci capit. 3.
b 3. p. tit. 24. capit. 2. in principio.

150 Ratio autem, quare caputium comprehenderetur nomine tunicæ, vt mihi videtur, hæc erat; nempe, quia caputium erat assutum tunicæ, atque adeò sicut manicæ thoracis, quia assutæ sunt cum illo, comprehenduntur sub nomine thoracis, ità nomine tunicæ caputium claudebatur; quia cum illa assutum erat. Iis fauet illud Cardinalis Zabarellæ in Clem. *Ne in agro, de statu Monachorum*, notab. 6. super illa verba, (*Caputy habitus*, ibi; *sed contra facit littera sequens, qua permittit eos vti caputijs; & loquitur de caputijs ab habitu separatis, nam quando sunt cum habitu, non sunt caputia, sed est habitus cum caputijs.*

Ratio adducitur, quia Caputium erat assutum tunicæ.

151 Quòd verò caputium esset tunicæ assutum, ostendo testimonio Antonini, c qui loquens de S. F. Ægidio, Franciscano, cùm existeret in Ciuitate Achon, & de labore manuum suarum faciēdo sportas, de pretio earum se sustentaret, vel eleemosynam ostiatim mendicans pasceretur, sic ait. *Cùm cuidam pauperi obuiaret, & eleemosynā peteret, non aliud habens, dissuit caputium à tunica, & illi eum dedit.* Et hinc est, quod Iacobus de Vitriaco Cardinalis in suá historia Occidentali, cap. 32. pag. 351. ait de Franciscanis. *Non vtuntur pellibus, neque lineis, sed tantummodò tunicis laneis caputiatis, non cappis, vel pallijs, vel cucullis, neque alijs prorsus induuntur vestimentis.*

Probatur caputium fuisse tunicæ assutū.
c 3 p. tit. 24. c. 7. § 11. fol. 249 pag. 2.

152 Hinc colligo, quare in Bullis Gregorij IX. & Alexandri IV. de nostris Eremitis Cōgregationis S. Ioānis Boni, ordinis S. Augustini dicatur sinè expressione caputij, *Nunc succincti tunicas cum corrigijs*; non quidē, quia non ferrent caputia; sed quia ferebant illa; sicut & Franciscani, assuta cum tunica tanquam partem tunicæ; & id propter maior erat similitudo inter habitum vtriusque Religionis, scillicet Franciscana, & Augustiniana in Congregatione S. Ioannis Boni.

Corollarium.
Fratres B. Ioānis Boni portasse caputiū tunicæ assutū probatur.

153 Et vt clarè constet Congregationem S. Ioannis Boni vsam fuisse tunica, ex qua caputium assutū dependeret, afferamus manifestum testimonium Constantij Laudensis, d vbi ait. *Suo vestimento era vna sola cappa di stame leggiera; da cui pendena il caputio tessuto grossamente; è portaua appresso i zocoli le mutande, & la cinta sudetta, & niente altro più, fuor che quando era infermo, che à queste cosa aggiungeua il mantello.*

d In Vita S. Ioannis Boni e Processu Canonizationis desumpta, lib. 1. cap. 2. pag. 5

154 Neque vrgebit, qui dixerit; Bullæ Ponticum meminere tunicæ, non meminere caputij, ergo Fratres Eremitæ S. Ioannis Boni non vtebantur caputio. Contra eos enim, qui sic arguant, dicam cū Augustino. e *Illud tamē strio, sic argumentari homines, qui ex hoc putant animam mulieris non esse de anima viri, quia non est dictum, anima de anima mea; sed caro de carne mea; quemadmodum argumentantur Apollinaristæ, vel quicunq; sunt alij aduersus animam Domini, quam propterea negant, quia scriptum legunt, Verbum caro factum est; si enim & anima, inquiunt, ibi esset, debuit dici, Verbū homo factum est.* Inefficacia autem huius argumenti ex vi formæ, hæc est: quia per sinedochem, anima, caro, & tunica accipiuntur pro suis totis cum omnibus partibus.

e Lib. 1. de Anima, & eius origine c. 18.

DE CORRIGIA.

155 CОrrigiam esse propriam notam Eremitarum S. Augustini āb ipso parente acceptā, prçter testimonia adducta dum de habitu integro loqueremur, suadent nonnulla alia. Supponimus in primis Prophetas, & Apostolos vsos fuisse zonis, seu corrigijs, vt cōstans est apud omnes. Vnde Hugo Cardin. cap. 12. Actuum Apos. super illud. *Præcingere*, sic habet ex glossa. *Prophetas, & Apostolos duris cingulis legimus vsos ad domādā carnē. Elias 4. Reg. 1. & Ioānes Matt. 3.*

Corrigiā esse propriam notam Eremitarum S. Augustini ab ipso parēte acceptam ostenditur.

156 Augustinus ergo Prophetas, & Apostolos æmulatus; vt partem sui habitus Monastici corrigiam assumpsit, tanquā vnam ex præcipuis partibus habitus Eremitici; & hoc est, quòd noster Albertus Patauinus qui floruit circa an. 1300. f loquēs de obedientia sub regula Augustini dixit. *Quā obedientiam diuersimodè diuersi demonstrant; quidā in succinctura vestium*, (scilicet Eremitæ Augustiniani) *quasi prompti ex[e]qui præcepta, &c.* Vnde, & Iordanus de Saxonia, circa annū 1356. g sic ait. *Quòd etiam religiosus dormiens non debeat esse sinè cingulo, patet supra per Ioannem Cassianum; etsi constitutiones nostra illud non exprimant, tamen hoc supponunt, cùm cingulus de substantia habitus Ordinis nostri fore demonstretur.* Ex quo inferes, quòd tēpore Iordani tenebantur Fratres Augustiniani ex suis cōstitutionibus dormire induti habitu Augustiniano; & p. 34. dicit. *Corrigia verò, quæ datur loco zonæ pelliceæ, qua Elias, & Ioannes Baptista erant præcincti &c.* Et inde etiam P. Valerius

f In Sermonario Dominicali, ferm. de S. August. qui est 61.
g Lib. 1. c. 15.

Ximenez Embū, Carmelitici ordinis alumnus, a sic addit. *D. Augustinus corrigiam assumpsit ad imitationem Eliæ. Quòd & notauit Author Summary Indulgentiarum Ordinis eiusdem S. Doctoris impressi ad finem vitæ S. Nicolai de Tolentino, scripta per. Fr. Roman.* Id est, vt credo, per Fr. Hieron. Roman. vsus enim illius Regni, & Coronæ est, vt non dicatur Fr. Valerius; vel Fr. Valerius Ximenez; sed Fr. Ximenez.

a In Stimulo deuotionis ad antiquum ordinem Carmelitarum, cap. 5 §. 4. lit. 10. fol. 65.

157 Vltra etiā fauet Rhenatus Choppinus, b inquiens. *Adsciti quoque sunt in huius iuris familia populares, ac plebeij, vtriusque sexus, quos Augustiniana Zona praecinctos, mantellatos etiam vocitarunt.* Extat præterea Augustini testimonium; serm. 5. ad Eremitas, ibi: *Ipsi zonis camelorum renibus succincti more Heliæ & Ioannis sunt decorati.* Et licèt, vt existimo, sermo hic non sit Augustinianus; fauent tamen huic parti Authores, qui illum Augustino tribuunt. Hi sunt Ferdinandus de Hispania Episcopus, in Sermonario Dau, quod est Iordani da Savonia, serm. 150. habito Auenione coram Pontifice, & Cardinalibus. Iordanus de Saxonia, c Guillelmus Pepin Dominicanus, d Bernardus Lutremburgus Dominicanus, e Ioannes Trullus Canonicus Regularis, f P. Franciscus Suarez, è Societate Iesu. g Hi omnes dum sermonem tribuunt Augustino, vera censent, quæ in eo narrantur.

b Lib. 2. Monasticon, tit. 2. num. 33.

c In Vitas Fratrum, lib. 1. c. 13. 13. & 14. & 15. & lib. 3. capit. 14.
d In Quadragesimali super Epistolas feria 6. fol. 107 in serm. Domin. in Ramis & super Euangelia in serm. fer. 2 post Domin. 4 Quadragesimæ, folio 141.

Adde. Baronius, h sic ait. *Testatur S. Fulgentius Episcopus Ruspensis consueuisse Monachos pelliceo vti cingulo etiam in Africa.* Et hinc est, quòd Author vitæ S. Fulgentij inquit, cap. 18. *Pelliceo cingulo tanquam Monachus,* (nempe Africanus) *vtebatur.* Vnde & Simeon Metaphrastes apud Surium, i de Iuniore Melania, sic ait: *Quid ergo magna Melania? oculis in cœlum sublatis, cùm zonam suam soluisset, statim imponit ei, quæ erat ferè mortua; deinde, cùm dixisset, ipsa fuit mihi donum magni viri,* (fortè Augustini, vel Alipij, in cuius Ciuitate annis 7. monacham egit; atq; adeò Augustinianam; cùm in Africa tunc temporis nulla esset alia Monastica religio præter Augustinianam.) *Et qui eam fuerit consecutus, non frustrabitur curatione; statim & mortuum eiecit, & peperit; & quæ iacebat statim ab omni dolore liberata est.* Hæc miracula, per zonā faciens miracula, B. Melania, inanem ostentationem, & tumorem humiliter fugiens, alijs attribuebat. Hinc constat zonam, seu corrigiam non tantùm fuisse propriam Monachorum, sed etiam monialium in Africa tempore Augustini.

158
e In Cathalogo Hæreticorum, lib. 2 verbo Fortunatus.
f De comparatione Monasticæ religionis, lib. 1. cap. 7. num. 1.
g Tomo 3. de religion. lib. 3 cap. 3. p. 169.
h In Anal. tomo 9. an. 827. n. 36. col. 964.
i Tomo 1. die 31. Ianuarij, pag. 776.

Corrigia fuit etiam propria Monialiū D. Augustini.

159 Corrigiam à B. Augustino suis Eremitis traditam, pro ingenij sui acumine collegit M. Marquez hoc modo. k Petilianus, vt constat ex Augustino, l obijciebat S. Doctori, quod assereret Christum esse Baptistam, ex eo quòd Augustinus Monachos instituisset. Verba Augustini, hæc sunt. *Deinde perrexit ore maledico in vituperationem monasteriorum, & Monachorum, arguens etiam me, quod hoc genus vitæ à me fuerit institutum. Quòd genus vitæ omninò quale sit, nescit, vel potiùs toto orbe notissimum nescire se fingit; inde asserens me dixisse Christum esse Baptistam.* Hęc autem Petiliani obiectio, ait Marquez, eo tantùm colore potest simulari, quòd Augustinus instituerat Eremitas in Eremo degentes, & zonis præcinctos, sicut Ioannes Baptista vixerat, & præcinctus fuerat; atque adeò cùm Augustinus diceret Monachos suos esse Discipulos Christi, inferebat hæreticus, Augustinum dicere Christū esse Baptistam; quia Eremitæ illi, quos dicebat esse Discipulos Christi, videbantur ex vita, & vestitu potiùs Discipuli B. Ioannis Baptistę, quàm alterius.

Probatur corrigiam fuisse ab Augustino Eremitis traditam
k Cap. 12. §. 3. pag. 172.
l Lib. 3 contra literas Petiliani, cap. 40.

Acuta sanè, & probabilis deductio; & quæ fortè sit vera, non tamen efficax, aut certa, vt voluit Marquez vbi supra. Respondere enim possunt aduersarij tantùm colligi id, quod ipse Marquez alibi intulerat, m nempe, Monachos Augustini in Eremo vixisse sicut Baptistam; & inde intulisse Petilianū, quòd Augustinus dixerit Christum esse Baptistam; quia Eremitæ, quos dicebat esse Discipulos Christi, erant Discipuli Baptistæ, quandoquidem viuebant in Eremo, sicut & ille. Cæterum ex hoc ad minùs habemus duo. Primum est, textum illum nullatenus posse intelligi de Canonicis Regularibus; non solùm, quia expresse loquitur de Monachis absolutè dictis, Canonici autem non dicuntur absolutè Monachi, præcipuè in Africa tempore Augustini; sed etiam, quia si de Canonicis intelligatur, nulla assignari poterit apparens ratio, vnde Petilianus posset sub aliquo prætextu inferre, quòd Augustinus dixisset Christum esse Baptistam. Secundum est, Monachos Eremitas Africæ in solitudinibus degētes, ab Augustino fuisse institutos:

160
Ostēditur probabilis deductio, at non efficax
m Cap. 8. §. 1. pag. 133.

Dedutio prima reiarā Petiliani obiectionem de Canonicis non posse intelligi.

Dedutio secūda Eremitas Africæ ab Augustino fuisse institutos.

Hinc patet tam Guillermitas, quàm Fratres Eremitas Cōgregationis S. Ioannis Boni, & S. Augustini, & de Brictinis, qui corrigijs amplis vtebantur, obseruasse etiam in hac parte vitam Monasticam S. Augustini, ac eius institutionē. Vnde cùm corrigia perampla sit propria nota Monachorum S. Augustini, tam tempore Augustini,

161
Concluditur ex dictis.

quam

quàm Francisci, saltem probabiliter deducitur B. Franciscum, qui corrigia perampla cingebatur, & alijs monasticis vestibus Augustinianis, biennio ante institutionem sui ordinis vtebatur, eo tempore fuisse Fratrem Augustinianum, & vt talem portasse corrigiam, donec pro cingulo funē sumsit ex ijs motiuis, vt credere est, quæ expressit S. Bonauentura, [a] super illud verbum. *Cingulum*, ibi. *Funem vtique, quia dicitur in Esaia* (cap. 3.) *erit pro zona funiculus, & cingulum facci. Hoc cingulum funiculus est, quia faici funibus cingi solent. Credo autem S. Franciscum istud cingulum elegisse: quia legitur in Matth. cap. 27. Vinctum duxerunt eum, & tradiderunt eum Pontio Pilato; vel certè ad literam, vt cinguli vilitas concordet habitus vilitati.*

[a] In expositione Reg. Frat. Minor. cap 2. folio 225 per errorem alias 238. pag. 1.

162 At verò S. Franciscum illo biennio cinctum ampla corrigia incessisse, probat Marquez.[b] Primò, quia vir sanctus non se cingeret cingulo delicato. Secundò, quia Authores cingulum illud appellant, zonam; quod non facerent, nisi esset amplum cingulum; quia zona strictè sumpta erat cingulum militum; adeò amplum & fortè, vt omnia ibi suspenderent, vt tradit noster Ambrosius Calepinus, verbo, *Zona*; & colligitur ex illis verbis Matth. cap. 10. *Neque pecuniam in zonis vestris.* Vnde & P. Fr. Marcus Vlissipponensis dixit, *que san Francisco anduuo ceñido con vn cinto*, quo vocabulo cingulum amplum, & forte significatur.

[b] Cap. 22. §. 3. pag. 372.

DE BACVLO, ET CALCEIS.

163 Baculo ferè omnes Eremitæ vsi sunt; & huc alludunt verba illa serm. 13. ad Eremitas. *O fortitudo, Eremitarum baculus, cœnobitarum cingulum &c.* Eo vsus est inter alios Elias, lib. 4. Reg. cap. 4. vt notauit Cassianus, [c] *Neque enim baculum dedisset Propheta puero suo* (scilicet Giezi) *portandum nisi eum manu sua solitus esset iugiter circumferre.* Eum etiam gestasse Monachos Africanos sub Augustino viuente, docet B. Fr. Iordanus de Saxonia, [d] vbi ait: adducēs testimonium Aug. serm. 27. ad Eremitas (ex quo P. Fr. Ioannes de Morales, [e] sic inquit. *Et D. Augustinus suis Fratribus Eremitis in principio baculum portare præcepit: & constat ex serm. 27. ad Fratres in Eremo.*) *Portamus etiā baculos, per quos intelligitur disciplina, sub qua semper parati esse debemus*; & pag. 37. sic addit. *Sed aduertendum est, quòd hoc, quòd dicit Augustinus de baculis, conforme est antiquitati. Vnde etiam olim per B. atum* (ita impressum est, vt credo, vel per errorem legentis in MS. vel scribentis in MS. cum fortè esset *B. m.* id est, *Bonæ memoriæ*. At postea in vno antiquo originali ex his, quæ vidi, sic habetur. *Vnde etiam olim per Gregorium Papam Nonum statutum fuerat, quod Fratres baculos quinque palmorum in manibus portare deberent. Sed hoc postmodum per Alexand. Papam IV. tanquam abusiuum præsenti tempori existit reuocatum per etiam Fratres adhuc portare possunt baculos sicut libet.*

Eremitæ sub D. Augustino gestarunt baculum.

[c] Lib. 2. Renunt. cap. 9.

[d] Lib 1. c. 15. pag. 36.

[e] In Epitome fundationum Prouinciæ Bethicæ sui Ordinis Minimorum tex. § 2 pag. 163.

Non innitor verbis Augustini in prædicto sermone ad Eremitas; cum enim lib. 3. Bibliothecæ Augustini, in notis ad illum dicemus esse supposititium. Nitor tamen authoritate Iordani, qui circa an. 1356. ita sensit, & prædictum sermonem sub nomine Augustini allegauit, [f] & eo etiam tempore sermones illi ad Fratres in Eremo cōmuniter censebantur Augustiniani. 164

[f] Lib 1. c 7 14. & 15. & lib. 2. cap 1.

Addo certius testimonium, quod affert Bartholomæus de Vrbino, Augustinianus, Episcopus Vrbinas, [g] quod dicauit Clementi VI. circa annum 1345. verbo, *Religiosus*. Col. 1914. vbi citat Augustinum, *Ex quibusdam admonitionibus, quæ ponuntur post regulam, quas nonnulli dicunt esse secundam regulam datam Fratribus Eremitis de monte Pisano, & de Centumcellis &c.* Ex hoc ergo Augustini opusculo, (quod modò deest ab impressis, sicut & alia plura) c. 9. refert col. 1918. hæc verba. *Incedo, nec cum baculi sitis &c.* ergo Augustini tempore familiaris erat vsus baculi suis Eremitis. 165

[g] In Millelo-quio Augustini.

Ea autem obseruatio ab Augustini tempore deducta conseruabatur in congregatione S. Ioannis Boni, in qua constituitur Monachatus Augustinjanus S. Francisci; qui etiam illo biennio ante institutionem sui ordinis baculum portauit in manibus, more Eremitarum Augustinensium, quibus in omni alia veste similis erat. 196

De calceis verò constat Augustinum illis vsum fuisse; colligitur támen permisisse, vt qui vellet, nudo pede ambularet. Verba Augustini serm. 42. de sanctis, quæ integra à M. Marquez, [h] & partim à Ludouico de Angelis (qui malè ait ea contineri serm. 40.) citantur, hæc sunt. *De his calceamentis, quibus calceati ambulamus, consolatur me idem ipse Dominus meus. Si enim ipse calceatus non esset, non de illo Ioannes diceret.* Luc. cap. 3. *Non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum. Sit ergo obedientia, nō subrepat superba durities. Ego, inquit, Euangelium impleo, quia nudo pede ambulo. Tu potes, ego non possum. Quòd simul accepimus, custodiamus. Quomodò charitate flagremus, inuicem diligamus. At sic fit, vt ego amem fortitudinem* 167

Probatur Augustinū vsum fuisse calceis, & permisisse ambularent nudis pedibus qui vellent.

[h] Cap 22. § 3. pag. 372.

tudinem tuam, & tu portes infirmitatem meam. Hactenus Augustinus: possidius autem, sic ait, [a] *Vestis eius & calceamenta, & lectualia, ex moderato, & competenti habitu erant, &c.*

a In Vita S. August. c. 22.

168 Ex his cōstat Augustinum incessisse calceatum, quia non poterat nudis pedibus ambulare; permisisse tamen alijs, qui possent. Hinc est, quod de B. Fulgentio adhuc Episcopo legitur. [b] *Nec ipsa calceamenta suscipiens Clericorum, vilissimis caligis in tempore hiemis, aut caligulis in tempore æstatis, vtebatur. Intra Monasterium sanè interdum soleas accipiebat frequenter nudis pedibus ambulans.*

b In eius vita cap. 18.

169 At communiter Monachos Augustinianos calceatos incessisse, præter eos, qui pro sua valetudine nudis pedibus poterant ambulare, ex eisdem infertur; & vltra suadetur. Primò, ex regula Augustini, quę Eremitis, & Canonicis communis erat; ibi: *Vestimenta verò & calceamenta, quando fuerint indigentibus necessaria, dare non differant sub quorum custodia sunt qua poscuntur.* Secundò, ex testimonio Iordani de Saxonia, qui [c] approbat vt verè Augustinianum serm. 42. ad Eremitas; (licèt in hoc fallatur, vt dicam in Bibliotheca Augustini) in eo autem sub nomine Augustini, hæc habentur: *De bonis Episcopatus Ecclesiæ Hipponensis centum & 50. vestimenta cum calceamentis Vobis dilectis Fratribus deputari præcepimus.* Vnde constat tempore Iordani, in quo testimonium hoc, vt Augustinianum recipiebatur, communiter creditum fuisse Eremitas tempore Augustini calceis vsos fuisse, siuè ij essent ex corio, siuè ex ligno, aliaue simili materia.

c In Vitas Fratrum, lib. 1. c. 15. & lib 3 c. 6 & lib 4. c. 13.

170 Hæc etiam calceorum delatio Fratribus Congregationis S. Ioannis Boni erat in vsu, vt constat ex pluribus Bullis Gregorij IX. & Alexandri IV. Diuus quoque Franciscus illo biennio ante institutionem sui ordinis calceos portauit; illos enim abiecit audito Euangelio in æde S. Mariæ Angelorum.

Congregatio B. Ioannis Boni calceis vtebatur.

171 Quid ergo mirùm, quòd si B. Fräciscus, portauit eo biennio tunicam, corrigiam, calceamenta, & baculum; isque habitus est, & semper fuit Eremitarum D. Augustini, vel saltem tunc erat Eremitarum B. Ioannis Boni ordinis S. Augustini, quid mirum, quòd si religio Augustiniana Franciscum eo tempore videt suo habitu indutū, suum Eremitam fuisse reputet, vel probabile saltem indicet; & sicut Saul virum, quem Pithonissa viderat, lib. 1. Reg. cap. 28. *Ex figura, ætate, & habitu* (vt ait Nicolaus de Lyra) *coniecturauit, quòd esset Samuel*; ita Eremitica D. Augustini familia virum Seraphicum, quem Vincentius Beluacensis, [d] & Antoninus, [e] referunt habitum Eremiticū tunc temporis habuisse, baculumque manu gestasse, pedibus calceatis, & corrigia cinctum incessisse; ex habitu, corrigia, baculo, & calceis, de Francisco saltem probabiliter coniectet fuisse Eremitam Augustinianum, Congregationis S. Ioannis Boni?

Deductio ex dictis.

d lib. 29. c. 98. in Speculo Historiali.

e 3. par. Historiali, tit. 24. c. 2. ante §. 1.

AD NVMERVM I. §. IV.

Patris Vuadingi responsio.

Proponitur casus Bullæ Gregorij IX. circa controuersiam inter Minores, & Eremitas B. Ioannis Boni.

172 PRædictis ergo sic statutis, & comprobatis contra Pennotum, & Vuadingum, pro opportunitate huius opusculi, restat nunc respondere ad alia obiecta Vuadingi, & alias eius solutiones impugnare.

Responsio P. Vuadingi ad argumentum numero 1. relatum.

173 Ad argumentum ergo, quo puncto præcedenti ostendimus B. Franciscum fuisse Augustinianum Eremitā, quod tibi visum est magis tumultuarium, quam robustum, conaris docere, originem & institutionem Eremitani vestimenti, quòd nobis non credis displiciturum. *Quòd si displiceat, in nobis culpam esse, qui prouocauimus; non in te, qui respondere compulsus es.* Quæ verba ex Hieron. Epistolā 14. inter Augustinianas, priùs adduxerat Marquez. [f] *Tantum abest, aïs, vt ab Eremitis Augustiniani, aut à Ioanne Bono insignia illa Corrigiæ, baculi, aut nigri habitus Franciscus acceperit, vt illi potiùs ea acceperint à Sede Apostolica quibusdā annis à Francisco defuncto.*

f Capit. 1. in principio, p. 2.

174 Hoc vt ostendas, supponis casum cuiusdam Bullæ Gregorianæ in hunc modum. Dum essent Legati in Lombardia, Rainaldus ex Comitibus Signiæ Gregorij IX. nepos, Episcopus Ostiensis, qui postea fuit Alexander IV. & Thomas de capua Campanus Presbyter Cardin. tit. S. Sabinę, exorta est controuersia inter Minores, & Fratres Ioannis Boni, qui adeò Ordinis sui substantiam variabant; vt omninò similes viderentur Fratribus Minoribus in multiplicem derogationem eorundem, & scandalum plurimorum. Pontifex re cognita præcepit, vt ex clausula Bullæ Innocentij IV. (quam refers num. 18.) constabit, vt Eremitæ habitum, vel nigrum, vel album assumerent, eumque peramplis, & patentibus corrigijs præcingerent, baculos quinque palmorum gradium in manibus portarent; & cum illi habitum nigrum eligerent, præcepit, vt largas, & protensas haberent manicas ad instar cucullarū; & vestiū

Responsionis probatio.

longitu-

longitudinem adeò tēperarēt, quòd à quibusque ipsorum calceamenta liberè viderentur, vt sic habituum confusio remoueretur, & scandali auferretur materia. At dū in quibusdam partibus Marchiæ, Eremitæ his statutis nō parerent; Pontifex anno 14. sui Pōtificatus ad Episcopos Marchiæ Anconitanæ scripsit; vt eos compellerent obedire. Et in horum confirmationem adducis Bullam Gregorij IX. ad Episcopos Marchiæ Anconitanæ, datam Laterani 9. Cal. Aprilis, anno 14. Pontific. quam habet M. Marq. [a] & dicis haberi in Regesto Gregor. IX. sub num. 1. illius anni. Ex quo constat id, quod supra dicebamus, nempe Gregor. IX. numerasse suos annos ab electione, non à coronatione; quia numerando à coronatione non fuisset prima, sed ferè vltima, cum esset ad finem anni; coronatus enim fuit 5. Cal. Aprilis.

a Capit. 3 in principio, pagina 17.

175 Hæc est fida tua, & sincera casus narratio: in ea displicent plura, non quia amara; sed quia aliter relata, quàm sint; vt mirum sit hominem doctum in confirmationem suæ narrationis adduxisse Bullam Gregorij de verbo ad verbum; & pag. 53. num: 14. Bullam Alexandri IV. datam Laterani 8. Cal. Martij, anno 2. Pontificatus, atq; adeò Christi 1256. Nos ergo casum aliter referemus per partes, & probabimus ex ijsdē, & alijs Bullis Pontificijs. Aduertimus tamen, (vt sæpe notauimus, & ex Bullis à te adductis euidenter constat, & infra specialiter tractabimus, [b]) triplicem saltem extitisse, tunc Cōgregationem ordinis Eremitarum S. Augustini. Primam S. Augustini, præcipue in Thuscia. Secūdam S. Ioannis Boni, præsertim in Romandiola, & Lōbardia. Tertiam Brictinensium, in Marchia Anconitana. Quòd si obseruetur, patebit, quid vnaquæque congregatio fecerit, & euitabitur confusio, quam in pluribus quidam adducunt, res vnius Congregationis attribuendo alteri. Conabor autem id facere verbis modestis, non contentiosis. Quinimò nisi obstaret veritati, volentibus nobis tunicam tollere, dimitteremus, & pallium, *nihil per contentionem agentes*, [c] *Vel loquentes, nec in iudicijs, neque in disputationibus.* Dixit quippe Magister noster. [d] *Qui voluerit tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei, & pallium.* Et Paulus ait. [e] *Noli verbis contendere, ad nihilum enim valent nisi ad subuersionem audientium. Seruum Domini non oportet litigare,* [f] *sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati.*

Exploditur, & aliter ac ab aduersario narratus est casus & refertur, & probatur per partes ad confusionem euitandam.

b In respons. ad num. 1. §. 5. pun̄cto 3. difficultate 3.

c Ad Philip. 2

d Matth. 5.

e 1. ad Thim. 2.

f 2. ad Thim. 2.

Casum ergo sic referimus per partes. 176

Rem enim hanc per partes, vt ait Hieronymus, [g] *Volumus explanare, ne simul propositas atque disserta, lectoris confundat memoriam.* Prima est. Controuersia inter Minores, & Eremitas Fr. Ioannis Boni, exorta esse videtur, circa an. 1237. eo enim tempore legati Pōtificij Mediolani degebant, vt constat ex Anton. [h] qui sic habet: *Demum Mediolanenses cum omni conatu suo, & Legati Domini Papæ, & totius colligationis Lombardiæ quæ Ecclesiæ adhærebat, bellum inierunt cum Imperatore loco dicto; Curia noua* Et paulò infra. *Quæ omnia acciderunt anno Domini 1237.* Id ita se habere docuit etiam R. P. Vuadingus, [i] vbi ait. *Quare firma, & stabilis origo huius habitus ab hoc anno, vel sequenti sumenda est, cùm ex Regesto Pontifi. 10. huius anni Epistola 88. data Viterbij 10. Cal. Iunij constet hoc anno missos hos legatos.* Hæc ille. Fortè per id temporis Eremitæ Fratris Ioannis Boni recenter Mediolanum aduenerant domum ædificaturi.

Prima pars quando exorta est controuersia inter Minores, & Eremitas Fr. Ioannis Boni

g Lib. 4. in c. 11. Esaiæ.

h 3. p. tit. 19. c. 4. §. 4. fol. 41. pag. 1.

i Tom 1. Annalium Minorum sub anno 1237. num 18. pag. 139.

Secunda est. Vnus ex legatis, ante quos hæc controuersia primò suscitata est, fuit Rainaldus, Episcopus Ostiensis à Gregorio IX. Patruo, seu auunculo, dum Papa esset Subdiaconus, creatus Diaconus Cardin. S. Eustachij, in prima creatione quinq; Cardinalium Romæ in quatuor temporibus mensis Septembris, anno 1227. & postea in tertia creatione quatuor Cardinalium, Romæ, mense Decembri anno 1234. factus Episcopus Ostiensis, & Veliternus; qui postea Alex. IV. appellatus est, vt tradit noster Onuphrius, [k] cum autem fuisse vnum ex prædictis legatis, dum esset Episcopus Ostiensis, constat ex Bullas Greg. IX. & Alex. IV. quas tu hic adducis; [l] Erat autem Rainaldus ordinis Seraphici Protector, adeoque in illum affectus, vt nec cum esset Pōtifex, voluerit protectionem dimittere. Audi verba Antonini. [m] *Hic Generalis Fr. Ioannes conuocato Romæ Capitulo, anno Domini 1256.* (eodem scilicet anno, quo & nostrum generalis vnionis) *in præsentia D. Papæ Alexandri IV. qui regimen ordinis, & protectionem, quod vt Episcopus Ostiensis prius existens habuerat, noluit dimittere sed sibi retinere ex maxima affectione ad ordinem.* Ex alia etiam parte Gregor. IX. ad quem causa delata est; fuerat etiam Protector ordinis Franciscani, valdèque D. Francisco familiaris. Audi etiam Antoninum. [n] *Hic Sanctorum Cathalogo solemniter adscripsit, &c. & B. Franciscum, quem tenerè diligebat in Cardinalatu constitutus, promiserat ordinis eius, & eis prænunciauerat ad Papatum promouendum.* Et rursus. [o] *Familiaritatem tamen ei*

177

Secunda pars. Vnus ex legatis ante quos fuit primò hæc controuersia suscitata fuit Rainaldus Episcopus Ostiensis ordinis Minorum Protector.

k De Pontificibus, & Cardinalibus, pag. 43. 144. & 150.

l Pag. 42. n. 9. & pag. 53. num. 14.

m 3. p. tit. 24. c. 9. §. 1. folio 246. pag. 1.

n 3. p. tit. 19. c. 4. in princ. fol. 40. pag. 1.

o Tit. 24. c. 2. §. 9. fol. 231. pag. 1.

(Franci-

(Francisco) *præcæteris D. Vgolinus Ostiensis Episcopus adfuit, cuius se cum vniuerso ordine suo sua tutelæ commiserat; eundemque prophetico spiritu ductus Apostolico honori promissum fore prædixerat.* Et rursus, [a] *Postea* (post Conc. Lateranen.) *B. Fräciscus iter arripuit versus Franciam; sed in via reperiens D. Vgolinum Card. Ostiensem, qui missus fuerat Legatus in Lombardiam ab Honorio Papa, de consilio eius reuersus est; dixit enim sibi, nolo quòd de curia recedas; quia D. Papa, & Cardinales contra æmulos tuæ religionis, meliùs ipsam fouebunt, & protegent te præsente.* Quinimò & ipse Greg. IX. Bulla 4.[b] sic ait: *Et cùm ex longa familiaritate, quam idem confessor nobiscum habuit pleniùs nouerimus intentionem ipsius, & in condendo prædictam regulam, & obtinendo confirmationem ipsius per Sedem Apostolicam, ipsi adstiterimus, dum adhuc essemus in minori officio constituti.* Quinimò forte & Archiepiscopus Mediolanensis erat Fr. Leo de Perego Minorita; vt enim habet Corius, [c] cum esset in discordia compromissarius, seipsum elegit per ea tempora. Hæc dixero; non vt Gregorio, & Alexandro, Summis Ecclesiæ Pontificibus, vel Leoni Archiepiscopo, vel leuissima in parte succenseam; sed vt aduertam mirum non esse, quòd Pontifices pro ingentibus meritis, religionis Franciscanæ, tunc præcipuè florentis; & pro pio affectu, & deuotione ardenti ad ipsam, illi fauerent in materia arbitrij. Quis id non faceret?

a Cap. 7. in princ. fol. 237 pag. 62.

b In Compendio Priuilegio sû Rodriguez pag. 18 declarationis regulæ data Anagniæ Calend. Octobr. anno 4. Pontificatus.

c 2. p. fol. 100. anno 1239.

178 Tertia est. Alter legatus, (qui in vtraque Bulla Greg. IX. & Alex. IV, & pluribus alijs sic notatur: *Bon. mem. N. tituli S. Sabinæ Presbyterum Cardinalem*) difficile mihi est, quòd fuerit ille, quem assignas, [d] nempe Thomas da Capua Campanus. Primò, quia mirum esset, quòd in Bulla Gregorij IX. data annis duobus, paulò magis, vel minùs, post mortem prædicti legati, ignoraretur eius nomen, nisi fortè is fuerit stylus curiæ, de quo nihil noui, vt apponatur N. etiam si notus sit. Secundò efficaciter, quia in prædicta Bulla Gregor. IX. data 1240. dicitur prædictus legatus *bonæ mem.* atq; adeò iam erat defunctus. At verò Thomas de Capua, nondum è viuis excesserat; vt enim referunt Onuphr. [e] & Ciaconius, [f] obijt Anagniæ anno 1243. anno 1. Pontificatus Innoc. IV. ibidemque sepultus est. Imò, & addit Ciaconius obijsse 11. Cal. Septemb. scripsisseque nomine Innoc. Papæ IV. Epistolam ad Federicum Imperatorem. Legatus ergo ille, qui anno 1240. iam obierat, diuersus est à Thoma de Capua, qui superuixit ad ann. 1243. Quare fortassis Thoma ad alium titulum ascendente ante an. 1237 aliquis nomine Nicolaus, quòd nomen per illud. N. sæpe denotatur, factus est Presbyter Card. tit. S. Sabinæ, & Legatus Lombardiæ simul cum Rainaldo Episcopo Ostiensi; & obijt non multò post. Quod si hoc nõ fuerit, mihi, difficile est ea omnia conciliare. Ita olim existimaueram. Nunc inuento Trilogio animæ Ludouici Pruteni Minoritę, edito anno 1498. reperio ibi transcriptam Bullam Alexandri IV. datam Anagnię 15. Cal. Iunij, anno 2. Pontificatus, quæ incipit. *Recordamur liquidò*; & mea sic habetur in impressione Pruteni. *Sanè dum per nos tunc in minori officio constitutos, & bonæ mem. Gregorium tit. S. Sabinæ Presbyterum Cardinalem, tunc in illis partibus legatione fungentes &c.* Vnde constet per errorem Scriptoris positum ly, N. loco ly, G. Reperimus autem per ea tempora duos Gregorios S. R. E. Cardinales apud Ciaconium, [g] viuos in creatione Gregorij IX. anno 1227. & iam defunctos in electione Cælestini IV. anno 1241. Alter est, Gregorius Crescentius anno 1206. ab Innocentio III. Diaconis Card. S. Theodori creatus; alter est, Gregorius Theodosius ab eodem Innocentio, anno 1212. factus Presbyter Cardin. tit. S. Anastasiæ. At hic mortuus refertur sub Honorio III. vnde si quis eorum fuit cum Alexandro IV. Legatus Lombardiæ, debuit esse Gregorius Crescentius.

Tertia pars alter legatus nõ fuit Thomas de Capua Campanus; sed Gregorius Crescentius.

d pag. 41. n. 2.

e Pagina mihi 149.

f De vitis Pontificum, & Cardinal.

g Nouæ editionis, fol. 675 & 688.

179 Quarta est. Eremitæ Fr. Ioannis Boni antè illam controuersiam exortam, adeò ordinis sui variabant substantiam, vt dilectis filijs Fratribus Minoribus vniformes crederentur. Ita Greg. IX. & Alex. IV. in Bullis citatis; ea tamen credita vniformitas inde ortum habuit, quòd cùm eorum habitus tantum deberet esse albi, vel nigri coloris (vt aduerrit Marquez, [h] ex Bullis Greg. IX. & Alex. IV. citatis, ibi: *Quæ nigri, vel albi debebant esse coloris*) aliquãdo vtebantur albo, & aliquando nigro; & prætereà aliquando ferebant baculos, & aliquando non; sicut modò Cistercienses, dum foras exeunt, aliquando omninò albis, & aliquando nigris vtuntur; & Carmelitæ in aliquibus Prouincijs in itinere non vtuntur cappis albis, vt alibi semper, sed griseis; & vt Franciscani aliquando supra tunicam ferunt pallium, aliquando non. Quando albis vtebantur, & sine baculis incedebant, valdè similes erant in habitu exteriori Patribus Franciscanis, & vt tales credebantur à pluribus in populo. Non quòd ipsi formam habitus variarent, vt viderentur Franciscani; de hoc

Quarta pars Eremitæ Fr. Ioannis Boni ante natam controuersiã, ita variabant suum habitũ vt viderentur Minoribus vniformes.

h Cap. 4. §. 3. pag. 35.

enim

enim nullum habetur verbũ in Bullis. Imò Innocent. IV. anno 1252. in Bulla adducta à Marquez, a sic ait: *Et quia eorum habitus,* (non ergo habitus alienus, ab illis vsurpatus, vt rectè infert Marquez, b *Qui habitui Fratrum Minorum videbatur conformis, apud aliquos scandalum quodammodò suscitabat.* Lis ergo & controuersia orta non erat, propter vsurpationem habitus alieni; sed propter similitudinem, & confirmitatem proprij. Adde. Si de vsurpatione habitus Franciscani ab Eremitis S. Ioannis Boni aliquid huiusmodi præcessisset, mentionem fecere Pontifex, sicut fecit Gregorius IX. Minoritarum, quæ habitum Clarissarum mentiebantur. c Estque Bulla 2. Greg. IX. & sic se habet.

a Cap. 13. § 17. pag. 205.

b Capit. 4. §. 7. pag. 46.

Lis & controuersia prædicta non propter vsurpationem habitus alieni: sed proprij conformitatem exorta est.

c Extat in Cõpendio Priuilegiorum Regolarii Emanuelis Rodriguez, pag. 18.

180 Bulla Gregor. IX. contra mẽtientes habitum Clarissarum.

Gregorius Episcop. &c. Archiepiscopis, & Episcopis, ad quos literæ istæ peruenerint, ad audientiam nostram noueritis peruenisse, quòd nonnulla mulieres per vestras Ciuitates, & Diœceses discurrentes se fore de S. Damiani ordine mentiuntur; & vt alij sua assertioni mendaci fide credulitatis accedant, discalciata vadunt, habitum, & cingulum Monialium eiusdem ordinis chordulas deferrentes; quas quidem discalceatas, seu chordularias, alij Minoretas appellant; cum tamen Moniales ipsa, vt gratum præstent domino famulatum, perpetuo sint inclusæ. Vnde, quia in eiusdem ordinis confusionem, ac derogationem ordinis Fratrum Minorum, & ipsorum Fratrum scandalum, ac Monialium earundem, prædictarum mulierum simulata religio redundat, vniuersitati vestræ per Apostolica scripta mandamus; quatenus mulieres ipsas ad abyciendum cum eisdem cingulis, & chordulis huiusmodi habitum, præmissa monitione per censuram Ecclesiasticam, cum super hoc requisiti fueritis, appellatione postposita compellatis. Datum Laterani 9. Cal. Maij Pontificatus nostri anno 14. Mense vndecimo post datam Bullæ prædictæ de Fratribus Eremitis Fr. Ioannis Boni; quæ data fuit Laterani 9. Cal. Aprilis anno 14. Pontificatus. Quis ergo credat, si in Eremitis S. Ioannis Boni, quid simile contigisset, omissurum Pontificem in narratiua, vel supplicantem in petitione; Denique, cùm ea querela potuerit oriri, vel ex portatione sui habitus, qui erat similis alieno; vel ex vsurpatione alieni; vnde colliges deteriorem partẽ? Sanè dicam cum Bonauentura, d ostendẽte, quare nollent eo tẽpore Franciscani cõmunicare libros, & Codices suos. *Quæ possunt etiã bona intentione, & inculpabiliter peri aliquãdo, temerariũ est ea in deteriorẽ partẽ interpretari; cũ cordis occulta ignoremus; & ea, quæ in se indifferentia sunt possunt sæpe pro bono fieri, & licitè, & benè.*

d In Apolog. q. 21 fol. 282. pag. 2.

Quinta. Prædicta vniformitas Fratrum Erem. S. Ioannis Boni cum Patribus Franciscanis cedebat in derogationem multiplicem Fratrum Minorum, minorẽ apud fideles propter hoc sentientium in suis opportunitatibus charitatem, vt expressè habent Bullæ citatæ; hoc est, quia fideles erogabant aliquando eleemosynas Eremitis S. Ioannis Boni, credentes esse Franciscanos; & cùm hi veniebant pro eleemosynis, iam fideles minorem charitatem illis impertiebantur, vt clarè indicant Bullæ, & obseruauit M. Marquez, e contra R. P. Daza, verba Pontificis in alium minùs germanum, & magis pungentem sensum interpretantis. Neque contra hoc est, quod in Bulla Greg. IX. dicitur. *Cum formã prædicta identitatis gestare dicãtur, in eorundem Fratrum Minorum infamiam, & scandalum plurimorum.* Ad hoc enim respondeo primò, cum Marquez, f ea verba contineri in relatione supplicantis, non in narratiua Pontificis. Sic enim habentur. *Verùm cùm quidam Eremitæ præfati ord. S. Augustini, ac alij religiosi supradictis Eremitis conformes habitu, in eadem Marchia constituti, formam prædictæ identitatis prohibitam gestare dicantur* (dicantur, ait; non narrat ipse Pontifex, sed refert verba supplicantium.) *In eorundem Fratrum Minorum infamiam, & scandalum plurimorum.* Supplicantes autem semper exaggerant causas querelarum, vt in responsione ad Numerum secundum demonstrauimus, adducentes quartum testimonium Ioannis XXII. ad probandum hanc vocem, *dudum*, sæpe etiam significare longum tempus. Secũdò in prædictis verbis non est sermo de Eremitis S. Ioannis Boni; hi enim statim obedierunt; sed de Eremitis Bictrinensibus, ordinis etiam S. Augustini in Marchia constitutis, vt constat ex Bullis Gregorij, quas adducis num. 5. & 10. & Alexan. IV. num. 14. & præterea de alijs religiosis, qui illis conformabantur in habitu, qui fortè inter alios etiam erant Saccitæ de pœnitẽtia Iesu Christi, qui adeò similes erant Patribus Franciscanis, vt quãdo S. Frãciscus apparuit B. Agneti de Montepolitiano, illamque inuitauit, vt suo ordini nomen daret, id persuaserit propter habitus conformitatem anno 1306. vt diximus, g apparitionem quintam B. Augustini referentes. Poteratque hoc dici, licèt Bictrinenses non dedissent occasionẽ verbis querelæ; sed soli Saccitæ, vel alij. Tertiò, licèt daremus tam Eremitas S. Ioannis Boni, quàm Bictrinenses & Saccitas, occasionẽ, & causam præbuisse verbis querelæ; nihilo-

Quinta pars. Dicta habitus vniformitas cedebat in derogationem multiplicem Minorũ.

e Capit. 4 §. 7. pag 45.

Obiectio.

Diluitur primò.

f Ibidem.

Diluitur secundò.

g In respons. ad hunc § 4. in principio.

Diluitur tertiò, & ostenditur quomodò vniformitas

In habitu eius in Minoris infamiam, & scandalum plurimorum.

nihilominùs in illis non latet venenũ, quòd arbitrantur aduersarij. Cùm enim dixisset Pontifex, de Eremitis S. Ioannis Boni, *pecuniam pro eleemosynis, alijsq; subsidijs deposcentes;* potuit postea addi, hoc cedere in infamiã Minorum, & scandalum plurimorũ. Cùm enim propter similitudinem habitus crederentur Franciscani, qui videbat illos accipere pecunias, scandalizabatur, & infamabat Minores, vel quasi auaros, qui sæpè peterent; vel quasi Hypocritas, qui prædicarent se non posse nummos tangere; & nihilominùs pecunias acciperent. Cùm autem contactus pecuniæ nõ esset prohibitus illis sanctis Eremitis, licitè illas tangebant, nullumq; dabant scandalum; sed alter videns; & per errorem credens esse Franciscanos, scandalum accipiebat. Et hoc fortè est, quòd dixit Innocentius IV. vel potius Guillelmus Cardinalis de Eremitis S. Ioannis Boni, in Bulla citata à Marquez,[a] *Et quia eorum habitus, qui habitui Fratrum Minorum videbatur conformis, apud aliquos scandalum quodammodo suscitabat.*

a Capit. 13. §. 17.

182 Confirmatur dicta explicatio primò. Adde, mirum esset, quòd vno, & eodem tempore Congregatio S. Ioannis Boni, & Brictinensium, & Saccitarum, (quorum omnium tanta est laus in probatis historijs; & nos infra ex Bullis Pontificijs ostendemus, vixisse sanctissimè) tam effrenatè degerent, quòd inde resultaret Minorum infamia, & scandalum plurimorum, in eo sensu, quem aduersarij prætendunt.

Secundò. Adde rursus. Hæc prætensio Fratrum Minorum communis erat contra omnes, qui habitum habitui similem portarent ipsorum; sic enim habet Innoc. IV. Bulla 1. apud Emanuelem Rodriguez in Compẽdio Priuilegiorum Regularium, pag. 30. quæ originaliter conseruatur in Conuentu S. Francisci Salmantino.

183 Bulla Innocentij IV. *Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei. Venerab. Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, præsentes literas inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Quia confusio habitus sæpe confusionem inducit ordinum, & etiam animarum, authoritate Apostolica districtè duximus inhibendum, vt si non sit in religionis ordine Fratrum constitutus, habitum dilectorum Fratrum Minorum, aut ita consimilem, quòd propter eum Frater Minor credi possit, deferre non liceat absq; mandato Sedis Apostolicæ speciali. Volumus ergo, & Fraternitati Vestræ per Apostolica scripta mãdamus, quatenus singuli vestrum in suis Ciuitatibus, & Diœcesibus, illos; qui præfatum habitum, vel prædicto modo consimilem contra inhibitionem nostram deferre præsumpserint, ad deponendum ipsum, cùm ab ipsis Fratribus fueritis requisiti, monitione præmissa, sublato omni obstaculo compellatis. Datum Laterani 3. Cal. Decemb. Pontificatus nostri anno 1.* atq; adeò Christi 1243.

184 Tertiò ex D. Bonauentura. Quis ergo credat omnes religiones, quæ habitum similem habitui Patrũ Minorum gestabant, adeò irreligiosè vixisse, quòd propter infamiam, & opprobrium inde redundans peterent Franciscani à Pontificibus, ne aliquis permitteretur deferre habitum similem habitui ipsorum? Sanè huius petitionis causam tanius, & verius, & sanctius expressit Bonauentura. b *Multis de causis* (ait S. D.) *habitum nostrum alios ferre non sustinemus, & per Priuilegium Apostolicam omnibus inhibemus. Vna causa. Quia cùm simus ex professione regulæ Mendicantes, si sub nostro habitu aliqui mendicarent, homines, qui eis vltro eleemosynam dedissent, & nos, vel alij eis similes habitu superuenirent, putarent quòd idem ex auaritia iterum peteret, & scandalizarentur, vel de ipsis, vel de nobis, quòd nimis eos petendo grauaremus.* (Ecce tertiam, quam nos dedimus responsionem.) *Item, cùm putarent nobis dedisse, quòd alij nobis similibus dederunt, qui inter habitus nescirent discernere, recusarent nobis iterum dare eleemosynam; & sic nihil acquirere possemus, & periremus.* (Ecce primam M. Marquez responsionem.) Quare ergo sinè vllo fundamento diuertimus ad interpretationes alias sinistras, & sanctissimis Congregationibus iniuriosas?

b In Libello Apologetico, & excusatorio in eos, qui Minorum Fratrum ordini aduersantur q. 8. tol. 279. pag. 2.

185 Obiectio. Neque obstant quæ subdit Bonauentura, in hunc modum. *Item cùm multi intelligerent, quòd homines magis diligerent nos, & libentiùs nobis subuenirent, quàm alijs; sub habitu nostro* (nostro, dixit, non simili: nostro, scilicet ab illis vsurpato, non proprio) *per terras discurrerent; & quod nobis dandum esset ipsi præriperent fraudulenter, & peccarent, & nos fraudarent, & homines grauarentur.*

186 Soluitur. Alia causa: *Quia cùm pro ædificatione Ecclesiæ specialiter missi simus, si sub nostro habitu alius aliquo peccato scandalizaret homines; vel nos taliter infamaret; vel suam sic nequitiam contegeret, cum rectè habitu nostro non agnosceretur; sed Frater ordinis nostri putaretur hoc fecisse; Ecclesia non haberet de nobis ædificationem, sed scandalum; & nos frequentes exinde confusiones pateremur, cùm multa similia attentarent, sicut cõperimus aliquoties esse factum. Item posset hæreticus aliquis, sub habitu nostro in locis opportunis docere hæresim, vt sic ei quasi probato Fratri ordinis nostri crederetur, & nos similiter infamaret.*

Hæc inquam non obstant. Quia in his non loquitur de communitatibus religiosis; quæ in simili habitu incesserant, quales

fuerant

fuerant Eremitæ S. Ioannis Boni, Bictrinenses, & Saccitæ, & alij sancti religiosi; sed de sæcularibus, & particularibus personis, quæ propter auaritiam vsurpato habitu Franciscano perciperent eleemosynas, sicut fecerant Minoritæ habitu ementito Clarissarum, seu Damianitarum S. Claræ. Non enim dixit sicut priùs, *nobis similibus*; sed, *sub habitu nostro*, & deinde, *retecto habitu nostro non agnosceretur.*

188 Addit Bonau. pro sua ingenuitate, & sāctitate, aliam causam, *item si fortè aliquando ex nostris aliqui in via minùs honestè se gererent, cùm super hoc corriperentur à vobis, possent excusare, quòd sub nostro habitu alij hæc fecissent, cùm de persona esset dubium, quæ fuissent. Ne igitur S. ordo taliter confundatur, & tot mala inde proueniant, expedit, vt ordinis nostri habitum, nullus alius permittatur deferre. Quòd etiam mali sequeretur, si mulieres eum ferre permitterentur, quisq; prudens per se potest perpendere; & ideò est studiosissimè prohibendum.* Hæc ergo erāt causæ, quare sāctissima religio Seraphica prohiberet, ne quis vel habitum Franciscanum, vel ipsi similem deferret. Non quia religio aliqua scandalosè viuens habitum Frāciscanum vsurparet, in eius infamiam, & scandalum. Ad hoc enim vel leuiter suspicandum homini pio & prudēti nullum est vel leue vestigium in Bullis pontificijs, quæ de habitu simili & proprio non vsurpato, & alieno loquuntur. *Hæc est multiplex derogatio fratrum bijncrum. Hæc, infamia. Hæc scandalum plurimorum.* Neq; possum hic non aduertere Bonauenturæ modestiam, qui cùm potuisset aliam causam addere, nempè quòd alij religiosi Franciscanis in habitu similes possent inhonestè se gerere, & crederentur id Franciscani fecisse, illam non apposuit, cùm tamen subderet aliam de periculo simili in suis religiosis, quasi pro sua sanctitate facilius timens suis, quàm credens, vel suspicans de alienis.

189 Sexta est. neq; Alexander Quartus, neque Innocentius Quartus, nec Gregorius Nonus præceperunt Eremitis Sancti Ioannis Boni, vt album, vel nigrum colorem assumerent, sed ipsi ex sua institutione tenebantur, vel album, vel nigrum assumere. Hoc euidens est ex Bullis Gregorij IX. & Alexandri IV. ibi, *vt Prior & vniuersi, ac singuli fratres prædicti ord. S. August. in exterioribus vestimentis, quæ nigri, vel albi debebant esse coloris; quorum altero, videlicet nigro iam electo ab eis, ipsos volumus manere contentos.* Quòd Pontifex & Legati præceperunt, hoc fuit: vt ex albo, & nigro colore, quorū quemlibet

Sexta pars. Neq; Alexād. IV. neq; Innoc. IV. neq; Greg. IX. præceperūt Eremitis S. Ioannis Boni vt album vel nigrū colorem assumerent.

iuxtà sua statuta poterant portare, eligerēt determinatè vel album, vel nigrum; ipsi verò nigrum elegerunt; nempè quia conformior institutioni Eremiticæ S. Aug. & hoc est, quòd in Bulla Innoc. IV. ad quam nu. 2. & 5. remittis probationem, asseritur ibi. *de mandato, & authoritate Duorum Cardinalium, qui tunc in partibus Lombardiæ legationis fungebantur officio, nigrum, quem gestatis adhuc, habitum elegerunt.*

Neque contra est, quòd Ludouicus de Angelis, & tu ipse[a] legis, *quæ nigri vel albi debeant esse coloris*; si enim in his verbis pōtifex præcipit, vt eorum vestimenta nigri vel albi essent coloris, quomodò dicis nigrum iam electum ab eis? si ipsi iam elegerāt nigrum, ad quid præcipitur eis, vt nigrū vel album colorem eligant? Quis nisi cæcus non videat hos colores? ij ergo ex sua institutione tantùm tenebantur ad vtendum albo, vel nigro colore. Postea verò exorta controuersia, ad illam amputandam, & euitandam similitudinem, quæ magis cautabatur ex habitu albo; & quia is color conformior institutioni Augustinianæ, quia Augustinus nigris induebatur; elegerunt nigrū, & Pontifex præcipit, vt illo sint contenti, & ferant Manicas ad instar cucullarum, & peramplas corrigias, & baculos quinq; palmorum, & vt longitudinem vestium ita temperent, vt calceamenta videantur; non quidē præcipiens de nouo portare baculos, aut corrigiam, aut manicas, sed suo præcepto confirmans, quod iam ipsi fecerant, ne in his posset aliqua postmodum suboriri diuersitas, vel mutatio Pontifice inconsulto; & addens aliqua accidentalia circa substantiam habitus. 190

190 Obiectio. a Hic num. 5. pag. 43. diluitur.

Ex his ergo clarus elicitur casus Bullæ Gregorianæ. Eremitæ S. Ioannis præcincti tunicas cum corrigijs, portantes baculos in manibus, & aliquando non portantes, modò vtentes colore albo, vel nigro; Ex suo enim instituto non magis arctabantur ad vnum colorem, quàm ad alium; videbantur similes Franciscanis. Ex hoc multiplex illis redundabat derogatio in eleemosinis fidelium. Quin & aliqui ipsorum, querebantur resultare infamiam, & scandalum ex simili portatione aliorum Religiosorum in Marchia, quæ vel erat exaggeratio dantium querelam, vel verificabatur; quia fratres prædicti, quicunque essent, erant occasio paruulis, vt scandalizarentur, & infamarent religionem Seraphicam, credentes Franciscanos ex auaritia sæpè petere, vel contra suum insti- 191

191 Epilogus dictorum.

tutum pecuniam manibus tangere, quam alij breuè contrectabant. Accesserunt ergo Patres Franciscani in Lombardia ad Legatos, Rainaldum Episcopum Ostiensem, ipsorum protectorem, postea Alexandrum IV. & nescio quem alium (forte, Gregorium Crescentium, vt supra notauimus) Presbyterum Card. tit. S. Sabinæ. Retulerunt hi rem omnem ad Gregorium, olim D. Francisco familiarissimum, & eiusdem religionis protectorem. Et cùm Eremitæ S. Ioannis Boni ex colore albo, vel nigro, quorum alterum portare debebant, elegissent nigrum, propter euitandas lites & discordias, & propter maiorem conformitatem cum institutione D. Augustini, qui nigrum habitum creditur portasse; Pontifex rem ipsam decreto suo confirmauit, exprimens: non solùm colorem nigrum, sed delationem manicarum, corrigiæ, baculi, vt sic habituum confusio remoueretur, & auferretur materia scandali à prædictorum Ordinũ fratribus. Huic præcepto promptissimò obedierunt Eremitæ S. Ioannis Boni, nec vllum apparet, vel leuissimum vestigium ad oppositum in Bullis. At verò Eremitæ quidam S. August. in Marchia constituti, nempè Brictinenses, vt cõstat ex Bullis Gregorij IX. & Alex. IV. quas numero. 20. & 21. adducis, appellatione ad Papam interposita, non statim præceptum Pontificium executi sunt; tam ipsi, quàm alij, qui erant supra dictis Eremitis conformes habitu. Contra hos Gregor. IX. expedijt bullam prædictam ad Episcopos Marchiæ Anconitanæ. Datam Later. 9. Cal. April. An. 14. Pontificat.

AD NVMERVM II.

Ex Bulla Gregorij IX. non conficitur nouitas aut status Eremiticæ.

192 Primò aduersus corollarium ex Bulla Greg. IX.

EX Bulla prædicta Gregorij IX. infers primò Institutum illud B. Ioannis Boni, non adeò vetustum tunc fuisse; ait enim Pontifex: *Dudum apparuit in partibus Lombardiæ religio &c.* quæ credis consonare ijs, quæ §. 2. asserueras, nempè regulam Augustinianam circa An. 1233. admissam fuisse in societate S. Ioannis Boni. *Qui hæc legunt* (dicam cum August.[a] *legant iterum superiorem responsionem meam*) aut si eius benè meminerint, inefficaciam huius agnoscant, & ignoscant humano infirmitatis affectui. Hæc enim illatio quàm sit falsa, constat ex ijs, quibus supra probauimus, regulam S. August. ad-

a Lib. 2. imperfecti contra Iulianum n. 37.

Falsitatis conuincitur & diluitur dupliciter. Primò.

ceptam fuisse à Congreg. S. Ioãnis Boni ad minus Ann. 1208. vel 1209. & satis esse probabile id contigisse in principio Anni 1207. id quòd manifestè patet ex verbis Cõstantij Laudensis,[b] asserentis B. Ioãnem Bonum vixisse 80. annos & amplius 40. in sæculo, & omnes alios inter Eremitas in religione Augustiniana. Fundamentum autem ex hac Bulla, desumptum; quantum attinet ad Congregat. S. Ioannis Boni; dupliciter dissoluit Marquez,[c] Primò; verbum istud aliquando etiam significat rem multò ante transactam; vt in C. *dudum* el 9. §p. 6. Cap. *Cùm vm* 27. 18. q. 2. potest videri. Secundò, in Bulla non dicitur, *dudum fundata religio*; sed, *dudum apparuit*; quæ duo diuersissima, potiùsq; fundatio esse antiqua, & apparitio noua. Et potest confirmari hæc responsio authoritate Aug.[e] & Ambrosij[f] in August. sic ait: *Nam qui ante non præsentetur, sed repentè videtur aspectu apparere memoratur.* Ambrosius autè, ex quo verisimile desumpsit Augustinus, sic habet loquens de Angelo, qui Zachariæ apparuit. *Et benè apparuisse dicitur ei, qui eum repentè conspexit. Hoc enim specialiter, aut de Angelis, aut de Deo scriptura diuina sentire consueuit, vt quod non potest prauideri, apparere dicatur. sic enim habes: Apparuit Deus Abrahæ ad ilicem Mambre.*[g] *Nam qui ante non prævidetur, sed repentè videtur aspectu, apparere memoratur.* Et ijs addere possumus, mirum non esse, quòd Congregatio in Eremis Romandiolæ fundata circa Ann. 1207. apparuerit paucis annis ante Annum 1240. in Lombardia, neq; credendum est vno & eodem anno Eremitas apparuisse, & litem motam, & sententiam latam. atq; adeò potuit v. g. apparere circa An. 1235. sive tantum latuerit in Lombardia 23. annis degẽs in Eremis, & nondum in Vrbibus, vsq; ad Ann. prædictum 1236.

193 Seu Contra primam solutionem obijcit, quòd teste Valla[h] ly *dudum*, de exiguo tempore dicitur; & constat ex Genesis cap. 27. vbi de facta venatione Iacob, quã ipso eodem decessit Isaac, ait: *Qui dudum captam venationem attulit mihi*; & Exod. cap. 12. vbi farina *dudum de Aegypto conspersa* dicitur, quæ paulò ante illinc abducta est. sed & Alex. IV. in Bulla, *Licet Ecclesiæ*, An. 2. sui Pontif. quam inflectator conscripsit cap. 4. §. 1. ait: *Nuper Apostolicum mandatum à se emanasse circa Vnionem plenam Eremitarum*; quam non nisi anno antecedenti tentauerat. Plerumq; ergo ita hæc vox, *dudum*, significat, præcipuè apud Pontifices, vt in eorum literis est rescriptis.

b Lib. 1. c. 15.

c C. 3. à principio.

d Pag. 16.

Secundò.

e Epist. 112. cap 6.

f Lib. 1. in Lucam cap. 1.

g Genes. 18.

193 Obiectio contra primã solutionem.

h Lib. 2. elegantiarum, cap. 81.

Verum

194 Diffoluitur. Verum hæc obiectio parum roboris habet cōtra M. Marq.[a] qui fere idem asseruit; sic enim ait: *Pero porque no digan, que la palabra, dudum, restringe esta latitud, porque significa lo que ha poco que sucedio, como consta del cap. 27. del Genesis, y del 12. del Exodo* (quæ tu postea citasti) *es de aduertir, que esta palabra algunas veces, significa lo que ha mucho que passo.* Ex his verbis sic argumentor. Vel sentis ly *dudum* longum tempus nunquam significare; vel credis plerumque significare exiguum tempus, aliquoties verò longum tēpus. Primum non dicis, neq; potes dicere; & si dixisses, debuisses respondere, testimonijs a Magistro allatis. Si secundum, vt videtis, dicis, non differs à M. Marquez. Quomodò ergo illum impugnas? Adde. Quòd plerumq; fit, aliquoties non fit; atque adeò ly *dudum* aliquoties non significat exiguū, sed longum tempus. si autem aliquando significat longum tempus, vnde probas contra Magistrum, hic non significare illud?

a Cap. 3. in princ. pag. 16. col. 1.

195 Replica ad uer. Infringitur primò. Sed dicis in Rescriptis Pontificum præcipuè significare exiguū tempus. Sed Contra est. Primò. quia vel semper significat exiguum tempus in rescriptis Pontificijs; vel aliquando etiam longū? si dicas secundum, vnde constat in præsenti non significare longum tempus? si dicas primum, vt deberes dicere, vt obiectio haberet aliquā vim; Contra est, quia sæpissime, & passim in rescriptis Pontificijs, illud verbū *dudum* significat tempus 20. 30. 40. 50. imò & 100. & 200. annorum. Quin & in probatis Authoribus significat tempus multò plurium annorum. Iordanus enim de Saxonia,[b] cujus verba trāscripsit Antoninus[c] sic ait. *Sedes Apostolica respiciens ad primariam ordinis originem, habitum superiorem eis determinauit, imò verius dudum per S. Augustinum determinatum declarauit.* Ecce vbi ly *dudum* significat rem, quę præcesserat per 660. annos, & ampliùs. & S. Petrus Damianus[d] loquēs de miraculosa Galli resurrectione, quæ nō multò ante contigerat, sic ait: *Et Gallus, qui dudū arguerat Petrum in terra negantem &c.* Petri autem negatio, & Galli redargutio plusquàm per mille annos præcesserat. Et August.[e] sic ait: *Hic est fidelissimus pastor ille, qui dudum errabundam per abrupta montium, per præcipitia vallium, multis varijsq; quæsierat laboribus*; vbi ouem denotat, non paulò, sed multò ante errantem.

b Lib. 1. c. 14.

c 3. p. tit. 24. cap. 14. §. 5.

d Epist. 4. de Dei omnipotentia ad Desideriū Abbatē Cassinen. cap. 23. col. 101.

e In Meditat. cap. 8.

196 Dudū significare longum tempus testimonijs probatur. Sed redeamus ad rescripta Pontificia, & rem, quam supponit R. P. Vuadingus velut actam & certam, probemus penè innumeris testimonijs longè aliter se habere, vt dicere possim cū Augustino:[f] *Te multis, & manifestissimis testimonijs, ex eadem authoritate prolatis onerabo.* Primū sit, quòd negare non poterit se vidisse; adducit enim plures bullas Alexandri IV. in hoc §. 4. n. 14. 16. 23. in quibus Pontifex ait: *Recordamur liquidò, & memoria retinemus, quòd dudum apparuit religio in partibus Lombardiæ*; & tamen omnes hæ Bullæ datę sunt An. 1256: atq; adeò licèt, vt contendit, ordo Eremit. S. Ioannis Boni incepisset Anno 1233. vel sequenti; iam ly, *dudum*, significat rem, quæ præcessisset 23. vel 22. annis. Quare ergo nō poterit in Priuilegio Greg. 9. significare rem, quæ simili, vel maiori tempore præcesserit?

f Lib. 1. con. Cresconium cap 33.

Primum.

197 Secundum. Secundū est eiusdē Alexandri IV. apud Emanuelē Rodriguez[g] Bulla 11. data Anagniæ 4. Idus Nouēb. Anno 1. Pontific. atq; adeò Christi 1255. & Bulla 27. data Anagniæ 5. Cal. Augusti anno 5. Pontificatus, atq; adeò Christi 1259. in quibus (licèt in aliquibus verbis sit aliqua varietas) loquēs de S. Francisco, sic ait: *Cùm ea nobis dudum nota fuerit plenior fides rerum, quando videlicet in minoribus constituti Confessoris eiusdem familiarē ex munere diuino meruimus habere notitiam, præfati prædecessoris nostri domesticis obsequijs tunc tempori insistendo*, Atque adeò cùm S. Franciscus obierit Anno 1226. Pontifex dixit, *dudum*, de re, quæ præcesserat ad minùs plusquam 30. & plusquam 33. annos.

g In Cōpend. Priuil. Regul. Bull 11. & 27. pag. 55. & 64.

198 Tertium. Tertiū est Ioan. XXII. in Extrau. *Quia nonnunquam, de verborum significatione*, data Auenione 7. Cal. April. Anno 6. Pontific. atq; adeò Christi 1322. ibi. *Sanè dudum fel. record. Nicolaus Papa III. prædecessor noster, quandam Constitutionem declaratiuam, quæ incipit, Exijt, super regula dilectorum filiorum Fratrum ordinis Minorum, quam B. Franciscus almus Confessor instituit, promulgauit.* Declaratio autem Nicolai data fuit Suriani 18. Cal. Sept. anno 2. Pontific. atq; adeò Christi 1279. à quo anno vsq; ad 1322. intercedunt anni 43.

199 Quartum. Quartum est eiusdē Ioan. XXII. Extrau. *Frequentes* tit. de *Iudicijs*, inter Extrau. Communes, data Auenione 10. Cal. Februarij, Anno 11. Pontific. atq; adeò Christi 1327. ibi. *Querela contra dilectos Fratres Prædicatorū, & Minorum ordinum, nostrum & sedis Apostolicæ excitarunt auditum; & clamorosis insinuationibus, excitare & fatigare non cessant, quòd ijdem fratres Decretalem, dudum editam à fel. rec. Bonifacio Papa VIII. prædecessore nostro, quæ incipit, Super Cathedram; ac per piæ mem. Clem. V. prædecessorem nostrum in Viennensi Concilio innouatam, temerè obseruare non curant, sed ipsam trāsgredi non timentes, in eiusdem sedis contemptum,*

nimorum suarum periculum, & Ecclesiarum Parochialium præiuditium & grauamen &c. Bonifacius autem obijt Romæ 5. Idus Octob. Anno 1303. atq; adeò ad minus intercesserat Anni 24.

200 Libuit etiam hoc testimonium referre, vt videas quàm vim habeāt ea, quæ in Rescriptis Pontificijs continentur. in relatione supplicantium; & inde cognosces, quātùm vrgeant illa verba, *Cùm formam prædictæ identitatis gestare dicantur, in eorundem Fratrum Minorum infamiam, & scandalum plurimorum.* Quanta obijciebant quidam ex Religione Seraphica contra ipsam, vt refertur in Clementina, *exiui de paradiso?* Nunquid vera? imo falsò obiecta. Vnde ibidem subditur. *Tamen communitas Fratrum, & specialiter rectores ipsius ordinis asserebāt, quod prædicta, seu plura ex ipsis in ordine non fiebant. Quòd & si qui reperiuntur rei in talibus, rigidè puniantur; necnon contra talia, ne fiant, sunt facta pluries ab antiquo statuta in ordine multùm stricta.* Facit ad idem, cap. *Quia ex eo*, tit. *de pactis* in 6. & cap. Cùm ex eo, De excessibus prælatorum, in 6. Clement. *ex frequentibus, de sententia excommunicationis, suspensionis, & interdicti.* ibi. *Plerùmq; religiosi nunc patenter excusationibus fucatis, & friuolis innitentes, nunc latenter Ecclesiam suam ianuis perforatis, aut in eis factis fenestris, seu modis alijs exquisitis, nō absq; damno Cathedralium, & Parochialium Ecclesiarum, & scandalo plurimorum, dirumpēdo neruum Ecclesiasticæ disciplinæ, ciuitatum, terrarum, & aliorum locorum generalia interdicta, præsumptione damnabili, violare præsumunt.* Nūquid hæc omnia, quæ ab aduersariis obiecta, continentur in Bullis Pontificijs, dices esse vera? Quis hoc credideri, nisi malè in religiones affectus? Quare ergo velis verissima esse, quæ in querela aduersariorum obijciebantur quibusdam Eremitis S. Augustini, nempe Brictinensibus, & alijs religiosis conformem habitum portantibus?

Ex relatione supplicantium in Rescriptis Pontificijs nō deducitur veritas rei.

201 Quintū est Gregorij XI. apud Laertium Cherubinum [a] Bulla 10. pro monachis Cœlestinis, data Auenione 18. Cal. Febr. Anno 6. Pontificatus, atq; adeò Christi 1376. ibi. *Sanè dudum fel. record. Benedictus Papa XI. &* Hic autem obijt Perusij 6. Cal. Aug. anno 1304. à quo vsq; ad 1376. intercedūt an. 72.

Quintum. [a] Tom. 1. Bullarij pag. 217.

202 Sextum est Balthasaris Cossa, dicti Ioan. XXIII. Extat apud Emanuelē Rodriguez [b] Bulla 7. Nicolai V. pro Trinitarijs, data Romæ 9. Cal. Aug. Anno 1447. Pontificatus 1. in qua inseruit Bullā Ioan. XXIII. qui inseruerat aliam Alexādri IV. datā Laterani 14. Cal. Febr. Pontific. 2. atq; adeò Christi 1256. sic dicens. *Sanè dudum fel. rec. Alexander PP. IV. prædecessor noster &c.* A tempore autem Ioan. XXIII. vsq; ad an. 1256. ad minùs intercesserant 154. anni; quia electus fuit Anno 1410.

Sextum. [b] In Cōpend. Priuileg. Regul. pag. 261.

203 Septimum est Martini V. apud eundem Laertium [c] Bulla 2. data Constantiæ 5. Cal. Maij, Anno 1. Pontific. atque adeò Christi 1418. ibi. *Sanè cum dudum in exordijs pestiferi & antiquati schismatis, iam per Dei gratiam extincti &c.* schisma autem illud incepit anno 1378. à quo vsq; ad an. 1418. intercedunt anni 40.

Septimum. [c] Tom. 1. pag. 250.

204 Octauum est Eugenij IV. apud eundem Emanuelem [d] Bulla 18. pro Congregatione Cœlestinorum, data Florentiæ anno 1434. 5. Cal. Nou. Pontificatus 4. ibi. *Dudum siquidem fel. recor. Celestinus Papa V. prædecessor noster suos concessit literas tenoris subsequentis. Cœlestinus Episcopus &c. Datū Aquilæ 5. Cal. Octobris Anno 1. Pontific.* atq; adeò Christi 1294. à quo vsq; ad ann. 1434. intercedunt 140. Et rursus idem Eugenius apud eund. Emanuelem [e] Bulla 26. pro Trinitarijs, data Florentiæ Anno 1434. Nonis Nou. Pontific. 4. ibi. *Dudum siquidem fel. recor. Clementis PP. V. prædecessoris nostri literæ emanarunt &c.* obijt autem Clemens V. 12. Cal. Maij, ann. 1314. atq; adeò ad minùs intercedūt ab vno termino in alium 120. anni.

Octauum. [d] In Cōpend. Priuileg. pag. 208.

[e] In Cōpend. Priu. pag. 237

205 Nonum est Sixti IV. apud eundē Emanuelem [f] Bulla 4. data Romæ Anno 1471. Pontif. 1. ibi. *Dudum siquidem per fel. recor. Innocent. PP. IV. prædecessorem nostrum &c.* obijt autē Innoc. IV. Anno 1254. à quo vsque ad ann. 1471. intercedunt 217. Et rursus idem Sixtus apud eūdem Emanuelem [g] Bulla 5. Romæ data Anno 1472. Pontific. 2. ibi. *Dudum quidem Greg. XI. prædecessor noster &c. datis apud pontem Sorgiæ Auenionensis diœcesis 6. Cal. Iunij, Pontif. 3.* atq; adeò Christi 1374. à quo vsq; ad an. 1472. intercedunt 98. anni. Et rursus idem Sixtus IV. apud eūdem Emanuelem [h] Bulla 14. data Romæ Anno 1474. pridie Cal. Sept. Pontif. 4. ibi. *Dudū siquidem à fel. rec. Eugenio IV. prædecessore nostro literæ emanarunt tenoris sequentis. Eugenius &c. Datū Florent. Anno 1439. 4. Idus Nouēb. Pontif. 9.* à quo vsq; ad 1474. intercedūt 35. anni. quin imò & ibid. sic ait Sixtus. *Et durāte Viennensis Concilij &c.* à Concilio autem vsq; ad Ann. 1474. excurrerant 160. anni, paulò magis, aut minus. Et rursus idem Sixtus 4. apud Emanuelē [i] Bulla 12. data Romæ An. 1475. pridie non. Iulij Pontif. 4. ibi. *Dudum siquidem fel. rec. Eugenio PP. IV. prædecessori nostro &c.* à morte autē Eugenij IV. vsq; ad an. 1475.

Nonum. [f] In Cōpend. pag. 306.

[g] In Cōpend. pag. 308.

[h] Ibidem pag. 319.

[i] Ibidem pag. 324.

inter-

intercesserant 28. annis quia obijt Anno 1447. Calend. Martij. Et rursus idem Sixtus IV. apud Laertiũ Cherubinum [a] Bulla 9. pro Cisterciensibus, data Romæ Anno 1475. Idib. Dec. Pontif. 5. ibi. *Dudum siquidem fel. rec. Benedictus PP. XII. &c.* obijt autem Benedictus 7. Cal. Maij Anno 1342. à quo vsq; ad 1474. intercedunt Anni 133. Et rursus idẽ Sixtus IV. apud Eman. [b] Bulla 37. quæ est mare magnum Carmelitarum, data Romæ Anno 1476. 4. Cal. Decemb. Pontific. 6. sic ait. *Dudum siquidem à fel. recor. Nicolao IV. Bonifacio VIII. Clem. IV. Innoc. III. Alex. etiam IV. &c.* obijt autem Innoc. IV. Anno 1254. à quo vsque ad ann. 1476. excurrunt Anni 222. Et rursus idem Sixtus IV. apud Laertiũ [c] Bulla 10. pro Canonicis Lateran. data Romæ Anno 1476. 10. Cal. Septemb. Pontificat. 6. sic ait. *Dudum siquidem fel. rec. Martinus Papa V. &c.* Martini autem Bulla habetur ibid. pag. 258. & est data Tibure 2. Cal. Iulij, Pontif. 4. atq; adeò Christi 1421. à quo vsq; ad 1476. intercedunt anni 55. Et rursus item Sixtus IV. apud Laertium [d] Bulla 23. data Romæ, Anno 1484. 7. Idus Maij, Pontific. 13. *Dudum* (ecce pro exiguo tempore) *siquidem per nos accepto, quòd licèt vniuerso penè orbi innotesceret, inter alia officia Romanæ Curiæ fuisse dudũ* (ecce pro longo tempore) *officium sacræ Pœnitentiariæ prouidè institutum &c.* officium autem penitentiariæ in Curia Romana satis antiquũ est, saltem enim Anno 1276. in electione Innoc. V. reperitur apud Onuphriũ pag. mihi 160. Fr. Petrus Episc. Card. Ostiensis & Veliternus, maior pœnitentiarius, ab ann. aût 1276. vsq; ad 1484. intercedunt 208. anni.

[a] Tom. 1. Bullarij pag. 344.
[b] vbi sup. pag. 419.
[c] vbi sup. pag. 344.
[d] Ibidem pag. 369.

206 Decimum est Innoc. VIII. apud Emanuel. [e] Bulla 2. data Romæ Anno 1487. die 22. Ianuarij, Pontif. 3. ibi. *Dudum per fel. rec. Ioannem PP. XXII. &c.* obijt autem Ioãnes XXII. pridie non. Decẽb. Ann. 1334. à quo vsq; ad ann. 1487. intercedunt 153. anni.

[e] vbi sup. pag. mihi 521.

207 Vndecimum est Iulij II. apud Laertium [f] Bulla 4. data Romæ 5. Cal. Aug. Pontific. 2. Anno 1505. ibi. *Dudum siquidem ad audientiã fel. rec. Bonifatij VIII. & Alex. V. &c.* obijt aũt Bonifacius VIII. Idus Oct. Ann. 1303. à quo vsq; ad 1505. intercedunt Anni 202.

[f] vbi sup. pag. mihi 405.

208 Duodecimum est Leonis X. apud Eman. [g] Bulla 16. pro Sororib⁹ tertiæ regulæ, data Romæ die vltima Aug. Anno 1517. Pontif. 5. ibi. *Dudum siquidem fel. recor. Sixtus PP. IV. prædecessor noster statuit &c.* obijt autẽ Sixtus IV. Idibus Aug. Anno 1484. à quo vsq; ad Ann. 1517. intercedunt Anni 33.

[g] vbi sup pag. mihi 653.

209 Et rursus idem Leo apud Laertiũ Bulla 42. data Romæ die 20. Ian. Ann. 1521. Põtif. 8. ibi. *Dudum siquidem huius gratia Nicol. PP. IV. &c.* obijt autẽ Nicolaus IV. Pridiè non. Aprilis Ann. 1292. à quo vsq; ad 1521. intercedunt Anni 229.

[h] vbi sup. pag. mihi 541.

Decimum tertium est Clem. VII. apud Emanuel. [i] Bulla 5. data Romæ Anno 1526. 210
Idibus Martij, Pontific. 4. ibi. *Nuper exhibitâ petitio continebat, quòd dudum fel. rec. Nicolaus PP. IV. prædecessor noster &c.* obijt autẽ Nicolaus IV. vt modo dicebamus, An. 1292. à quo vsq; ad 1526. intercedunt Anni 234.

[i] vbi sup. pag. 764.

Decimum quartũ est Iulij III. apud eũdẽ Eman. [k] Bulla 1. pro ordine Minorum, 211
data Romæ die 10. Octob. Ann. 1550. Pontif. 1. ibi. *Dudum siquidem à fel. rec. Clemens PP. VII. prædecessore nostro emanarunt litteræ tenoris sequentis. Clemens &c. Datis Romæ 19. Martij Anno 1525.* à quo vsq; ad 1550. intercedunt Anni 25.

[k] Ibidem pag. 822.

Decimum quintum est Gregorij XIII. 212
apud Eman. [l] Bulla 13. p Iesuatis S. Hieron. data Romæ die 1. Feb. Anno 1578. Pontif. 6. ibi. *Dudum siquidem fel. rec. Martinus PP. V. &c.* obijt autem Martinus 10. Cal. Martij, Anno 1431. A quo vsq; ad 1578. intercedunt Ann. 147. Et rursus idem Greg. 13. apud eũdem [m] Bulla 4. pro ordine Minorũ, data Romæ Anno 1578. 13. Cal. Iau. Pontif. 7. ibi. *Dudũ siquidem fel. rec. Greg. PP. XI. prædecessor noster dicto ordini per suas literas concessit &c.* Concessio autem Greg. facta fuit apud pontem Sorgiæ Auinionẽsis diœc. 6. Cal. Iunij, Anno 3. Pontif. atq; adeò an. 1373. à quo vsq; ad 1578. intercedunt Anni 205. Rursus idem Greg. apud eundem [n] Eman. Bulla 29. pro Trinitarijs, data Romæ 28. Nouemb. Anno 1575. Pontif. 4. ibi. *Dudum quidẽ (sicut accepimus) fel. rec. Innoc. III. Honorius etiam 3. Gregorius 9. &c. prædecessores nostri ordini sanctiss. Trinitatis Redemptionis Captiuorum Ministro generali.* obijt autem Innoc. III. 17. Cal. Aug. Ann. 1216. à quo vsq; ad 1575. intercedunt Anni 359.

[l] vbi sup. pag. mihi 1031.
[m] Pag. mihi 990.
[n] Pag. 1971.

Vide quàm fir[illegible] sit, quòd adeò firmiter, tanquam res notissima, supponitur à P. Vuadingo, nempe ly *dudum* plerumq; accipi pro exiguo tempore, præcipuè in sacris scriptis Pontificijs. Non ergo nullum robur habet obiectio contra M. Marquez, qui soluit argumentum primò, asserendo, ly *dudum* in Bulla Greg. 9. non accipi pro exiguo tempore, sed etiam pro tempore [illegible] annorum. *Puto quòd iam hanc persuasionem Charitati tuæ (vt cũ Augustino [o] dixerim) si autem persuadere non potui, [illegible] [illegible] quæ persuadere debuerunt, [illegible]*

[o] Lib. 4 de an. & eius origine cap. 14.

iudicabunt. Addam, non esse responsionem hãc, nouitiam, aut insolitam, tradidit eam Coriolanus [a] ibi ait. *Primò, noto istud aduerbiũ temporis, dudum, quod significat per longum tempus ante, secundum omnes famosiores grammaticos. Secundò, noto istud verbum,* apparuit, *quod est praeteriti temporis. Tertiò noto quod dicit religio; quia differentia est inter religionem, & ordinem; quia nullus ordo, propriè dici debet religio, nisi fuerit approbatus, patet per nostrum Augustinum de Ancona in summa de Ecclesiastica potestate,* [b] *& secundũ sententiam Ambrosij expressè dicit.* Religiones autem dici non debent, nisi quando sunt per ordinationem Ecclesiae approbatae, & confirmatae. *Quartò nota, quod dicit,* cuius professores, *quoniam professio non fit nisi in religione approbata, & tenet ut tria vota substantialia. Quintò nota quod dicit,* cuius professores sunt vocati Eremitae S. August. *vbi habes nobis dare in titulum S. Augustinum, tanquam nostrum fundatorem & auctorem. Sextò nota, quod dicit,* quòd portant tunicam, cinctiq́; cum corrigijs; *vbi habes primum nostrum habitum fuisse vetustissimum.* Haec Coriolanus.

a Verb. 5. in Apologia 5.

b P. 91. ar. 4. in resp. ad 3. arg.

214 Obiect. Vadingi contra secundum fundamentum.

Sed contra secundum fundamentum Magistri efficaciùs vrget R. P. Vuadingus, in hunc modum. Quomodò potuit tam diu (nempe per 40. ferè annos) latere Congregatio S. Ioannis Boni, quae ab illo primitùs fundata est, etiam tunc superstite, & quae vt fundaretur sub regularibus obseruãtijs, publicè accessit ad sanctam sedem, vt regulam impetraret, & quae sub ipso institutore extra Romaniolam in alias prouincias breui excreuit in magnã numerositatem?

215 Soluitur.

Verùm ad hanc ingentem obiectionem, duo dico. Primum est. miror quod tu fatearis Congregationem S. Ioãnis Boni breui excreuisse in magnam numerositatem; quia §. 3. n. 11. pag. 30. ex eo probas S. Ioãnem Boni plurimis annis egisse Anachoretam; quia illius religio in diuersis partib' extitit propagata, dũ adhuc esset Anachoreta, vt tu existimas; & non potuit ita breui propagari. Modò autem vis breui excreuisse in magnã numerositatem; & hoc ego potiùs credo quàm illud. Secundum est. Etiamsi demus litem motam fuisse statim atq; religiosi S. Ioannis Boni in Lombardia apparuerunt; nihilominùs Responsio non est difficilis. Primò, quia religio S. Ioannis Boni incoepit in Romaniolã, & potuit non ita breui apparere in partibus Lombardię, nempe per 30. ferè annos, qui excurrũt ab anno 1207. vsq; ad 1237. in quo mota lis est; sicut Congregatio Patrum Discalceatorum Augustinensium in Hispania, licèt satis excreuerit, tamen adhuc non est ingressa in Lusitaniam. Secundò, quia licèt in aliquibus partibus, multò ante fundassent aliquos Conuentus; tamen non in Vrbibus, sed in Eremis illos condebant. Atq; adeò non statim, atq; incoeperunt viuere in Lombardia, apparuerunt in illa; sed post aliquot annos, quãdo incipientes viuere in vrbibus, vel prope vrbes, incoeperunt ampliùs cognosci à populis; & cùm diminuerentur eleemosynae aliarum religionũ, exorta est contra illos cõtrouersia. Addo denique: Neq; credi potest litem motam statim atq; religio in partibus Lombardię apparuit; sicut neq; mota fuerat in Romaniola, in qua primò apparuit, quã in Lombardia: sed fortè in Lombardia ideò primò mota est circa Ann. 1237. quia per id temporis intra vrbem Mediolanẽsem fundarunt nouum Conuentum, ex quo alij aliquod in eleemosynis dispendiũ paterẽtur.

AD NVMERVM III.

Defenditur habitus, & obedientia Eremitarum B. Ioannis Boni.

EX eadem Bulla Gregorij infers tria. 216 Tria aduersarij Corollaria ex Bulla Gregorij 9.
Primũ est, non adeò essentialem, neq; à S. Augustino acceptum fuisse illum habitum; vt non potiùs liberè fratres nouum elegerint, aut à Pontifice, eiusq; Legatis acceperint, (vt constat ex clausula bullae Innoc. 4. quam refers num. 18. & ad quam etiam num. 2. remisisti probationem) quàm antiquum retinuerint, aut pristinum renouauerint. Secundum est. praedicti Eremitae S. Ioanis Boni statutis à Pontifice huiusmodi vestibus mirum in modum reluctarunt; proptereaq; rigorosiùs cum illis agẽdum fuit, vt eas assumerent. Tertium est. Appellationem etiam interposuerint ad ipsum Pontificem, ne ad huiusmodi habitum deferendum compellẽtur; ob quam appellationem Episcopi fuerunt in exequẽdo remissi. Horum segnitiem Pontifex arguit; iubetq; vt non obstante appellatione procedãt ad executionem, datis literis 15. Cal. Aug. quae habentur in Regesto Pontificio num. 126. & tu transcribis hic n. 6. pag. 45. Haec etiã sinè stomacho & bile dicis, quia offensas & conuicia procul fecisti.

Patiẽtia quidem necessaria est, vt reportemus promissiones, & impleamus promissa; & respondeamus opprobrijs, non opprobria. 217
Animus est defendere nos; non verò offendere alios. Noxia enim in nos esset defensio, si fieret cum aliorum offensione.

Plures non erunt, & eorum ratione & vt ostendatur religiosos S. Ioannis Boni immeritò reluctationis arguntur, & voluntarie dict. eorũ habitum à D. Aug. nõ fuisse derivatum, & cum Bictinensib. confundi.

Prima.

Secunda.

stione. Sed bone Deus, ó quàm immeritò Sancti illi religiosi reluctationis arguuntur! quàm pro voluntate negatur eorum habitum à S. August. fuisse deriuatum, & asseritur ab ipsis fuisse electum, aut à Pontifice, eiusq; Legatis acceptũ: Quàm confusè tribuuntur Eremitis S. Ioannis Boni, quod Bictinenses egerunt! vt ostendamus singula, nonnulla oportet aduertere. Aduerto primò. Controuersiam, vt constat ex sæpè citatis Bullis Gregorij IX. & Alexandri IV. exortam fuisse inter Patres Minores, & Eremitas S. Ioannis Boni. Aduerto secundò Eremitas S. Ioannis Boni, & Eremitas Bictinenses, & Eremitas S. Aug. ante vnionem generalem, non fuisse vnam, & eandem Congregationem, sed tres Congregationes, velut tres diuersas religiones, vt ex professò probabimus, b sicut modò v.g. sũt in Ordine S. Frãcisci, Congregatio Obseruantium, Congregatio Conuentualium, & Congregatio Capuccinorum; licèt omnes tres sint vnus ordo S. Frãcisci. Constat hæc veritas saltèm ex Bulla vnionis, quàm infra ad verbum transcripsisti num. 21. pag. 61. ibi. *Propterea dudum à nobis mandatum Apostolicum emanauit, vt de singulis domibus vestris, quarum quædam S. Guillelmi, quædam S. Augustini ordinum, nonnulla autem Fr. Ioannis Boni, aliquæ verò de Fabali, alia verò de Bictinis censebantur &c.*

b In responsione ad num. 1. §. 1. puncto 2. diffic. 3.

218 Tertia.

Aduerto tertiò ex dictis ad n. 1. huius §. Eremitas S. Ioannis Boni ex sua institutione debuisse portare habitum album, vel nigrum, prout vellent, pro varietate temporum, occasionumue, vt constat ex illis verbis Gregorij 9. & Alexandri 4. *Quæ nigri, vel albi deberent esse coloris.* Adde. Neq; credibile est prædictos Eremitas omnem admisisse colorem in habitum; neq; id poterit vel leui aliquo fundamento probari. Quem ergo, vel quos sibi colores à sua institutione determinarunt? sanè non alios, quã album, vel nigrum indeterminatè; vt vestimenta exteriora vel albi, vel nigri deberẽt esse coloris; sicut & modò exteriora nostra vestimenta domestica, iuxta ordinis cõstitutiones c debent esse coloris albi, vel nigri: quã etiam ratione, vt infra dicemus, ex determinatione Sixti IV. habitus Cisterciẽsium nigri, vel albi debet esse coloris. Elegerant autem Eremitæ S. Ioannis Boni album, vel nigrũ colorem; quia, vt dicit glossa in Clement. *Ne in agro dominico; de statu Monachorum, vel Canonicorum regularium;* super illa verba, *Nigri, bruni, aut albi: Isti colores sunt tantùm, qui laudabiliter possunt haberi; & ideò potiùs approbantur.*

c Par. 1. cap. 5.

Neq; mirum erat tantùm habere designatum colorem album, vel nigrum; non verò album determinatè, vel nigrum determinatè; cùm neque Cistercienses illud habeant; quinimò neq; religio S. Frãcisci videtur habere colorem in specie infima determinatum; ait enim Clemens 5. Clement. *Exiui de parad. so; de verborum significatione; Vilitatem autem vestium tam habitus, quàm interiorum tunicarum, illam intelligi debere, dicimus, quæ secundùm consuetudinem, vel conditionem patria debeat quantùm ad colorem pãni, & pretium vilitas meritò reputari. Non enim quoad regiones omnes potest determinatus vnus modus in talibus assignari.* id quod Ioannes 22. confirmauit in Extrau. *Quorundam; de verborum significat.* sic addens: *Maximè cùm nec expressè, vel determinatè in prædicta Fratrum Minorum dicantur regula, vel declarationibus antedictis, quãta longitudinis, quanta latitudinis, quanta grossitiei, vel subtilitatis, qualis formæ, qualisue figuræ huiusmodi debeant esse vestes.* Exorta verò cõtrouersia, videntur præcepisse Pontifex & Legati, vt ex albo, & nigro colore, quorum quemlibet ex sua institutione licitè portabant, vnum eorum determinatè eligerent: ipsi autem nigrum elegerunt. Neq; ampliùs colligitur ex clausula Innoc. IV. ad quam remittis probationẽ. verba enim illius hæc sunt. *Et quia eorum habitus, qui habitui Fratrum Minorum videbatur conformis, apud aliquos scandalum quodammodò suscitab. t; de mandato & authoritate duorum Cardinalium, qui tunc in partibus Lombardiæ legationis fungebantur officio, nigrum, quem gestant adhuc, habitum elegerunt.* Quia enim Cardinales præceperant, vt se ad album, vel nigrum colorem determinarent; ideo dicit, de mandato & authoritate Cardinalium illos habitum nigrum elegisse; non quia Cardinales illis determinauerint nigrum colorem. Tunc enim ipsi non elegissent, sed accepissent nigrũ colorem. At illos elegisse, non solum patet ex prædicta clausula, sed ex bullis etiam Greg. 9. & Alex. 4. ibi. *Quæ nigri, vel albi debebant esse coloris, quorum alterum, videlicet nigro, tam electo ab eis, ipsos voluerunt manere contentos. &c.*

Aduerto quartò. Eremitas S. Ioãnis Boni ordinationi, & decreto Põtificis, & Cardinalium, adeò deuotè obedijsse, vt neq; in Bullis Pontificijs, quas allegas; nec in vllo antiquo, aut graui authore malè audierint in hac parte. Quinimò audebo causa cedere, si quid simile de illa sanctissima Cõgregatione potueris ostendi. Imò constat expressè humiliter fuisse obsequutos, ex Bulla Alexandri 4. quam tu ipse infra refers, num. 16. 219 Quarta.

num. 16. pag. 36. ibi: *Nos volentes vt præmissa, quæ de vestimentis exterioribus, à sæpè dicto prædecessore nostro* (nempe Greg. IX.) *circa præfatos Eremitas statuta fuerunt salubriter, & ab ipsis, vt recolimus, acceptata, vbique & ab omnibus Eremitis vnitis taliter, & aliis vniuersis inuiolabiliter obseruari &c.* Ecce vbi Pontifex affirmat, se recolere, decreta Greg. IX. circa Eremitas S. Ioannis Boni fuisse ab ipsis acceptata. Dici ergo non poterit de illis, quòd fuerint reluctati.

220 Quinto. Adiecto quintò. Eremitas Bictrinenses, ordinis quidem S. Augustini, & alios religiosos ipsis in habitu conformes, executionem mandati Apostolici distulisse. At nostri Bictrinenses id fecerunt, quia interposuerant appellationem ad Sedem Apostolicam, fortè quia ad causam vocati nō fuerant. Constat eos propter interpositam appellationem ad Sedem Apostolicam, non statim executos fuisse decretum Apostolicum, ex bulla ipsa Gregorij IX. quam hic refers num. 6. pag. 45. data Laterani 15. Cal. Aug. Anno 14. Pontif. ibi. *Sed vos* (nempe Episcopi) *circa mandatum nostrum tepidi, & remissi occasione cuiusdam appellationis, quā ad nos super hoc interposuisse dicuntur &c.* Hoc est, quòd dicis, statutis à Pontifice huiusmodi testibus mirum in modum reluctarunt. Atqui, si dilatio executionis mandati Apostolici, propter interpositam appellationem ad ipsam Sedem Apostolicam, est reluctatio; Ego vellem scire quę nam sit quantūcunq; perfectissima religio, quæ sæpe mandatis Apostolicis nō reluctetur? at nulla reluctatur; quia appellare ad Sedem Apostolicam non est reluctatio; sed licita defensio; dum quis prudenter existimat, se per iniuriam prægrauari; licèt in eo iudicio decipiatur. Qui tamen licitam defensionem reluctationis nomine voluerit infamare; poterit quidem, sed ob id defensio nō erit reluctatio. *Nihil enim aliquid* (vt ait S. Bonau.[a] assignās causas, quare fratres de loco ad locum frequenter mutarentur) *fit tam purè, quin possit ab aliquo sinistrè interpretari, quasi malè fiat. sed bonū non ideò malum est, si illud aliqui dicunt malū.*

Dilatio executionis mandati Apostolici per interpositā appellationem ad ipsam Sedem non est reluctatio.

[a] In Apolog. q. 6.

221 Ex admittendis respōdetur illationibus aduersarij. Ex his constat, quàm vera & firma sint, quæ intulisti secundò ex bulla Gregoriana: Admittimus enim Eremitas Bictrinenses, qui videntur ad causam non fuisse vocati, appellasse Pōtificem, & appellatione interposita Episcopos distulisse executionē mādati Apostolici, & ob id à summo Præsule argui; Negamus tamen primò dilationem executionis propter interpositam appellationem ad Papam fuisse reluctationē. Aliàs quoties, Reges, Archiepiscopi, & Episcopi; & vniuersæ religiones mandatorū Pontificum executionem protrahunt, appellatione præcipuè interposita, dicendi essent preceptis Apostolicis reluctari. Hoc autem nemo dicet; quia reluctari malè sonat, indicatq; proteruam subditi resistentiam in obediendo prælato. Significat enim Hispaniæ, & Calepinus vertit, *resistir como luchando.* Hoc autem denotat impudentiā in subdito, quasi velit de pari cum prælato contendere. Negamus secundò Eremitas S. Ioannis habitum à Pontifice, vel Legatis Apostolicis accepisse, asserimusq; præceptum, & ordinationem Pontificis, & Legatorum obligasse, vt ex duobus coloribus, albo & nigro, quorū quolibet vti poterant, se ad vnum eorum determinarent; ipsi verò elegerunt colorem nigrum, qui conformior erat antiquæ institutioni Erem. S. August. vt etiam ostēdemus in notis ad vitam Aug. lib. 1. Bibliothecæ illius; & supra probauimus.[a]

[a] Pune 1. difficult vnica.

Sed Contra hoc vltimum instabis: quia, quamuis prædicta sint vera de electione coloris nigri, tamen Pōtifex vltra determinauit, vt manicas instar cucullarū, corrigias peramplas, baculos quinq; palmorū grandium deferrent, & à longitudine vestiū ita temperarent, vt eorum calceamenta liberè viderentur. Habitus ergo Augustinianus, nō à S. Aug. sed à Greg. IX. & Alex. IV. vel à Legatis Lombardiæ primò acceptus! 122 Instantia. Hoc præcipuè fundamento in litem vocamur, conanturq; nos aduersarij exuere habitu Eremitico, quem à S. August. institutū, & deriuatum ad nos vsq; tot fidissimis testimonijs, imaginibus antiquis, & diuinis reuelationibus clarè ostēdimus. *Iam responsum est*; (ait August.)[b] *relegant qui volunt, quæ supra diximus, ne superfluè eadem iterū, iterumq; repetamus.* Adhuc tamen modò nitemur imbecillitatem obiectionis, non vno, vel altero exemplo, sed pluribus demonstrare. Primò, nōn quoties Pontifices determinăt habitum alicuius religionis, illum de nouo instituunt. Secundò, quia nō quælibet mutatio in colore, vel in parte habitus variat essentiam, & speciem religionis, aut habitus. Atq; adeò licèt Pontifex ibi determinet habitum, non sequitur, quòd ibi de nouo instituerit habitum Eremitarū S. Ioannis Boni; & licèt admittamus aliquid addidisse in parte, vel in modo habitus, non inde fieret variatam fuisse essentiam [illegible] religionis vel habitus, quem illa religio ex S. A[illegible] institutione portaba[illegible]

[b] Lib 2. Operis imperfecti contra Iulian. num. 64.

Osten-

223 Ostendamus singula. Primum est. Non quotiescunq; Pontifices determinant habitum alicuius religionis, instituunt denouo. Demonstremus rem hãc triplici exemplo, circa Canonicos Regulares, Monachos ordinis S. Benedicti, & Cistercienses. Funiculusq; hic triplex rumpetur difficulter. Primum habetur in Constit. Bened. XII. (qui obijt 7. Cal. Maij Ann. 1342.) lib. 1. cap. 12. pag. 53. in titulo, *de forma & honestate habitus & vestimentorum.* quam refert Ioãnes Trullus Canon. Reg.[a] vbi ait. *Districtiùs inhibemus ne dicti Canonici extra septa Ecclesiarum, Monasteriorum, seu locorum suorum proficiscentes portent aliam vestem super habitum, quam cappas, seu mãtellos honestos, vel redõdellos, seu cochleas talares, vel circa, iuxtà vsum, vel consuetudinem laudabilem Ecclesiarum, monasteriorum, & locorum suorum &c.* & infra loquẽs de cappis de choro sic ait. *Ipsas honestas non nimia longitudine, vel breuitate notandas portare debeant locis & temporibus consuetis.* & infra. *sanè infra Ecclesias, Claustrum, Capitulum, Refectorium, ac Dormitorium non caputijs, sed almutijs honestis vtantur.* Et statim. *Vnius cum eis, & eiusdem coloris existant,* (scilicet caputia) *quæ cum cappis, vel mantellis &c. deferri contigerit.* & infra. *Prohibemus etiam ne dicti Canonici de cætero ferant forraturas de ventribus variorum, aut squirolorum cum dorsis permixtis, sed fiat de pellibus simplicibus, vel albis vel nigris, aut grisets. Præcipimus etiam, quòd Canonici dictæ religionis infra Ecclesias & claustra locorum Cathedralium, aliorumq; Conuentualium, seu Collegiatorũ ipsius religionis, & alibi Conuentualiter incedentes portent supellicia magna & ampla iuxtà cuiuslibet Ecclesiæ consuetudinem rationabilem, quæ in longitudine Manicarum vltra manum quatuor digitis transuersalibus, vel circa, & vltra mediam tibiam, vel circa in sui longitudine protendantur.* Et infra. *Promisso tamen, quòd minoris longitudinis superpellicea huiusmodi non existant, & adeò manicas longas habeant, quòd ex ijs brachia vsque ad pugnos valeant cooperiri &c.*

Primum Diluitur, & triplici exemplo ostẽditur primò quoties Pontifices determinãt aliculus religionis habitum illum de nouo non instituere.

a In lib. quem intitulauit Or. de Canon. Regul. lib. 1. cap. 12. pag. 13.

223 Secundum est Clem. V. in Conc. Viennensi (qui obijt 12. Cal. Maij Ann. 1314.) & habetur in Clem. *Ne in agro dominico* de statu Monachorum, vel Canonicorum Reg. ibi. *Statuimus, vt superior vestis ipsorum habitui proxima, nigri, bruni, aut albi coloris existat iuxtà modum apud eos seruare solitum in regione qua degunt.* Et statim. *Sit etiam vestis ipsa rotunda per circuitum, & non scissa, nec longitudine nimia, aut breuitate notanda. Largas etiam manicas habeat vsque ad pugnum protensas, non consuticias, vel quomodolibet botonatas.*

Secundum.

224 Tertium est Sixti IV. apud Laertiũ Cherubinum[b] Bulla 9. pro Cisterciensibus, data Romæ Anno 1475. Idibus Decembris Ann. 5. Pontif. ibi. *Dudum siquidem Benedictus PP. XII. &c. ordinauit, quòd omnes Abbates & Monachi eiusdem ordinis panni bruni, vel albi coloris dumtaxat vterentur.* Et statim. *Cùm autẽ sicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filij Hymberti Abbatis Monasterij Cisterciensis Cabilonens. diœcesis petitio continebat, à nonnullis etiam ipsius ordinis Abbatibus & Monachis reuocetur in dubium, An appellatione bruni coloris niger color veniat, vel grisens; & sicut eadem petitio subiungebat, aliqui Abbates & Monachi ac moniales ipsius ordinis panno nigro, aliqui verò griseo vtãtur, & diuersitas habitus inter eiusdem ordinis professores esse videatur, pro parte eiusdem Hymberti Abbatis nobis humiliter fuit supplicatum: &c.* & infra. *Verba prædicta, bruni coloris interpretantes, quòd appellatione illorum niger tantùm color veniat, & intelligatur, auctoritate Apostolica tenore præsentium ex certa scientia declaramus.*

Tertium.

b Tom. 1 Bullarij pag. 344.

Rogamus modò R. P. Vuadingũ, vt nobis explicet; Vtrum in prędictis Põtificum ordinationibus, & pręceptis de nouo instituatur habitus Canonicorum Regulariũ, Monachorum S. Benedicti, & Cisterciensium? si asseruerit, gaudebimus numerari cum talibus; vt possimus dicere cũ Hier.[c] *Porrò quòd Pamphilum proferunt laudatorem eius, gratias illis ago meo nomine, quòd dignum me putauerunt quem cum martyre calumniarentur;* vel cum August. dicamus.[d] *Cernis quàm tibi perniciosum sit tam horribile crimen obijcere talibus, & quàm mihi gloriosum sit, quodlibet crimen audire cum talibus?* Si verò negauerit, rursus interrogabo, quæ sit ratio discriminis inter hanc & illam habitus & coloris assignationem. Credo equidem, nec vana fides, respondere non poterit, nisi, sic volo, sic iubeò, sit pro ratione voluntas. 225

c Epistola ad Pammach. & Oceanum.

d Lib. 1. contra Iulian. cap. 4.

Secundum verò assertum, nempè non quamlibet mutationem, seu determinationem coloris variare essentiam habitus, aut religionis, (id quod optimè docuit P. Franciscus Suarez[e], ex eisdem testimonijs non obscurè patet. Adhuc tamen suadetur vlteriùs. Primò; quia si modò Pontifex præscriberet Franciscanis vnam speciem infimam coloris cinericij, omni alio griseo, vel magis in album inclinante prohibito; (quales hodie in religione Seraphica in diuersis prouincijs esse in vsu, refert inter alios Valerius Ximenez Embun Carmelita,[f] quis diceret substantiam vel religionis, vel habitus fuisse mutatam, & non potiùs Pontificem determinasse vnum colorem, ne inconsul- 226

Ostẽditur secũdò nõ quãlibet mutationem in colore. variare essentiã & speciẽ religionis.

e Tomo 4. de relig. lib. 2. cap. 9. nũ. 18.

f In stimulo deuotionis ad antiquũ ord. Carmel. cap. 2. § 3. fol. 148.

to pontifice possent alio vti?

227 Secundò, vt ibidē tradidit Valerius, Religio sanctissimę Trinitatis ante nō multos annos in sola cruce scapularis differebat à Patribus ordinis B. Mariæ de Mercede. Modò autem in Hispania cappis griseis ferè nigris vtuntur, (Vndè Azor [a] ait. *Primum pallio etiam albo vtebantur. sed Pij IV. authoritate fuscum mutarunt*) excepta Lusitania, in qua loco capparum longarū, vtuntur breuiori byrro, seu mozeta alba, qua eos indutos vidimus etiam in Italia Anno 1623. & 1624. Nunquid si Pōtifex eumdem illis colorem album determinaret, ne etiam inter ipsos, & Patres Dominicanos, quibus valdè conformātur in habitu scandala orirentur, dicere possemus pontificem variasse substātiam religionis, aut habitus, vel illam instituisse denouo; vel dicemus instituisse quandò cappam albam commutarunt in fuscam in Hispania.

Ostenditur secundò.

[a] Tom. 1. lib. 14. cap. 11. col. 1463.

228 Tertiò, vt ibidē retulit Valerius [b] Patres Carmelitę mutarunt tunicam in aliam longiorem coloris nigri, aut grisei; & inter varias prouincias eiusdē religionis varij coloris varius est vsus in tunicis. Prouincia Galliæ nigrū induunt, quē prouincię Aragonię Anno 1567. mutauit in griseum. Prouincię Cataloniæ, Lusitaniæ, Castella, & Betica à pluribus annis vtuntur grisco colore; hoc vno excepto; quòd Lusitani in itinerib⁹, & domi vtuntur cappis griseis, at omnes alij albis. Nunquid hæc varietas substantiam ordinis, aut habitus variat? Nūquid si Pontifex modò determinaret illis colorem griseum, vel nigrum, dicere possemus illum habitum, & illam religionem instituisse de nouo? Adde. Patres Carmelitæ ex albo & rubro cappas colore variegatas in albas commutarunt, vt refert Valerius [c] Anno 1287. in Capitulo Generali Mōtis Pesulani in die Magdalenæ ex decreto Honorij IV. sub Reuerendissimo Generali Fr. Petro de Amiliano; extatq; de hac re in Speculo ordinis [d] huiusmodi Priuilegiū. *Bonifacius &c. Sanè licèt corá nobis vestra petitio cōtinebat, quòd olim Latino Ostiensi Episcopo, & Geruasio tit. S. Martini in Montibus Presb. Card. significātibus per suas literas inter alia continentes, Priori generali, caterisq; Fratribus vestri ordinis in generali tunc instanti Capitulo Congregādis, quòd Honorius IV. prædecessor noster de Fratrum suorum consilio eis pia ac prouida deliberatione cōcesserat, vt eorum habitum, siue varietatem ipsius minùs decentem & displicētem quàm pluribus in alium decentem commutarent. Idemq; Prior generalis & fratres postmodum in Capitulo congregati prædicto deliberatione super mutatione huiusmodi præhabita diligenti, vnanimiter statuerunt, vt ex nūc cæteri Priores & fratres ipsius ordinis mozetis diuersorum colorum, quibus vti consueuerant, dimissis, omninò cappis albis in posterum vterentur. Nos itaq; vestris orationibus inclinati; quòd circa huiusmodi mutationem habitus prouidè factum est, ratum & firmum habētes, id authoritate Apostolica confirmamus. Nulli ergo hominū liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere &c. Datū Romæ apud S. Petrum 7. Cal. Decemb. Pontificatus nostri Annò 1.* Nūquid dicemus hanc fuisse substantialem mutationem habitus, aut religionis? atqui non ita iudicauit sedes Apostolica, quæ in decreto Clemētis VIII. Pontificatus 11. ann. Christi, 1602. die 13. Nouemb. quod incipit, *Decet Romanum Pontificem* declarauit Ordinē Carmelitarum debere præcedere religionem B. Mariæ de Mercede. Huius decreti meminit Iacobus Castellanus [e], & ex illa retulit M. Marquez [f].

Ostenditur tertiò.

[b] Fol. 151.

[c] Fol. 151. cap. 2. § 3.

[d] Fo. 70.

[e] In Cōpend. Constit. Pontific fol. 220.

[f] Cap. 20. § 1. pag. 344.

Quartò, ex Ioanne Andrea in Clement. *Cum rationi* de electione & electi potestate; Dixerat Pontifex. *Cum rationi non congruat, vt homines disparis professionis, vel habitus, simul in eisdem monasterijs socientur, prohibemus, ne religiosus aliquis in Abbatem, vel Prælatum alterius religionis, vel habitus de cætero eligatur.* In quæ verba sic notat Ioannes Andreas. *Non dicit, coloris: Per quòd videtur, quòd omnes regulares Canonici, qui profitentur regulam Augustini, licèt varient in colore, quia aliqui habent colorem nigrum, alij album, alij griseum, alij mixtum, inuicem eligi possunt. Quòd videtur maximè, quia dicitur ipsorum habitum esse lineam togam, quàm sub cappa deportant.* Et infra. *Item in quibusdam religionibus est videre: quia est etiā duplex color, vnde videmus, quòd Cistercienses, & grisco, & albo colore, prout placet, vtuntur. Vbi verò color esset de habitu & ipsius substātia, diuersitas ipsius coloris, induceret diuersitatē habitus.* Pontifex ergo Gregorius IX. non mutauit essentiam habitus, aut religionis Eremitarum S. Ioannis, præcipiendo, vt eligerent album, vel nigrum colorem, ex quibus ipsi nigrum elegerunt: Quia de substantia habitus prędictorum Eremitarum tantum fuerat color, quem natura daret in velleribus, siue albus, siue niger: voluit autem Pōtifex, vt ipsi determinatè vnum eligerēt, sicut & Sixtus IV. Cisterciensibus album, vel nigrum sublato griseo determinauit.

229 Ostenditur quartò.

Tertium verò assertum, nēpe nō quamlibet mutationem in parte habitus variare essentiam religionis, aut habitus, satis probatum manet ex dictis. Adhuc tamen vltra roboratur. Primò, quia vt existimo nemo 230

Ostenditur tertiò nō quamlibet mutationem in parte habitus varia-

dices

...religionis, aut habitus. Primò. a 1. p. Chronic. pag. ...

dices Clarenos non fuisse ordinis Frãciscani; & tamen mutarunt ex parte habitũ Frãciscanorum, sic enim ait Illustriss. Franciscus Gonzaga. a *Antequam huiusmodi trãsitus* (nempè ad Frãciscanos obseruantes à Sixto IV. Anno 1477. ad instantiam Francisci Sansonis Generalis) *contingeret, præfati Clareni & nomine, & habitu ab unitiorum, atq; ab alijs tum Conuentualibus, tum quoque obseruantibus Franciscanis distinguebantur. Ab initio quidem, quia quis Episcoporum dictis audiebant; breui habitu, simpliciq; caputio ante & retro ad cordam vsq; pyramidali forma pendente, cui à tergo pãnicula singularis herebat, vtebantur; & Acletini, siue Clareni appellitabantur. Alij verò, qui Generali ministro obedientiã ... habitu, dempta pelli ... omnino vtebantur, fratres sui Clarenõ dicti sunt. Sed ab obseruantibus, cæteris, sique Conuentualibus Franciscanis; quibus longior, & latior, atq; honestior habitus, duplexq; caputium est, in omnibus ferè discriminabantur. Ab his igitur Clarenis, secunda, vel potiùs prima Franciscani ordinis reformatio, post eius institutionem exordium sumpsit.*

231 Secundò. Secundò; Patres Capucini mutarunt ex parte habitum Franciscanũ, & tamen non variarunt essentiam religionis, vel habitus Franciscani. Similiter Cõgregationes Discalceatorum, v.g. Carmelitarum, non paruam mutationem in habitu introduxerũt, & tamen non variarunt essentiam habitus, aut religionis. Vnde Clemens VIII. apud Emanuelem Rodriguez b bulla 3 é. pro Carmelitis Discalceatis. Data Romæ 20. Aug. Anno 1603. sic determinauit: *Declaramus ordinem & Congregationem dilectorum filiorum reformato. um discalceatorum ordinis B. Virginis de Monte Carmelo, vnũ esse ex quatuor ordinibus mendicantibus: ordinem fuisse Carmelitarum, eius religiosi seruãt regulam à bo. me. Alberto Patriarcha Hierosolymitano habitantibus in monte Carmelo traditam, & à fel. rec. Innoc. Papa IIII. prædecessore nostro confirmatam profitentur & obseruant &c.*

b In Compend. priuileg. pag. 1183.

232 Ratio adducitur. Ratio autem, quare non semper mutatio, vel in colore, vel in aliqua parte variet essentiam religionis, aut habitus; hæc est: quia mutatio potest esse duplex. prima; accidentalis, vel etiam integralis, & hæc non variat essentiam rei. Secunda, substantialis & essentialis, & hæc variat essentiam rei, in nostra autem causa determinatio facta à Gregorio IX. & Alexãdro IV. non fuit substantialis, & essentialis, sed accidentalis, seu integralis, sicut v. g. si modo Pontifex determinaret habitũ religioni Seraphicæ præcipiendo, vt semper & in omni euentu portarent pallium, quòd nunc pro voluntate portare possunt: ea mutatio non esset substantialis, sed accidẽtalis, seu integralis. Substãtia enim habitus Franciscani est Tunica coloris vilis, fune præcincta: sic ergo substantia habitus Eremitarum S. Ioannis Boni erat tunica eius coloris, quẽ lana naturaliter daret, siuè albi, siuè nigri, corrigia ampla præcincta; omne aliud, quòd Papa determinauit, vel fuit accidens, seu proprium, vel pars integralis, aut nouiter addita, aut nouo modo addita, vel declaratio & præscriptio Pontificia eius, quòd iam ipsi portabãt, vt diximus de habitus Canonicorum Regular. Monachorũ S. Benedicti, & Cisterciẽsium Põtificia assignatione: Hãc rationẽ de integritate habitus prædictorũ Eremitarum erat delatio baculi pro libito tamen portandi, vel in his, aut illis occasionibus; Pontifex autem præcepit: vt semper illum portarent. Sic illa Congregatio portabat calceos, non vt substantiam habitus, sed tanquam accidens determinatũ, quod iam conueniebat eidem Congregationi. Quæ omnia constat ex verbis Bullæ Gregorij IX. & Alexandri IV. ibi. *Nunc succincti tunicas cum corrigijs; baculos gestantes in manibus; nunc verò dimissis baculis,* (tunicas cum corrigijs nunquam dimiserunt, quia erat habitus essentialis. Baculos autem aliquando dimittebant, quia tantùm erat, vel accidẽs proprium, vel quædam pars integralis, separabilis sinè destructione essentiæ) *incedebant*. Et infra: *Qua nigra, vel albi debebant esse coloris*; & infra: *Quod à quibusdam ipsorum calceamenta liberè videantur.*

Ex his patet clara responsio, ad obiectionem supra factam. Pontifex enim tantùm determinauit accidentia, quorum omnia, excepta continua portatione baculi, iam erant in vsu; vel licèt non essent in vsu, tamen erãt accidẽtia, atq; adeò non variauit substantiam habitus à S. August. instituti, sicut neq; S. Bonau. variauit substantiã habitus à D. Francisco instituti, ex eo quòd instituerit, vt fratres portarẽt caputia, (vt notauit Marquez c) dissuta scilicet à tunicis, quia tunicis assuta, semper à principio portarunt, vt suprà ostendimus exemplo S. Fr. Aegidij ex Antonino relati. ex determinatione autem accidentali, vno vel alio modo facta, non sequitur, quòd Eremitæ S. Aug. non acceperint ab ipso sancto Doctore habitum Eremiticũ, quoad substantiam; sicut ex eo, quòd aliquis determinauerit accidentia, habitus Benedictini, quæ D. Benedictus non determinauit, nõ sequetur, quòd 233 Rationis applicatio.

c Cap. 4. §. 1. pag. 53.

S. Pa-

S. Patriarcha non designauerit habitum quoad substantiam, illum autem non præscripsisse accidētia, quoad genus tegumenti, testatur Theodemarus Abbas Cassinēs. a quam trāscripsit R. P. Fr. Antonius Iepes, b vbi ait. *de genere tegumēti nihil B. Benedictus in suo textu regulæ locutus est, ob hoc scilicet vt cōijcere possumus: quia diuerso modo hoc vidit à plerisque monachis vti tegumento; nam Galliarum Monachi hoc laxiùs, & prolixiùs induuntur; Itali verò Monachi, sicut aspicis, breuiùs & strictiùs, huiusce modi vestimentum habēt, Græci verò propter operimentum capitis modicum, tantùm, ante pectus, & à dorso dependens. Transmarini autem Monachi huiusmodi operimentum pelliceum habēt. Ergo quia B. Benedictus vidit Monachos tantam in hoc indumēto diuersitatem habere, vnicuique monachorum, quod ex his potiùs eligere vellet, suo arbitrio dereliquit.*

a In epist. ad Carolum Magnum.

b Tom. 3. Historiæ Benedictinæ in Append. fol. 23. pag. 2.

AD NVMERVM IV.

Eremitæ Brictinenses interposita appellatione distulerunt obedire Bullæ Gregorianæ.

234 Assertio aduersarij.

POstquam transcripsisti bullam Greg. IX. arguētis Episcopos Marchiæ Anconitanæ propter remissionē in exequendo mandato Apostolico, subdis; neq; id suffecisse, vt habitum, nec corrigiam vellent Patres Eremitæ portare; nam personaliter cum quibusdam suis fratribus Fr. Andreas Prior generalis maioris partis Eremitarum Marchiæ, corā Pontifice se constituit, appellationem prosequuturus. Negata tamen facultate prosequutionis, humiliter cum socijs supplicauit, vt eis concederet cucullas portare distinctas, quo vel solo distinguerentur à Minoribus: neq; eos cogeret colorem mutare. Annuit Pontifex, scribens ad Episcopos Marchiæ literis datis apud Criptam Ferrat. 15. Cal. Septēb. An. 14. Pontif. vt eos cogerent portare cucullas discinctas intra terminum præfigendum ab Episcopo Firmano, & Abbate de Cliento ord. Cisterc. ad quos super eodem dedit binas literas, alias apud Criptam Ferrat. 12. Cal. Septemb. Anno 14. & alias datas apud Criptam Ferrat. 10. Cal. Septemb. Anno 14. præcipiens, vt authoritate pontificia protigerent prædictis Eremitis terminum ad id faciendum Natiuitatis dominicæ proximum festum. Has tres bullas asseris contineri in Regesto Gregorij IX. sub anno 14. numeris 140. 141. & 142.

235 Ostenditur primò eam proficere, & con-

Ad hæc, licèt offensiua sint verba, non remaledicimus; sed tamen dicimus duo. Primum est, literæ Pontificiæ Gregorij IX. quas modo dedisti in lucem, non officiūt, sed proficiunt, *nisi fortè*, vt August. dixit, c *ideò non vos Apostolica verba suffocant; quia & vos ea commemoratis.* Confirmant enim ea, quæ asseruimus in respons. ad num. 3. verba Gregorij, quæ ad rem faciunt, hæc sunt. *Sed vobis, vt accepimus circa mandati nostri executionem tepidis existentibus & remissis contra nostræ prouisionis contemptores, occasione cuiusdam appellationis, quam ad nos super his interposuisse dicuntur, minimè procedendo; Fr. Andreas Generalis Prior maioris partis Eremitarum Marchiæ* (alio nomine, Prior generalis Brictinēsium, vt patet ex Bulla Alexandri IV. quam adducis nu. 14. data Laterani 8. Cal. Martij Anno 2. Pontif. atq; adeò Christi 1256. ibi. *Intelligentes verò Frater Andreas tunc generalis Prior de Brictinis ordinis prædicti &c.*) *cum quibusdam fratribus suis in nostra præsentia constitutus, se admitti ad prosecutionem appellationis iam dictæ cum instantia postulans. Nos autem friuolam reputantes eandem, ipsam super hoc, sicut nec debuimus, non duximus audiendum. Cæterum dicti Prior, & fratres pro se, & Eremitis prædictis nobis humiliter supplicarunt, vt eis cucullas portare discinctas concedere curaremus, mandatū nostrum de cucullis nigri coloris ferendis misericorditer relaxantes, eò quòd talis vsus cucullarum ad distinctionem habituum, satis sufficere videretur. Nos autem eorū in hac parte supplicationibus duximus annuendum.*

c Seminare affecta in responsione ad numerum ... a Lib. 2. operis imperfecti contra Iulianum nu. 121.

Ex his Pontificis verbis constat. Primò, Eremitas S. Ioan. Boni executos fuisse ordinationē Apost. quæ colorem nigrū cucullarum, quem ipsi elegerant ex albo vel nigro, quem iuxtà suam institutionem portare debebant, in particulari determinauit. Secundò, eos, qui Pontificem appellarunt, fuisse Eremitas Brictinenses: de quibus solis in prædictis tribus bullis fit mentio. Tertiò, Fr. Andreā Priorem generalem Brictinens. cum Pontifex præciperet Episcopis vt appellatione postposita, decretum suum executioni mandarent, personaliter cum quibusdā ex suis fratribus ad sedem Apostolicam accessisse, & cum instantia postulasse, vt ad prosecutionē appellationis admitteretur. Quartò, cùm Pontifex illos nollet admittere ad prosequēdam appellationem, ipsos humiliter supplicasse: vt eis cōcederet portare cucullas discinctas, dummodò non cogeret ad portādum colorem nigrū, seq; malle corrigias dimittere, quàm colorem cucullarum mutare. His autem in hac parte Pontifex annuit: quia talis vsus cucullarū sufficiebat ad habituum distinctionem, quam Pōtifex prætendebat. Ecce

tot.r causa, ecce dilatio executionis decreti Pontificij interposita appellatione, subsecuta personali accessione ad sedē Apostolicā, & postulatione facultatis ad prosequendam appellationem, & deniq; adiecta humili supplicatione concessionis, portandi cucullas discinctas, ne obligarentur deferre cucullas nigri coloris. Et hæc dilatio ex tam iustis causis appellatur non semel, sed tertiò quoq; verbo (quo animo ipse viderit) à P. Vuadingo, modo reluctatio modo renitentia, vt dicere possimus cum Bernardo. [a] *Hæc fuit tota violentia nostra, sic nos de medio tulimus dominum illum. Inexcusabiles sumus, si rogare, vim irrogare est.* Hæc quidem fuit reluctatio, & renitentia nostra; inexcusabiles sumus, si rogare, supplicare, appellare, vim irrogare, reniti, & reluctari est. Velim autem, vt diceret mihi R. P. Vtrum appellanda sit reluctatio, & renitētia, defensio, qua Patres Franciscani in habitu Franciscano depingunt Beatam Claram de Monte Falco, non obstante declaratione Congregationis Cardinalium præpositorum interpretationi decretorū Sacri Concilij Tridētini facta die 17. Octob. An. 1577. quā adducit Marquez, [b] & præcepto Nuncij Apostolici in Hispania super ea re ante paruos annos expedito? Eritne etiam reluctatio, & renitentia, perseuerantia Illustrissimæ Religionis Dominicanæ in depingendo imaginem S. Catharinæ Senensis cum sacris stigmatibus, non obstantibus bullis Sixti IV. quæ id prohibuerunt? Eritne etiam reluctatio, & renitentia, dilatio executionis decreti Gregorij XV. præcipientis plura circa gubernationem monialium, cui omnes religiones modo licito appellationis, seu supplicationis, accedente fauore regio se opposuerunt, & hucusq; non venit in executionem? Quis dicat in his defensionibus, & similibus fuisse reluctationem, & renitētiam? Ego non dixero. Quomodò igitur dici poterit fuisse reluctationem, & renitentiam in appellatione, & supplicatione Brictinensiū? An qui parua scaphula deprædatur, pirata dicitur, qui verò ingenti classe triremibus armata prædam capit, egregius Imperator?

[a] Epist. 151. ad Abbatem Præmonstratensem.

Supplicatio, & appellatio non est renitentia, & reluctatio.

[b] Cap. 35. §. 2. pag. 414.

236 Secundum, quod dico, est. Dum asseris Bullam Gregorii IX. datā laterani 15. Cal. Aug. anno 14. Pontificatus non suffecisse, vt habitum nigrum, nec corrigiam vellent hi Patres Eremitæ gestare; & num. 13. addis Alexandrum IV. coegisse Brictinenses, vt assumerent habitum ab ipsis petitum, vt fugerent nigri coloris vestem, & corrigiam supponis Gregoriū IX. illis præcepisse vestem nigram, & corrigiam tanquā res nouas, & ipsis insolitas, eosq; renuisse acceptare, non solùm vestem nigri coloris, sed etiam corrigiam; hæc autem, quantùm ad corrigiam spectat, quàm sint à verò aliena, vel tu ipse videbis, si legeris, etenim Eremitæ Brictinēses (de quibus agunt tres bullæ, quas subijcis.) nolebant quidem gestare habitum nigrum, tamen tantùm abest, quòd non vellet portare corrigiam, quòd potius, ne cogerentur habitum nigrum de nouo acceptare, offerebant dimittere corrigiam concedente Pontifice, quam portauerant, & tenebantur portare, ex statuto ipsius religionis cōfirmato per sedem Apostolicam. Hoc adeò euidens est in ipsa bulla, vt miratus valdè fuerim, quo modo, vel non potueris, vel nolueris id videre. Primò enim qua ratione poterant supplicare, vt Pontifex eis concederet portare cucullas discinctas: quia hoc sufficiebat ad habituū distinctionem, & Pontifex annuere supplicationibus, nisi quia eo vsq; portauerāt cucullas præcinctas corrigijs? Si enim portassent discinctas, satis distincti essent à Frāciscanis, atq; adeò statutum Greg. IX. non comprehenderet illos, qui sub ea cōditione admisit eorum supplicationem. Secundò, & clariùs. Quia Gregorius IX. in prima ex tribus bullis à te subiectis, sic ait, ad finē, concedens illis, vt portarēt cucullas discinctas. *Non obstante statuto de ferendis corrigijs super cucullis ab eis edito, & per nos, vt dicitur confirmato.* Quomodò ergo dici poterit decreta præcedentia Gregorij IX. non suffecisse, vt hi Patres Eremitæ vellent gestare corrigiā, quasi rem nouiter præceptam, & illis insolitam, hi inquam Patres Eremitæ, qui ex statuto ab illis edito, & per ipsum Gregorum IX. confirmato Anno 1235. tenebantur ferre super cucullā corrigia ampla præcinctam; & cum quibus Pontifex in eadem bulla, ex qua oppositū elici supponis, dispēsat in prædicto statuto, admittens eorum supplicationē offerētiū se velle exinde ad distinctionem habituum relinquere corrigiam, & portare cucullas discinctas? Quas sanè si antea portassent, discinctas, tunc non offerrent, tāquam quid nouum, & sufficiens, vt Pontifex annueret eorum supplicationibus. Sed instat Pennotus, [c] quia si Eremitæ S. Aug. crederent suū habitum esse à B. Augustino institutū, & se esse de numero Eremitarū à B. Augustino institutorum; cur petierunt dispensationē super corrigia ferēda, & illā obtinuerunt,

Suppositio aduersarij.

Quoad corrigiam est adinter falsa.

Primò.

Secundò.

Instantia Pennoti.

[c] Lib. 1. ca. 26. nu. 6. pag. 76.

& quis credat illos à ferẽda corrigia dispẽsari voluisse, si sanctũ Augustinũ ipsã corrigiam portasse,& instituisse credidissent? Respondeo solos Eremitas Brictinẽses petijsse,& obtinuisse prædictã dispensationẽ: secùs verò fecit Congregatio Eremitarũ S. Ioannis Boni,cum quibus præcipuè loquebatur decretũ Gregorianũ. Errauit tamẽ Congregatio Brictinensis in prædicta supplicatione dispensationis,vt statim dicam. Neq; mirum est petijsse dispensationẽ super corrigia instituta, & portata ab Augustino;quia id petierunt,licèt errauerint, ex motiuo,quod mox subijcio.

Responsio.

Errasse Brictinensis eo quod vellent dimittere corrigiam potiùs quã colorem habitus.

Addo tamẽ.Eremitæ Brictinenses errauerũt in prædicta supplicatione, quoniam reliquerunt corrigiam, quæ erat illis pars essentialis,& conseruauerunt colorẽ,cuius determinatio non erat illis essentialis, pro essentia enim coloris proprij habitus tantũ requirebatur vilitas coloris, quæ satis conseruabatur in colore nigro.Hęc enim omnia constant ex statuto,quod ipsi ediderãt, & Greg.IX confirmauerat, quod adducit Marquez,[a] & nos paulò infra pro maiori declaratione afferemus ad verbũ:ibi. *Caterum humiliter attendentes quòd regnum Dei non in veste pretiosa consistit, & quòd induit paupertatis habitum conditor singulorum, laudabiliter statuistis, vt fratres vestri ordinis, de colore, seu valore vestium minimè contendentes, semper in eis vilitatẽ obseruent, & quatuor tunicis, vnã cucullà, & duobus scapularibus sine contenti. Itẽ quilibet frater cingetur desuper ampla corrigia non consuta & illa contentus existat.* Quid clarius ad probandũ per iniuriam dici prædictos Eremitas noluisse, portare corrigiam, nec ad id sufficeisse decreta Gregoriana? vt autem prędicti Brictinenses mallent corrigiã potiùs,quàm colorem deponere,potuerũt moueri, vel quia patentior erat oculis hominũ variatio coloris,quàm dimissio corrigiæ; vel quia iudicarunt faciliùs sibi à futuro Pontifice(sicut,& accidit.)restituendam corrigiã admissã,quã colorẽ mutatũ.

Quæ eorum motiua.

a Cap. 14. §. 1. pag. 168.

138 Neq; adeò mirum est religionem aliquã accedente dispensatione Pontificia dimisisse partem aliquã essentialẽ, siuè tunc dicẽda sit omninò eadem religio,siuè diuersã.Sic in Cathalonia aliqui Monachi Benedictini cucullam,& caputium dimiserunt; & pileo,collari,& pallio ornati tanquã Clerici incedunt,vt,et nos non semel vidimus sic etiã in vrbe Neapolitana Moniales Augustinianę Conuentuũ Regalium S. Mariæ Magdalenæ, & S.Marię Ægyptiacæ,non solum reliquerunt corrigiã Augustinianam, verum, & illam in funem franciscanũ cõmutarũt.Audiamus Illustriss. Franciscum Gonzagam de Conuentu S.Mariæ Magdalenæ,a Sancia Regina fundato loquẽtem.[b] *Hoc Monasterio,* inquit, *B. Marię Magdalena sacro impetrata priùs à Ioanne XXII Pontifice max. facultate, Anno à partu virginco 1324. ex Regio peculiarìq; patrimonio intra nobilissima Ciuitatis Neapolitanæ mœnia, vt mulieribus in peccato existentibus de idoneo, per opportunoq; loco prouideret, felicissimum initium dedit.* Et infra. *Huius sacra domus sorores Augustiniani ordinis habitu, atq; professione vtuntur; dumq; solemne votum emittunt curæ correctioni, atq; subiectioni fratrum minorum se deuouẽt. Qua etiam de causa Cingulum, siuè Chordam B. P. Francisci deferunt. Commorantur denìq; frequentibus hoc in Monasterio 140 sorores: Nunc iam honestæ Virgines.* Et dũ de Conuentu S. Mariæ Aegyptiacæ,sermonem instituit,sic habet. *Huius sorores, quæ numero sunt. 90. D. P. Augustini regulam solemniter profitentur, Augustinianoque habitu, & Franciscana chorda vtuntur, atq; minoritis fratribus ex solemni professione, subsunt.* Sic etiam,vt refert idem Illustrissimus Gonzaga eloquens de prouincia S. Francisci, & Monasterio 14.monialiũ, quod est S. Narnij *prædictum monasteriũ a duobus veteribus fratribus; quorum alter B. P. Francisco, alter verò B.P. Augustino deuotus erat, ex communi patrimonio constructum, atq; monialibus traditum fuit. Qui cum vtriusq; deuotioni satisfacere vellent, D. Augustini regulam sub franciscano tamen habitu* profitebantur; non ergo valdè mirum est,quod accedente dispensatione Pontificia Brictinenses dimitterent corrigiam; licèt partem essentialem habitus, cum moniales prædictæ Neapolitanæ, eã commutarint in chordam franciscanã eo tempore,quo extra controuersiam est corrigiam fuisse de substantia habitus Augustiniani; Et moniales Frãciscanæ regulam Seraphici Patris omiserint,quam postea, prout ab Vrbano IV.confirmata fuit,ex prǽscripto Episcopi Narniẽsis accipere coactæ sunt; & monachi Benedictini reliquerint iã pridem cucullam,& caputium.

Progreditur responsio, & mirũ non esse religionem aliquam ex dispẽsatione. Parte parte essentialem habitus dimisisse ostẽditur.

b 1. Chron. Franc. pag. 147. & 148.

c 2. p. Chron. pag. 174.

AD NVMERVM V.

Vindicatur ordo Augustinianus à renitentia, & reluctatione illi imposita.

IN præcedentibus irrogasti iniuriam, vt manifeste conuicimus,Eremitis B.Ioannis Boni,& Brictinensibus, duplici congregationi Eremitarum Ordinis S. Aug. modò niteris renitentiam, & reluctationem, 139

Assertio aduersarij.

quam

quam sic pro modestia religiosa appellabas, vniuersæ Religioni Augustinianæ attribuere, addens; *vniuersa ea industria Gregorij non potuisse fieri, vt Eremitæ Augustiniani in eum habitum conuenirent.* Fundamentum autem huius machinæ, & ædificij hoc est; quia post vnionem quarundam Congregationum factam ab Innocent. IV. immediato Gregorij successore, Richardus S. Angeli Diaconus Card. cui vniuersus Augustinensiũ ordo fuit commissus, egit cum Eremitis Augustinianis, de certo & determinato habitu assumendo ad differentiam aliorum ordinum, eisq; concessit ex consilio discretorum ex eisdem virorum eundem habitũ, quem antea Gregorius Pontifex præscripsit, efformatis baculis in crocias ad modum Thau, quæ ferularum genera Hispanicè & Italicè vocãtur, Muleta, quorum transuersum lignulum prohibebat esse curuum, sed directũ. Richardi Cardin. literas Innoc. IV. suis insertas confirmauit, habẽturq; in eius regesto Num. 15.

240 *Duę notationes Vuandingi.* Duo autẽ notat Vuandingus Circa prædictas literas. Primũ est. nullibi assignatur pro ratione assumendi huius habitus, eum fuisse originarium Ord. S. Aug. neq; à S.D. præscriptum; sed ad differentiam à minoribus, alijsue ordinibus. Secundum est; prędictę literę datę sunt non ad hanc, vel ad illam Congregationem, sed ad vniuersos Eremitas ordinis S. Aug.

241 Tot sunt in hac narratione Commenta, quę castigatione indigeant, vt ferè inopem me fecerit refellendorum copia. Tot sunt huius monstri capita, vt vix Herculis vires detruncationi sufficiant. Sed separemus singula, vt abscindamus facilè. Dicis quidem plura longè à veritate distãtia. Primò, quasi rem notam supponis in limine, Innocentium IV. fuisse immediatum Gregorij IX. successorem, & tamen nemo non nouit immediatum Gregorij IX. successorem fuisse Cœlestinũ IV. antea vocatum Gaufridum de Castiglione, Mediolanensem, quem Greg. IX. in prima creatione quinq; Cardinalium Romæ in quatuor temporibus Sept. Anno 1227. fecerat ex Cancellario Ecclesiæ Mediolanensi Presb. Card. tit. S. Marci; & in quarta creatione duorum Cardinal. Romæ Anno 1240. ad Episcopatum Sabinensem euexerat. Is ergo post Greg. IX. immediatè electus 9. Cal. Octob. Anno 1241. & ante Coronationem 17. diebus ab electionis die ibidẽ decessit; nempè Romæ 7. Idus Octobris Anno 1241. sed permisit Deus, vt in re notissima in limine errares, vt agnosceremus quale futurũ esset ædificium: vt ex errore præliminari interiores insidias caueremus. *Nec sanè debemus opinari* (ait Aug.[a]) *quòd serpentem sibi per quem tentaret, persuaderetq; peccatum diabolus elegerit; sed cum esset in illo propter peruersam & inuidam voluntatem decipiendi cupiditas, non nisi per illud animal potuit, per quòd posse permissus est.* Hæc aũt sic explicat Illustriss. Card. Bellarm.[b] *voluit Deus, vt si diabolus tẽtare vellet, id non faceret nisi per serpentem; vt sicut diabolo permittebat tentare, ita hominem admoneret ex ipsa forma serpẽtis, quem callidum animal esse non ignorabat, vt caueret insidias.*

Prima aduersarij suppositio, quod Gregor. IX. successerit immediatè Innoc. IV. falsa conuincitur.

[a] Lib. 11. de Gen. ad lit. cap. 3.

[b] Lib. 3. de amissione gratiæ cap. 3. col. 104.

242 Secundò, supponis decretum Richardi Cardin. editum fuisse, quia tota Gregorij industria non sufficit vt Eremitæ Augustiniani, in habitum à Gregorio præscriptum conuenirent. Sanè, neq; sufficiet tota tua industria, vt id persuadeas legentibus, & intelligentibus. Primò, quia in hoc decreto Richardi edito Assisij 9. Cal. Iulij Pontificatus Innoc. IV. anno 10. atq; adeò Christi 1253. quia electus fuit 8. Cal. Iulij Anno 1243. Neq; vllum verbum habetur de præcepto Gregorij IX. aut controuersia exorta inter Minores, & Augustinianos; aut de differẽtia ab ordine Minorum; sed tantùm ad differẽtiam aliorum ordinum; si autem Eremitæ, ad quos hę literæ datæ sunt, adeò renitentes & reluctantes, vt vis in obediendo pręceptis Gregorij IX. fuissent quis credat neq; Richardum Card. neq; Innocentium Pontificem vllam facturos mentionem renitentiæ & reluctationis? Secundò Bullæ Greg. IX directæ fuerant ad Eremitas S. Ioannis Boni, & deinde ad Brictinẽses; at verò decretum Richardi, & Confirmatio Innocentij ad Eremitas S. Aug. sic specialiter appellatos. Tres quippè fuerunt, vt supra ex bulla vnionis aduertimus, diuersæ Cõgregationes. Prima Eremitarum S. August. secunda Eremitarum S. Ioannis Boni. tertia Eremitarum Brictinensium; licèt omnes tres essent generaliter ordinis Eremitarum S. Augustini. Quo modo ergo ex decreto Richardi Cardinalis, & Innocẽtij Papæ probari poterit; non potuisse fieri industria Gregorij, vt Eremitę Augustiniani conuenirent in habitum à Gregorio IX. præscriptum? Et si Gregorius IX. non pręscripsit habitum Congregationi Eremitarum S. Augustini, sed Congregationi Eremitarum S. Ioannis Boni, & Brictinẽsium; & Richardus & Innocẽtius, nõ agunt cum Congregatione Eremitarum S. Ioannis Boni, aut Brictinensium, sed cum Congre-

Secunda eiusdem suppositio, quod Gregorij IX. industria non fuit sufficiens vt Erem. Augustiniani in habitu conuenirent. Reijcitur primò.

Reijcitur secundò.

iudicabunt. Addam, non esse responsionem hāc, nouitiam, aut insolitam, tradidit eam
a Verit. 3. in Apologia 5. Coriolanus [a] ibi ait. *Primò, nota istud aduerbiū temporis, dudum, quod significat per longum tempus ante, secundum omnes famosiores grammaticos. Secundò, nota istud verbum*, apparuit, *quod est praeteriti temporis. Tertiò nota quod dicit religio, quia differentia est inter religionem, & ordinem; quia nullus ordo, propriè dici debet religio, nisi fuerit approbatus, patet per nostrum Augu-*
b P.91.ar.5 in resp. ad 3. arg. *stinum de Ancona in summa de Ecclesiastica potestate, & in secundū sententiarum Ambrosij expressè dicit*. Religiones autem dici non debent, nisi quando sunt per ordinationem Ecclesiæ approbatæ, & confirmatæ. *Quartò nota, quia dicit*, cuius professores, *quoniam professio non fit nisi in religione approbata, & tenenda sit tanquam substantialis. Quintò nota, quia dicit*, cuius professores sunt vocati Eremitæ S. Augusti. *Vbi habes nobis datū in titulum S. Augustinum, tanquam nostrum fundatorem & auctorem. Sextò nota, quod dicit*, quòd portant tunicam, cincti cum corrigijs, *vbi habes primum nostri habitus fuisse vetustissimum*. Hæc Coriolanus.

214 Obiect. Vuadingi contra secundam solutionem. Sed contra secundam solutionem Magistri efficaciùs vrget R. P. Vuadingus, in hunc modum. Quomodò potuit tam diu (nempe per 40. ferè annos) latere Congregatio S. Ioannis Boni, quæ ab illo primitùs fundata est, etiam tunc superstite, & quæ vt fundaretur sub regularibus obseruantijs, publicè accessit ad sanctam sedem, vt regulam impetraret, & quæ sub ipso institutore extra Romaniolam in alias prouincias breui excreuit in magnā numerositatem?

215 Soluitur. Verùm ad hanc ingentem obiectionem, duo dico. Primum est. miror quod hic fatearis Congregationem S. Ioanis Boni breui excreuisse in magnam numerositatem; quia §.3. n.11. pag. 30. ex eo probas S. Ioanem Bonū plurimis annis egisse Anachoretam; quia illius religio in diuersis partibus extitit propagata, dū adhuc esset Anachoreta, vt tu existimas; & non potuit ita breui propagari. Modò autem vis breui excreuisse in magnā numerositatem, & hoc ego potiùs credo quàm illud. Secundum est. Etiamsi demus litem motam fuisse statim atq; religiosi S. Ioannis Boni in Lombardia apparuerunt; nihilominùs Responsio non est difficilis. Primò, quia religio S. Ioannis Boni incœpit in Romaniola, & potuit non ita breui apparere in partibus Lombardię, nempe per 30. ferè annos, qui excurrūt ab anno 1207. vsq; ad 1237. in quo mota lis est, sicut Congregatio Patrum Discalceatorum Augustinensium in Hispania, licèt satis excreuerit, tamen adhuc non est ingressa in Lusitaniam. Secundò, quia licèt in aliquibus partibus, multò ante fundassent aliquos Conuentus; tamen non in Vrbibus, sed in Eremis illos condebant. Atq; adeò non statim, atq; incœperunt viuere in Lombardia, apparuerunt in illa; sed post aliquot annos, quādo incipientes viuere in vrbibus, vel prope vrbes, incœperunt ampliùs cognosci à populis; & cùm diminuerentur eleemosynæ aliarum religionū, exorta est contra illos cōtrouersia. Addo denique: Neq; credi potest litem motam statim atq; religio in partibus Lombardię apparuit, sicut neq; mota fuerat in Romaniola, in qua primò apparuit, quā in Lombardia: sed fortè in Lombardia ideò primò mota est circa Ann. 1237. quia per id temporis intra vrbem Mediolanēsem fundarunt nouum Conuentum, ex quo alij aliquid in eleemosynis dispendiū patiebātur.

AD NVMERVM III.

Defenditur habitus, & obedientia Eremitarum B. Ioannis Boni.

216 Tria aduersarij Corollaria ex Bulla Gregorij 9. EX eadem Bulla Gregorij infers tria. Primū est, non adeò essentialem, neq; à S. Augustino acceptum fuisse illum habitum, vt non potiùs liberè fratres nouum elegerint, aut à Pontifice, eiusq; Legatis acceperint, (vt constat ex clausula bullæ Innoc. 4. quam refers num. 18. & ad quam etiam num. 2. remisisti probationem) quàm antiquum retinuerint, aut pristinum tenuerint. Secundum est. prædicti Eremitæ S. Ioānis Boni statutis à Pontifice huiusmodi vestibus mirum in modum reluctarunt; proptereaq; rigorosiùs cum illis agēdum fuit, vt eas assumerent. Tertium est. Appellationem etiam interposuerūt ad ipsum Pōtificem, ne ad huiusmodi habitum deferendum compellerētur; ob quam appellationem Episcopi fuerunt in exequēdo remissi. Horum segnitiem Pontifex arguit, iubetq; vt non obstante appellatione procedāt ad executionem, datis literis 15. Cal. Aug. quæ habentur in Regesto Pontificio num. 126. & in transcribis hic n. 6. pag. 45. Hæc etiā sinè stomacho & bile dicis, quia offensas & conuicia procul fecisti.

Patiētia quidem necessaria est, vt reportemus promissiones, & impleamus promissa; & respondeamus opprobrijs, non opprobria. Animus est defendere nos, non verò offendere alios. Noxia enim in nos esset defensio, si fieret cum aliorum offensione. 127

Plures potiones & causam oratione & vestem dantes religiosos S. Ioannis Boni immerito reluctationis arguit, voluntarie dicit eorum habitum à D. Aug. nō fuisse determinatum, & cum Bictinensib. confundi.

Prima.

Secunda.

sione. Sed bene Deus, ó quàm immeritò Sancti illi religiosi reluctationis arguuntur! quàm pro voluntate negatur eorum habitum à S. August. fuisse determinatum, & asseritur ab ipsis fuisse electum, aut à Pontifice, eiusq; Legatis acceptū: Quàm confusè tribuitur Eremitis S. Ioannis Boni, quod Bictrinenses egerunt? vt ostendamus singula, nonnulla oportet aduertere. Aduerto primò. Controuersiam, vt constat ex sæpè citatis Bullis Gregorii IX. & Alexandri IV. exortam fuisse inter Patres Minores, & Eremitas S. Ioannis Boni. Aduerto secundò Eremitas S. Ioannis Boni, & Eremitas Bictrinenses, & Eremitas S. Aug. ante vnionem generalem, non fuisse vnam, & eandem Congregationem, sed tres Congregationes, velut tres diuersas religiones, vt ex professò probabimus, b sicut modò v.g. sūt in Ordine S. Frācisci, Congregatio Obseruantium, Congregatio Conuentualium, & Congregatio Capuccinorum; licèt omnes tres sint vnus ordo S. Frācisci. Constat hæc veritas saltèm ex Bulla vnionis, quàm infra ad verbum transcripsisti num. 21. pag. 61. ibi. *Propterea dedum à nobis mandatum Apostolicum emanauit, vt de singulis domibus vestris, quarum quædam S. Guillelmi, quædam S. Augustini ordinum, nonnullæ autem Fr. Ioannis Boni, aliquæ verò de Fabali, aliæ verò de Bictrinis censebantur &c.*

b In responsione ad num. 1. § 3. puncto 2. diffic. 3.

218 Adnerto tertiò ex dictis ad n. 1. huius §. Eremitas S. Ioannis Boni ex sua institutione debuisse portare habitum album, vel nigrum, prout vellent, pro varietate temporum, occasionumuè, vt constat ex illis verbis Gregorii 9. & Alexandri 4. *Quæ nigri, vel albi debebant esse coloris.* Adde. Neq; credibile est prædictos Eremitas omnem admisisse colorem in habitu, neq; id poterit vel leui aliquo fundamento probari. Quem ergo, vel quos sibi colores à sua institutione determinarunt? sanè non alios, quā album, vel nigrum indeterminatè; vt vestimenta exteriora vel albi, vel nigri deberēt esse coloris; sicut & modò exteriora nostra vestimenta domestica, iuxta ordinis cōstitutiones c debent esse coloris albi, vel nigri: qua etiam ratione, vt infra dicemus, ex determinatione Sixti IV. habitus Cisterciēsium nigri, vel albi debet esse coloris. Elegerant autem Eremitæ S. Ioannis Boni album, vel nigrū colorem; quia, vt dicit glossa in Clement. *Ne in agro dominico; de statu Monachorum, vel Canonicorum regularium;* super illa verba, *Nigri, bruni, aut albi: Isti colores sunt tincturæ, quæ late possunt haberi; & ideò potiùs approbantur &c.*

Tertia.

c Par. 1. cap. 5.

Neq; mirum erat tantùm habere designatum colorem album, vel nigrum; non verò album determinatè, vel nigrum determinatè; cùm neque Cistercienses illud haberent; quinimò neq; religio S. Frācisci videtur habere colorem in specie infima determinatum; ait enim Clemens 5. Clement. *Exiui de paradiso; de verborum significatione; Vilitatem autem vestium tam habituum, quàm interiorum tunicarum, illam intelligi debere dicimus, quæ secundùm consuetudinem, vel conditionem patriæ debeat quoad ad colorem pāni, & pretium vilitas meritò reputari. Nec enim quoad regiones omnes potest determinatus vnus modus in talibus assignari.* id quod Ioannes 22. confirmauit in Extrau. *Quorundam; de verborum significat.* sic addens: *Maximè cùm nec expressè, vel determinatè in prædicta Fratrum Minorum dicatur regula, vel declarationibus ante dictis, quāta longitudinis, quanta latitudinis, quanta grossitiei, vel subtilitatis, qualis forma, qualisue figura huiusmodi debeant esse vestes.* Exorta verò cōtrouersia, videntur præcepisse Pontifex & Legati, vt ex albo, & nigro colore, quorum quemlibet ex sua institutione licitè portabant, vnum eorum determinatè eligerent: ipsi autem nigrum elegerunt. Neq; ampliùs colligitur ex clausula Innoc. IV. ad quam remittis probationē. verba enim illius hæc sunt. *Et quia eorum habitus, qui habitui Fratrum Minorum videbatur conformis; apud aliquos scādalum quodammodò suscitabat, iidem de mandato & authoritate duorum Cardinalium, qui tunc in partibus Lombardiæ legationis fungebantur officio, nigrum, quem gestant adhuc, habitum elegerunt.* Quia enim Cardinales præceperant, vt se ad album, vel nigrum colorem determinarent; ideo dicit, de mandato & authoritate Cardinalium illos habitum nigrum elegisse; non quia Cardinales illis determinauerint nigrum colorem. Tunc enim ipsi non elegissent, sed accepissent nigrū colorem. At illos elegisse, non solum patet ex prædicta clausula, sed ex bullis etiam Greg. 9. & Alex. 4. ibi. *Quæ nigri, vel albi debebant esse coloris, quorum altero, videlicet nigro, iam electo ab eis, ipsos voluerunt manere contentos. &c.*

219 Aduerto quartò. Eremitas S. Ioānis Boni ordinationi, & decreto Pōtificis, & Cardinalium, adeò deuotè obedijsse, vt neq; in Bullis Pontificijs, quas allegas; nec in vllo antiquo, aut graui authore malè audierint in hac parte; Quinimò audebo causa cedere, si quid simile de illa sanctissima Cōgregatione potuerit ostendi. Imò constat expressè humiliter fuisse obsequutos, ex Bulla Alexandri 4. quam tu ipse infra refers, num. 16.

Quarta.

num. 16. pag. 56. ibi: *Nos volentes vt prædicta, quæ de vestimentis exterioribus, à sapè dicto prædecessore nostro* (nempe Greg. IX.) *circa præfatos Eremitas statuta fuerunt salubriter & ab ipsis, vt recolimus, acceptata, vbique & ab omnibus Eremitis vnitis taliter, & alias vniuersis inuiolabiliter obseruari &c.* Ecce vbi Pontifex affirmat, se recolere, decreta Greg. IX. circa Eremitas S. Ioannis Boni fuisse ab ipsis acceptata: Dici ergo non poterit de illis, quòd fuerint reluctati.

120 Quinto. Aduerto quintò. Eremitas Bictrinenses, ordinis quidem S. Augustini, & alios religiosos ipsis in habitu conformes, executionem mandati Apostolici distulisse. At nostri Bictrinenses id fecerunt, quia interposuerant appellationem ad Sedem Apostolicam; forte quia ad causam vocati nō fuerant. Constat eos propter interpositam appellationem ad Sedem Apostolicam, non statim executos fuisse decretum Apostolicū, ex bulla ipsa Gregorij IX. quam hic refert num. 6. pag. 45. data Laterani 15. Cal. Aug. Anno 14. Pontif. ibi. *Sed vos* (nempe Episcopi) *circa mandatum nostrum tepidi, & remissi occasione cuiusdam appellationis, quā ad nos super hoc interposuisse dicuntur &c.* Hoc est, prædictis; statutis à Pontifice huiusmodi testibus mirum in modum reluctarunt. Atqui si dilatio executionis mandati Apostolici propter interpositam appellationem ad ipsam Sedem Apostolicam, est reluctatio? Ego vellem scire quęnam sit quantūcunq; perfectissima religio, quæ sæpe mandatis Apostolicis nō reluctetur? at nulla reluctatur; quia appellare ad Sedem Apostolicam non est reluctatio; sed licita defensio; dum quis prudenter existimat, se per iniuriam prægrauari; licèt in eo iudicio decipiatur. Qui tamen licitam defensionem reluctationis nomine voluerit infamare; poterit quidem, sed ob id defensio nō erit reluctatio. *Fit enim aliquid* (vt ait S. Bonau.[a] assignās causas, quare fratres de loco ad locum frequenter mutarentur) *sic tam purè, quin possit ab aliquo sinistrè interpretari, quasi malè fiat. sed. bonū non ideò motum est, si illud alij dicunt malū.*

Dilatio executionis mandati Apostolici per interpositā appellationem ad ipsam Sedem non est reluctatio.

[a] In Apolog. q. 6.

121 Ex his constat, quàm vera & firma sint, quæ intulisti secundò ex bulla Gregoriana: Admittimus enim Eremitas Bictrinenses, qui videntur ad causam non fuisse vocati, appellasse Pontificem, & appellatione interposita Episcopos distulisse executionē mādati Apostolici, & ob id à summo Præsule argui; Negamus tamen primò dilationem executionis propter interpositam appellationem ad Papam fuisse reluctationē. Aliàs quoties, Reges, Archiepiscopi, & Episcopi; & vniuersæ religiones mandatorū Pontificum executionem protrahunt, appellatione præcipuè interposita, dicendi essent præceptis Apostolicis reluctari. Hoc autem nemo dicet; quia reluctari malè sonat, indicatq; protetuam subditi resistentiam in obediendo prælato. Significat enim Hispaniæ, & Calepinus vertit, *resistir como luchando.* Hoc autem denotat impudentiā in subdito, quasi velit de pari cum prælato contendere. Negamus secundò Eremitas S. Ioannis habitum à Pontifice, vel Legatis Apostolicis accepisse; asserimusq; præceptum, & ordinationem Pontificis, & Legatorum obligasse; vt ex duobus coloribus, albo & nigro, quorū quolibet vti poterant, se ad vnum eorum determinarent; ipsi verò elegerunt colorem nigrum, qui conformior erat antiquæ institutioni Erem. S. August. vt etiam ostēdemus in notis ad vitam Aug. lib. 1. Bibliothecæ illius; & supra probauimus.[a]

Ex admonitione respōdetur illationibus aduersarij.

[a] Punc. 1. difficult vnica.

122 Instantia. Sed Contra hoc vltimum instabis: quia quamuis prædicta sint vera de electione coloris nigri, tamen Pōtifex vltra determinauit, vt manicas instar cucullarū, corrigias perampas, baculos quinq; palmorū grandium deferrent, & à longitudine vestiū ita temperarent, vt eorum calceamenta liberè viderentur. Habitus ergo Augustinianus, nō à S. Aug. sed à Greg. IX. & Alex. IV. vel à Legatis Lombardiæ primò acceptus? Hoc præcipuè fundamento in litem vocamur; conanturq; nos aduersarij exuere habitu Eremitico, quem à S. August. institutū, & deriuatum ad nos vsq; tot fidissimis testimonijs, imaginibus antiquis, & diuinis reuelationibus clarè ostēdimus. *Iam responsum est;* (ait August.)[b] *relegant qui volunt, quæ supra diximus, ne superfluè eadem iterū, iterumq; repetamus.* Adhuc tamen modò nitemur imbecillitatem obiectionis, non vno, vel altero exemplo, sed pluribus demonstrare. Primò, non quoties Pontifices determinat habitum alicuius religionis, illum de nouo instituunt. Secundò, quia nō quælibet mutatio in colore, vel in parte habitus variat essentiam, & speciem religionis, aut habitus. Atq; adeò licèt Pontifex ibi determinet habitum, non sequitur, quòd ibi de nouo instituerit habitum Eremitarū S. Ioannis Boni; & licèt admittamus aliquid addidisse in parte, vel in modo habitus, non inde fieret variatam fuisse essentiam vel religionis, vel habitus, quem illa religio ex S. Augustini institutione portabat.

[b] Lib. 2. Operis imperfecti contra Iulian. num. 64.

Osten-

Primum Dilunus, & triplici exemplo ostēdunt primò quoties Pōtifices determināt alicui⁹ religionis habitum illum de nouo non instituere.

a In lib. quem intitulauit Or. de Canon. Regul. lib. 1. cap. 22. pag. 13.

223 Ostendamus singula. Primum est. Non quotiescunq; Pontifices determinant habitum alicuius religionis, instituunt denouo. Demonstremus rem hāc triplici exemplo, circa Canonicos Regulares, Monachos ordinis S. Benedicti, & Cistercienses. Funiculusq; hic triplex rumpetur difficulter. Primum habetur in Constit. Bened. XII. (qui obijt 7. Cal. Maij Ann. 1342.) lib. 1. cap. 12. pag. 53. in titulo, *de forma & honestatę habitus & vestimentorum.* quam refert Ioānes Trithius Canon. Reg.[a] vbi ait. *Districtiùs inhibemus ne dicti Canonici extra septa Ecclesiarum, Monasteriorum, seu locorum suorum proficiscentes portent aliam vestem super habitum, quam cappas, seu mātellos honestos, vel redōdellos, seu cochleas talares, vel circa, iuxtà vsum, vel consuetudinem laudabilem Ecclesiarum, monasteriorum, & locorum suorum &c.* & infra loquēs de cappis de choro sic ait. *Ipsas honestas non nimia longitudine, vel breuitatę notandas portare debeant locis & temporibus consuetis.* & infra. *sanè infra Ecclesias, Claustrum, Capitulum, Refectorium, ac Dormitorium non caputijs, sed almutijs honestis vtantur.* Et statim. *Vnius enim ets, & eiusdem coloris existant,* (scilicet caputia) *quæ cum cappis, vel mantellis &c. deferri contigerit.* & infra. *Prohibemus etiam ne dicti Canonici de cætero ferans forcatoras de ventribus variorum, aut squirolorum cum dorsis permixtis, sed sint de pellibus simplicibus, vel albis vel nigris, aut grisets. Præcipimus etiam, quòd Canonici dictæ religionis infra Ecclesias & claustra locorum Cathedralium, aliorumq; Conuentualium, seu Collegiatarū ipsius religionis, & alibi Conuentualiter incedentes portent supplicia magna & ampla iuxtà cuiuslibet Ecclesiæ consuetudinem rationabilem, quæ in longitudine Manicarum vltro manum quatuor digitis transuersalibus, vel circa, & vltra mediam tibiam, vel circa in sui longitudine protendantur.* Et infra. *Prouiso tamen, quòd minoris longitudinis superpellicea huiusmodi non existant, & adeò manicas longas habeant, quòd ex ijs brachia vsque ad pugnos valeant cooperiri &c.*

Secundum.

223 Secundum est Clem. V. in Conc. Viennensi (qui obijt 12. Cal. Maij Ann. 1314.) & habetur in Clem. *Ne in agro dominico* de statu Monachorum, vel Canonicorum Reg. ibi. *Statuimus, vt superior vestis ipsorum habitus proxima, nigri, bruni, aut albi coloris existat iuxtà modum apud eos seruari solitum in regione qua degunt.* Et statim. *Sit etiam vestis ipsa rotunda per circuitum, & non scissa, nec longitudine nimia, aut breuitate notanda. Largas etiam manicas habeat vsque ad pugnum protensas, non consutitias, vel quomodolibet botonatas.*

Tertium.

b Tom. 1. Bullarij pag. 344.

224 Tertium est Sixti IV. apud Laertiū Cherubinum[b] Bulla 9. pro Cisterciensibus, data Romæ Anno 1475. Idibus Decembris Ann. 5. Pontif. ubi. *Dudum siquidem Benedictus PP. XII. &c. ordinauit, quòd omnes Abbates & Monachi eiusdem ordinis panni bruni, vel albi coloris duntaxat vterentur.* Et statim. *Cùm autē sicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filij Hymberti Abbatis Monasterij Cisterciensis Cabilonens. diœcesis petitio continebat, à nonnullis etiam ipsius ordinis Abbatibus & Monachis reuocetur in dubium, An appellatione bruni coloris niger color veniat, vel grisens; & sicut eadem petitio subiungebat, aliqui Abbates & Monachi ac moniales ipsius ordinis panno nigro, aliqui verò grisco vtātur, & diuersitas habitus inter eiusdem ordinis professores esse videatur, pro parte eiusdem Hymberti Abbatis nobis humiliter fuit supplicatum: &c.* & infra. *Verba prædicta, bruni coloris interpretantes, quòd appellatione illorum niger tantùm color veniat, & intelligatur, auctoritate Apostolica tenore præsentium ex certa scientia declaramus,*

225 Rogamus modò R. P. Vuadingū, vt nobis explicet; Vtrum in prędictis Pōtificum ordinationibus, & pręceptis de nouo instituatur habitus Canonicorum Regulariū, Monachorum S. Benedicti, & Cisterciensium? si asseruerit, gaudebimus numerari cum talibus; vt possimus dicere cū Hier.[c] *Porrò quòd Pomphilum proferunt laudatorem eius, gratias illi ago meo nomine, quòd dignum me putauerunt quem cùm martyre calumniarentur*; vel cum August. dicamus.[d] *Cernis quàm tibi perniciosum sit tam horribile crimen obijcere talibus, & quàm mihi gloriosum sit, quodlibet crimen audire cum talibus?* Si verò negauerit, rursus interrogabo, quæ sit ratio discriminis inter hanc & illam habitus & coloris assignationem. Credo equidem, nec vana fides, respondere non poterit, nisi, sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas.

c Epistola ad Pammach. & Occanum.

d Lib. 1. cōtra Iulian. cap. 4.

Ostēdunt secūdò nō quālibet mutationem in colore variare essentiā & speciē religionis.

e Tomo 4. de relig. lib. 2. cap. 9. nū. 18.

f In stimulo deuotionis ad antiquā ord. Carmel. ca. 2. § 3. fol. 148.

226 Secundum verò assertum, nempè non quamlibet mutationem, seu determinationem coloris variare essentiam habitus, aut religionis, (id quod optimè docuit P. Franciscus Suarez[e], ex eisdem testimonijs non obscurè patet. Adhuc tamen suadetur vlteriùs. Primò; quia si modò Pontifex præscriberet Franciscanis vnam speciem infimam coloris cinericij, omni alio grisco, vel magis in album inclinante prohibito; (quales hodie in religione Seraphica in diuersis prouincijs esse in vsu, refert inter alios Valerius Ximenez Embun Carmelita,[f] quis diceret substantiam vel religionis, vel habitus fuisse mutatam, & non potius Pontificem determinasse vnum colorem, ne inconsul-

to pontifice possent alio vti?

227 *Offenditur secundò.* Secundò, vt ibidē tradidit Valerius, Religio sanctissimę Trinitatis ante nō multos annos in sola cruce scapularis differebat à Patribus ordinis B. Mariæ de Mercede. Modò autem in Hispania cappis griseis ferè nigris vtuntur, (Vndè Azor [a] ait. *Primum pallio etiam albo vtebantur: sed Pij IV. authoritate fuscum mutarunt*) excepta Lusitania, in qua loco capparum longarū, vtuntur breui birryo, seu mozeta alba, qua eos indutos vidimus etiam in Italia Anno 1623. & 1624. Nunquid si Pōtifex eumdem illis colorem album determinaret, ne etiam inter ipsos, & Patres Dominicanos, quibus valdè conformātur in habitu scandala orirentur, diceré possemus pontificem variasse substātiam religionis, aut habitus, vel illam instituisse denouo; vel dicemus instituisse quando cappam albam commutarunt in fuscam in Hispania.

a Tom. 1. lib. 14. cap. 11. col. 1662.

228 *Offenditur tertiò.* Tertiò, vt ibidē retulit Valerius [b] Patres Carmelitę mutarunt tunicam in aliam longiorem coloris nigri, aut grisei; & inter varias prouincias eiusdē religionis varij coloris varius est vsus in tunicis. Prouincia Galliæ nigrū induunt, quē prouinciæ Aragoniæ Anno 1567. mutauit in griseum. Prouinciæ Cataloniæ, Lusitaniæ, Castella, & Betica à pluribus annis vtuntur grisco colore; hoc vno excepto; quòd Lusitani in itinerib⁹, & domi vtuntur cappis griseis, at omnes alij albis. Nunquid hæc varietas substantiam ordinis, aut habitus variat? Nūquid si Pontifex modò determinaret illis colorem griseum, vel nigrum, dicere possemus illum habitum, & illam religionem instituisse de nouo? Adde. Patres Carmelitę ex albo & rubro cappas colore varitgatas in albas commutarunt, vt refert Valerius [c] Anno 1287. in Capitulo Generali Mōtis Pessulani in die Magdalenæ ex decreto Honorij IV. sub Reuerendissimo Generali Fr. Petro de Amiliano; extatq; de hac re in Speculo ordinis [d] huiusmodi Priuilegiū. *Bonifacius &c. Sanè lecta corā nobis vestra petitio cōtinebat, quòd olim Latino Ostiensi Episcopo, & Geruasio tit. S. Martini in Montibus Presb. Card. significātibus per suas literas inter alia continentes, Priori generali, cæterisq; Fratribus vestri ordinis in generali tunc instanti Capitulo Congregādis, quòd Honorius IV. prædecessor noster de Fratrum suorum consilio eis pia ac prouida deliberatione cōcesserat, vt eorum habitum, siue varietatem ipsius minùs decentem & displicētem quàm pluribus in alium decentem commutarent. Idemq; Prior generalis & fratres postmodum in Capitulo congregati præhabita deliberatione super mutatione huiusmodi præhabita diligenti, vnanimiter statuerunt, vt ex nūc cæteri Priores & fratres ipsius ordinis mantellis diuersorum colorum, quibus vti consueuerant, dimissis, omninò cappis albis in posterum vterentur. Nos itaq; vestris orationibus inclinati; quòd circa huiusmodi mutationem habitus prouidè factum est, ratum & firmum habētes, id authoritate Apostolica confirmamus. Nulli ergo hominū liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere &c. Datum Romæ apud S. Petrum 7. Cal. Decemb. Pontificatus nostri Anno 1.* Nūquid dicemus hanc fuisse substantialem mutationem habitus, aut religionis? atqui non ita indicauit sedes Apostolica, quæ in decreto Clemētis VIII. Pontificatus 11. ann. Christi, 1602. die 13. Nouemb. quod incipit; *Decet Romanum Pontificem*, declarauit Ordinē Carmelitarum [e] debere præcedere religionem B. Mariæ de Mercede. Huius decreti meminit Iacobus Castellanus [e], & ex illa retulit M. Marquez [f].

b Fol. 151.

c Fol. 151. cap. 2. § 3.

d Fol. 70.

e In Compend. Constit. Pontific. fol. 220.

f Cap. 29. §. 1. pag. 344.

229 *Offenditur quartò.* Quartò, ex Ioanne Andrea in Clement. *Cum rationi* de electione & electi potestate; Dixerat Pontifex: *Cum rationi non congruat, vt homines disparis professionis, vel habitus, simul in eisdem monasterijs socientur, prohibemus, ne religiosus aliquis in Abbatem, vel Prælatum alterius religionis, vel habitus de cætero eligatur.* In quæ verba sic notat Ioannes Andreas. *Non dicit*, coloris: *Per quòd videtur, quòd omnes regulares Canonici, qui profitentur regulam Augustini, licèt varient in colore, quia aliqui habent colorem nigrum, alij album, alij griseum, alij mixtum, inuicem eligi possunt. Quòd videtur maximè; quia dicitur ipsorum habitum esse lineam togam, quam sub cappa deportant.* Et infra. *Item in quibusdam religionibus est videre: quia est etiā duplex color, vnde videmus, quòd Cistercienses, & griseo, & albo colore, prout placet, vtuntur. Vbi verò color esset de habitu & ipsius substātia, diuersitas ipsius coloris, induceret diuersitatē habitus.* Pontifex ergo Gregorius IX. non mutauit essentiam habitus, aut religionis Eremitarum S. Ioannis, præcipiendo, vt eligerent album, vel nigrum colorem, ex quibus ipsi nigrum elegerunt: Quia de substantia habitus prædictorum Eremitarum tantum fuerat color, quem natura daret in velleribus, siue albus, siue niger: voluit autem Pōtifex, vt ipsi determinarē vnum eligerēt, sicut & Sixtus IV. Cisterciensibus album, vel nigrum subiato griseo determinauit.

230 *Offenditur tertiò nō quamlibet mutationem in parte habitus variare.* Tertium verò assertum, nēpe nō quamlibet mutationem in parte habitus variare essentiam religionis, aut habitus, satis probatum manet ex dictis. Adhuc tamen vltra roboratur. Primò; quia vt existimo nemo

dices

dices Clarenos non fuisse ordinis Frãciscani; & tamen mutarunt ex parte habitũ Frãciscanorum. sic enim ait Illustriss. Franciscus Gonzaga.[a] *Antequam huiusmodi trãsitus* (nempè ad Frãciscanos obseruantes à Sixto IV. Anno 1477. ad instantiam Francisci Santonis Generalis) *contingeret, præfati Clareni & domine, & habitu ab innicem, atq; ab alijs tum Conuentualibus, tum quoque obseruantibus Franciscanis distinguebantur. Ab inuicē quidem, quia qui Episcoporum ditiõis audiebant, breui habitu, simplicīq; caputio ante & retro ad cordam vsq; pyramidali forma pendente, cui à tergo pāntea lingula harebat, vtebantur; & Achatini, siue Clarenuli appellitabantur. Alij verò, qui Generali ministro obediebãt, consimili habitu, dempta penduli illa lingua omninò amiciebantur, fratresq; Clareni dicti sunt. Sed ab obseruantibus, necnon & Conuentualibus Franciscanis, quibus longior, latior, atq; honestior habitus, duplexq; caputium est, in omnibus ferè discriminabantur. Ab his igitur Clarenis, secunda, vel potiùs prima Franciscani ordinis reformatio, post eius institutionem exordium sumpsit.*

231 Secundò. Secundò; Patres Capucini mutarunt ex parte habitum Franciscanũ, & tamen non variarunt essentiam religionis, vel habitus Franciscani. Similiter Cõgregationes Discalceatorum, v.g. Carmelitarum, non paruam mutationem in habitu introduxerũt; & tamen non variarunt essentiam habitus, aut religionis. Vnde Clemens VIII. apud Emanuelem Rodriguez[b] bulla 3. è. pro Carmelitis Discalceatis. Data Romæ 20. Aug. Anno 1603. sic determinauit. *Declaramus ordinem & Congregationem dilectorum filiorum reformato. um discalceatorum ordinis B. Virginis de Monte Carmelo, vnũ esse ex quatuor ordinibus mendicantibus, ordinem scilicet Carmelitarum, eius religiosi strictiùs regulam à bo. me. Alberto Patriarcha Hierosolymitano habitantibus in monte Carmelo traditam, & à feli. rec. Innoc. Papa IIII. prædecessore nostro confirmatam profitentur & obseruant. &c.*

232 Ratio adducitur. Ratio autem, quare non semper mutatio, vel in colore, vel in aliqua parte variet essentiam religionis, aut habitus, hæc est; quia mutatio potest esse duplex. prima, accidentalis, vel etiam integralis; & hæc non variat essentiam rei. Secunda, substantialis & essentialis, & hæc variat essentiam rei, in nostra autem causa determinatio facta à Gregorio IX. & Alexãdro IV. non fuit substantialis, & essentialis, sed accidentalis, seu integralis, sicut v. g. si modo Pontifex determinaret habitũ religioni Seraphicæ præcipiendo, vt semper & in omni euentu portarent pallium, quòd nunc pro voluntate portare possunt: ea mutatio non esset substantialis, sed accidẽtalis, seu integralis. Substãtia enim habitus Franciscani est Tunica coloris vilis, fune præcincta: sic ergo substantia habitus Eremitarum S. Ioannis Boni erat tunica eius coloris, quē lana naturaliter daret, siuè albi, siuè nigri, corrigia ampla præcincta; omne aliud; quòd Papa determinauit, vel fuit accidens, seu proprium, vel pars integralis, aut nouiter addita, aut nouo modo addita, vel declaratio & præceptio Pontificia eius, quòd iam ipsi portabãt, vt diximus de habitus Canonicorum Regular. Monachorũ S. Benedicti, & Cisterciẽsium Põtificia assignatione. Hāc ratione de integritate habitus prædictorũ Eremitarum erat delatio baculi pro libito tamen portandi, vel in his, aut illis occasionibus; Pontifex autem præcepit: vt semper illum portarent. Sic illa Congregatio portabat calceos, non vt substantiam habitus, sed tanquam accidens determinatũ, quòd iam conueniebat eidem Congregationi. Quæ omnia constat ex verbis Bullę Gregorij IX. & Alexandri IV. ibi. *Nunc succincti tunicas cum corrigijs; baculos gestantes in manibus; nunc verò dimissis baculis,* (tunicas cum corrigijs numquam dimiserunt, quia erat habitus essentialis. Baculos autem aliquando dimittebant; quia tantùm erat, vel accidẽs proprium, vel quædam pars integralis, separabilis sinè destructione essentiæ) *incedebant.* Et infra. *Qua nigra, vel albi debebant esse coloris;* & infra. *Quòd à quibusdam ipsorum calceamenta liberè videantur.*

233 Ex his patet clara responsio, ad obiectionem supra factam. Pontifex enim tantùm determinauit accidentia, quorum omnia, excepta continua portatione baculi, iam erant in vsu; vel licèt non essent in vsu, tamen erãt accidẽtia, atq; adeò non variauit substantiam habitus à S. August. instituti, sicut neq; S. Bonau. variauit substantiã habitus à D. Francisco instituti, ex eo quòd instituerit, vt fratres portarẽt caputia, (vt notauit Marquez[c]) dissuta scilicet à tunicis, quia tunicis assuta, semper à principio portarunt, vt suprà ostendimus exemplo S. Fr. Aegidij ex Antonino relati. ex determinatione autem accidentali, vno vel alio modo facta, non sequitur, quòd Eremitæ S. Aug. non acceperint ab ipso sancto Doctore habitum Eremiticũ, quoad substantiam; sicut ex eo, quòd aliquis determinauerit accidentia, habitus Benedictini, quæ D. Benedictus non determinauit, nõ sequetur, quòd

233 Patronis applicatio.

S. Pa-

[a] ... I. p. Chronic. pag. ...

[b] In Compend. priuileg. pag. 2183.

[c] Cap. 4. §. 1. pag. 33.

S. Patriarcha non designauerit habitum quoad substantiam, illum autem non præscripsisse accidētia, quoad genus tegumenti, testatur Theodemarus Abbas Cassinēs.[a] quam trāscripsit R. P. Fr. Antonius Iepes,[b] vbi ait. *de genere tegumēti nihil B. Benedictus in suo textu regulæ locutus est, ob hoc scilicet vt cōijcere possumus: quia diuerso modo hoc vidit à plerisque monachis vti tegumento; nam Galliarum Monachi hoc laxiùs, & prolixiùs induuntur; Itali verò Monachi, sicut nostri, breuiùs & strictiùs, huiusmodi vestimētum habēt, Græci verò propter operimentum capitis modicum, tantùm, ante pectus, & à dorso dependens. Transmarini autem Monachi huiusmodi opertmentum pellicium habēt. Ergo quia B. Benedictus vidit Monachos tantam in hoc indumēto diuersitatem habere, vnicuique monachorum, quod ex his potiùs eligere vellet, suo arbitrio dereliquit.*

[a] In epist. ad Carolum Magnum.
[b] Tom. 3. Historiæ Benedictinæ in Append. fol. 23. pag. 2.

AD NVMERVM IV.

Eremitæ Brictinenses interposita appellatione distulerunt obedire Bullæ Gregorianæ.

234 Assertio ad versarij. POstquam transcripsisti bullam Greg. IX. arguĕris Episcopos Marchiæ Anconitanæ propter remissionē in exequendo mandato Apostolico, subdis; neq; id suffecisse, vt habitum, nec corrigiam vellent Patres Eremitæ portare; nam personaliter cùm quibusdam suis fratribus Fr. Andreas Prior generalis maioris partis Eremitarum Marchiæ, corā Pontifice se constituit, appellationem prosequuturus. Negata tamen facultate prosequutionis, humiliter cùm socijs supplicauit, vt eis concederet cucullas portare distinctas, quo vel solo distinguerentur à Minoribus: neq; eos cogeret colorem mutare. Annuit Pontifex, scribens ad Episcopos Marchiæ literis datis apud Criptam Ferrat. 15. Cal. Septēb. An. 14. Pontif. vt eos cogerent portare cucullas discinctas intra terminum præfigendum ab Episcopo Firmano, & Abbate de Cliento ord. Cisterc. ad quos super eodem dedit binas literas, alias apud Criptam Ferrat. 12. Cal. Septemb. Anno 14. & alias datas apud Criptam Ferrat. 10. Cal. Septemb. Anno 14. præcipiens, vt authoritate pontificia præfigerent prædictis Eremitis terminum ad id faciendum Natiuitatis dominicæ proximum festum. Has tres bullas asseris contineri in Regesto Gregorij IX. sub anno 14. numeris 140. 141. & 142.

235 Ostenditur pri mò eam pro ficere, & con- Ad hæc, licèt offensiua sint verba, non remaledicimus; sed tamen dicimus duo. Primum est, literæ Pontificiæ Gregorij IX. quas modo dedisti in lucem, non officiūt, sed proficiunt, *nisi fortè*, vt August. dixit,[c] *ideò non vos Apostolica verba suffocant; quia & vos ea commemoratis*. Confirmant enim ea, quæ asseruimus in respons. ad num. 3. verba Gregorij, quæ ad rem faciunt, hæc sunt. *Sed vobis, vt accepimus circa mandati nostri executionem tepidis existentibus & remissis contra nostræ prouisionis contemptores, occasione cuiusdam appellationis, quam ad nos super his interposuisse dicuntur, minimè procedendo; Fr. Andreas Generalis Prior maioris partis Eremitarum Marchiæ* (alio nomine, Prior generalis Brictinēsium, vt patet ex Bulla Alexandri IV. quam adducis nu. 14. data Laterani 8. Cal. Martij Anno 2. Pontif. atq; adeò Christi 1256. ibi. *Intelligentes verò Frater Andreas tunc generalis Prior de Brictinis ordinis prædicti &c.*) *cum quibusdam fratribus suis in nostra præsentia constitutus, se admitti ad prosecutionem appellationis tam dictæ cum instantia postulans. Nos autem friuolam reputantes eandem, ipsam super hoc, sicut nec debuimus, non duximus audiendum. Cæterum dicti Prior, & fratres pro se, & Eremitis prædictis nobis humiliter supplicarunt, vt eis cucullas portare discinctas concedere curaremus, mandatū nostrum de cucullis nigri coloris ferendis misericorditer relaxantes, eò quòd talis vsus cucullarum ad distinctionem habituum, satis sufficere videretur. Nos autem eorū in hac parte supplicationibus duximus annuendum.*

[c] Lib. 2. operis imperfecti contra Iulianum nu. 121.

[c] fementer affectu in responsione ad numerum 3.

Ex his Pontificis verbis constat. Primò, Eremitas S. Ioan. Boni executos fuisse ordinationē Apost. quæ colorem nigrū cucullarum, quem ipsi elegerant ex albo vel nigro, quem iuxtà suam institutionem portare debebant, in particulari determinauit. Quæ cōsentt cū ... Pontificis. Secundò, eos, qui Pontificem appellarunt, fuisse Eremitas Brictinenses: de quibus solis in prædictis tribus bullis fit mentio. Tertiò, Fr. Andreā Priorem generalem Brictinens. cum Pontifex præciperet Episcopis vt appellatione postposita, decretum suum executioni mandarent, personaliter cum quibusdā ex suis fratribus ad sedem Apostolicam accessisse, & cum instantia postulasse, vt ad prosecutionē appellationis admitteretur. Quartò, cùm Pontifex illos nollet admittere ad prosequēdam appellationem, ipsos humiliter supplicasse: vt eis cōcederet portare cucullas discinctas, dummodò non cogeret ad portādum colorem nigrū, seq; malle corrigias dimittere, quàm colorem cucullarum mutare. His autem in hac parte Pontifex annuit: quia talis vsus cucullarū sufficiebat ad habituum distinctionem, quam Pōtifex prætendebat. Eccę

tota

tot ex causa, ecce dilatio executionis decreti Pontificij interposita appellatione, subsecuta personali accessione ad sedē Apostolicā, & postulationes facultatis ad prosequendam appellationem, & deniq; adiecta humili supplicatione concessionis, portandi cucullas discinctas, ne obligarentur deferre cucullas nigri coloris. Et hæc dilatio ex tàm iustis causis appellatur non semel, sed tertiò quoq; verbo (quo animo ipse viderit) à P. Vuadingo, modo reluctatio modo renitentia, vt dicere possimus cum Bernardo. [a] *Hæc fuit tota violentia nostra, sic nos de medio tulimus domini illam. Inexcusabiles sumus, si rogare, vim irrogare est.* Hæc quidem fuit reluctatio, & renitentia nostra; inexcusabiles sumus, si rogare, supplicare, appellare, vim irrogare, reniti, & reluctari est. Velim autem, vt diceret mihi R. P. Vtrum appellanda sit reluctatio, & renitētia, defensio, qua Patres Franciscani in habitu Franciscano depingunt Beatam Claram de Monte Falco, non obstante declaratione Congregationis Cardinalium præpositorum interpretationi decretorū Sacri Concilij Tridētini facta die 17. Octob. An. 1577. quā adducit Marquez, [b] & præcepto Nuncij Apostolici in Hispania super ea re ante paruos annos expedito? Eritne etiam reluctatio, & renitentia, perseuerantia Illustrissimæ Religionis Dominicanæ in depingendo imaginem S. Catharinæ Senensis cum sacris stigmatibus, non obstantibus bullis Sixti IV. quæ id prohibuerunt? Eritne etiam reluctatio, & renitentia, dilatio executionis decreti Gregorij XV. præcipientis plura circa gubernationem monialium, cui omnes religiones modo licito appellationis, seu supplicationis, accedente fauore regio se opposuerunt, & hucusq; non venit in executionem? Quis dicat in his defensionibus, & similibus fuisse reluctationem, & renitētiam? Ego non dixero. Quomodò igitur dici poterit fuisse reluctationem, & renitentiam in appellatione, & supplicatione Brictinensiū? An qui parua scaphula deprædatur, pirata dicitur, qui verò ingenti classe triremibus armata prædam capit, egregius Imperator?

[a] Epist. 151. ad Abbatem Præmonstratensem.

Supplicatio, & appellatio non est renitentia, & reluctatio.

[b] Cap. 15. §. 2. pag. 414.

236 Secundum, quod dico, est. Dum asseris Bullam Gregorij IX. datā laterani 15. Cal. Aug. anno 14. Pontificatus non sufficisse, vt habitum nigrum, nec corrigiam vellent hi Patres Eremitæ gestare; & num. 13. addis Alexandrum IV. coegisse Brictinenses, vt assumerent habitum ab ipsis petitum, vt fugerent nigri coloris vestem, & corrigiam supponis Gregoriū IX. illis præcepisse vestem nigram, & corrigiam tāquā res nouas, & ipsis insolitas, eosq; renuisse acceptare, non solùm vestem nigri coloris, sed etiam corrigiam; hæc autem, quantùm ad corrigiam spectat, quàm sint à verò aliena, vel tu ipse videbis, si legeris, etenim Eremitæ Brictinēses (de quibus agunt tres bullæ, quas subijcis.) nolebant quidem gestare habitum nigrum, tamen tantùm abest, quòd non vellet portare corrigiam, quòd potiùs, ne cogerentur habitum nigrum de nouo acceptare, offerebant dimittere corrigiam, concedente Pontifice, quam portauerant, & tenebantur portare, ex statuto ipsius religionis cōfirmato per sedem Apostolicam. Hoc adeò euidens est in ipsa bulla, vt miratus valdè fuerim, quo modo, vel non potueris, vel nolueris id videre. Primò enim qua ratione poterant supplicare, vt Pontifex eis concederet portare cucullas discinctas: quia hoc sufficiebat ad habituū distinctionem, & Pontifex annueret supplicationibus, nisi quia eo vsq; portauerāt cucullas præcinctas corrigijs? Si enim portassent discinctas, satis distincti essent à Franciscanis, atq; adeò statutum Greg. IX. non comprehenderet illos, qui sub ea cōditione admisit eorum supplicationem. Secundò, & clariùs. Quia Gregorius IX. in prima ex tribus bullis à te subiectis, sic ait, ad finē, concedens illis, vt portarēt cucullas discinctas. *Non obstante statuto de ferendis corrigijs super cucullis ab eis edito, & per nos, vt dicitur confirmato.* Quomodò ergo dici poterit decreta præcedentia Gregorij IX. non sufficisse, vt hi Patres Eremitæ vellent gestare corrigiā, quasi rem nouiter præceptam, & illis insolitam, hi inquam Patres Eremitæ, qui ex statuto ab illis edito, & per ipsum Gregorum IX. confirmato Anno 1235. tenebantur ferre super cucullā corrigia ampla præcinctam; & cum quibus Pontifex in eadem bulla, ex qua oppositū elici supponis, dispēsat in prædicto statuto, admittens eorum supplicationē offerētiū se velle exinde ad distinctionem habituum relinquere corrigiam, & portare cucullas discinctas? Quas sanè si antea portassent, discinctas, tunc non offerrent, tāquam quid nouum, & sufficiens, vt Pontifex annueret eorum supplicationibus. Sed instat Pennotus, [c] quia si Eremitæ S. Aug. crederent suū habitum esse à B. Augustino institutū, & se esse de numero Eremitarū à B. Augustino institutorum, cur petierunt dispensationē super corrigia ferēda, & illā obtinuerunt,

Suppositio aduersarij.

Quoad corrigiam est · adiu tur falsa.

Primò.

Secundò.

Instantia Pennoti.

[c] Lib. 1. ca. 16. num. 6. pag. 26.

 & quis

& quis credat illos à ferẽda corrigia dispẽsari voluisse, si sanctũ Augustinũ ipsã corrigiam portasse, & instituisse crediderint? Respondeo solos Eremitas Brictinẽses petijsse, & obtinuisse prædictã dispensationẽ: secus verò fecit Congregatio Eremitarũ S. Ioannis Boni, cum quibus præcipuè loquebatur decretũ Gregorianũ. Errauit tamẽ Congregatio Brictinensis in prædicta supplicatione dispensationis, vt statim dicam. Neq; mirum est petijsse dispensationẽ super corrigia instituta, & portata ab Augustino; quia id petierunt, licèt errauerint, ex motiuo, quod mox subijcio.

Responsio.

Errasse Brictinensis cũ velent dimittere corrigiam potiùs quã colorem habitus.

Addo tamẽ Eremitæ Brictinenses errauerũt in prædicta supplicatione, quoniam reliquerunt corrigiam, quæ erat illis pars essentialis, & conseruauerunt colorẽ, cuius determinatio non erat illis essentialis, pro essentia enim coloris proprij habitus tantũ requirebatur vilitas coloris, quæ satis conseruabatur in colore nigro. Hęc enim omnia constant ex statuto, quod ipsi ediderãt, & Greg. IX confirmauerat, quod adducit Marquez,[a] & nos paulò infra pro maiori declaratione afferemus ad verbũ: ibi. *Cæterum humiliter attendentes quòd, regnum Dei non in veste pretiosa consistit, & quòd induti paupertatis habitum conditor singulorum, laudabiliter statuistis, vt fratres vestri ordinis, de colore, seu valore vestium minimè contendentes, semper in eis vilitatẽ obseruent, & quatuor tunicis, vnã tunicella, & duobus scapularijs sint contenti. Itẽ quilibet frater cingatur desuper ampla corrigia non consuta & illa contentus existat.* Quid clarius ad probandũ per iniuriam dici prædictos Eremitas noluisse, portare corrigiam, nec ad id suffecisse decreta Gregoriana? vt autem prędicti Brictinenses mallent corrigiã potiùs, quàm colorem deponere, potuerũt moueri, vel quia patentior erat oculis hominũ variatio coloris, quàm dimissio corrigiæ; vel quia iudicarunt facilius sibi à futuro Pontifice (sicut, & accidit.) restituendam corrigiã admissã, quã colorẽ mutarũ.

Quæ eorum motiua.

[a] Cap 14. §. 8. pag. 268.

238 Neq; adeò mirum est religionem aliquã accedente dispensatione Pontificia dimisisse partem aliquã essentialẽ, siuè tunc dicẽda sit omninò eadem religio, siuè diuersã. Sic in Cathalonia aliqui Monachi Benedictini cucullam, & caputium dimiserunt; & pileo, collari, & pallio ornati tanquã Clerici incedunt, vt, et nos non semel vidimus sic etiã in vrbe Neapolitana Moniales Augustinianę Conuentuũ Regalium S. Mariæ Magdalenæ, & S. Marię Ægyptiacæ, non solum reliquerunt corrigiã Augustinianam, verum, & illam in funem franciscanũ cõmutarũt. Audiamus Illustriss. Franciscum Gonzagam de Conuentu S. Mariæ Magdalenæ, a Sancia Regina fundato loquẽtem.[b] *Hoc Monasterio*, inquit, *B. Mariæ Magdalena facro impetrata prius à Ioanne XXII Pontifice max. facultate, Anno à partu virginis 1324. ex Regio peculiarique patrimonio intra nobilissima Ciuitatis Neapolitanae mœnia, vt mulieribus in peccato existentibus de idoneo, per opportunoque loco prouiderit, feliciβimum initium dedit.* Et infra. *Huius sacra domus sorores Augustiniani ordinis habitu, atque professione viuunt; dumque solemne votum emittunt cura correctioni, atque subiectioni fratrum minorum se deuouẽt. Qua etiam de causa Cingulum, siuè Chordam B. P. Francisci deferunt. Commorantur denique frequentibus hoc in Monasterio 140 sorores; Nunc tam honestæ Virgines.* Et dũ de Conuentu S. Mariæ Aegyptiacæ, sermonem instituit, sic habet. *Fuit sorores quæ numero sunt. 90. D. P. Augustini regulam solemniter profitentur, Augustinianoque habitu, & Franciscana chorda vtuntur, atque minoritis fratribus ex solemni fusione, subsunt.* Sic etiam, vt refert idem Illustrissimus Gonzaga eloquens de prouincia S. Francisci,[c] & Monasterio 14. monialiũ, quod est S. Narnij *prædictum monasteriũ a duobus vterinis fratribus, quorum alter B. P. Francisco, alter verò B. P. Augustino deuotus erat, ex communi patrimonio constructum, atque monialibus traditum fuit. Quarum vtriusq; deuotioni satisfacere vellent, D. Augustini regulam sub franciscano tamen habitu* profitebantur; non ergo valdè mirum est, quod accedente dispensatione Pontificia Brictinenses dimitterent corrigiam; licèt partem essentialem habitus, cum moniales prædictæ Neapolitanæ, eã commutarint in chordam franciscanã eo tempore, quo extra controuersiam est corrigiam fuisse de substantia habitus Augustiniani; Et moniales Frãciscanæ regulam Seraphici Patris omiserint, quam postea, prout ab Vrbano IV. confirmata fuit, ex præscripto Episcopi Narniẽsis accipere coactæ sunt; & monachi Benedictini reliquerint iã pridem cucullam, & caputium.

Progreditur responsio, & mirũ non esse religionem aliquam ex dispensatione Pontificia partem essentialem habitus dimisisse ostẽditur.

[b] 1. Chron. Franc. pag. 147. & 148.

[c] 2. p. Chron. Pag. 174.

AD NVMERVM V.

Vindicatur ordo Augustinianus à reuitentia, & reluctatione illi imposita.

139 IN præcedentibus irrogasti iniuriam, vt manifestè conuicimus, Eremitis B. Ioannis Boni, & Brictinensibus, duplici congregationi Eremitarum Ordinis S. Aug. modò niteris renitentiam, & reluctationem, quam

Assertio aduersarij.

quam sic pro modestia religiosa appellabas, vniuersæ Religioni Augustinianæ attribuere, addens; *vniuersa ea industria Gregorij non potuisse fieri, vt Eremitæ Augustiniani in eum habitum conuenirent.* Fundamentum autem huius machinæ, & ædificij hoc est; quia post vnionem quarundam Congregationum factam ab Innocent. IV. immediato Gregorij successore, Richardus S. Angeli Diaconus Card. cui vniuersis Augustinensiū ordo fuit commissus, egit cum Eremitis Augustinianis, de certo & determinato habitu assumendo ad differentiam aliorum ordinum, eisq; concessit ex consilio discretorum ex eisdem virorum eundem habitū, quem antea Gregorius Pontifex præscripsit, efformatis baculis in crocias ad modum Thau, quæ ferularum genera Hispanicè & Italicè vocātur, Muleta, quorum transuersum lignulum prohibebat esse curuum, sed directū. Richardi Cardin. literas Innōc. IV. suis insertas confirmauit, habeturq; in eius regesto Num. 15.

240 Duo autē notat Vuandingus Circa prædictas literas. Primū est, nullibi assignatur pro ratione assumendi huius habitus, eum fuisse originarium Ord. S. Aug. neq; à S. D. præscriptum; sed ad differentiam à minoribus, alijsue ordinibus. Secundum est; prędictę literę datę sunt non ad hanc, vel ad illam Congregationem, sed ad vniuersos Eremitas ordinis S. Aug.

Duę notationes Vuandingi.

241 Tot sunt in hac narratione Commenta, quę castigatione indigeant, vt ferè inopem me fecerit refellendorum copia. Tot sunt huius monstri capita, vt vix Herculis vires detruncationi sufficiant. Sed separemus singula, vt abscindamus facilè. Dicis quidem plura longè à veritate distātia. Primò, quasi rem notam supponis in limine, Innocentium IV. fuisse immediatum Gregorij IX. successorem, & tamen nemo non nouit immediatum Gregorij IX. successorem fuisse Cœlestinū IV. antea vocatum Gaufridum de Castiglione, Mediolanensem, quem Greg. IX. in prima creatione quinq; Cardinalium Romæ in quatuor temporibus Sept. Anno 1227. fecerat ex Cancellario Ecclesiæ Mediolanensi Presb. Card. tit. S. Marci; & in quarta creatione duorum Cardinal. Romæ Anno 1240. ad Episcopatum Sabinensem euexerat. Is ergo post Greg. IX. immediatè electus 9. Cal. Octob. Anno 1241. & ante Coronationem 17. diebus ab electionis die ibidē decessit; nempè Romæ 7. Idus Octobris Anno 1241. sed permisit Deus, vt in re notissima in limine errares, vt agnosceremus quale futurū esset ædificium: vt ex errore præliminari interiores insidias caueremus. *Nec sanè debemus opinari* (ait Aug. [a]) *quòd serpentem sibi per quem tentaret, persuaderetq; peccatum diabolus elegerit; sed cum esset in illo propter peruersam & inuidam voluntatem decipiendi cupiditas, non nisi per illud animal potuit, per quòd posse permissus est.* Hæc aūt sic explicat Illustriss. Card. Bellarm.[b] *voluit Deus, vt si diabolus tētare vellet, id non faceret nisi per serpentem; vt sicut diabolo permittebat tentare, ita hominem admoneret ex ipsa forma serpētis, quem callidum animal esse non ignorab. t, vt caueret insidias.*

Prima aduersarij suppositio, quod Gregor. IX. successerit immediatè Innoc. IV. falsa conuincitur.

a Lib. 11. de Gen. ad lit. ca. 3.

b Lib. 3. de amissione gratiæ cap. 3. col. 104.

242 Secundò, supponis decretum Richardi Cardin. editum fuisse, quia tota Gregorij industria non sufficit vt Eremitæ Augustiniani, in habitum à Gregorio præscriptum conuenirent. Sanè, neq; sufficiet tota tua industria, vt id persuadeas legentibus, & intelligentibus. Primò, quia in hoc decreto Richardi edito Assisij 9. Cal. Iulij Pontificatus Innoc. IV. anno 10. atq; adeò Christi 1253. quia electus fuit 8. Cal. Iulij Anno 1243. Neq; vllum verbum habetur de præcepto Gregorij IX. aut controuersia exorta inter Minores, & Augustinianos; aut de differētia ab ordine Minorum; sed tantùm ad differētiam aliorum ordinum; si autem Eremitæ, ad quos hę literæ datæ sunt, adeò renitentes & reluctantes, vt vis in obediendo preceptis Gregorij IX. fuissent quis credat neq; Richardum Card. neq; Innocentium Pontificem vllam facturos mentionem renitentiæ & reluctationis? Secundò Bullæ Greg. IX directæ fuerant ad Eremitas S. Ioannis Boni, & deinde ad Brictinēses; at verò decretum Richardi, & Confirmatio Innocentij ad Eremitas S. Aug. sic specialiter appellatos. Tres quippè fuerunt, vt supra ex bulla vnionis aduertimus, diuersæ Cōgregationes. Prima Eremitarum S. August. secunda Eremitarum S. Ioannis Boni. tertia Eremitarum Brictinensium; licèt omnes tres essent generaliter ordinis Eremitarum S. Augustini. Quo modo ergo ex decreto Richardi Cardinalis, & Innocētij Papæ probari poterit; non potuisse fieri industria Gregorij, vt Eremitę Augustiniani conuenirent in habitum à Gregorio IX. præscriptum? Et si Gregorius IX. non prescripsit habitum Congregationi Eremitarum S. Augustini, sed Congregationi Eremitarum S. Ioannis Boni, & Brictinēsium: & Richardus & Innocētius, nō agunt cum Congregatione Eremitarum S. Ioannis Boni, aut Brictinensium, sed cum Congregatio-

Secunda eiusdem suppositio, quod Gregorij IX. industria non fuit sufficiens vt Erem. Augustiniani in habitu conuenient. Reijcitur primò.

Reijcitur secundò.

gatione Eremitarū S. Augustini, quomodò dici potest, decretum Richardi & Innocētij editum fuisse: quia industria Gregorij non sufficerat, vt in eum habitum conuenirent? ô quantum officit veritati, loqui ex voluntate!

243 Tertia aduersarij assertio explóditur.

Tertiò dicis Richardum & Innoc. præscripsisse Eremitis Augustinianis eundem habitum, quem Gregorius IX. præscripserat. Sed in hoc etiam falleris. Quia Gregorius expressit, vt largas & protensas manicas haberent ad instar cucullarum, & desuper ferrent peramplas corrigias, & portarent in manibus baculos quinq; palmorum grandium, & non distinxit habitum professorum, nouitiorum, & conuersorum. At verò Richardus, & Innocentius nō exprimunt, quòd manicæ sint ad instar cucullarum, neque quod corrigiæ sint peramplæ, neque, quod baculi sint quinque palmorum grandium, & præterea distinguunt habitus professorum, nouitiorum, & conuersorum.

244 Corroboratur ampliùs. a Lib. 4. de vita, & laud. D. Aug. cap. 24. fol. 116.

Omitto, quòd Ludouicus ab Angelis a adducēs maiorem partem prædicti decreti Richardi Cardinalis, in habitu professorum, hæc addit. *Scapulariu verò album cingulo desuper cinct.*; & in habitu Nouitiorum, hęc, *Tunicam albam, & scapulare album.* Quæ si vera essent, lōgè diuersus foret habitus à Gregor. IX. præscriptus, atq; hic, qui assignatus fuit à Richardo & Innocētio. Cæterum, in hac parte magis tibi crediderim: quia ille traulatum facilè vitiabile, tu verò vidisti Bullam in Regesto Pontificio; & nihil est quòd repugnet, ne dicamus inesse vitiū scribentis, vel legentis defectum.

244 Quarta eiusdē assertio.

Quartò dicis Bullam prædictam datam fuisse non ad hanc, vel illam Congregationem; sed ad vniuersos Eremitas ordinis S. Augustini; in hoc etiam tua te confusione cōfundis, & falleris. Quamuis enim in fron-

Improbatur.

te habeat, *ac fratribus Eremitis ordinis S. Aug.* tamen loquitur ad vniuersos Eremitas ordinis S. Aug. in speciali congregatione, quæ peculiariter appellabatur ordinis Eremitarum S. Aug. non verò in generali, ita vt cōprehenderet Eremitas S. Ioannis Boni, &c. id euidenter patet. Primò, quia Innocentius sic ait. *Richardus S. Angeli Diaconus, cui ordo vester à Sede Apostolica est commissus.* at Richardo Card. commissa erat specialis Cōgregatio Eremitarum S. Aug. vt constat ex Bulla Innoc. IV. quam adducit Marquez b data Laterani 7. Ian. Pontif. Anno 1. atq; adeo Christi 1244. ad Eremitas Tusciæ sub regula S. Aug. eius ordini vnitis: ibi *Si verò super præmissis aliquid difficultatis emerserit, ad dilectum filium nostrum Richardū S. Angeli Diaconum Card. quem vobis correctorem, ac protectorem deputamus, recurratis*: & ex Bulla Alexandri IV. quam etiam affert Marquez, c data Laterani 4. Cal. April. Pontif. Anno 3. atq; adeò Christi 1257. ibi. *Sanè meminimus, quòd fel. rec. Innocentius PP. prædecessor noster dudū iniunxit, vt Priores, & fratres Eremitas Tusciæ, quos suæ curæ & gubernationi cōmiserat, ad suam præsentiam citares*, non ergo prędictum decretum dirigitur nisi ad eam congregationem, quæ specialiter vocabatur Eremitarum S. Aug. quæ tantùm erat cōmissa Richardo Card. Secundò, quia hæc Bulla Innocentij data est die 1. Iulij Ann. 1253. eodem autem anno & tempore Cōgregationis Eremitarum B. Ioannis Boni protector erat Guillelmus de Flisco, Innocētij IV. nepos, & Diac. Card. S. Eustachij, vt constat ex Bulla Innocētij IV. ad Eremitas S. Ioannis Boni directa (quam ad verbum adduxit Marq. d & tu ipse sępè allegas, præcipuè §. 2. nu. 6. vbi ais contineri in Regesto Pontificio Innoc. IV. Anno 10. nu. 655. fol. 263. pag. 2.) data Perusij 17. Cal. Maij, Pontific. anno 11. atq; adeò Christi 1254. quia electus fuit 8. Cal. Iulij An. 1243. ibi *Dilecto filio nostro Guilielmo S. Eustachij Diacono Cardin. cui dudum generalem curam ordinis prædicti cōmisimus &c.* decretum ergo Richardi, quòd tantùm comprehendit eos Eremitas, quorum protectio illi erat commissa, non spectat ad Eremitas S. Ioannis Boni, quorum protectio commissa erat Nepoti Pōtificis; atq; adeò nō dirigitur ad vniuersos Eremitas S. Augustini quomodolibet appellarentur, sed ad eos tantùm, qui peculiariter appellabantur Eremitæ S. Augustini.

b Cap. 3. §. 3. pag. 21.

c Ibidem.

d Cap. 13. §. 17 pag. 245.

245 Quinta eiusdem assertio.

Quintò dicis, & notas, nullibi prò ratione assumendi habitus Augustiniani assignari, cum esse originarium ordinis S. Aug. neq; à S. Doctore præscriptum. Ego ad hanc obiectionem duo dicam. Primò notabo vnum. Secundò respondebo aliud.

Notatio pro responsione.

Noto. in nulla ex Bullis, quas pro hac parte in tui fauorem adduxisti, & in quibus Augustinianus habitus præscribitur ad differentiam ordinis Minorum, adducitur pro ratione habitum priùs à prædictis Eremitis gestatum, antiquiorem esse in Minoribus quàm in Augustinianis; si autem esset antiquior in Minoribus quàm in Augustinianis, Pontifex id non omisisset, qui vel ea sola ratione decretum suum iustificaret, cùm iuri, & rationi consonum sit, vt antiquior possessor in suo iure conseruetur, &

ille

ille repellatur, qui nouiter antiquam & pacificam possessionem turbare tentauit.

246 Responsio. Hoc notato Resp. Quòd Pontifex cum habitum præscribens, non assignauerit pro ratione, cum fuisse à S. Aug. præscriptum, non solùm non obest, verùm & prodest; si enim ex eo prædictum habitum ab illis attemptari præciperet, quia is esset à S. Aug. præceptus, & determinatus, conuincerentur prædictos Eremitas eò vsque non fuisse vsos habitu præcepto, & determinato à S. Aug. Quòd ex diametro nobis opponeretur, qui credimus nostros Eremitas semper fuisse vsos habitu ab Augustino præscripto. Cùm enim vterentur tunica alba, vel nigra, & corrigia illam præcingerent, semper conseruabãt habitum essentialem à S. Aug. præceptum; vt enim in principio Responsionis ad hunc §. 4. aduertimus, Eremitæ S. Augustini in Africa, licèt frequẽtiùs vterentur colore nigrò, tamen etiam albũ admittebant; vt ex actis Fulgentij colligit Illustriss. Card. Baronius,[a] qui adstruit S. Fulgentiũ fuisse Eremitam S. Aug. à quo duæ institutæ fuerant diuersi ordinis classes, aliorum, scilicet Canonicorum Regul. *Aliorum verò qui procul à ciuitatibus degentes; eius essent vitæ, atq; vestitus, cuius hic vides Fulgentium esse cultorem, nempè vna induti tunica, eademq; pellicea zona constricta, quam nec soluerent dormituri.* Pontifex ergo Greg. IX. non assignat pro ratione institutionem originariã S. Augustini, quia obesset veritati; possentq; Eremitæ respondere, habitus etiam, quem nos portamus, à S. Aug. est; quia ille tantùm præscripsit tunicam & corrigiam, libera facultate relicta vtendi colore albo, vel nigro. Meliùs ergo Pontifex omisit institutionem originariam S. Augustini: quia tam habitus, quo antea vsi fuerant, quàm ille, qui de nouo eis præcipiebatur, conformis erat quantum ad essentialia institutioni factæ à S. Aug. Vnde nec possent Eremitæ conqueri, quòd priuarentur habitu determinato à S. Aug. Diceret enim Põtifex, habitus quem vobis præscribo, etiam conformis est institutioni Augustinianæ.

a Tomo 6. Anal. anno Christi 504.

247 Illustratur amplius. Verùm vt clariùs fiat, quod aicimus, (vt inquit Chrysost.[b] exẽplo id ante oculos ponamus) si Põtifex Patribus Capucinis præscriberet habitum Minorum obseruantũ in hanc formam. *Ad euitandam dissensionem animorum inter Minores obseruantes & vos, præcipimus vt deinceps eodem habitu induamini, quo vtũtur obseruantes &c.* Licetne hinc inferre habitum obseruantium non esse præscriptũ à S. Frãcisco; quia Pontifex non assignauit pro ratione huius præscriptionis habitum obseruantum fuisse determinatum à S. Frãcisco? minimè gentium. Imò diceremus Pontificem aduertenter non assignare eam rationem, ne indicaret habitum, quem præcipiebat à Capucinis dimitti, non fuisse institutum à S. Francisco, cùm tamen institutio habitus essentialis S. Francisci, vtrumq; habitum admittat, & obseruantum, & Capucinorum. Sic ergo in nostro casu, non assignat pro ratione præscriptionis habitus Eremitarum S. Ioãnis Boni, vel Eremitarum S. Augustini institutionẽ ab Augustino factam: quoniam institutio habitus essentialis, à S. Augustino determinati vtramq; formam, seu colorem admittebat; & eã, quam præcipiebat, vt dimitterent; & eam, quam præcipiebat, vt admitterent.

b Hom. 66. in Math.

Sextò dicis Richardum Card. præcepisse, vt baculi efformarentur in crocias (*Hispanis*, ais, num. 11. pag. 50. *& politiores Itali vocant* muleta) ad modum Thau, quarum transuersum lignulum prohibebat esse curuum, sed directum: & in hac parte tria etiam ego dico. *Primum est. Quid igitur opus erat Haddone* (vt ait Hieron. Osorius[c]) *plumbi nomine ad hanc authoritatem? Vtrum vt maiorem conflares inuidiam? An potiùs vt maiores plausus à popularibus tuis istius nominis vrbanitate ferres? Tenes quid velim dicere, non immorer ampliùs. Neq; dubito, quin eorum aliquis, qui tibi adulantur, cùm in hunc locum incidisset, cachinnum sustulerit, & nihil festiuiùs dici potuisse confirmauerit.* Secundum est. Card. Richardus, nec verbulum habet de lignulo transuerso. Eius verba hæc sunt. *Et in manu crocias (scilicet, deferant) in qua in superiori parte non sit curuum lignulum, sed directũ*; curuum prohibuit, fortè ne efformarentur ad modum baculi pastoralis; non tamen dixit lignulum esse transuersum, sed directũ, qualia solent esse genera ferularũ, quibus communiter vtuntur homines infirmi, aut senes, non claudi. Tertium est. Demus nomine Crociarũ intelligi ferulas ad modum Thau formatas, quales sunt illæ, quæ appellantur Muletas; Sanè huiusmodi baculus conueniebat religiosis triplici voto obstrictis, & in Eremo pœnitentiã agentibus; vt enim dixit Hugo Card.[d] super illud Ezechielis cap. 9. *Omnem, super quem videritis Thau, ne occidatis. Quòd Thau tria continens brachia, est crux religiosorum, quadrilã habet roτa*; & super illa Apocalypsis verba cap. 7.[e] *Qui non habent signum Dei in frontibus suis. Hoc signum est Thau, idest, pœnitentia, quæ confirmat hominem in bono. Thau enim interpretatur, Con-*

248 Sextum eiusdem assertũ.

Frãgitur tripliciter. Primò.

c In Gualterũ Haddonẽ, lib. 1 col. 49.

Secundò.

Tertiò.

d In cap. 4. ad Rom. fol. 25. pag. 1.

Thau religiosorum Crux.

e fol 319. pag. 2.

firma-

firmatio. Gaudeo quoq; baculos nostrorum Eremitarum in modum Thau fuisse efformatos: quia inuenio D. Franciscum vsum etiam fuisse baculo in modum Thau. Author est Iacobus de Voragine Archiepiscopus Genuēsis, Dominicanus, qui iuxtà Trithemium [a] floruit Anno 1290. Hic ergo in impressione Anni 1553. serm. 3. de S. Francisco sic ait. *Vnde eidem cum baculo, qui figuram Thau in se habebat, apostema fregit, & sanatus est.* Eandem Historiam retulit D. Bonauent. in fine legendæ S. Frācisci; apud quem tamen potiùs videtur gestum per apparitionem Francisci iam mortui, quàm per viuentis præsentiam. Vtcunque tamen sit, Franciscus siuè mortalis, siuè immortalis, simili baculo vsus est. Ingens gloria baculi ad modum Thau efformati.

[a] Lib. de scriptoribus Ecclesiast. fol. 95.

Baculo cū figura Thau vsus est D. Frāciscus.

249 Quomodò res se habuit aperitur.

His ergo aduersariorū additionibus reiectis, res sic se habuit. Innocentius IV. Anno 1. sui Pontificatus, atque adeò Christi 1243. omnibus Eremitis Tusciæ exceptis fratribus S. Guillelmi, præcepit vt regulam, & ordinem B. Augustini assumerent, eisq; protectorem dedit Richardum Anibaldēsem S. Angeli Card. Cùmq; Eremitæ Tusciæ, sic vniti ordini S. Aug. fuissent magna ex parte alterius ordinis & habitus, fortè erant, qui contenderent adhuc indui vestibus religionis, quam dimiserant ex Pontificia ordinatione. Qua durante prætensione non habebant certa signa in habitu; sed alij ferebant habitum vnius religionis, & alij alterius; vt ergo hæc confusio tolleretur, & animus eorum, qui nouiter vniti fuerāt, conquiesceret; Richardus Cardin. habito consilio discretorum fratrum quorundam ex ipsis, habitum eis præscripsit, addendo aliqua accidentalia habitui S. Aug. in consolationem eorum, qui ex alia religione ad ordinem S. Aug. transierant. In eo nullus est habitus respectus ad distinctionē à Minoribus in particulari; quia controuersia Minorum non erat cum Congregatione Eremitarum S. Augustini, sed cum Congregationibus Eremitarum Brictinensium, & S. Ioannis Boni.

250 Illustratur amplius.

Addo, quis credat discretos viros eiusdem Congregationis dimisisse omninò habitum antiquum essentialem, & induisse alium nouum; & non potiùs cōfirmasse pristinum & auitum; licèt ad solatium nouiter vnitorum aliquam nouitatem accidentalem admiserint? Quis etiam sibi persuadeat in prædicta habitus assignatione non attendisse ne institutionē habitus essentialis à S. Augustino instituti præterirent; sicut in vnione Generali factū fuisse, docent Authores non Recentes; Iordanus, [b] & Antoninus [c] eisdem verbis? *Quoniam tunc inter illos, inquiunt, fratres simplices dubitabatur, quis esset verus habitus eorum* (nempè alijs hoc, alijs illud opinantibus.) *Hinc est, quòd sedes Apostolica aspiciens ad primariam ordinis originem* (primò enim Augustinus, & eius Eremitæ habitu nigro vsi sunt; licèt possent vti natiuo colore lanæ, albo vel nigro) *habitum superiorem eis determinauit, imò verius, dudum per S. Augustinum determinatū declarauit &c.* vel, cùm Augustinus, verum deberet esse albus vel niger, indeterminatum reliquisset, Ecclesia determinauit, vt habitu nigro deinceps vterentur. Vnde P. Franciscus Suarez [d] ait determinationem Pontificiam de habitu nigro factam fuisse, vel respiciendo ad primam institutionem, vel declarādo in sua prima institutione nullum determinatum habitū (scilicet circa colorem album, vel nigrum; & hunc, vel illum peculiarem modum & figuram habitus) habuisse à D. Augustino. Hic enim tunicam, caputium, corrigiam, tantùm videtur instituisse pro habitu essentiali, addito pallio pro parte accidentali, vel integrali.

[b] Lib. 1. vitas frat. cap 14.
[c] 3. p. tit. 24. cap. 14. § 3.

[d] Tomo 4. de Relig. lib. 2. cap. 9. n. 18.

AD NVMERVM VI.

Defenduntur rursus Eremitæ Augustiniani à renitentia, & reluctatione.

Post hanc Bullam Innocētij IV. directam ad Cōgregationem Eremitarum S. Aug. subdis ea bonitate, & pace, quæ offensas & conuicia procul fecit; subdis inquam; His non obstantibus adhuc perstitisse quosdam ex Eremitis in sua renitētia, præcipuè illos, qui de Brictinis dicebantur; qui à tempore Gregorij IX. regulam S. Augustini habuerunt, & Eremitæ ord. S. Aug. dicti sunt; vt cōstat ex literis eiusdem Gregorij, quas refert Marquez, [e] quas confirmauit Innocētius successor Gregorij Lugduni 15. Cal. Octob. Anno 8. sui Pontific. atq; adeò Christi 1250. & habentur in suo Regesto sub num. 83. extantq; literæ Gregorij originaliter in nostro Archiuo Rom. nu. 3. & in Bullario P. M. Empoli pag. 123. Confirmatio verò Innocentij etiam originaliter extat in eodem Archiuo num. 13. & in Bullario eiusdem pag. 175.

251 Assertio aduersarij.

[e] Cap. 14. § 8. pag. 208.

Quare tertiò, vt inquis, Alexander IV. coegit ad assumendum, & retinēdum habitum à suis prædecessoribus præscriptū; vel ab ipsis Brictinensibus petitum, vt fugerent nigri coloris vestem, & corrigiam; id 252 Progreditur.

autem

rutē fecit datis literis, ad Archiepiscopos, & Episcopos totius fermè Italiæ, quas ex Archiuo Franciscano Bononiensi, profers in lucem; dataeq; sunt Laterani x. Cal. Martij Anno 2. Pontif. atq; adeò Christi 1256.

253 *Exploditur vt inanis.* O quātùm est in ijs rebus inane? Quantùm est in ijs verbis conuiciosum? Primò enim ais. *His* (nempè Innocentij IV. Bulla confirmantis decretum Richardi Card.) *non obstantibus, adhuc perstiterunt quidam ex Eremitis in sua renitentia, præcipuè illi qui de Brictinis dicebantur.* Quid autem mirum, quòd ca nō obstarent, cùm ad alium finem, & ad diuersam Congregationem dirigerētur (vt probauimus[a]) non ad Eremitas S. Ioannis Boni, aut Brictinenses; cum quibus erat Controuersia Minoritarum, & ad quos, vel ad illorum alteros datæ fuerant Greg. IX. literæ; sed ad peculiarem Congregationem Eremit. S. August. cum qua nulla Minoritis erat disceptatio.

a Circa num. præced.

254 *Brictinenses & alios Eremitas conuincit sè renitentia inuri. Probatur primò.* Addis tamen per iniuriā, Eremitas quosdam, præcipuè Brictinenses perstitisse in hac renitentia; idq; probo ex duplici capite. Primò, quia ex Bulla, quam subijcis ad probanda, quæ dixeras, constat Brictinenses Gregorij IX. statutum non obseruasse propter Priuilegium de ea re à sede Apostolica impetratum. ibi. *Verum cùm sicut accepimus* (nota verba quæ sequuntur, nō esse Pontificis, sed eorum, qui querelam coram Pontifice exponebant; Pontifex quippe præmisit, *Sicut accepimus*) *ijdem Eremitæ de Brictinis, obtentu quarundam literarum super hoc à sede Apostolica obtētarum, ac etiam alij Eremitæ tam dicti, contra statutum iam dictum, & expositionem ad eorundem ... sustinent & in eorundem ... & scandalum plurimorum* (vide quæ circa similia verba diximus supra b) *iam a pluribus annis præsumpserint &c.* Quo autem iure dici potest renitentia, omissio executionis rei præceptæ à Pontifice, quando talis omissio fit ex dispēsatione Priuilegij Apostolici? Secundò, quia supponis aliquos alios præter Brictinēses nō gessisse morem præcepto Gregoriano. Hoc autem de tuo addis. Primò, quia si de aliquibus, maximè de Eremitis S. Ioannis Boni deberet esse verum; ij autem, à quo tempore habitum nigrum elegerunt, semper illum gestarunt. vt constat ex Bulla Innocentij IV. quam tu antescribe... mitis, edata An. 1253. vel 1254. in quo confirmatur decretum Guillelmi Card. datum An. 1252. In quo sic habetur. *De mandato & authoritate duorum Cardin. qui tunc in partibus Lombardiæ Legationis fungebantur officio, nigrū, quem gestatis adhuc, habitum, elegeritis.* Secundò, quia ex Bulla Alexandri IV. quam adducis in probationem, potiùs cōstat oppositum. Alexander enim tantùm meminit Generalis de Brictinis Andreæ, & aliorum fratrum suorum; qui in duas partes videbantur, in principio præcepti Gregoriani, diuisi. Alij ne acceptarent colorē nigrum, maluerunt cucullas portare discinctas, quod sibi faciliùs existimabant. Alij verò, ne dimitterēt corrigiam, colorem habitus mutarunt, donec obtēto priuilegio sedis Apostolicæ, ad antiquum habitum tam in colore, quàm in corrigia redierunt. Alexander verò IV. reuocato prædicto priuilegio, statutum Gregorij IX. & concessionem factā Brictinēsibus, de portandis cucullis discinctis præcepit obseruari. Brictinenses autem in prædictas duas partes fuisse diuisos colligitur ex hac Bulla, adiuncta alia Gregorij IX. quam adduxisti num. 9. ibi. *Cæterum dicti Prior & fratres* (nempè Andreas, generalis partis maioris Eremitarū Marchiæ; alio nomine generalis de Brictinis, cum quibusdam fratribus suis) *pro se & Eremitis prædictis nobis humiliter supplicarunt, vt eis cucullas portare discinctas concedere curaremus.* & infra. *In alijs verò Eremitis, & religiosis superiùs nominatis, qui se ad portandum cucullas similiter discinctas astringere noluerint, faciatis statutū nostrū iuxta traditam vobis formam, inuiolabiliter obseruari.* Andreas ergo Generalis, & fratres, qui cùm illo venerant, maluerunt cucullas portare discinctas; alij verò fratres eiusdē Congregationis de Brictinis noluerunt cucullas portare discinctas, atq; adeò obseruarunt, vt credere est, statutum Greg. IX. donec impetrarunt dispensationem Apostolicam. Et hinc est, quòd Alexander IV. loquens de sola Congregatione Brictinēsi, vt ex ipsa Bulla patet, sic inquit. *Mandamus, quatenus prædictos Eremitas de cætero statutum prædictum firmiter obseruare faciatis; at illos de Brictinis cucullas prout ipsi, vt supra dictum est, tunc acceptarūt, gestare discinctas &c.* Nempe, quia fratres Conuentus Brictinēsis acceptarunt concessionem portare cucullas discinctas, factam ad supplicationem Fr. Andreæ Generalis, & aliorum fratrū suorum; at verò fratres aliorum Conuētuum à Brictinensi, eiusdem tamen Congregationis Brictinēsis renuerūt relinquere corrigiam, malueruntque obedire decreto & statuto Gregorij IX. primitùs edito.

b In respons. ad nu. 1. huius §. 4.

Probatur secundò.

c In respons. ad num. 9.

Brictinenses diuisi alij mutātes colorem ne corrigiam relinquerent, alij eligentes relinquere nē colorem mutarent.

255 *Brictinenses non petierūt portare cucul-* Quòd autem secundò ais, Brictinenses petiisse facultatem portandi cucullas discinctas, vt fugerent nigri coloris vestem & cor-

las discinctas, vt nigrum vestis colorē sugerent.

a In responsione ad num. 2. huius §. 4.

b lib. 2. operis imperfecti contra Iulianum num. 75.

c cap. 14. §. 8. pag. 268.

corrigiam, quam longè sit à veritate, ostendimus supra. a Iam responsum est (ait Aug. b) lege quæ hinc à me dicta sunt, & minimè te vana dixisse. Ipsi enim ex statuto ab eisdē edito, & à sede Apostolica confirmato. Tenebantur, ante statutū Gregorij IX. post exortam controuersiam cum Minoribus, ferre amplas corrigias. Quod vt clarius constet, placet ad verbum referre ex M. Marquez prædictum decretum Brictinensium à sede Apostolica confirmatum Anno 1235. quod postea etiam Innocēt. 4. Anno 1250. iterum cōfirmauit, & tàm Gregorij, quàm Innocentij approbatio extat in nostro Archiuo Romano, num. 3. & 13. vt Paulò antè diximus, est autem tenoris sequentis.

256 Bulla Gregorij 12. statuta Brictinensium confirmans.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Priori, & fratribus de Brictinis, Fanensis diœcesis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Quæ omnium conditoris honorem, et profectum continent animarum, amore præcipuo diligentes, eo quòd quidquid in desiderio præter illa geritur, apud Dei sapientiam pro nihilo reputetur, dignum fore prouidimus, vt in ijs, quæ intuitu salutis æternæ cupitis, nos fauorabiles ad Redemptoris gloriam habeatis. Hac præsentata nobis à vobis petitio continebat, quod vos vitia carnis cupientes extinguere, vt succedente virtutum gratia, possitis perennis vitæ brauium obtinere, deliberatione statuistis: vt semper in communi refectorio comedentes à festo exaltationis S. Crucis vsque ad festum Resurrectionis Dominicæ, præterquàm diebus Dominicis, exceptis infirmis, in necessitate fratribus, ieiunetis; illis in die reliquo tempore comedituri, præterquàm in quarta, & sexta feria, ac temporibus alijs, ab Ecclesia constitutis, nisi Prior, qui pro tempore fuerit, cum fratribus duxerit dispensandum. Debiles quoque, ac iter agentes ad obseruantiam dicti ieiunij minimè teneantur, præterquam in sexta feria, Quadragesima S. Martini, & temporibus alijs per Ecclesiam constitutis. Insuper fratres quorum vnusquisque; vestitum habeat nō accinctus ab esu carnium, & condimentis sagiminis, præter infirmos, penitùs abstinebit. Caseum, et oua tribus diebus in hebdomada comestūri, exceptis Quadragesima S. Martini, ac Septuagesima, & solemnioribus ieiunijs per Ecclesiam constitutis, in quibus nec iter agentes caseum, et oua comedant, lacticinijs vescendi singulis alijs temporibus, liberam habeāt facultatem. Statuistis præterea, vt à vobis annis singulis celebretur Capitulū Generale, in quo Diffinitores à Prioribus, & visitatoribus eligantur. Ipsi verò diffinitores cum visitatoribus anno præterito corrigendi, & reformandi, tam in capite, quàm in membris, quæ correctionis, et reformationis officio nouerint indigere, liberam habeant potestatem. Item quòd visitatores etiam ordinentur, qui omnia loca fratrum visitent, corrigant, et reforment; prout secundùm Deum, & B. Aug. regulam (secundùm quam statuistis domino in perpetuum famulari) viderint expedire. Cæterum humiliter attendentes, quòd regnum Dei non in veste pretiosa consistit, & quòd induit paupertatis habitum conditor singulorum, laudabiliter statuistis; vt fratres vestri ordinis de colore, seu valore vestium minimè contendentes, semper in eis vilitatem obseruent; & quatuor tunicis, vna cuculla, & duobus scapularijs sint contenti. Item quilibet frater cingatur desuper ampla corrigia non consuta, & illa cōtentus existat. Item quòd non vtantur lineis induūmentis, nec extra Eremum possessiones, præter hortum, & syluam habere præsumant. Super habendis caligis, calceis, & similibus Prior secundùm suum arbitrium potestatem habeat disponendi. Itē quòd nullus in mensa fratrum recipiatur, nisi religiosus extiterit, vel constitutus in aliqua prælatura. Quare nobis humiliter supplicastis, vt statutum huiusmodi dignaremur Apostolico munimine roborare. Nos igitur vestris iustis precibus inclinati statum ipsum authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, iure diœcesanorum Episcoporum in omnibus semper saluo. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autem attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis dei, & Beatorū Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datū Perusij 3. Idus Martij, Pontif. nostri Anno. 8. atq; adeò Christi 1235. quia electus fuit 13. Cal. Aprilis Anno 1227.

257 Brictinenses ab anno 1228 obseruasse regulā D. Aug.

Ex hac bulla habemus. 1. Eremitas Brictinēses obseruasse Regulam D. Aug. ad minus ab Anno 1235. quin imò, & videntur antea illam obseruasse; quia in hac bulla nō conceditur illis de nouo, sed supponitur cōcessa regula Augustiniana; sic enim ait. *Corrigant, & reforment; prout secundùm Deum, & B. Aug. regulam (secundùm quam statuistis Deo in perpetuum famulari) viderint expedire.* Ita coniecerā ex verbis Pontificijs. Modò post editum Bullariū à R. P. Fr. Laurentio Empoli constat autē Annū 1229. & ad minùs 1228. Eremitas Brictinenses obseruasse regulam Aug. Extat enim in nostro Archiuo Romano, num. 2. & refertur ab Empoli, d Bulla quędam eiusdem Pōtificis, quæ sic habet. *Gregorius Episcopus seruus seruorū Dei, &c. Dilectis filijs Fratribus Eremi de Brictinis Fanensis diœcesis, & alijs fratribus Eremo ipsi subiectis, sal. & Apostol. benedictionem. Cùm olim sicut intelleximus motu proprio quēdam nouum ordinem induxeratis, & ad ipsius obseruantiā vos*

d pag. 123. const. 2. Greg. IX.

duxeritis

duxeritis asli ingendos, quia tandem illo relicto, cū nouiſſes de ordinibus approbatis, S. Aug. regulam recepiſtis, eamq; cupitis in perpetuum irrefragabiliter obſeruare. Nos veſtris ſupplicationibus inclinati, vos ab obſeruantia prædicti ordinis abſoluentes, à vobis perpetuis temporibus inuiolabiliter obſeruari concedimus Regulam memoratam. Nulli ergo &c. Datum Perusij 6. Idus. Decemb. Pontific. nostri Anno 2. id eſt die 8. Decemb. Anno 1228. Eſt ergo manifeſtum in Congregationem Brictinēſium inductam fuiſſe Regulam Auguſtini ad minùs ab anno 1228. Videtur autem ea Congregatio inſtituta ante Concilium lateranenſe, de licētia Epiſcopi; quia aliàs non indigerent abſolui ab ordine inuento; vt ad regulam, & ordinem D. Auguſtini tranſirent.

258 Brictinenſes ad minùs ab anno 1235. portarunt per amplas corrigias.

Conſtat ſecundò Eremitas Brictinenſes ad minùs ab anno 1235. portaſſe Corrigias amplas, atq; adeò antequā exorireтur controuerſia cū Patribus Franciſcanis, & emanarent decreta Greg. IX. de prædicta controuerſia. Conſtat, tertiò Priorem habuiſſe poteſtatem diſponendi ſuper habendis caligis, & calceis, & ſimilibus. Inter hæc autē ſimilia, quare non licebit baculum enumerare? Ex hoc vltimo patet prædictam Congregationem fuiſſe etiam vſam caligis iuxta Prioris diſpoſitionem. Caligæ autem, vt ait Ludouicus de Angelis [a] ſunt ſandalia pedibus immiſſa; id quod antiquior, & doctior Bonau. [b] priùs dixerat, in Epiſtola de eo, quod Chriſtus & Apoſtoli, & Diſcipuli eius inceſſerunt diſcalceati, ibi explicans illud Act. cap. 12. *Calcea te caligas tuas*, ſic ait: *Nam vbi latinus interpres dicit* Caligas g æcus dicit. Sandalia *Sunt autem ſandalia ſicut dicit Magiſter in hiſtoria ſoleæ. vel petones; ſecundum Papiam verò Caligæ dicuntur, quaſi caligulæ, quia ſuper pedem colligantur.* Et infra. *Non tibi blandiaris, cùm audis: quia ſandalia ſunt caligæ, quia ſecundùm Papiam, ſandalia ſunt caligæ, vel calceamenta deſuper corium non habentia*; prædictus, autem Caligarū vſus pro arbitrio prælati permiſſus, valdè conformis erat inſtructioni Auguſtinianæ, legimus enim de S. Fulgentio [c] hæc verba. *Vt nec ipſas alceamenta ſuſpiciens Clericorum, viliſſimis caligis in tempore brumali, qui caligulis in tempore æſtatis vterentur; intra Monaſterium ſanè interdum ſoleas accipiebat frequenter nudis pedibus ambulabat.*

Tidem vſi ſūt caligis iuxta Prioris diſpoſitionem.

a lib. 4. de vita, & laudibus Aug. cap. 4. fol. 6 p.
b Tom. 1 opuſculorum fol. 273 pag 2.

Quid ſint caligæ.

c In eius actis cap. 18.

259 Tres notationes circa Bullam Alexandri IV. Primo.

Verū, & circa Bullam Alexandri 4. quā hic adducis in probationem tuorum aſſertorum; Noto tria. Primū eſt, Fr. Andream Generalē fuiſſe Congregationis Brictinentium, Anno 1240. tempore Gregorij 9. at verò tempore huius bullæ Alexandri 4. nēpe Anno 1256. iam non erat, vel quia obierat, vel quia finierat ſuum officium, aut promotus fuerat ad aliud. Secundum eſt, quòd in relatione decreti Gregorij 9. facta per Alexand. ſic legis, *quæ nigri vel albi debet eſſe coloris*: at verò in ipſo decreto Gregorij 9. quòd adduxiſti [d] ſic legiſti; *quæ nigri, vel albi debeant eſſe coloris*, immediatè ſubdit; *quorum altero, videlicet nigro, iam electo ab eis, ipſos idem prædeceſſor voluit manere contentos. Quis hæc non videat? verè prauus eſt auditor* (ait Bonau.) [e] *qui manifeſta vult obſcurè intelligi*, debet ergo reponi, vt habet Marq. [f] *quæ nigri vel albi debebāt eſſe coloris*. Sic enim ſenſus eſt clarus, id quòd oſtendimus ſupra. [g] Tertiū eſt, vnionem generalem ordinis Eremitarum S. Aug. factam fuiſſe inter diem 22. Februarij vſq; ad diem 9. Aprilis Anni 1256. Quoniam hæc Bulla Alexandri data eſt 8. Cal. Martij, die 22. Februarij Anni 1256. & meminit Congregationis Brictinenſis non dum vnitæ. Bulla verò vnionis ab eodem Alexandro 4. quam adducis num. 21. data eſt 5. Idus Aprilis, id eſt, die 9. Aprilis Anni 1256. & in ea confirmatur vnio plurium Congregationum vnitarum ordini Eremitarū S. Auguſtini, inter quas numeratur Brictinenſis. Debuit ergo vnio prædicta contingere à die 22. Februarij, vſque ad diem 9. Aprilis.

Secundò.

d num. 9. pag. 42.

e In Epiſt. de eo quòd Chriſtus, & Apoſtoli inceſſerunt diſcalceati Tom. 1. fol. 273 pag 1.
f ca 3 in principio pag. 16.
g In reſponſione ad n. 1. huius §. Tertio.

AD NVMERVM VII.

Eremitæ Brictinenſes appellando, & ſupplicando diſtulerunt obedientiam Bullæ Pontificiæ.

ADducta Bulla Alexandri IV. datā Laterani 8. Cal. Martij annò 1256 qua ſolos Eremitas Brictinenſes ord. S. Aug. vrgebat, vt ſtatutū Gregorij IX. obſeruarent, vel portarent cucullas diſcinctas, iterū inculcas illud, quod tibi ſinè dubio viſum eſt efficaciſſimū, mihi adeò debile, quod nollem Pontificē eam aſsignaſſe rationē præſcriptionis factæ Eremitis ordinis S. Aug. de habitu Auguſtiniano, vt aduerti [b] incultas inquā, quòd hic & vbiq; Pontifices cauſam horum ſtatutorum aſsignant differentiam conſtituendam inter Eremitas, & minores; ita ſanè ſit; neque recurrunt ad præſcriptionem factam à S. Auguſtino; quia ſi recurrerent, denotarent, eo vſq; non fuiſſe vſos habitu præſcripto à S. Aug. quòd falſum eſſet. Tam enim habitus, quē portauerant, quàm ille, quem nouiter Pontifex determinabat, iam ab Eremitis S. Ioannis Boni electum,

Aſſertio aduerſarij.

b In reſponſione ad nu. 3. huius §.

a In respon. 1. ad pun. 1. huius § 4.

ri electum, conformis erat quātùm ad essentialia habitui præscripto, & determinato olim à S. Augustino pro suis Eremitis, vt constat ex ijs, quæ diximus.[a]

261 Progreditur vlterius.

Addis Ioannem Parmensem Generalē minorum causam prædictam promouisse apud Innocentium IV. vt habet Marianus Florentinus, id mihi facilè persuadeo. Tamen in hac parte non vidi aliam bullā Innocentij IV. quàm illam, quam adduxi[b] datam Laterani III. Cal. Decemb. Anno 1. Pontificatus, atq; adeò Christi 1243. in ea autem Pontifex sic ait. *Duximus inhibendum, vt si non sit in Religionis ordine fratrum Constitutus, habitum dilectorum fratrum Minorum, aut ita consimilem, quòd propter eum frater minor credi possit, deferre nō liceat, absq; mādato sedis Apostolicæ speciali.* Quod fortè additū est, quia iam Pontifex Eremitis Brictinensibus concesserat illud Priuilegium, cuius obtentu tēpore Alexandri IV. non obseruabant statutum Gregorii IX. neq; concessionem ab eodem quibusdam ex illis factam, de portandis cucullis disciunctis; vt constat ex Bulla præcedenti Alexandri IV. quam adducis, num. 14. Subijcis deinde ad instantiam eiusdem Generalis Ioannis Parmensis, & Fratrum Minorum Alexandrum IV. addidisse literas pro vniuersis Eremitis ordinis S. Aug. cogēdis, vt habitum à Greg. IX. statutum deferrent; referreq; eam litem exortam, dum ipse cum Cardinali S. Sabinæ legatus esset in Lombardia. *Quare, inquis, suæ legationis tempore statuta, nec tamen ab Eremitis S. Aug. obseruata iterum renouat, & censuris additis confirmat;* extant hæ literæ Originariæ in Conuentu Bononiensi S. Francisci, & authenticæ apud minores Ticinenses, & apud Petrū Rodulphum[c] & apud Marq.[d] & apud P. Vuadingum.[e]

b In respon. ad nu. 1. huius § 4.

c Fol. 182.
d Cap. 4. §. 9. pag. 50.
e Hic § 4. nu. 10. pag. 56.

262 Deferuntur quinq; ex Bulla Alexandri IV. manifesta.

Ex hac Alexandri Bulla, quæ apud te data est Laterani 15. Cal. Iulij Anno 2. Pontific. & apud M. Marquez 8. Cal. Iulij, constat primo distinctio Congregationum Eremitarum S. Aug. & S. Ioannis Boni, & Brictinensium, quam suprà notauimus, vt vitaremus Confusionem, quam inducebas, tribuēdo vni, quòd alteri, vel omnibus, quòd vni tantùm præceptum erat. Constat secūdò vnionem prædictam fuisse factam de mandato Alexandri IV. per Ricardū Anibaldensem S. Angeli diaconum Cardinalē, qui erat protector Congregationis Eremitarum S. Aug. Constat tertio Alexandrum præcepisse nostris Eremitis post vnionem, vt nigris dum taxat, & nullis alijs coloris alterius cucullis aliqua tenus vterentur. Cōstat quartò decretū Gregorij IX. fuisse ab Eremitis S. Ioānis Boni, ad quos directum fuerat, acceptatum; ait enim Pontifex. *Nos volentes præmissa, quæ de vestimentis exterioribus à sæpè dicto prædecessore nostro circa præfatos Eremitas statuta fuerunt salubriter, & ab ipsis, vt recolumus, acceptata;* & tamen R. P. Vuadingus contendit illos perseuerasse in sua reluctatione, & renitentia, aitq; *Quare suæ legationis tempore statuta, nec tamen ab Eremitis S. Aug. obseruata, iterum renouat &c.* Hæc tu, & post tantos annos refers; illa Alexander IV. & qui rei ipsæ interfuerat. Dicam cum Aug.[f] *Nunc verò illos homines Faustus vituperat, Paulus autem Apostolus laudat, eligat quisque cui credat.* Addo tamen Eremitas Brictinenses statutum Gregorij non obseruasse, appellando, supplicādo, & obtinēdo Priuilegia Apostolica. Hoc tamen valdè insufficiens est, vt eos renitentes, & reluctantes appelles; & multò insufficientiùs, vt vnius Congregationis defensionem, toti ordini Eremitarum S. Aug. attribuas, ad quem statutum Gregorij IX. præceptum nō fuerat, sed tantùm ad Congregationem S. Ioannis Boni, & Brictinensium; Ex quibus Eremitæ S. Ioannis statim acceptarunt statutum, vt Alex. IV. in hac bulla testatur. Cōstat quinto Alexandrum præcepisse, vt omnes Eremitæ taliter vniti, & alij, qui nigras penitus, vel albas cucullas, non portarent, vsq; ad festum omnium sanctorum, proximè venturum nigri prorsus coloris, cucullas assumerent.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

f Lib. 12. contra Faustum in fine.

Quintum.

263 Recursus Eremitarum ad sedē Apostolicam eiusdēque prouisio.

Occasione huius præcepti, Episcopi, ad quos literæ datæ fuerant, prędictos Eremitas intendebant obligare; vt baculos portarent, & quædam alia facerent, & super hoc nonnullos processus efformarunt. At super hoc dicti Eremitæ petierunt sibi per Apostolicā sedem prouideri; expedijt tunc Alexāder alias literas, quas adduxit M. Marquez[g] tu verò infra adducis.[h] In ijs ergo (quæ datæ sunt Anagniæ Idibus Octobris anno 2. Pontific. atq; adeò Christ. 1256.) pōtifex plura facit, primò declarat suæ intentionis tantùm fuisse obligare prædictos Eremitas ad deferendum cucullas nigras duntaxàt, & non ad alia. Secūdò præcipit, vt Episcopi infra octo dies, reuocent processus habitos huiusmodi occasione. Tertiò prorogat terminum assumendi cucullas nigras, vsq; ad festum Resurrectionis Dominicæ proximè futurum, quòd incidebat in An. 1257. Quartò deniq; sic præcipit. *Ex tunc verò ipsos tantummodò ad assumendum, & deferendum cucullas omninò nigras,*

g vbi supra.
h Num. 23. pag. 65.

tinctas, vel non tinctas, non ad aliqua alia compellatis, Bulla hæc extat Originalis in nostro Conuentu Romano, numer. 21. & apud Empoli in Bullario, & est tenoris sequentis.

264 Bulla Alexandri IV. pro dictâ prouisione.

Alexander Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis & Episcopis, per Lombardiam, Tusciam, et Romandiolã, ac Taruisinam, & Anconitanam Marchias, Ducatum Spoletanum patrimonium B. Petri in Tuscia Campaniam, & maritimam, ac Regnum Siciliæ constitutis, Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Literas nostras, vobis direx sse me minimus sub hac forma Alexander &c. (hic inserit literas, quas habes in hoc §. 4. num. 16. pag. 56.) *datum Anagniæ 15. Cal. Iuly* (vt tu habes vel. 8. Cal. Iulij, vt habet Marquez, & Empuli in Bullario pag 23.) *Pontificatus nostri anno 2. Vos itaq; authoritate literarum ipsarum prædictos Priores, & Eremitas (prout ex parte, forum fuit propositum coram nobis) ad portandum baculos, & facienda quædam alia, quæ in narratione literarum huiusmodi continentur, compellere intendentes super hoc monuistis eosdem, vel proponitis admonere, & quidam vestrum in eos, nisi hoc infra idem festum omnium sanctorum adimplere curauerint, excommunicationis, suspensionis, & interdicti promulgarunt sententias, vel promulgare intẽdunt; super quo dicti Priores, et Eremitæ petierunt sibi per sedem Apostolicam salubriter prouideri. Quia vero nostræ intentionis extitit, vt præfati Priores, et Eremitæ ad assumendum vsq; ad prædictum festum iuxta prædictum statutum nostrũ nigras duntaxat, & nullas alias, coloris alterius cucullas ab eis abiectis aliàs deferendas tantummodò; & non ad alia per easdem literas cogerentur, volumus, & vniuersitati vestræ in virtute obedientiæ, per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, vt singuli vestrum infra octo dies post receptionẽ præsentium processus suos contra memoratos Priores, & Eremitas, vel eorum aliquos occasione huiusmodi habitos, sublato cuiuslibet difficultatis, & dilationis obstaculo, studeant reuocare. Alioquin ex tunc processus huiusmodi reuocamus, & eos decernimus nullos esse. Vobis etiam vniuersis, et singulis inhibemus, ne vsq; ad festum, Resurrectionis Dominicæ proximè futurum contra sæpe dictos Priores, & Eremitas, vel ipsorum aliquem authoritate prædictarum literarum aliquatenus procedatis: Ex tunc verò ipsos tantummodò ad assumendum, & deferendum cucullas omninò nigras, tinctas, vel non tinctas, non ad aliqua alia compellatis. Datum Anagniæ Idibus Octob. Pontifi. nostri Anno 2.* atq; adeò Christi. 1256.

265 Conclusio. Ecce modus, quo nostri Eremitæ suam causam agebant, recurrendo scilicet ad sedem Apostolicã, vel appellando, vel supplicando, vel petendo, vt ipsis de remedio salubri prouideretur, & tamen P. Daza in illos plura conuitia congessit, quæ falsò obiecta fuisse euidẽter conuicit Marquez [a], nos autem de industria præterimus, dicentes cum Augustino [b] *Hanc opinionem* (seù potius Authoris liberum placitum, sinè vllo probabilitatis fundamento, aut apparẽtia) *etiam refellere pudet, ne videamur, & nos existimasse alicuius esse momenti, qui maluimus disputationem cohibere, quàm silentio præterire.* Rem tamen domino dimittamus, vt cum Laban ad Iacobum Genes. 31. possimùs dicere, *intueatur, & iudicet dominus inter nos.*

intentũ, & refellitur aduersarij assertum.

a Cap. 4. §. 8. pag. 47.

b de bono perseuerantiæ cap. 11.

AD NVMERVM VIII.

Demonstratur nullam fuisse reluctationem aut renitentiam in aliqua ex congregationibus ordinis Eremitarum S. Augustini.

POst tot rescripta Pontificia, quæ adduxisti hucusquæ quasi de victo hoste triumphans, subdis. *Nescio profectò, quid in re adeò claru responderi possit.* Iterumq; redis ad illam tuam validissimam argumentationem, nempe, *diplomata pontificia nihil aliud sonant: nisi propterea assignari Eremitis huiusmodi habitum, vt distinguerentur manifestè à Minoritis, neque vllum habetur verbum de institutione huius habitus per S. Augustinum; neque hortantur Pontifices, vt veluti originariã, & tanquam suo instituto præscriptam per S. D. vestem suscipiant. quantùmque constipatis, & conquisitis hinc indè testimonijs illud Marquez probare contendas*, quia ea omnia dissoluuntur per apertas Pontificum narrationes. *Atq; hinc* (ais, offensas, & conuicia procul faciens) *illa tàm diuturna, tot annorum reluctatio, quæ non potuit tolli per tót Pontificum diplomata, adiectasq; censuras. Neque enim credendum est opus habuisse viros religiosos tot præceptis, & coactionibus, vt suo institutori obedirent in externis indumentis gestandis; si hac ipse illis assignasset.*

Aduersarij assertio.

Hæc est præcipua argumentationis moles, quã nos sœpe conaris vrgere; nescio tamen an tanta moles, vel suo pondere; vel quia sinè pondere, concidat. Dissoluimus, vel scidimus nodum hunc quam facilè. [c] Verum quia argumentum repetis, dicamus, & nos iterum aliqd breuiter. Testimonia adducta à M. Marquez, & ea, quæ 267

Refellitur intẽ quoad primum.

c In respõ. ad nu. 6. & 7. huius § 4.

nos

nos in responsione ad principium huius §. 4. adduximus, an probent nec ne habitum Augustinianum præscriptum ab Augustino, authoribus, picturis, & cœlo ipso testibus, iudicet alius; nec tu, nec ego. Gaudeo tamen stare ex nostra parte Illustrissimum Card Baron. a dum agit de S. Fulgentio Episcopo Ruspēsi. Neq; hæc dissidentur Pontificum narrationibus. Cùm enim præscriptio ab Augustino facta, vt ex vita S. Fulgentij cap. 18. constat, & obseruauit Baronius b admittat tunicam corrigia præcinctā eius coloris, quem naturaliter lana daret: habitus Augustinianus admittebat colorem album, & sub albidum, nigrum, & fuscum: Atq; adeò Gregorius IX. determinans nigrum colorem, iam ab Eremitis S. Ioannis Boni electum, & alia, quæ ipsi antea obseruabant, licèt non eodem modo, non rectè subiungeret pro ratione illum habitum præfigere, quia erat à S. Aug. institutus; denotaret enim habitum, quem antea portauerant, non fuisse à S. Augustino præscriptum. Atq; adeò mirum non est, quòd Eremitæ Brictinēses nollent colorem nigrum accipere (hi enim soli noluerunt) quia contendere poterant, suum colorem etiam esse iuxtà institutionem Augustini; & ob id opus fuit præceptis, & coactionibus, vt colorem admitterent. Demonstremus, rem hanc exemplo manifesto, & iam superius adducto à simili. Si Pontifex præciperet vt omnes Franciscani, tàm Conuētuales, quā obseruantes habitum Capucinum induerent. Velles ne Pontificem assignare pro ratione: quia is esset habitus à S. Frācisco præscriptus? Equidem, vt credo nolles: quia indicaret habitum obseruantium, & Conuentualium non esse iuxtà formam à D. Francisco determinatam. Deinde, quamuis habitus Capucinorum sit institutus, vt verè est, à S. Francisco, nunquid obseruantes, & Conuentuales statim obedirent? non appellarent, non supplicarent, non se defenderent medijs licitis? liceret exinde inferre habitum Capucinorum nō esse institutum à S. Francisco: quia Pontifex id non assignauit pro ratione; aut quia obseruantes, & Conuentuales indignissent præceptis, & coactionibus, vt habitum Capucinum admitterent; minimè gentium, sed tantùm liceret inferre habitum Capuccinorum, ita esse institutum à S. Francisco, vt tamen in sua institutione essentiali admiserit habitū obseruantium, & Conuentualiū; & id propter, ipsos velle suum pristinum habitum conseruare, sic ergo in nostro casu. Nollemus, quòd Pontifex assignasset pro ratione eum esse habitum à S. Augustino præscriptum: quia indicaret eousq; eos non portasse habitum à S. Doctore institutum. Neq; ex eo, quòd eam rationem non assignauerit, vel quia Eremitæ nollent illum acceptare, licet inferre habitum determinatum à Pontifice non fuisse præscriptum ab Augustino; sed tantùm colligere poterimus habitum assignatum à Gregorio IX. ita etiam fuisse ab Augustino institutum, vt in sua institutione essentiali etiam admiserit habitum, quem antea portabant prædictæ Cōgregationes, quæ propter hoc poterant velle suum antiquum habitum retinere, sicut, & voluit Congregatio Brictinensium, vel potiùs aliqui Fratres eiusdem Cōgregationis, non omnes (vt ostendimus in respons ad num. 6.) quantùm ad colorem cucullarum.

268 Verùm id, quòd absq; stomacho, & bile addidisti; *atq; nunc illa tam diuturna tes anteriū reluctatio quæ non potuit tolli per tot Pontificum diplomata, adiectasq; censuras*; quamuis ex dictis sit satis superq; dissolutum, cùm constet, neq; fuisse reluctationem, aut renitentiam; sed dilationem durante appellatione, supplicatione, & obtentione Priuilegij Apostolici; eamq; non ab omnibus Congregationibus ord. Eremit. S. Aug. Sed ab ea solùm, quæ appellabatur Brictinensiū; Tamen oportet illud refellere; ne quòd iniuriosè dictum est, à simplicibus ignoranter credatur, opineturq; aliquis, quòd nescio, quis ex vestris somniauit parcat illi deus, vt in simili ait Bonau. c *qui primò hanc fictitiam cōg tauit*. Eremitas nostros ante vnionem fuisse vagos, vel adeò irreligiosos, vt per tot annos renitentes, & reluctantes restiterint præceptis, & censuris Apostolicis. Id autē præstabimus adductis Pontificum testimonijs eodem tempore datis, quæ sanctitatē, & religionem nostrorum Eremitarum cōtestentur, vt contrà tuum, & tuorum testimonium dicere possimus. d *Habemus firmiorem propheticum sermonem*, nēpe Apostolicum Pontificum Romanorum, qui de Congregatione Eremitarum S. Augustini, de S. Ioannis Boni, & Brictinensium loquuntur. Scio ab Anno 1240. vsq; ad an. 1256. haberi 39. priuilegia ab Innocent. IV. & Alex. IV. his tribus Congregationibus concessa, quę ex nostro Archiuo Romano dedit Anno 1628. in lucem R. P. Fr. Laurentius de Empoli Procurator Generalis, inter Priuilegia Innocētij IV. sunt pro Congregatione Eremitarum S. Augustini vndecim,

a Tomo 6. an. 504.

b Vbi supra.

Refertur iterum, quoad secundum ex Pontificū testimonijs, qui Eremitarum Augustinēsiū eò tunc religione, & sanctitatem contestantur.

c In Epist. ad Magistrum innominatū eliminante errores contra Regulam B. Francisci fol. 170. pag. 1.

d 2. Petri c. 1.

ter Priuil. Innoc. IV. sunt pro Congr. Erem. S. Aug. vndecim, data An. 1243. 44. 48. 50. 52. 53. & 54 & pro Cõgregat. Erem. S. Ioannis Boni tria, data An. 1253. & 1254 & pro Congreg. Brictinens. data annis 1247. 48. 49. 50. 52. 53. inter Priuilegia verò Alexand. IV. extant pro Eremitis S. Aug. quindecim data An. 1255. & 1256. pro Zãbonitis vnũ, datũ Anno 1255. Pro Brictinens. duo, data An. 1255. & 1256. Quæ omnia continent laudes nõ vulgares harũ triũ Cõgregationũ. Ex his autẽ placuit aliqua de verbo ad verbũ referre, vt videat lector, quomodò stare possit renitentia, & reluctatio harũ Cõgregationũ, quã illis Vuadingus adscribit, cum laudibus, & fauoribus Innocẽtij, & Alexandri IV. concessis eodem tempore; quo asseruntur fuisse renitentes, & reluctantes.

269 Primum testimonium, pro Cong. Erem. S. Aug. De congregatione Eremitarũ S. Aug. habemus nõnulla testimonia, quæ ex pluribus elegimus. Primũ habetur in supplemẽto Priuilegiorũ fratrũ minorũ fol. 124. ibi: *sequitur quædã Bulla, quæ fuit reperta scripta in quodã tabula in Ecclesia cuiusdã Monasterij ordinis S. Aug. in oppido appellato Caruaiales, diœcesis Zamorensis* Reperimus, & nos quoq; illã in Archiuo Curiæ Episcopalis Dertusensis, in registro anni 1458. vbi plura annexa continẽtur. Ibi inter ea habetur quoddam instrumentum. D. Ioannis de Aragonia. & de Nauarra Episcopi Oscensis, & Iaccensis, vbi fidẽ facit, se vidisse quãdã literas Apostolicas, seu bullas Originales, cũ quodã Mare magnũ, à sũmis Pontificibus emanatas, cõcessasq; in fauorẽ totius religionis S. Aug. & inter alias refert de verbo ad verbum Priuilegium Innocentij IV. tenoris sequentis.

270 Priuilegium Innoc. IV. *Innocentius Episcopus seruus seruorũ Dei. Vniuersis Christi fidelibus præsentes literas inspecturis, salutẽ, & Apostolicã benedictionẽ. Quoniã, vt Apostolus ait, omnes stabimus ante tribunal Christi prout in corpore gessimus, siuè bonũ siuè malũ fuerit* (apud Empoli [a] extra sum; to publico, quod est in Archiuo nostro Romano n. 3. sic legitur, *siuè bonũ fuerit, siue malũ oportet nos diem messionis extremũ &c.* & in sequ. aliqualis etiã est diuersitas.) *Nos messionis extremæ misericordiæ operibus præuenire, & æternorũ intuitu seminare in terris, quæ reddente domino, cũ multiplicato fructu recolligere debemus in cælis, firmã spẽ fiduciã; tenentes quoniã qui parcè seminat, parcè & metet, & qui seminat in benedictionib. de benedictionib. & metet vitã æternã. Cũ igitur dilecti filij Gener. & Frat. Erem. ord. S. Aug. sicut ex sinobis sua petitione mõstrarũt, domus, et Ecclesia eorũ non modica indigeãt reparatione; nec propria sufficiat facultates ad reparationẽ prædictarũ, cũ sit eis necessariũ per mẽdicata suffragia subleuari. Cupientes itaq; sicut domos suscepimus in nostra protectione, & reparatione indigere noscãtur, nõ modicũ sũptibus suis, & vt domus, et Ecclesia prædictæ cõgruis honoribus frequẽtentur, & reparentur, ac etiã cõseruẽtur, & vt Christi fideles libentiùs causa deuotionis cõfluant ad easdẽ, & ad reparationẽ, & cõseruationẽ prædictarũ manus promptius porrigãt adiutrices, quo ex hoc ibidẽ dono cælestis gratiæ vberiùs cõspexerint se refectos, de omnipotẽtis Dei misericordia, & Beatorũ Petri, & Pauli Apost. authoritate confisi, omnibus verè pœnitentibus, et cõfessis, qui in Natiuitatis, Circumcisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascẽsionis, Pentecostes, necnõ Assumptionis, Natiuitatis Annunciationis, Purificationis B. M. ac a Dominica septuagesimæ inclusiuè, vsq; ad Dominicã in palmis et die Mercurij, die Iouis, et die Veneris hebdomadæ sanctæ, et Natiuit. B. Ioãnis Baptistæ, et Apostolorũ Petri, & Pauli, & solemnitatũ Apostolorũ, et Euãgelistarũ, et in celebrioribus festiuitatibus S. Aug. et celebritate omniũ Sãctorũ, et per ipsarũ Natiuit. Epiphaniæ, Resurrect. Ascẽsionis, Pentecostes, necnõ Assumptionis, Natiuit. Annunciationis, Purificationis B. M. & Natiuit. B. Ioãnis, Apostolorũ Petri, et Pauli, prædictarũ festiuitatũ octauas præfatas Ecclesias deuotè visitauerint annuatim, et ad reparationem, & conseruationem prædictarũ manus porrexerint adiutrices, ac præfatas singulas festiuitatum videlicet, & earũ octauas, & celebritates, & dierum prædictorũ, videlicet à Dominica Septuagesimæ vsq; ad Dominicam Palmarum, mille annos & totidem quadragenas Indulgentiæ: illorum verò trium dierum prædictorum diebus, quibus Ecclesias visitauerint, & ad reparationem, & conseruationem earũdem manus porrexerint adiutrices, plenariam indulgentiam omnium peccatorum suorum remissionem, & veniam, authoritate Apostolica tenore præsentium in Domino concedimus, præsentibus perpetuis futuris tẽporibus duraturis. Dat. Lateran. 6. Cal. Maij, Anno Incarnationis Dominicæ 1245.* (debet dicere 1244.) *Pontificatus nostri Anno primo. Adam de Porta maiori* (at in supplemento Priuilegiorũ Fratrum Minorum sic habetur: *Adam de Porta Gratiano, gratis de mãdato Domini nostri Papæ.*) *gratis de mandato Domini Papæ Innocentij IV. transsumpmus* Apud Empoli [b] sic finitur. *Dat. Laterani 6. Cal. Maij Pontificatus nostri anno 1.*

Antiquæ erãt Domus, & Ecclesiæ, quæ indigebant reparatione.

Erem. S. Aug. tempore, Innoc. IV. celebrabãt plures, festiuitates S. Aug.

[b] In Bullario pag. 166.

Secũdum testimonium adduxit Marquez, [c] estq; eiusdem Innocentij IV. An. 1252. tenoris subsequẽti (estque Originalis in nostro Archiuo Romano num. 15. & habetur in Bullario P. Empoli. [d]

[c] Secũdum testimonium pro. eod. Cong. c. 3. §. 2. pag. 20.

[d] pag. 181.

Alud [illegible] pertinet.

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabilibus Fratribus vniuersis Archiep. & Episc. præsentes literas inspecturis sal. & Apost. benedic. Dilecti filij Priores, & Fratres Erem. S. Aug. Mo-

bis humiliter supplicarunt, vt eis construendi Ecclesias, & domos in terris, mansijs, & possessionibus, quæ sibi à Christi fidelibus conferuntur, & audiendi, & celebrandi in eis diuina officia in Ecclesijs, & recipiendi Ecclesiastica sacramenta, licentiam de benignitate solita elargiremur. Vobis igitur, qui locorũ diœcesani existitis, in hac parte deferre volentes, vniuersitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus eis concedatis licentiam postulatam sinè iuris præiudicio alicui. Dat. Perusij 3. Nonas Aug. Pont. nostri anno 10. atq; adeò Christi 1252. Habetur etiam apud Marquez[a] aliud Priuilegium Alex. IV. dat. Anagniæ 7. Cal. Iulij an 1. Pont. atq; adeò Christi 1255. ad instar Innoc. PP. prædecessoris sui, vt possent ligatos censuris absoluere, & ipsos in fratres recipere. Et aliud apud eundem Marquez.[b] Dat. ab eod. Alex. IV. Anagniæ 16. Cal. Aug. Pont. an. 1. atq; adeò 1255. concedẽs generali, qui eligebatur de triennio in triẽnium liberam administrationem, donec obtineret Confirmationem à Papa, vel à Richardo S. Angeli Diac. Card. eiusd. ord. Erem. protect. Et aliud apud eundem Marq.[c] quod est Alex. IV. dat. Viterbij die 12. Aprilis an. 1. sui Pont. quod extat in Archiuo Conuentus nostri Romani, ibi inter alia sic ait: *Sic ordo Fratrũ Erem. S. Aug. à suis primordijs gratia operãte diuina, de virtute in virtutem successiuè profecit, quòd velut lignum fructiferum in Ecclesiæ agro plantatum flores proferens copiosiùs honestatis, & producẽs vberius fructum vitæ præcelsæ, regularis obseruantiæ, sanctimonia, & præclaris virtutum operibus specialiter extitit insignitum. Datum Viterbij 4. Idus Aprilis Pontif. nostri anno 1.*

a Cap. 3. §. 1. pag. 10.

b pag. 18.

c Cap. 3. §. 4. pag. 26.

273 Tertium testimonium extat apud Emar. Rodriq.[d] estq; Alex. IV. dat. anno Christi 1255. laudesq; continet eiusdem religionis, & sic se habet.

Tertium testi. pro eadem.

d In Cõpend. Priuil. Regul. pag. 165. in impress. Antuerpiẽsi anni 1616. in mari magno Sixti IV. pro ord. Erem. D. August.

Alex. Episc. seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Priori generali, & vniuersis Prioribus, & Fratribus Erem. ord. S. August. sal. & Apost. benedict. Quantò studiosiùs diuinæ contemplationi vacatis domino famulando, tantò quieti vestræ libentiùs prouidemus. Cum igitur, sicut pro parte vestra fuit propositum coram nobis, nonnulli vestri grauaminis audi frequenter super pensionibus, & exactionibus indebitis, vos & mansiones vestras multipliciter inquietent; Nos deuotionis vestræ precibus inclinati, authorit. Apost. vobis tenore præsentium indulgemus, vt ad receptionem, vel prouisionem alicuius in pensionibus, vel beneficijs Ecclesiasticis, aut ad solutionem collectarũ seu exactionum quarumlibet, vel vigesimæ rogi à nemine valeatis per literas Apostolicas impetratas, vel etiã impetrandas, absq; mandato Sedis Apostolicæ speciali, faciente plenam, & expressam, de verbo ad verbum de vobis, vestro ordine, & hac indulgentia mentionem. Nulli ergo omninò &c. Dat. Neapoli 13. Calend. Aug. Pontificatus nostri anno 1. atq; adeò Christi 1255.

274 Priuil. Alex. IV.

Quartum testimonium extat apud Marquez.[e] Estq; Alexandri IV. Datũ Anagniæ idibus Iulij, Pontif. anno primo, atq; adeò Christi 1255. in quo sic ait. *Odore suaui bonorum operum dilectorum filiorum Fratrum Eremitarum ordinis S. Augustini recreati, eos non immeritò fauore prosequimur, ea ipsis procurare diligenti solertia intendentes, per quæ authore Domino humilitatis eorum Collegium suscipere valeat incrementum, &c.* Quomodò ergo credi poterit ordinem Eremitarum Sãcti Augustini renitentem, & reluctantem fuisse præceptis Apostolicis ab anno 1240. vsque ad 1256. tam diuturna tantorum annorum reluctatione; si eodem tempore Ann. 1243. 44. 48. 1250. 52. 53. 54. 55. & 1256. Innocentius IV. & Alex. IV. eundem laudibus efferunt, & 26. priuilegijs communiunt? 275

Quartum pro ead. testim.

e Cap. 3. § 1. pag. 19.

De Congregatione Eremitarum S. Ioannis Boni idem probabimus facilè, electis etiam quibusdam testimonijs, supponendo id, quòd suprà[f] euidenter ostẽdimus; nempè ab anno 1252. ex præcepto Guilielmi de Flisco Card. Protectoris Congregationem S. Ioannis Boni simpliciter, & absolutè fuisse appellatam, ordinem Eremitarum, & in rescriptis Pontificijs eod. titulo insignitam. 276

f In resp. secũda obiect. nu. 3. §. 3.

Primum ergò testimonium cõstat ex instrumento Guillelmi eiusdem Card. Protectoris, confirmato per Innoc. IV. quod adduxit Marquez,[g] vbi Guillelmus 6. Calend. Ianuarij ann. 1252. sic ait: *Interea* (nempè sub Fr. Mathæo Generali Eremitarũ S. Ioannis Boni, qui Anno 1249. in Capitulo generali Ferrariæ die 24. Octob. renunciauit generalatui) *duo fratres professionis prædictæ Lugduni ad Sedem Apostolicam venientes generalem curam ordinis vestri à domino Papa nobis obtinuerunt committi, & Priuilegium quoddam commune, in cuius titulo scribebatur;* Priori fratrum Eremitarum S. Mariæ de Cesena, eique subiectis Prioribus, & fratribus vniuersis, *à Sede reportarunt eadem.* Quod fuit Priuilegium primò obtentum sub eo titulo in prædicta Congregatione; Datum autem videtur post quatuor tempora aduentus Anni 1244. in quo Innoc. IV. in prima creatione 12. Cardinalium Lugduni creauit Diaconũ Card. S. Eustachij Guillelmum de Flisco suum nepotem in Conuentu generali, neq; multò post creationẽ Cardinalis Guillelmi id debuit accidere; quia Priuilegium 277

Primũ testim. pro Congregat. Erem. S. Ioã. Boni.

g Cap. 13. §. 17. pag. 141.

datum

datum est Lugduni, in quo Papa tantùm commoratus est, vsq; ad an. 1250. tū etiā: quia obtentum tempore Generalatus fr. Mathæi, qui renunciauit Anno 1249.

278 Secūdùm testimoniū à te adducitur a estq; tenoris huiusmodi. *Innocentius &c. Priori Generali, & vniuersis fratribus Ordinis Eremit. &c. Quantò studiosiùs diuinæ contēplationi vacatis, tantò vos ab ijs, quæ videntur vobis afferre dispendia spiritus, libentiùs reuocamus, & data Perusij 2. Idus Martij Anno 10.* atq; adeò Christi 1253.

Secūdum pro eadē testimonium.

a In præsenti numer. 19. pag. 60.

279 Tertium testimonium habetur apud Emanuelem Rodriguez b confirmaturq; ab Eugenio IV. datis literis Florentiæ Anno Incarn. 1439. 3. Cal. Aprilis, Anno 9. Pontificatus, estq; huiusmodi. *Innocentius Episcopus. Seruus seruorum Dei. Dilecti filijs Priori generali ord. Eremit, ac alijs Prouincialibus, & Conuentualibus Prioribus, Cōuentibusque, ac alijs fratribus vniuersis, sibi subiectis, tā præsentibus, quàm futuris, Eremiticā vitā professis in perpetuum* (est omninò idem titulus quem Guillelmus Card. Anno 1252. 6. Cal Ian. Perusij assignauit Eremitis S. Ioānis Boni, & Pontifex Innoc. IV. confirmauit Perusij 17. Cal. Maij anno 11. Pontif. (vt quidē habent) atq; adeò Christi 1254. quinq; mensibus paulò magis, vel minus antequam expediret Priuilegium, quod modò transcribimus) *salutem, et Apostolicā benedictionē. Religiosam vitā eligentibus Apostolicum conuenit adesse præsidiū; ne fortè cuiuslibet temeritatis incursus, aut eos à proposito vocet, aut robur, quòd absit, piæ recordationis infringat. Ea propter dilecti in domino filij, vestris iustis supplicationibus clementer annuimus, et domos vestras, in quibus domino* (fortè, diuino) *mancipati estis obsequio, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, et præsētis Scripti Priuilegio cōmunimus. In primis siquidem statuimus, vt ordo Canonicus, qui secundū Deū, & B. Aug. regulam in domibus, ipsis institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Prætereà quoscunq; hortos, et syluas, ac quæcunq; bona prædicta domus in præsentiarum iustè, ac Canonicè possidetis, in præsentiaeū,* apud Empoli pag. 335. apud quē ēt sūt ca, q̄ emēdani⁹) *ac in futurū Pōtificū cōcessione, largitione Regū vel principū, oblatione fideliū, seu alijs iustis monitis* (fortè, modis) *præstāte domino poteritis adipisci, firma vobis, vestrisq; successoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis. Loca ipsa, in quibus præfatæ, domus sitæ sunt, cū pertinentijs suis, videlicet cū Ecclesijs, hortis, pratis, nemoribus, vsuarijs, pascuis in bosco, & plano, in aquis, et molendinis, in vijs, et Semitis, ac omnibus alijs libertatibus, ac immunitatibus suis. Sanè Noualiū vestrorū, quæ proprijs manibus, aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, siuè de hortis, virgultis, & piscationibus vestris, nullus à vobis decimas, exigere, vel extorquere præsumat. Liceat vobis quoq; Clericos, vel Laicos, liberos, & absolutos, à seculo fugientes ad cōuersionem recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, vt nulli fratrum vestrorum post factam in domibus vestris professionem, fas sit sinè Prioris sui licentia de eisdem locis discedere; discedētem verò absq; communium literarum vestrarū cautione nullus audeat retinere. Quòd si quis forsā retinere præsumpserit, licitum sit vobis in ipsos fratres clericos; vel* (fortè deest, *laicos;* ita apud Empoli c) *regularem sententiā promulgare. Insuper authoritate Apostolica prohibem⁹, vt nullus Episcopus, vel qualibet alia persona, ad synodos, vel Conuentus forenses, vos ire, vel in iudicio sæculari de vestra propria substantia, vel de possessionibus vestris subiacere compellat; nec ad domos vestras causa ordines celebrādi, causas tractandi, vel aliquos conuentus publicos conuocandi venire præsumat; nec regularē Prioris vestri electionē, impediat, aut de instituēdo, vel remouendo eos, qui pro tempore fuerint, contrà statuta ordinis vestri, se aliquatenus intromittat, illud adijcientes, vt scilicet Priores ipsi Episcopo* (saluo ordine suo) *obedire debeant, & contrà statuta sui ordinis authoritate sedis Apostolicæ confirmata, nullam obedientiā facere compellatur. Pro cōsecrationibus verò altariū seu Ecclesiarū, pro oleo sancto, et quolibet Ecclesiastico Sacramēto, nullus à vobis, sub obtentu consuetudinis, vel alio modo quidquā audeat extorquere; sed hæc omnia gratis, vobis Episcopi diœcesani impēdāt, alioquin liceat vobis, quoscunq; malueritis Episcopos Catholicos adire, gratiā, et communionem sedis Apostolicæ habentes, qui nostra freti authoritate, vobis quòd postulatis, impendant. Quòd si sedes diœcesanorum Episcoporum fortè vacauerit, interim omnia Ecclesiastica Sacramēta à vicinis Episcopis accipere liberè, & absq; contradictione possitis; sic tamen, vt ex hoc in posterum proprijs Episcopis nullum præiudiciū generetur. Quia verò interdū propriorū Episcoporū copiam non habetis, si quos Episcopos Romanæ sedis, vt diximus, gratiā, & cōmunionem habentes, & de quibus plenā notitiā habeatis, per vos transire contigerit, ab eis benedictionē Vasorum, & vestium, & cōsecrationem altarium, authoritate sedis Apostolicæ percipere valeatis. Cū autē generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis ianuis clausis, exclusis excōmunicatis, et interdictis, nō pulsatis cāpanis, dūmodò causā nō dederitis interdicto, suppressa voce diuina officia celebrare,*

Tertiùm pro eadē testimonium.

b In Compēdio Priuilegiorū Regul. pag. 167. impressionis Antuerp. an. 1606. in maii magno sixti IV. priuilegium Innoc. IV.

Ante vnionē Anni 1256. obseruant regulā S. Aug. Eremitæ Zāboniti.

c pag. 336.

Chrisma verò, olei, consecrationẽ altariũ, seù basilicarũ, ordinationes, à diœcesanis suscipiatis Episcopis, siquidem Catholicè, & ritè gratiam, & communionem sacro sanctæ Romanæ sedis habuerint, & ea vobis voluerint, sine prauitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper, quòd infrà fines locorum vestrorum, nullus sine assensu diœcesani Episcopi, & vestro, capellam, & oratorium de nouo construere audeat, saluis Priuilegijs Pontificum Romanorum. Adhæc nouas, et indebitas exactiones ab Archiepiscopis, Episcopis, Archidiaconis, seu Decanis, alijsq; hominibus Ecclesiasticis, sæcularibus, vel (fortè, *ve*, ita apud Empoli a) *personis, à vobis omninò fieri prohibemus; sepulturamq; in Ecclesijs vestris liberam decernimus; vt eorùm deuotioni, & extremæ voluntati, qui se illic sepelire desiderauerint, nisi fortè excommunicati, vel interdicti sũt, aut etiam publicè vsurarij, nullus obsistat, salua tamen iustitia illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorũ corpora assumuntur. Præterea hortos, & siluas, ad ius Ecclesiarũ vestrarum spectantes, quæ à laicis detinentur, redimendi, & legitimè liberandi, de manibus eorum, & ad Ecclesias, ad quas pertinent, reuocandi, sit vobis de nostra authoritate facultas. Obeunte verò Generali vestro Priore, vel suorum quolibet successorum; nullus ibidem qualibet surreptionis astutia, seu violentia præponatur; nisi quem fratres communi cõsensu, vel eorũ maior pars consilij sanioris secundũ Deũ, & B. Aug. regulam, prouiderint eligẽdum. Paciq; & tranquillitati vestræ paterna in posterũ sollicitudine prouidere volẽtes, authoritate Apostolica prohibemus, vt intrà clausuras locorũ, nullus rapinam, vel furtũ facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temerè capere, vel interficere, vel violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates, immunitates à prædecessoribus nostris* (fuerant Innocentij IV. prædecessores. Cœlestinus IV. qui tãtum vixit 17. diebus ante coronationem. Gregorius IX. Honorius III. & Innocentius III.) *Romanis Põtificibus, locis vestris concessas, nec non libertates, & exemptiones sæcularium exactionum à Regibus, Principibus, et alijs fidelibus rationabiliter vobis indultas, authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti priuilegio communimus. Decernimus ergò quòd nulli omninò hominum liceat præfatas domos temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integrè conseruẽtur eorum, pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa fuat; vsibus ordinis pro futura, salua sedis Apostolicæ authoritate, diœcesanorum Episcoporũ canonica iustitia. Si qua igitur in futurũ, Ecclesiastica, vel sæcularis persona, hanc nostræ concessionis paginã, scienter contrà eã temerè cõtraire tentauerint* (fortè, *tentauerit*; ita lege.) *secundò, vel tertiò cõmonita, nisi reatum suũ cõgrua satisfactione correxit* (fortè, *correxerit*; ita lege) *potestatis, honorisq; sui careat dignitate, reumq; se diuino iudicio existere, de perpetrata iniquitate cognoscat, & sacratissimo corpore, & sanguine Domini Redẽptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atq; in districto examine districtè* (fortè, *districtæ*; ita lege. sic enim habentur hec tria apud Empoli b) *subiaceat vltioni. Cũctis autem eisdem domibus, sua iura seruantibus sit Pax D. N. I. C. quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiat, & apud districtum Iudicem præmia æterna pacis inueniat. Amen. Datum Anagniæ per manum Guillelmi magistri Scholarũ Parmen. S. R. E. vice Cancellarij 7. Idus Septembris, Indictione 12. Incarnationis Dominicæ Anno 1254. Pontificatus verò Innocentij Papæ IV. Anno 12.*

a Pag 337.

b pag. 338.

Prædecessores Innocẽtij IV. concesserunt Priuilegia Eremitis S. Ioannis Boni.

280 Quis ergò credat Congregationẽ Eremitarum S. Ioannis Boni renitentẽ, & reluctantem fuisse præceptis Pontificijs, ab anno 1240. vsq; ad ann. 1256. tam diuturna tãtorum annorum reluctatione, si eodem tempore anno 1249. vel antè, & deindè anno 1253. & 1254. et 1255. tum Innocentius IV. quam Alexander IV. eam laudibus effert, Priuilegijs communis, & priuilegia suorũ Prędecessorũ cõfirmat.

Conclusio ex dictis.

281 Deniq; de Cõgregatione Eremitarum Brictinens. ord. S. Aug. id ipsum demonstrare non erit difficile, ex testimonijs Innocentij IV. quæ habentur apud Marquez c Primum est tenoris sequentis.

Primum pro Congregatione Brictinensi ex bulla Innocentij 4. testimonium.

c Cap. 3. §. 2. pag. 21.

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio I. S. M. in via lata Diacono Cardinali (is erat Octauianus Vbaldinus, Florentinus, quẽ Innocentius IV. in prima creatione duodecim Cardinal. Lugduni in Concilio Generali in quatuor tẽporibus aduẽtus an. 1244. creauit diaconũ Cardinalẽ S. Marię in via lata, testè Onuphrio d & obijt mense martio, An. 1272. cũ adhuc esset Diaconus S. Mariæ in via Lata; atq; adeò in hoc Priuilegio, & sequenti per errorẽ ponitur, *dilecto filio I.* cũ potiùs debeat dicere; *Dilecto filio O. I. Apostolicæ sedis legato, salutem, & Apostolicam benedictionem. Insinuarunt nobis dilecti filij Prior, & vniuersi fratres Eremitæ de Brictinis ord. S. August. quòd Prior Ecclesiæ S. Mariæ Magdalenæ, in valle de Petra, Bononiensis diocesis, ad frugem vitæ melioris aspirans de sui Conuentus voluntate, & vnanimi consensu in manibus dicti Prioris de Brictinis prose, ac præfato Conuentui, saluo omnino Iure venerab. fratris nostri Bononiensis*

d De Pontificibus, & Cardin pag. 148. & 159.

nienfis Episcopi fecit obedientiam manualem B. Aug. regulam, et constitutiones, ac obseruantias earúdem seruaturum perpetuò pro se, et suis fratribus se promittens, sicut in publico instrumento confecto exinde plenius dicitur contineri. Cùm autem Priorem & Eremitas huiusmodi pro religionis suæ meritis, affectu prosequamur in Domino Speciali, dicto Episcopo preces direximus, & mandatum, vt quod in hac parte intentione salubri factum esse cognoscitur, pro diuina, & nostra reuerentia, gratum sibi constituens, et acceptum id prout spectat ad ipsum confirmare nó differat, & super hoc tibi etiam, cum requisitus à te fuerit, reuerenter intendat; ita quòd ex hoc processu téporis, gratiori apud nos meruisse gaudeat incremēta fauoris. Quò circà discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus eúdem Episcopum sicut efficacius poteris, vt mandatum nostrum compleat, exhorteris; nobis quod super hoc feceris, & inueneris scripturus; Datum Lugduni 15. Cal. Iulij. Pontificatus nostri Anno 4. atq; adeò Christi 1247.

Pontifex laudat merita Eremitarũ Brictinensium.

Pontifex præcipit Cófirmationem translat. Benedictinorũ ad Brictinēses.

283

Secundú pro eadé testimonium ex alia eiusdem Innocentij Bulla.

Secundum testimonium est eiusdē Innocentij IV. datum anno 1249. in quo eidem legato rem totã committit, quia Episcopus præceptũ Pontificium exequi differebat. Est autem huiusmodi.

284

Innocentius Episcopus. Seruus seruorũ Dei; Dilecto filio. I. (debet dicere O.) *S. Maria in via lata Diacono Card. Apostolicæ sedis Legato, salutem, & Apostolicam benedictionem. Dilecti filij Prior, & Fratres Eremitarum de Brictinis ord. S. Aug. Fauensis diœcesis, nobis exponere curarũt; quòd cùm Prior, & fratres domus S. Mariæ Magdalenæ de Valle Petra ord. S. Benedicti. Bononiensis diœcesis incorporari eorundem Eremitarum domui, & ordini affectarent, tibi direximus scripta nostra, vt venerabilem fratrem nostrum Bononiensem Episcopum monere, ac inducere procurares; quod fratres dictæ domus S. Mariæ Magd. ordini, & domui dictorum Eremitarũ incorporare studeret. Sed eodem Episcopo à te super hoc monito diligēter id nō posse fieri propter diuersitatem ordinum asserente; ad supplicationē eorundem Prioris & fratrum Eremitarum asserentium, quòd ipsi propter Constitutiones eorum ordinis, longè arctioribus, quam dicti fratres S. Mariæ Magdalenæ obseruantijs astringũtur, iteratò tibi nostris dedimus literis in mãdatis, vt si ordinem prædictorũ Eremitarum ordine fratrum eorũdē S. Mariæ Magdalenæ ex cõstitutionum additione sibi arctiorē esse constaret, super incorporatione, siuè vnione prædictis, præfati Episcopi irrequisito assensu, & ipsius in omnibus Iure saluo, dispensatiue procederes, prout videris tunc circumspectio expedire; & licet huiusmodi negotium dilecto filio Magistro Vbaldo subdiacono, & Capellano nostro duxeris committendũ, in ipso tamē nullus habitus est processus. Quarè præfati Prior & fratres humiliter nobis supplicarunt, vt nè in ipsorum præiudicium factum huiusmodi protelетur, incorporationem, siuè vnionē præfatam fieri de benignitate sedis Apostolicæ mandaremus. Quocircà discretioni tuæ per iterata scripta mandamus quatenus super incorporatione, siuè vnione præfatis procedas, iuxtà traditam tibi formã; Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo. Datum Lugduni 8. Idus Decembris Pontificatus nostri anno 7.* atq; adeò Christi 1249.

Tertium testimonium est eiusdem Innocētij (adducitur à M. Marquez a) & sic se habet. *Innocentius Episcopus seruus seruorũ Dei. Venerabilibus fratrib⁹ Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis Decanis, Archidiaconis, et alijs Ecclesiarum prælatis, ad quos literæ istæ peruenerint, salutem, & Apostolicam benedictionem. Ad opera pietatis nō credimus vos inuenire difficiles, ad quæ tenemini per vos ipsos. Rogamus itaq; sinceritatem vestram, & hortamur attentè per Apostolica vobis scripta districtè præcipiendo, mãdantes, quatenus dilectos filios fratres Eremitas de Brictinis ord. S. Aug. qui deuotis obsequijs insistentes, non habent vndè valeant sustentari, pro diuina, & nostra reuerentia cōmendatos habētes, eis, cum ipsi, vel eorũ nuncij ad partes vestras accesserint, non inferatis, nec permittatis super eleemosinis colligendis ad sustentationem ipsorum ab aliquibus inferri molestiam aliquã, vel grauamen, ita quòd eis, præter diuinæ retributionis meritũ, possitis à nobis nō immeritò cōmendari. Dat. Lugduni 4. Nonas Iulij. Pontificatus nostri anno 6.* atq; adeò Christi non 1247. (non dic 4. Maij, vt Marquez habet vbi suprà per errorē impressoris; sed dic 4. Iulij) sed 1248. quia electus fuit Octauo Cal. Iulij Anno 1243. Quinimò, & idē Innocentius prædictis Eremitis Brictinensibus ord. S. Aug. cōfirmauit bullã Gregorij IX. quæ eorũ constitutiones Apostolica authoritate roborauerat; id autē præstitit Innoc. (vt testatur b) Lugd. 15. Cal. Octob. An. 8. sui Pōtificat⁹, atq; adeò Christi 1250 & habentur in eius regestò, sub num. 83.

285

Tertium pro eadē testimonium ex alia eiusdē Innocentij Bulla.

a Cap. 14. §. 8. pag. 270.

b §. 4 nu. 13. pag. 53.

Repetã hîc etiã id, quod de Cōgregationibus Eremitarũ S. Aug. & S. Ioãnis Boni suprà dixi. Quis credat Congregationē Eremitarũ Brictinensiũ, renitentē, & reluctãtē fuisse decretis Pontificijs, ab An. 1240. vsq; ad An. 1256. tã diuturna tantorũ annorũ reluctatione; si eodē tēpore Anno 1247. 1248. & 49. & 1250. 52. 53. 55. 56. Innocētius IV. & Alexãd. IV. prædictos Eremitas pro religionis suæ meritis affectu

286

Conclusio ex dictis.

prosequtur speciali, & iteratis vicib⁹ præcipit admitti trāsitū Cōuentus Monachorū S. Benedicti ad ordinem eorum Eremitarum? Hæc est illa reluctatio, quam passim repetis? Hæc est illa renitentia, quam tertio quoq; verbo inculcas? Hæc est illa tam diuturna tātorum annorum reluctatio, quæ non potuit tolli per tot pontificū diplomata, adiectasq; censuras; sic tu loqueris, sicq; locutus non dissimiliter fuerat R. P. F. Antonius Daza, quem conuicit M. Marquez.[a] At verò lōgè aliter loquuntur Innocentius IV. & Alexander IV. (*cognosce magnificentiā laudis* (vt alibi dixit Augustinus[b]) *ex dignitate linguarum*) vt quodammodo possimus accomodare illud Augustini[c] *vsq; adeò permiscuit vna, summis longa dies, vsq; adeò tenebræ lux & lux tenebræ esse dicuntur, vt videant Pelagius, Cælestius, et Iulianus, & cæci sint Hilarius, Gregorius, Ambrosius? Eliget quisq; quod placet* (cum Aug. dixero[d]) *& si contra Cælestia fulgura mendacij terrenus fumus aliquid præualet, dimisso Cælo euanescat in ventos.*

a cap. 4. §. 6. & 7.

b In serm. de decollatione D. Ioannis.

c Lib. 2. contra Iulianum cap. 10.

d Lib. 1. contra Parmenianum cap. 2.

AD NVMERUM IX.

Ostenditur ex Bullis adductis non conuinci habitum ordinis Augustiniani non deriuari ab Augustino.

287 Assertio, & intentum aduersarij.

AD id præcipuè has retulimus bullas, inquis, vt ostenderemus neq; habitum, neq; corrigiam Eremitarum, originem habuisse ab Augustino, sed ab exorta illa controuersia, & illius temporis Pōtificibus, maximè à Gregorio, eiusq; legatis, vt habet Innocent. IV. in bulla, *sanè ad audientiam &c. Quid adhuc egemus testibus, quid ampliùs in hac re desideramus;*

288 Retunditur.

e Matth. 26. & Marci 14.

f In cap. 14. Marci.

Quid adhuc egemus testibus, inquis, & in qua causa dicta sunt hæc verba? sanè in causa contra Iesum[e] & in qua testimonium quærebatur, nec inueniebatur, & in qua tandem venerunt duo testes, sed falsi; & in qua adhuc testes, qui rem probarent, non erant; & in qua Pontifex scidit vestimēta sua, non Christi, *Quod alicui mysterio factum est*, ait Beda.[f] *cùm tunica domini, nec ab ipsis qui eum crucifixere militibus, scindi potuerit*, soliditas enim Ecclesiæ, quæ vestis sui redemptoris solet appellari, nūquam valet disrumpi. Ea ergo verba à te ex Pontificis ore mutuata in causa, tam iniqua, te non bonam causam agere, neq; tunicam discipulorum Christi filiorum Augustini disrumpi posse, non leui indicio persuadent.

Neque bullę à te relatæ, id, quòd cupis, ostendunt, vt ex dictis hucusq; legentibus constabit. Vt dicere possimus, cum Augustino[g] *Nouimus has quidem, sed huic quomodò suffragentur ad id, quòd asseris, non videmus. Sed quærat, alia ne fortassis inueniat. Nam hoc istis testimonijs, quæ iam posuit, non probauit.* Monstrauimus nempè[h] pluribus habitum nostrum, & corrigiam habere authorem Augustinum. Modò ostendemus antiquiorem esse quàm exortam controuersiam, & statuta Pontificis Gregorij IX. & eius in Lombardia Legatorum, id ergò non pluribus sed purpuratis testibus comprobemus. *Eorum ergò* (vt cum parente Augustino dixerim[i]) *appende sententias. Nolo esse plures, vt eas te pigeat numerare; Sed non sunt leues, vt eas dedigneris appendere; imò tam sunt graues, vt te videam sub earum onere laborare.* Ex ipsis testibus, & testimonijs, quibus nos impugnas, te ipsum, conuincemus. Primò ex ipsa Greg. IX. Bulla, quam Marquez[l] & tu ipsem ad verbum adducitis, ibi. *Dudum apparuit in partibus Lombardiæ religio, cuius professores vocati Eremitæ fr. Ioannis Boni ord. Sancti August. nunc succincti tunicas cum corrigijs, baculos gestantes in manibus, nunc verò dimissis baculis incedebant*, & infra. *Ad verumque quidem prouidimus statuendum, vt Prior, & vniuersi & singuli fratres prædicti Ordinis Sancti August. in exterioribus vestimentis, quæ nigri, vel albi debebant esse coloris, quorum altero, videlicet nigro, iam electo ab eis, ipsos volumus manere contentos, largas, & prætensas manicas quasi ad instar cucullarum, & desuper ipsa ferant peramplas corrigias &c.* ergo antè huiusmodi statutum fratres Eremitæ Sancti Ioannis Boni, cùm primò apparuerunt in Lombardia, tunicas ferebant albi, vel nigri coloris, præcinctas corrigijs. Non ergò habitus, & corrigia Eremitarum Sancti Ioannis Boni ortum habuit ab exorta controuersia, & Pontifice Gregorio IX. eiusq; legatis, licèt aliqua accidentalia determinata fuerint in eius Bulla. Et Confirmatur ex Constantio Laudensi in vita Sancti Ioannis Boni[n] vbi loquitur de Sancto Ioanne Bono, paulò post primum accessum ad Eremum Cæsenatensem, ibi. *Si ristrinse con noi o vero all'habito della cappa nera, con la cintura di cuoio, di che già vestiua Agostino Santo.* Hoc autem, vt latè ostendimus[o] ad minùs accidit Anno 1208. vel 1209. ergò habitus, & corrigia Eremitarum Sancti Ioannis Boni ordinis Sancti Augustini non habuit

289 Refellitur.

g lib. 1 de raptismo, & alius op[illegible]

h In responsione ad principium huius § 4.

Habitum Eremitarum corrigiam esse antiquiorem, & statutis Gregorij comprobatur primo ex ipsa eius bulla.

i Lib. 2. cōtra Iulianū cap. 30.

l Cap. 5 principio pag. 16. [illegible]

Conf. ex Cōstantio Laudensi.

n Lib. 1. cap. 2 pag. 4.

o In responsione ad tuum §. 1.

habuit exordium à decreto Gregorij IX. eiusq; legatis.

290 Secundus ex Bulla Gregorij IX. data Perusij 3. Idus Martij anno VIII. Pontif. atq; adeò Christi 1235. ante exortã controuersiam, quam adduxit Marquez [a] in ea Pontifex confirmat statutum antea editum ab Eremitis Brictinensibus ord. S. Aug. & inter alia ibi sic habetur. *Laudabiliter statuistis, vt fratres vestri ordinis de colore, seu valore vestrum minimè contendentes, semper in eis vilitatem obseruent, & quatuor tunicis, vna cuculla, & duobus scapularijs sint contenti. Item quilibet frater cingatur desuper ampla corrigia non consuta, & illa contentus existat.* Hocq; statutum ab Eremitis ipsis editum, & à Greg. IX. confirmatum refertur in alia Bulla Gregorij IX. quam nouiter edidisti [b] ibi. *Non obstante statuto de ferendis corrigijs super cucullis ab eis edito, & per nos vt dicitur, confirmato.* Quòd rursus fuisse confirmatum ab Innocentio IV. Lugduni 15. Cal. Octob. anno 8. Pontific. atq; adeò Christi 1250. & haberi in eius regesto sub num. 83. testaris [c]. Non ergo habitus, & corrigia Eremitarum Brictinensium ortum habuit post controuersiam exortam cum Minoribus à Gregorio IX. eiusq; legatis: cùm ante illam anno 1235. confirmatum fuerit prædictum statutum ab ipsis editum.

Probatur secũdo ex alia eiusdem Greg. ex Bulla

a Cap. 14. §. 8. pag 268. in suo libro de Origine Fratrum Eremit. ord. S. Aug.

b In hoc §. 4. nu. 8. pag. 47.

c Hic num. 13 pag. 53.

291 Idem etiam tenendum est de Eremitis Cõgregationis S. Augustini, quibus Ricardus Card. protector Anno 1253. cucullas nigras corrigijs cinctas, habito cõsilio quorundam fratrum discretorum ex ipsis determinauit. Quis enim credat discretos fratres Eremitas S. Augustini cõsuluisse, vt habitum pristinum eiusdem Congregationis Augustinianæ dimitterent, & nouum assumerent; & non potiùs, vt antiquum retinerent quibusdam accidentalibus additis, quibus differrent manifestè ab alijs ordinibus, certo & determinato habitu ab ipsis assignato, nempè, non relicta cuilibet libera facultate vtendi albis, vel nigris testibus prout voluisset, sicut vtebantur Eremitæ S. Ioãnis Boni, & adhùc vti poterant Eremitæ S. Guillelmi, qui secũdùm sui ordinis instituta portabant laneas cucullas, vsq; ad ructuram pedis coloris naturalis ipsius lanæ latis circumcinctas corrigijs; baculosq; in manibus, & in pedibus calceamenta gestabant, vt constat ex Bulla (quam refert Sampson Haius [d] & Marquez [e]) Innocentij IV. data Lugduni Nonis Ianuarij Anno 6. Pontificatus, atq; adeò Christi 1249. & nos quoq; supra [f] retulimus.

Idem probatur de Eremitis Cõgregationis S. Aug.

d lib. de verit. vita, & ord. S. Guill. pag. 72.

e ca. 13. §. 13. pag. 292.

f In respõs. ad principiũ huius §. 4.

Neq; oppositum probatur ex clausula Innocẽtij IV. quã tanquam vnicum asylũ elegisti [g] appellans eam Bullam, *sanè ad audientiam*, cum tamen incipiat, *Admonet nos*, & instrumentu Card. Guillelmi Protectoris, Incipit, *Variam ordinis vestri*; ibi. *Et quia eorum* (scilicet Eremit. S. Ioannis Boni) *habitus, qui habitui fratrum Minorũ videbatur conformis, apud aliquos scandalum quodammodò suscitabat, de mandato & authoritate duorum Cardinalium, qui tunc in partibus Lombardiæ legationis fungebantur officio, nigrum, quem gestatis adhuc habitum elegerunt*, efficacissima sanè conuictio, ad probãdum habitum, & corrigiam Eremitarum S. Aug. ortum habuisse à Greg. IX. eiusq; legatis post controuersiam exortàm cum Minoribus; & tamen in ea nulla fit mentio de corrigia, tantùm fit mentio de colore nigro electo ab ipsis Eremitis de mandato legatorum. Cùm enim ipsi ex sua institutione possent, vti colore albo, vel nigro, legati pro bono pacis ad terminandam litem, & discordiam præceperunt ipsis, vt ex illis duobus coloribus, quibus vti poterant, vnum eligerẽt; illi autem nigrum colorem, quo videtur vsus Augustinus elegerunt. 292

Ex clausula Innoc. IV. oppositũ nõ cõstare conuincitur.

g In hoc §. 4 nu. 2. 3. & 18.

Sed quoniam sæpe, hæc Bulla Innocentius IV. tàm à te, quàm à nobis allegatur, pluresq; ex illa nos manifestas probationes desumpsimus, placuit illã ex M. Marquez [h] verbatim, licèt longam, transcribere, vt suprà promisimus, vt autem testatur Empoli [i] Extat in nostro Archiuo Romano, vnde illam extraxit Illustrissimus Dom. Fr. Augustinus de Iesu Archiepiscopus postea Braccarens. & deuenerat ad manus Illustrissimi, & Excellentissimi Principis D. Fr. Alexij de Meneses, Lusitaniæ Proregis, & Archiepiscopi Braccarensis. Duplex hoc lumen ex Eremitica D. Aug. familia prodijt, vt toti orbi luceret. Eandem haberi in Regesto Innocentij Quarti sub anno 10. num. 635. fol. 263. pag. 2. Vuadingus testatur [l] Non possum autẽ non obseruare plures ex his bullis, quæ nobis fauent, reperiri apud Patres ord. Seraphici, qui nobis hæc bella mouent, vel ab ipsis inuentas referri, vt dicere possimus, quod B. Petrus Damianus [m] dixit. *Prouida redemptoris nostri dispensatione diuinitùs agitur, vt quasi ad seruandam legis donum Iudæorum reliquiæ seruentur, vt ipsi quodã modò nostri sint scrinarij, & libros coelestis eloquij in eadẽ, in qua cõditi sunt, lingua, vbique terrarũ ferant; quatenus ipsi, qui nobis minimè cedũt, si quãdo scrupulus dubietatis emerserit omne nobis ambiguum tollant &c.* Nam nisi illud 293

h Ca. 13. § 17. pag. 245.

i pag. 176.

l In suo Apologetico § 2. nu. 6. pag. 12.

m Lib. 2. Epist. 11 pag 88.

accederet testimonium, quod apud nos scribitur, quodammodò putari posset esse figmentum, sed cùm illud testimonium adhibetur, illicò dubitatio tollitur. Est autem Innocentij IV. Bulla tenoris sequentis.

294 *Innocentius Episcopus Seruus seruorum Dei. Vniuersis Prioribus, & Fratribus Ord. Eremit. salutem, & Apostolicam benedictionem. Admonet nos cura suscepti regiminis, & authoritas Pontificalis inducit, vt et plantare sacram religionē, & plantatam fouere summoperè debeamus. Quòd vtilius tunc exequimur, si ea quæ sunt recta nutrimus, & corrigimus, quæ profectū virtutis impedire noscuntur. Quia verò diuersitas formæ quā fratres vestri ordinis olim in profitendo, & eligēdo sibi Priorem generalem seruabant, diuersitatē inducebat etiam animorum, & per cōsequens scādalum generabat, post diuersas electiones, & confessiones factas de Prioribus in ordine ipso, & diuersos processus super his habitos: Nos ad quos spectat errata corrigere, ac munire directa, paci, & tranquillitati vestræ paterna solicitudine prouidere, dilecto filio nostro Guillelmo S. Eustachij Diacono Card. cui dudum generalem curam ordinis prædicti commisimus, examinationem electionis celebratæ in Generalem Priorem eiusdem ordinis de dilecto filio Fr. Lamphranco Mediolanensi, tunc Priori domus vestræ Bononiensis, & processuum eorundem duximus committendam. Cum igitur idem Card. de mandato & authoritate nostra, electione de præfato Fr. Lamphranco, qui eā muneri celebratam Canonicè, confirmata, super professione, ac electione, nec non, & nominatione Prioris generalis ipsius ordinis faciendis de cætero ac alijs articulis eadem authoritate statutum edidit prouidū, & honestum; prout in ipsius Card. literis inde confectis plenius continetur. Nos vestris supplicationibus inclinati, quod ab eodē Cardinali super hoc factum est, ratum, & gratum habentes, id authoritate Apostolica confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus, tenorem literarum ipsarum præsentibus de verbo ad verbum inseri facientes qui talis est.*

Bulla Innocentij IV.

295 *Guillelmus miseratione diuina S. Eustachij Diaconus Cardinalis, Religiosis viris, & dilectis in Christo vniuersis Prioribus, & fratribus ord. Eremit. tàm præsentibus, quàm futuris in perpetuū. Variam ordinis vestri formam, in profitendo, & in eligendo sibi Priorem generalem spectantes, in variam inter se dissensionis materiam inciderūt. Propter quòd necessarium extitit in hac parte vobis, & eidem ordini, per Apostolicæ sedis prouidentiam subueniri. Sanè ad audientiam D. Papæ peruenit, quod bonæ memoriæ Fr. Ioannes Bonus . . . . in ordine vestro primā apud Budriolum Casenatens. diœcesis, de concessione diœcesani loci eiusdem domum incepit; & dū*

Tenor literarū Guillelmi Cardinalis S. Eustachij.

Nō potuit legi. ait Marquez pag. 245.

fama conuersationis eius per loca vicina crebresceret, & plurimi conuerterentur ad eum, Ecclesiam in honorem B. Mariæ Virginis construxit ibidem. Crescente autem numero, & merito eiusmodi conuersorum, religio vestra per eos in diuersis partibus, in quibus mansiones construxerant (Iordanus a habet; *Construxerunt*) *extitit propagata. Cùm autem ijdem religiosi aliquam de approbatis regulam non haberent, quidam ex ijs accedentes ad sedem Apostolicam, obtinuerūt ab ea B. Aug. regulā sibi dari, & ex tunc ceperunt in Regularibus obseruantijs instrui, & regulariter se habere, & quia eorum habitus, qui habitui fratrum Minorum videbatur conformis, apud aliquos scandalum quodammodò suscitabat, de mandato, & authoritate duorum Card. qui tunc in partibus Lombardiæ legationis fungebantur officio, nigrum, quē gestatis adhuc, habitum elegerunt. Qui cùm tam vocarentur fratres Eremitæ. Ioannis Boni ord. S. Aug. continuò, qui recipiebantur ab eis, profitebantur hoc modo. Ego* N. facio professionem, & promitto obedientiam Deo, & B. Mariæ, & tibi Priori Frat. Eremit. S. Mariæ de Cesena, tuisq; successoribus, vsq; ad mortem secundum Regulam B Aug. & Constitutiones fratrum istius loci; *In hac verò forma professionis, vbi dicebatur,* istius loci, *authoritate generalis Capituli eorundem fratrum,* istius ordinis, *postmodùm dictum fuit. Cumq; dictus frater Ioannes Bonus, qui per plures Annos fratribus prædictis præfuerat, & fratres ipsi eidem tanquā institutori ordinis ipsorum* (appellatur institutor ordinis, quia erat institutor illius Congregationis, sicut Honorius III. bulla data Later. 16. Cal. Ian. anno 5. Pontificatus loquens de Abbate Ioachimo, ait. *Qui Pater, & institutor fuit ordinis eorundem,* nempe Cōgregationis Florensis, quæ fuit, & est Ramus ord. Cistercienfis, vt habet Fr. Franciscus Biuar Cistercienf. b) *reuerenter intenderent; curam ipsorum, quam per excrescentem numerositatem subditorū excreuerat, cedere aspiraret, Fr. Matthæo, & quibusdam alijs fratribus suis assumptis ad Episcopum Casenatensem accessit, qui Episcopus dictum fratrem Mathæum Præsentatum sibi ab eisdem Fr. Ioanne Bono, & alijs, in Priorem dictæ domus, & per hoc in generalem totius ordinis, sicut dicitur, cōfirmauit. Quo in religione prædicta annis pluribus tanquam Generali Priore generaliter ministrante quamplures intrauerunt religionem eādem, & secundum formā præscriptæ professionis, quamquam nonnulli ex eis Fr. Mathæo prædicto simpliciter tanquam Generali Priori, nō tanquam Priori S. Mariæ de Casena, se profiteri principaliter crederent, sunt professi. Interea duo fratres professionis prædictæ lugduni ad Sedē Apostolicam venientes, generalem curam ordinis ve-*

Vuadingus verò §. 2. n. 6. pag. 12. ait ibi in eā lacunā haberi. Primus. Empoli sic legit. Quòd bonæ mem. ... in ordine vestro primum apud Budriolum &c.

a Lib. 1. cap. 8.

Quomodo profitebantur Eremitæ Cōgregationis B. Ioannis Boni.

S. Ioānes Bonus Generalis Eremitarum sub regula Aug. per plures annos.

b In Apologetico cōtra Pānorū §. 1. num. 3. pag. 469. et § 2. pag. 483.

Fr. Mathæus successor S. Ioannis Boni in Generalatu præfuit annis pluribus in eadē Congregatione.

Guillelmus de Flisco Card. Diacon. S. Eustachij, Lugduni factus protector Cō-

stri à

gregationis Eremitarū S. Ioannis Boni circa Anno 1247. paulo magis aut minus.

stri a Domino Papa nobis obtinuerunt committi, & priuilegium quoddam commune, in cuius titulo scribebatur, Priori fratrum Eremitarum S. Mariæ de Cæsena eiq; subiectis Prioribus, & fratribus vniuersis, *à sede reportarunt eadem. Prædictus deniq; frater Mathæus prudenter attendens, quod in administratione curæ, quam assumpserat sine scandalo diutius remanere non poterat, eò quòd ad eandem curam à quibusdam fratribus minimè sufficiens haberetur, vocatis Prioribus, & fratribus omnibus de ordine vestro, quorum intererat, Generale Capitulum apud Ferrariam congregauit. Sed inter ipsum Fr. Mathæum, & fratres de Cæsena, ac quosdam alios Priores, & fratres de Romaniola super cessione ipsius fr. Mathæi, antequam eligeret diffinitores generalis Capituli, prout secundùm tenorem Constitutionū sui ordinis poterat, de celebratione Capituli eiusdem Contentione suborta, dicti fratres de Cæsena, & alij contra præceptum eiusdem fratris de ipsa Capitulo tanquam dissentientes, & cōtradicentes ne generale Capitulum fieret exierūt. Ipse verò Fr. Mathæus, nihilominus diffinitoribus electis prædictis, in manibus eorum cessit administrationi generali, quā exercuerat, & iuri, si quod in Confirmatione sua ab Episcopo Cæsenatensi acceperat, in manibus Nuncij eiusdem præsentis, ibidem publicè resignauit; sicq; huiusmodi cessione ac resignatione receptis, quidam fratres ex his, qui ibidem aderant, ad eligēdum Priorem, generalem assumpti, fr. Hugonem Mantuanum in Generalē Priorem totius ordinis elegerūt. Per illos autem, qui rem anserunt, statutum fuit in eodem Capitulo, vt omnes qui ex tunc in ordine ipsorum profiterentur deberent, profiterentur hoc modo.* Ego N. facio professionem, & promitto obedientiam Deo, & B. Mariæ, & tibi Priori generali fratrum Eremit. Ioānis Boni; *Post hæc autem vir venerabilis Aquilegiensis electus, tunc in Lombardia Legatus Apostolicæ sedis electionem huiusmodi confirmauit. Fratres verò de Cæsena, & quidam alij de Romaniola adhærentes eisdem, apud Cæsenam; Conuenientes in vnum, & tàm consuetudini, quam Prior fratrum S. Mariæ de Cæsena prædicta per fratres ordinis ad locum ipsum tanquam ad primum, & principale, à quo idem ordo processerat; eligi, & Generalis Prior propter hoc meritò esse, & appellari solebat; quam titulo prædicti Priuilegij primò in ordine ipso obtenti, in quo prædicto Priori de Cæsena scribebatur, principaliter inhærentes; Fr. Marcum Cæsenatensem in Priorem dictæ domus, & per hoc in Generalem Priorē totius ordinis elegerūt, ac electionem quam de ipso fecerant, obtinuerūt confirmari per Episcopum Cæsenatensem. Dinc sicq; igitur in ordine vestro assumptis Generalibus Prioribus, alter in illos, qui obediebant alteri, multiplices excommunicationis sententias protulerunt. Ex quibus nonnulli celebrantes diuina, & excommunicati taliter ad sacros ordines sunt promoti. His autem temporibus prædictus Fr. Hugo proprios nuncios ad Apostolicam Sedem transmittens, mutationem professionis prædictæ, & id, quod super electione sua per præfatum legatum factum extiterat, prout prouidè facta fuerant, per eandem sedem obtinuit confirmari. Quoddam etiam Priuilegium tunc obtinuit, quod in nullo alio quam in titulo erat à Priori diuersum. Cùm autem ordo vester esset in duas partes diuisus, & inter multiplices contentiones, & discordias in ipso exortas ferè per triennium fluctuaret, tandem fratres ipsius ordinis cupientes vnitatem, & pacem in eodem ordine reformari, quatuor ex scripsis procuratoribus constitutis, illos ad Curiam Romanam, & ad nos specialiter, tanquam ad patronum sui ordinis transmiserunt. Sed quia tunc eos per nos commodè non poteramus audire, prudentibus viris electo Paduano, & Fr. Simoni Mediolanensi lectori de ordine minorum, Capellanis, & socijs nostris commisimus, vt procuratores eosdem super his, quæ vellent proponere, diligenter audirēt, & prout studiosiùs possent, ordinem ipsum ad statum vnitatis, & pacis intenderent reuocare. Dicti vero electus, & Fr. Simon statu, & conditionibus ordinis per prædictas procuratores plenius intellectis, quædam in ordine ipso pro bono statu eiusdem, super certis articulis, de assensu procuratorum ipsorū pronunciauerunt seruanda, & tandem procuratores ipsos concordes ad propria remiserunt. Quibus ita remissis præfatus Hugo, & Marcus, qui pro Generalibus Prioribus se gerebant, & alij fratres, qui obediebant iisdem, de communi voluntate omnium generale Capitulum apud Bononiam celebrarunt. In quo, videlicet Capitulo, ordinatione, quæ per prædictos electū Paduanum, & fratrem Simonem tradita fuerat, recitata, & electa, & diffinitoribus Capituli generalis electis, præfatus fr. Marcus properanit Cæsenam, & in manibus Episcopi Cæsenatensis cessit Prioratui loci eiusdem, in quo per ipsum Episcopū fuerat confirmatus, & per eundem à cura Prioratus ipsius extitit absolutus. Frater verò Hugo, qui per sedem Apostolicam confirmatus fuerat, in manibus magistri Bernardi Canonici Bononiensis Domini Papæ Capellani, cui authoritate Apostolica commissum extiterat, quòd reciperet cessionē eiusdem, administrationi, et officio suo cessit. Cessionibus itaq; huiusmodi taliter expeditis, Priores de ipso Capitulo secedentes in partem, prout spectabat ad eos, ad tractandum de electione futuri generalis Prioris, in quatuor fratres de ipso Capitulo, qui deberent generalem Priorem eligere, consenserunt. Illi autem Spiritus Sancti gratia inuocata. Fr. Lamphrancum Mediolanensem, tunc Priorem domus vestræ Bononiensis in Priorem generalem*

Hoc Capitulū Generale Ferrariense celebratum fuit. Anno 1249. die 24. Octob. vt constat ex Cōstant. Laudensi in vita S. Ioannis Boni lib. 2. cap. 48. p. 87.

Fr. Hugo Mātuanus successor Fr. Mathæi in Generalatu sed in schismate ab Anno 1249. vsq; ad 1252.

Addūt in professione titulū Eremitarum Ioannis Boni quia iam vir sāctus obierat. Electus Aquilegiensis erat Gregorius de Montelongo, Patriarcha de quo Leander Albertus in descriptione Italiæ fol. 440 pag. 2. ne ... il quale per essere huomo prudente, & di grande ingegno & animoso, fu creato Legato de Italia, dal Pōtefice Romano contra Federico II. & contra à Tirāni, come dimostra Biondo nell' historia, Platina nella vita Pontefici, Sabellico nell' Enea di. Cādido nel lib. 5. delle Chroniche di Bologna.

Fr. Marcus Cæsenatensis successor Fr. Mathæi in generalatu, sed in schismate, ab anno 1249. vsq; ad anno 1252.

Diuisio Generalium duorū in Congregatione S. Ioannis Boni durauit per triennium à die 24 Octob. Anni 1249. vsq; ad an. 1252.

In capitulo Bononiensi

ordinis

modò portant Eremitæ S. Aug. sed habitus, quem modò portant Eremitæ S. Aug. est habitus S. Aug. Ergò ex prædicta bulla colligitur concessum fuisse à sede Apostolica Eremitis B. Ioannis Boni, habitum S. Aug. minorem, in qua erat difficultas, supponebat Marcus, iam ab ipso suprà a probatam, vbi inter alia fundamēta, illam probauit ex duabus Bullis Apostolicis Iulij II. & Leonis X. quæ habentur inter nostra Priuilegia pag. 44. & 45. in quibus ad Aegidium Viterbiensem nostri ord. Generalem, sic inquiunt Pontifices: *Vt fratres sub Augustini regula, et habitu altissimo famulantes eiusdem ordinis institutum obseruent*; ita loquuntur Pontifices. At Pennotus ait vbi suprà, quod D. Aug. nunquam huiusmodi habitum induit, nec vidit, & nihilominus non respondet huic fundamento M. Marquez, quem vocat bonum Marquez, an benè, alij viderint.

a Cap. 4. § 1. pag. 34 & seq.

299 Responsio ad fundamētum Pennoti.

Ad fundamentum Pennoti, Resp. Eremitas S. Ioannis Boni à Principio portasse habitum S. Aug. quoad substantialia, postea tamen occasione scandali exorta inter ipsos, & minoritas, elegerunt determinatè colorem nigrū, & Pontifex Greg. IX. determinauit formam quoad aliqua accidentalia. Habitus autem iste sic determinatus est, vel omninò idem, vel saltem idem quoad substantialia cum habitu, quem modò portant Eremitæ S. Aug. & hic est habitus S. Aug. vt testantur Iulius II. & Leo X. ergo, & ille habitus Eremitarum Ioannis Boni erat habitus Sancti August.

300 Secunda eiusdem notatio. b Ibidē num. 3. pag. 152.

Secundo notat b falsum esse, quòd ibidem addit Marquez, haberi ex hac bulla Innocentij IV. B. Franciscum Assisium priusquàm sui ordinis fundamenta poneret, fratris Ioannis Boni Eremitam fuisse; idq; probat esse falsum, primò; Quia in ipsa bulla nullatenus habetur; sed solum cauetur, quod Eremitæ fratris Ioannis Boni non conueniant in habitu cum fratribus à D. Francisco institutis; quod an sit B. Frāciscum fuisse priùs Eremitam ordinis fr. Ioannis Boni, nullus non intelligit. Secundo quia licet habitus fratrum Minorum esset posterior institutione Eremitarum fratris Ioannis Boni, non hinc Sequitur, quòd ille esset habitus Eremitarum fr. Ioannis Boni, sed totum oppositū ex prædictis literis habetur, primo quia constat fratres Ioannis Boni certum, ac determinatū habitum ante Gregorium IX. minimè habuisse, siquidem modò istum, modò illum assumebant, cum scandalo personarum sæcularium, & multiplici eorundem fratrum læsione (scilicet minorum) prout illa Gregorij IX. verba sonant, secundò quia si habitus fratrum Minorum fuisset verus antiquus habitus fratris Ioannis Boni, & suorum Eremitarum, & S. Franciscus illum à Iambonitis fuisset mutuatus, sedes Apostolica non illos suo antiquo habitu spoliasset, vt fratres minores indueret. Neq; enim iustitiæ leges permittunt, antiquos, & legitimos possessores expoliare, vt aduentitios induamus, & parentibus habitum detrahere, vt illum filijs ex benignitate adoptatis tribuamus, & ex hoc ait sibi probabile, imò, & certum esse, habitum, quem nunc fratres Minores deferunt, ab Eremitis fratris Ioannis Boni nullatenus mutuatum.

301 Tertia notatio eiusdem.

Tertiò principaliter, quia conferamus verba huius bullæ cum fundamento eius assertionis; fundamentum huius assertionis est; quia inquit Aegidius Viterbiensis Card. ipso Marquez referente c *Manu Chirographum lectum aiunt, quod in manu B. Ioānis Boni professus ordinem sit*. Dixerat hoc lōgè ante illum fr. Iordanus de Saxonia d in vitas frat. & omnium clarissimè rem expressit supplementi author fr. Iacobus Philippus Bergomens. e de eodem Ioanne Bono, & B. Francisco Assisio scribens; Confer nunc istas sententias, ait Pennotus f cum sentētijs ipsius Bullæ. Primò ait Card. Aegidius lectum esse chirographū, quod B. Franciscus in manu Ioannis Boni professus sit ordinem Eremitarum S. Aug. Addit fr. Iordanus B. Franciscum professum fuisse in manibus fratris Ioannis Boni in Monasterio S. Mariæ apud Budriolum; & hoc in initio fundationis ipsius ordinis. Demum subiungit fr. Iacobus Philippus illum professum regulam D. Aug. E contrario verba Bullæ testātur; etiam postquam dictus ordo in diuersis partibus, in quibus domos extruxerant, fuerat propagatus, nullam de approbatis Regulis ipsos fratres Iambonitas adhuc habuisse, sed quosdam illorum ad sedem Apostolicam accedētes. D. Aug. regulam obtinuisse, & ex tunc in regularibus obseruantijs instrui, & regulariter se habere cœpisse; & propter exortum dissidium, cum Minoribus de mandato, & authoritate duorum Cardinalium Lombardiæ Legatorum, nigrum habitum elegisse; & cum priùs profiterentur sub hac forma, *Ego N. facio professionem, & promitto obedien-*

c cap. 21. §. 5.

d Lib. 1 ca. 8.

e Lib. 13. sub anno 1193.

f Ibidem pag. 153.

tiam Deo,

tiam Deo, & B. Mariæ, & tibi Priori Ordinis Eremitarum S. Mariæ de Cascina; authoritate cuiusdam Capituli generalis statutũ fuisse, vt exindè diceretur. *Priori ordinis Eremitarum S. Aug.* sed hæc circa tempora Gregorij IX. acciderũt, vt ex bullis supra cap. 25. relatis non obscurè habes; ergo tantũ abest, vt B. Aug. regulam B. Franciscus, & ordinem Eremiticum profiteri potuerit, in manu Ioannis Boni, vt potiùs sui ordinis fundator fuerit, antequam Eremitæ Ioannis Boni, vel D. Aug. regulam à sede Apostolica obtinuissẽt, vel in regularibus obseruantijs instrui, & ordinis Eremitarum S. Aug. vocari cœpissent; idq; patet; quia Gregorius IX. cuius tempore cœperunt primum apparere Eremitæ Ioannis Boni, sub nomine ord. S. Aug. fuit circa annum Dom. 1227. D. autem Franciscus suum ordinem fundauit anno 1209.

302 Reijcitur, & falli Pennotũ probatur. Immeritò etiam hic notatur Marquez, ille enim non ait in hac bulla, vel ex hac bulla haberi B. Franciscum fuisse Eremitam Augustinianum, sed cũ magna probabilitate, ex illa colligi. Duo autem sunt longè diuersa, *ex hac bulla habetur; & ex hac bulla probabiliter colligitur, B. Franciscum fuisse Eremitam Augustinianum.* Pennotus tribuit primam professionem M. Marquez; sed fallitur; quia tantùm habet secundam. In eius verba. [a] *Colligitur, secũdò magna probabilitas, cum qua authores scribunt S. Franciscum Assisium, fundatorem sacræ Religionis Minorum, antequam illam fundaret, fuisse ex Congregatione S. Ioannis Boni; quia vt videbimus cap. 26. §. 2. & 3. color, & forma habitus huius sanctæ Congregationis præcesserũt fundationem ordinis S. Francisci; & si Seraphin hic obligatus in illa non vixisset, fugeret tribuere suis fratribus habitum, qui illi posset assimilari, et dare occasionem litibus, quæ propter hãc similitudinem sunt suscitatæ.* Hæc M. Marquez.

[a] Cap. 13. §. 18 pag. 248.

303 Dato Pennoto quod non rectè intellexit soluitur primum eius argumentum. Sed demus Pennoto non solùm Marquez locutum fuisse de probabilitate illationis, sed etiam de veritate illationis: Nihilominus argumenta Pennoti non sunt insolubilia. Facilis nexus, qui solui possit, imò, & gladio ancipiti scindi. Ad primũ enim constat ex dictis dicendum esse id non haberi in Bulla expressè; Si enim haberetur, non esset locus controuersiæ, sed haberi implicitè, quatenus ex illa per discursum infertur.

304 Soluitur secũdum. Ad secundum responsio nos non inferre habitum B. Francisci esse habitum Eremitarum fr. Ioannis Boni ex eo præcisè: quod institutio Congregationis S. Ioannis Boni præcesserit fundationem ordinis S. Francisci, sed ex eo, quòd color, & forma habitus huius Congregationis, quãdo inter se assimilabantur habitus vtriusq; ordinis S. Francisci, & S. Ioannis Boni, præcessit fundationem S. Francisci; & si B. Franciscus in illa Congregatione non vixisset, curasset euitare prædictam similitudinem.

Ad primam autem probationem in oppositum. Resp. negando fratres S. Ioannis Boni non habuisse determinatum habitũ; Eorum enim habitus determinatus erat, coloris albi, vel nigri, sicut modò determinatus habitus Cisterciensium, dum è cœnobio egrediuntur, est coloris albi, vel nigri. Ex hoc autem, & quia forma habitus erat valdè similis formæ habitus franciscani, orta sunt dissidia; neq; amplius sonant ijs, qui benè audiunt absq; liuore, & affectu, verba Bullarum Gregorij IX. & Alexandri IV. vt patebit legẽtibus. Earum verba apud ipsum Pennotum hæc sunt. *Ad vtriusq; quietem, prouidimus statuendum* (Alexander ait in sua Bulla; *statuendum prouidũ,* inquit Gregorius IX.) *vt Prior, & vniuersi, ac singuli fratres prædicti ordinis S. Aug. in exterioribus vestimentis, quæ nigri, vel albi debebãt esse coloris, quorum altero, videlicet nigro iam electo ab eis, ipsos volumus manere contentos; largas, & protensas manicas &c.* Dixerat autem in principio Bullæ. *Dudum apparuit in partibus Lombardiæ religio, cuius professores vocati Eremitæ fr. Ioannis Boni ordinis S. Augustini, nunc succincti tunicas cum corrigijs baculos gestantes in manibus, nunc verò dimissis baculis incedebãt, pecuniam pro eleemosinis, alijsq; subsidijs deposcentes, & adeò variantes ordinis sui substantiam, vt dilectis filijs fratribus Minoribus vniformes in derogationem multiplicem ipsorum ordinis crederentur &c.* appellant autem Pontifices variationẽ substantiæ sui ordinis; quia aliquandò vtebãtur colore albo, & aliquandò colore nigro, & potestas ad hanc varietatem, vndè oriebatur similitudo, erat antiquior in Congregatione S. Ioannis Boni, quàm institutio ord. S. Francisci. 305 Respondetur ad primam probationẽ.

Ad secundam probationẽ Resp. prout respondebimus latius infra in responsione ad num. 12. vers. *bis prælibatis,* Aequum non esse antiquum possessorem suo Iure probari, quando ex priuatione sequitur illi aliquod graue incõmodum, sinè grandi vtilitate alterius. Cæterum quandò ex manutentione antiqui possessoris sequitur alteri ingens incommodum cum exi- 306 Respondetur ad secundam.

guo

guo fructu possessoris, potest supremus Iudex, & dominus, qualis est summus Pontifex, antiquum possessorem, aliquo suo Iure, seu aliqua parte sui Iuris, priuare; & ita contigit in praesenti; quia ordo franciscanus, si priuaretur colore sui habitus, magnum pateretur dispendium, sine ingenti fructu Congregationis S. Ioãnis Boni, quae facillimè se reducere poterat, ad quem mallet ex colore, albo, & nigro; & congruentiùs, vt vno tantùm colore determinata esset, ne alteri religioni, & adeò illustri, nocumento esset.

307 Soluitur tertium, quoad vnam partē. a §. 2. num. 5.

Ad tertium principale. Respōsio. relationes, tàm Aegidij, quàm Iordani, & Bergomensis, nullatenùs esse contrarias verbis Bullae, vt latè ostendimus supra a vbi hanc obiectionem duplici via soluimus. Prima, asserēdo propagationem religionis S. Ioannis Boni positam antè acceptationem regulae Augustinianae, per anticipationem seu recapitulationem. Secunda, praedictam propagationē contigisse duobus, vel tribus annis, qui intercesserunt inter primam conuersionem S. Ioannis Boni, vsq; ad professionem sub regula Augustiniana, nēpè ab anno 1204. vel 1205. vsq; ad principium Anni 1207. in quo regula Augustiniana primò accepta est in Congregatione S. Ioannis Boni; non verò tempore Gregorij IX. vt latè conuicimus suprà b vbi eam veritatem efficaciter deduximus, ex eadem Bulla Innocentij IV. & Guillelmi de Flisco; ex qua nobis Pennotus parare intendit insidias. In ea enim asseritur B. Ioannem Bonum post acceptam regulam Augustinianam per plures annos praefuisse fratribus; nempè in officio generalis, & post illum praefuisse etiam pluribus annis fr. Mathaeum, cuius tempore celebratum est Capitulum Ferrariense, de quo in Bulla fit mētio, Anno 1249. duplex autem generalatus, S. Ioannis per plures annos, & fr. Mathaei etiam per plures annos, expostulat longiùs tempus, quàm 22. annos, qui intercesserūt ab electione Gregorij IX. anno 1227. vsque ad an. 1249. vndè licèt tempore Gregorij IX. primò apparuerint religiosi S. Ioannis Boni in partibus Lombardiae; vt Bulla refert, tamen antè aliquot annos inchoata fuerat ea congregatio in partibus Romãdiolae, quandò necdum surrexerat ordo Seraphicus.

b In respons. ad nu. 4. §. 2. & in respons. ad n 5 § 3. in solutione secundae obiectionis versiculo, sed obijcias secundò.

308 Soluitur quoad alterā partē.

Ad id autem, quòd Pennotus addit; nempe quòd cum religiosi S. Ioannis Boni, anteà profiterentur sic: *Ego N. facio professionem, & promitto obedientiam Deo, & B. Mariae, & tibi Priori fratrum S. Mariae de Cesena*; posteà in quodam Capitulo generali statutum fuit, vt exindè diceretur, *Priori ord. Eremitarum S. Aug* idq; contigisse tēporibus Gregorij IX. vt exinde inferat regulam Augustinianam vsq; ad tempora Gregorij IX. non fuisse introductam in Congregationē B. Ioannis Boni; atq; adeò B. franciscum, qui anno 1209. fundauit suam religionem, non potuisse profiteri regulam D. Aug. in Congregatione S. Ioãnis Boni, & in Principio fundationis ipsius; Ad hoc inquam Respons. plura.

Eique respōdeatur duo.

Primum est. Omnis professio Congregationis S. Ioannis Boni fuit sub regula Augustiniana. Et ratio huius est manifesta. Quià professio non fit nisi in Congregatione, quę habet se regulariter, & in regularibus obseruantijs instruitur. Cōgregatio autem S. Ioannis Boni, vt constat ex Bulla, post acceptam Regulam Augustinianam incepit in regularibus obseruantijs instrui, & regulariter se habere; ergò professio illius Cōgregationis semper facta fuit sub regula Augustini, neq; enim habuit aliam.

Primum omnis professio congregationis S. Ioannis Boni fuit sub regula Augustiniana.

Secundum est in nullo modo profitendi Congregationis S. Ioannis Boni, relato in Bulla suprà adducta habētur illa verba, *Priori ordinis Eremitarum S. Augustini*, qua refert Pēnotus addita fuisse ex decreto Capituli generalis. Hoc autem non aliter potest probari, nisi quia in ea Bulla non habentur praedicta verba, vt legenti constabit.

Secundùm.

Vt autem vtrunq; tàm primum, quàm secundum, luce clariùs appareat, referamus omnes modos profitendi Congregationis S. Ioannis Boni, qui in Bulla relata continentur.

Vtrunq; probatur.

Primus sic refertur. *Qui cum iam vocarentur fratres Eremitae Ioannis Boni ordinis S. Aug. nouitij, qui recipiebantur ab eis, profitebantur hoc modo. Ego N. facio professionem, & promitto obedientiam Deo, & B. Mariae, & tibi Priori fratrum Eremitarum S. Mariae de Cesena, tuisq; successoribus vsq; ad mortem, secundum Regulam B. P. Augi & constitutiones fratrum istius loci, in hac verò forma professionis, vbi dicebatur, istiùs loci, authoritate generalis Capituli eorundem fratrum, istius ordinis, postmodum dictum fuit*, & infrà, sub fr. Mathaeo Priore generali sic narratur. *Quamplures intrauerunt religionem eandem, secundum formam professionis praescripta; quamquam nonnulli ex eis fr. Mathaeo praedicto simpliciter tanquam Generali Priori, non tanquam Priori S. Mariae de Cesena, se profiteri principaliter crederēt, sunt professi.*

Primus modus profitendi Congregationis S. Ioannis Boni.

fessi. Hic fuit primus modus profitendi fratrum S. Ioannis Boni relatus in Bulla, quam Pennotus vrget; sed detruncauit, deglutiendo ea omnia, quę regula S.Aug. & eius ordinis meminerant. Obiter tamē obseruo in Congregatione S.Ioannis Boni fuisse constitutiones, secundùm quas nouitij profitebantur, etiam à principio ipsius congregationis, primò dicendo, *secundum cōstitutiones fratrum istius loci*, & deindè, *secundum Constitutiones fratrum istius ordinis*. Secundus modus profitendi illius Congregationis, sic habetur in Bulla: *statutum fuit in eodem Capitulo* (scilicet celebrato Ferrarię anno 1249. ijs diebus, quibus B.Ioannes Bouus in coelestem patriā aduolauit.) *vt omnes, qui ex tunc in ordine ipsorum profiteri deberent, profiterētur hoc modo, Ego N facio professionem, & promitto obedientiam Deo, & B.Mariæ. & tibi Priori generali Eremitarum Ioannis Boni*, hic autem modus profitendi, non est integer; desunt enim plura alia requisita ad solemnitatē professionis, quæ in primo modo profitendi habentur. Hic autem ea sola verba adducuntur, propter illam mutationem nouiter decretam, nēpè quòd vbi dicebatur; *Priori fratrum Eremitarū S. Mariæ de Cesena*, deinceps diceretur, *Tibi Priori generali Eremitarum Ioannis Boni*. Tertius modus profitendi prædictæ Congregationis statutus an. 1252. in prædicta Bulla à Card. Guilelmo de Flisco, illius protectore, hic erat, *Ego N. facio professionem, & promitto obedientiam Deo, & B. Mariæ Virgini, & tibi Priori generali Ord. Eremitarum, tuisq; successoribus vsq; ad mortem, secundum Regulam B. Aug. et constitutiones fratrum ipsius ordinis*. Nullus alius modus profitēdi prædictæ Congregationis assignatur in prædicta bulla, vbi ergò est istud, *Priori ord. Eremitarum S. Aug.* quod Pennotus testatur statutum fuisse authoritate cuiusdā Capituli generalis? vbi etiam est illa professio, cui ea verba addita sunt, secundum quam priùs profitebantur sub hac forma, nulla facta mētione ordinis, seu Regulæ S. Aug. *Ego N. facio professionem, & promitto obediētiam Deo, & B.Marię, & tibi Priori fratrum S.Mariæ de Cesena*? Planè nullibi hæc sūt, sic tonitrua illa, & fulgura euanuerunt, sed quid mirum, si vana, & deceptionibus innixa citò euanescant.

Secundus modus profitēdi eiusdem Cōgregationis.

Tertius modus profitēdi Cōgregationis prædictæ.

309 Tertiò notat Pennotus [a] plusquàm falsum esse, quod ibidem, tertio loco deducit M.Marquez, fratrē Ioannem Bonum idcircò vocatum restauratorem ordinis Eremitarum: quia concedente Pontifice regulam, & habitum, & institutū S. Aug. ab eodē ordine Eremit. S. Aug. suscepit, & probat, *quia ex dictis literis Innocentij IV. apparet Iambonitas Regulam D. Aug. à sede Apostolica accepisse, non autem ab ordine Eremitarum D. Aug. ut hic author fingit: Habitum verò, partem illi elegerunt scilicet colorem, partem sedes Apostolica illis præscripsit, & per censuras Ecclesiasticas ad illum ferendum compulit, quæ omnia patent in dictis literis Innocentij IV.*

Tertia pennoti notatio.

[a] lib. 1. cap. 47 num. 4.

Hæc etiam Pennoti notatio minùs firma est, vt potè minꝰ vera. Absq; iure enim imponit M.Marquez ea, quæ ipse nō habet. Non enim ait. B. Ioannem Bonum ab ordine Eremitarum S.Aug. suscepisse regulam, habitum, & institutum S.Aug. sed ex concessione sedis Apostolicæ, ea omnia suscepta ab ipso fr. Ioanne Bono; quę duo longè diuersa sunt; sicut si modò Pontifex hominibus sæcularibus concederet; vt fundarent nouam Cōgregationem sub regula, & habitu D. Benedicti; (hi quidem non ab ordine D. Benedicti, qui ea omnia illis non contulit; sed à sede Apostolica, qui ea illis tribuit, accepissēt regulam, & habitum D.Benedicti. Quòd autē hic sensus sit M.Marquez [b] patet ibi ex verbis eius, quæ sic se habent. *Colligitur tertiò S. Ioannem Bonum nō restaurasse in Italia ordinem fratrum Eremitarum S. Aug. quia extiterit superior illius, eamq; reformauerit; Vel quia in eu nouitium egerit, & suas fundationes vniuerit obedientiæ illius religionis* (vnū autem ex his erat necessarium, vt diceretur ab ordine Eremit. S.Aug. accepisse regulam, habitum, & institutum S. Aug. *sed quia, sicut diximus de S.Guillelmo*, cum hoc discrimine tamē, quod B. Ioannes Bonus fundauit suam Congregationē, cùm esset extrà ordinem S.Aug. at verò S. Guillelmus, vt docet ipse Marquez [c] priùs suscepit habitum, & regulam ord. S. Aug. & iam existens intrà ordinem fundauit nouam Congregationem sub obedientia separata) *fundans Congregationem religiosam assumpsit pro illa, ex concessione sedis Apostolicæ, habitum, regulam, & institutum ordinis Eremit. S. Aug. & ita eius religiosi vocabantur fratres Eremitæ Ioannis Boni ord. S. Aug. vt expressè ait Bulla*. Hæc Marquez, iudicet lector, vtrum in his affirmet B. Ioannem Bonum Regulam, habitum, & institutū accepisse ab ordine Eremit. S.Augustini, prout illi tribuebat Pennotus.

310 Euanescit, & falsitatis conuincitur.

[b] cap. 13. §. 18. pag. 249.

[c] cap. 13. §. 10. pag. 227.

Ad illud verò, quòd subdit de habitu, 311

Respondeo

311 Solutio, quo ad id, qd subdit. a Lib. 1. c. 25. nu. 2. pag. 60. & n. 4. pag. 70

Respondeo, Cōgregationem S. Ioannis Boni, iuxtà tenorē Bullæ Gregorij, & Alexandri, quas transcripsit Pennotus a posse considerari in duplici statu. Primò ante bullam Gregorij IX. Secūdò verò post bullā istam. in primo vtebantur tunicis coloris albi, vel nigri, quas præcingebant Corrigijs, baculosq; in manibus portabant, in secundò verò, cùm præceptum illis fuisset, vt ad colorem album, vel nigrum se restringerent, ipsi colorem nigrum elegerunt, & Pontifex adiecit nonnulla accidētalia; scilicet quòd manicæ essent largæ, & protensæ, corrigiæ peramplę, & baculi quinq; palmorum grandium. In vtroq; autem statu, semper cōseruata fuit essentia habitus ordinis Eremitarum D. Aug. quæ consistit in tunica, scilicet cum caputio, præcincta corrigia, siuè tunica sit coloris albi, siuè nigri; quia B. Aug. nō determinauit colorem habitus, sed hoc vnum cauit, vt præter naturalem velleris colorem. s. albū, vel nigrū, siuè tinctum, siuè non tinctū, nullum alium superinduceret, vt rectè docet & probat M. Marquez, b & nos ni fallor supra nonnihil diximus, & respondimus obiectionibus Vuadingi, quę coincidunt cum obiectionibus Pennoti, c quæ ferè omnes ruunt, si aduertamus contigisse Augustino, quòd & D. Benedicto, quoad hoc quòd neuter determinauit, suis monachis colorem album, aut nigrum: & tamen vterq; cum socijs suis, suo tempore, nigro habitu indutus est. Aliæ verò obiectiones, quas & in præsenti attigit, alibi dissoluimus, ostendentes solam Congregationem Eremitarum Brictinensium restitisse, sed religiosè, appellando, & supplicādo, & Priuilegia Apostolica obtinendo; Cōgregationem verò Eremitarum S. Ioannis Boni statim prompto animo obedijsse; vnde adhuc stat firmum B. Fr. Ioannem Bonum, quamuis non ab ordine Eremit. D. Aug. sed ex concessione Sedis Apostolicæ, seu à Sede Apostolica, suscepisse regulam, habitum, & institutum ordinis Eremit. S. Augustini.

b Cap. 4. §. 3. pag. 35. c Lib. 1. c. 26. pag. 73.

312 Quarta Pennoti aduertentia. d Lib. 1. c. 47. n. 4. pag. 144. e Capite 13. §. 18 pag. 149

Quartò aduertit Pēnotus, d falsum quoq; esse, quòd ibidem subiungit Marquez, e scilicet quòd Card. Guillelmus, de quo in dictis literis, non esset protector ordinis. S. Aug. quia alius erat dicti ordinis S. August. protector Ricardus Diaconus Card. S. Angeli; Guillelmus verò ordinis Fr. Ioannis Boni protector tunc erat. Hoc autem esse falsum sic probat; nam cōstat Cardinalem Ricardū ante generalem dicti ordinis, vnionem non fuisse protectorem ord. Eremit. nisi solius Congregationis Eremitarum Tusciæ per Innocent. IV. ex varijs Eremitis incerti habitus, & sinè regula (quàm sit hoc falsum, conuincemus manifestè intra f titulo, & capite vagantibus collectæ. *Quare si ordo Eremit. D. Aug. is erat, cuius fuerat protector Card. Ricardus, tum constat de primâ origine dicti ordinis, sicut de fundationibus dictæ Congregationis, cui Card. Ricardus datus fuerat protector.*

f In respons. ad nu. 1 § vlt.

313 Animaduersio Pēnoti homine docto indigna.

Cæterum quidquid sit de illatione, de qua statim dicam, Pennoti animaduersio, & probatio in oppositum, indigna est homine docto, semper enim verum manet Guillelmum fuisse protectorē ordinis Eremitar. S. Ioannis Boni, Ricardum verò ordinis Erem. S. Aug. saltem in Tuscia. & hoc est, quòd Marquez asseruit. Illud autem, quòd inde intulit Pennotus, duplici via, quā infra aperiem' g facillimo negotio dissoluitur. Prima, asserendo Eremitas Tusciæ vnitos fuisse ordini Eremitarum S. Aug. iam præ existenti, & habenti proprios Generales. Secunda dicendo Eremitas Tusciæ, vnitos fuisse in nouam Congregationem ord. Eremit. S. Aug. cui alij Conuentus diuersarum obseruantiarum sunt vniti; vnde licèt constet, iuxtà hanc secundam viam, secùs verò iuxtà primam fundationē dictæ Congregationis contigisse anno 1243. Nihilominùs non constat de prima origine dicti ordinis, qui ante illam vnionem præcesserat in aliquibus Conuentibus Tusciæ, & aliarum etiam orbis partium.

g In respons. ad nu. 2. § vlt.

314 Quinta Pennoti notatio referens plura, quæ contineri censet in dicta bulla.

Quintò principaliter aduertit Pēnotus h ex dictis literis distinctè & conceptis verbis haberi sequentia. Primò, quòd hæc Congregatio Fr. Ioannis Boni ab initio, sinè certa regula, & titulo fuit instituta. Secundò, quòd Eremitæ Ioannis Boni regulā B. Aug. ex concessione Sedis Apostolicæ obtinuerunt. Tertiò, quòd post acceptā regulam, & non antea cœperunt viuere more regularium, & hæc quidem omnia, verissima sunt, & continentur in Bulla. Quartò, ex prædicta bulla haberi censet, *quòd habitus niger, quem nunc gerunt, non fuit eis de licentia Sedis Apostolicæ ab aliquo ex ord. Eremit. S. Aug. datus, vt Marquez dicit; sed authoritate Pontificis præscriptus & præceptus, censuris & alijs pœnis ecclesiasticis adiunctis.* Cæterum circa hoc aduerto plura. Primum est per errorem tribui M. Marquez, quòd dixerit habitum nigrum fuisse ab aliquo Eremita S. Aug. datū Congregationi S. Ioannis Boni; nullibi id dixit Marquez, imò totum oppositum, vt ostendimus supra vers. *hac enim.* Secūdum est assignatio habitus nigri sub ea forma facta fuit à Gregorio IX. pro Congregatione

Primum. h Lib. 1. cap. 47 nu. 5. pag. 154. Secundum. Tertium. Recip quoad dicta tria. Quartū, quòd ex Bulla dicta haberi censet Pennotus. Reijcitur, & circa illud notantur plura. Primum. Secundum.

S. Ioannis Boni; quæ ante prædictã assignationem vtebatur tunica præcincta corrigia, coloris albi, vel nigri, in qua forma habitus saluabatur essentia habitus Augustiniani. Tertium est, Congregatio S. Ioannis Boni statim executa est præscriptionẽ Pontificis: Congregatio verò Eremitarum Brictinensium restitit, appellando, supplicando, & alijs vijs iuridicis, & vltra offerendo reiectionem Corrigiæ, ne cogerentur mutare colorem habitus, in quo maximè decipiebantur, quia essentialior erat illis corrigia, quam color habitus, vt patet vel ex eorum constitutionibus (quas refert Pennotus a) approbatis à Gregorio IX. 3. Idus Martij, anno 8. Pontificatus, atque adeò Christi 1235. ibi enim sic habetur. *Statuimus vt fratres vestri ordinis, de colore, seu valore vestium minimè contendentes, seu per incisurã illam observent &c. Item, quilibet frater cingatur desuper ampla corrigia nõ consuta & illa contentus existat.*

Tertium.

a Vbi sup nu. 7. pag. 155.

315 Quintò ex prædicta bulla distinctè haberi arbitratur, b quòd illi Eremitæ, qui primitus Fr. Ioannis Boni vocabantur, in quodam Capitulo generali decreuerunt, quòd in posterum vocarentur Eremitę ordinis S. Aug. ibi. *Quoniam iam vocarentur Eremitæ Fr. Ioannis Boni ord. S. Aug. nouitij, qui recipiebantur ab eis profitebantur hoc modo.* Ego N. facio professionẽ, & promitto obedientiam Deo, & B. Mariæ, & tibi Priori fratrũ S. Mariæ de Cæsena, tuisque successoribus vsq; ad mortem secundùm regulam B. August. & constitutiones istius loci; *in hac tertia forma professionis, vbi dicebatur*, istius loci, *authoritate generalis Capituli concessum fratribus* istius ordinis, *postea dictum fuit*. Hæc sunt cõcepta verba, ex quibus distinctè haberi quintum suum assertum Pennotus autumauit.

Quintum, qđ in dicta bulla haberi censet Pennotus.

b Vbi sup. nu. 5. pag. 114.

316 Hoc autem longissimè distare à veritate, nemo qui verba legerit, & intellexerit, negabit. Qua enim ratione inferri potest ex eo, quòd generale Capitulũ præceperit, vt pro illis verbis, *istius loci*, apponeretur, *istius ordinis*, præcepisse etiam vt appellarẽtur Eremitæ ord. S. Aug. cum in forma professionis, cui illa verba iubebantur apponi, nulla fuerit facta mentio Eremitarum S. Aug. sed Eremitarum S. Mariæ de Cæsena? Qui modus professionis obseruabatur ab illis etiã eum iam vocarẽtur, scilicet à populo, Eremitæ Ioannis Boni ord. S. August. ipsi enim vsq; ad ann. 1249. in Capitulo Ferrariensi, non se appellarent Eremitas Ioannis Boni, sed S. Mariæ de Cæsena. Deindè, quia postquam adhuc in professione dicebatur; *istius ordinis*, Congregatio S. Ioannis Boni in

Longissimè à veritate distare probatur.

Priuilegijs Pontificijs appellatur, *Eremitarũ S. Mariæ de Cæsena*; & postea in Capitulo generali Ferrariensi Anno 1249. *Eremitarum Ioannis Boni*; & an. 1252. ex præscripto Cardin. Guillelmi, *ordo Eremitarum*. Credi autem non potest, quòd si in suo Capitulo generali, sibi assumpsissent denominationem Eremitarũ S. Aug. eam tam facilè reliquissent, etiam in formis professionum. Rem autem se habere ita, vt retulimus, constat ex ipsa bulla; ex qua ad secundã notationem Pennoti adduximus varios modos profitẽdi illius Congregationis; & in qua etiam hæc continentur. *Interea duo fratres professi imus prædicta Lugduni ad Sedem Apostolicam venientes, generalem curam ordinis vestri à D. Papa nobis obtinuerunt committi, & priuilegium quoddam commune, in cuius titulo scribebatur*, Priori Fratrum Eremitarum S. Mariæ de Cæsena eiq; subiectis Prioribus & fratribus vniuersis, *à Sede reportarunt eadem.*

Sextò ex prædicta bulla distinctè haberi existimat, c quòd decreto Cardinalis protectoris, Prior generalis dicti ordinis cœpit absolutè vocari *Prior generalis Eremitarum*, sinè alia additione. Addit d Pennotus fundationem huius Congregationis an. 1200. circiter non præcessisse, quo tempore floruit Ioannes Bonus; & non esse per continuatam successionem ab aliquibus Eremitis ab Augustino institutis propagatam. Et hæc quidem verissima sunt; duo tamẽ, quę subdidit, falsissima: Primum est Congregationem Eremitarum S. Ioannis Boni eo solo dictam Eremitarum S. Augustini; quia regula B. Aug. ex Apostolica concessione fuerat donata. Non enim ob id solùm dici potuit ordo, seu Congregatio Eremitarum S. Augustini; sed etiam, quia ex concessione Pontificis regulam assumpserat, & habitum, & institutum ord. S. Aug. licèt sub obedientia separata. Secundum est, nullam aliam Congregationem Eremitarũ S. Aug. floruisse circa tempora Innocentij IV. antequàm supradictæ literæ manarent; quia non est verisimile, quòd Summus Pontifex in præiudicium aliarum Congregationum voluisset hanc Congregationẽ similiter vocari Congregationem, seu ordinem Eremitarum; nam sub hoc titulo multò magis debuissent comprehendi Eremitæ dicti ordinis S. Aug. si ille tũc in mundo fuisset: cùm nomina absolutè prolata, semper intelligãtur de digniori. Hoc inquam falsissimũ est. Quia ea Bulla, Guillelmi Cardin. decretum Anno 1252 editum cõtinens, expedita fuit 17. Cal. Maij Anno 10. Pontif. atque adeò

317 Sextò, quòd ex præd. bulla idem haberi iudicat.

c Vbi sup.

d Ibid. num. 6.

Recipitur quoad aliqua, quoad alia falsitatis cõuincitur.

Chri-

Christi 1253. iis autem annis existebant in Ecclesia plures Congregationes Eremitarū sub regula Aug. nempè Congregat. S. Aug. saltem in Tuscia ab ann. 1243. S. Guillelmi, S. Ioannis Boni, & Bri*c*tinensium. Pontifex autem potuit velle illos appellari simpliciter Eremitas potius, quàm Eremitas S. Aug. & S. Guillelmi; quia iis gloriosior titulus erat S. Aug. vel S. Guillelmi, quàm Eremitarū simpliciter. Eremitis autem fratris Ioannis Boni, qui nondum erat adscriptus Catalogo Beatorum, abstulit Guillelmus titulum Eremitarum Ioannis Boni, quem illi tibi decreuerant in Capitulo Ferrariensi ann. 1249. & determinauit illis titulum Eremitarum sinè addito, quem magis merebātur, quàm aliæ Cōgregationes inferioris nominis & authoritatis. Adde Guillelmus Card. qui id illis concessit, erat protector ipsorū, & nepos ipsius Innocentij IV. vnde potuit & voluit eum titulum illis appropriare, licèt essent aliæ Cōgregationes Eremitarum, & digniores illa. Vnde argumentum Pennoti nullum est, imò & contra illum obijcitur; quia si ille titulus absolutè prolatus, deberet tribui digniori, sequeretur vnum è duobus; vel Eremitas Ioānis Boni fuisse digniores Eremitis mōtis Virginis, & Camaldulensibus longè antiquioribus: vel fatendum erit, titulum illum non appropriatum pro dignitate religionis, sed pro voluntate principis ex aliquo alio iusto motiuo. Atq; adeò licet tunc extaret ordo Eremitarum S. Aug. absolutè dictus, & longè dignior, nihilominùs voluit Pontifex illum titulū specialiter attribui Congregat. S. Ioannis Boni. & ex hoc sumitur etiam contra Pennotum argumentum ad probandum nomine ord. Erem. S. Augusti absolutè dicti non intelligi Congreg. S. Ioannis Boni; quia non est credibile. Pontificem voluisse priuare Cōgregationem illam, tam glorioso titulo, qualis erat, Eremitarum S. Aug. præcipuè cū eodem tempore, aliæ Congregationes, qualis erat Eremitarum Tusciæ, absolutè appellētur ab eodem Innoc. IV. ord. Erem. S. Aug. Sed ad Vuadingi numeros reuertamur.

Quare Pontif. voluit Cōgregat. potius S. Ioan. Boni appellari Eremitas, quàm illam Eremitarū S. Aug. & S. Guillelmi.

Obijcitur contra Pennotū.

AD NVMERVM X.

Quid Eremitæ egerè ferrent in gestatione præcepta baculorum aperitur.

318 IDem tenuiſſo negotio demonstraturum de baculo polliceris. Primò, Gregor. IX. in bulla, *dudum apparuit*, superius relata, [a] primus statuit, vt omnes Eremitæ baculos, præscriptæ à se mēsuræ quinq; palmorum, ad differentiam à minoribus, in manibus portarent. Quòd adeò ægrè quidam ex eis tulerunt, vt quidquid aliud ad discrimen vellēt, & cucullas portare discinctas, quàm baculos gestare, vt patet ex eiusdem Gregorij bullis datis apud Criptam ferratā. Quas scilicet retulisti supra. [b]

Primū aduersarij assertū.

a Hoc §. 4. nu. 3. pag. 42.

b §. 8. 9. & 10. pag. 47. & seq.

319 Secundò, Eremitæ de Bri*c*tinis Fanens. diœcesis ord. S. Aug. in conditis a se statutis, confirmatis à Gregorio IX. & Innocen. IV. vt suprà [c] retulimus, nec vllum verbum habent circa baculos gestandos. Deinde vniuersi ordinis S. Aug. Eremitæ, adeò baculos exosos habuerunt, vt durè tulerint mandatum Pontificis Greg. IX. seu eiusdem Legatorum de huiusmodi baculis ferendis, vt ad Innocentium eius successorem recurrerent, humiliter postulantes, vt mādatum hoc vellet relaxare; id quòd ille præstitit literis datis Perusij 2. Idus Martij anno 10. atq; adeò Christi 1253. habenturq; in eius Regesto num. 560. *Ecce quàm clarè* (subdis) *ipsā illorum Patrum Eremitarum Augustinianorum confessione, & relatione, delatio baculorum inter eos originem habuerit, ab illis Legatis Sedis Apostolicæ; ac proinde se ab ijs ferendis dispensari petierunt; quòd petituros nequaquam crederem, si à S. Magistro Augustino eis præscriberentur hæ ferula, nec retictiuros vetustum & originarium sui ordinis insigne.*

Secundum eiusdem assertum.

c In responſ. ad nu. 6. huius §. 4.

320 Tertiò, etiam Alexander IV. in eodem dispensauit in bulla vnionis magnæ, per Ricardum Card. factæ, quam refert Marq. [d] & Laertius Cherubinus, [e] & tu [f] ad clariorem totius rei & vnionis factæ notitiam lubens transcripsisti. Data autem fuit Laterani 5. Idus Aprilis an. 2. Pontif. atq; adeò Christi 1256. in ea quoq; fatentur necessitatem sibi impositam baculos deferendi videlicet per mandatum Apostolicum & postea petierūt ab eo dispensari; quod Ricardus Card. concessit, & Pontifex confirmauit. Cùm autem hæc dispensatio Episcopis Italiæ non constaret, illos ad id compellebant, grauibus cēsuris, & efformatis processibus, vt simul baculos deferrent, iuxtà scriptas ad se literas, tam à Greg. IX. quàm ab ipso Alexandro IV. vnde ipsi ad Alexād. IV. recurrentes reportarunt responsum, quòd ex M. Marquez [g] verbatim transcribere voluisti, [h] & datum est Anagniæ Idib. Octobr. anno 2. Pontific. atq; adeò Christi 1256. aliquibus mēsibus post factam vnionem. *Vbique ante & post vnionem* (tandem

Tertium assertū eiusdē.

d Cap. 4. §. 1. pag. 29.

e Tom. 1. Bullarij sub Alex. IV. bulla 6. pag. 84.

f In præsenti §. 4. num. 11. pag. 61.

g Cap. 4. §. 9. pag. 50.

h §. 4. nu. 25. pag. 65.

 subij-

subijcis) manifestè videtur agrè tulisse Eremitas illos Augustinianos baculos, seu ferulas; & ex omnibus bullis clariùs habetur, necessitudinem ea deferendi, non à primaua ordinis institutione, sed ab Apostolico prouenisse mandato; idq; fatetur Ioannes Gózalez Critana in Epitome Historiæ August. cap. 8. §. 3. licèt non ad Gregorium, seu eius Legatos; sed ad Alexand. IV. anno 1256. rei originem referat. Hactenùs argumenta tua contra baculum nostrum.

Gen. 32. 4. Reg. 18. & Isaiæ 36. Ierem. 48. 3. Reg. 17.

Pro respons. supponitur primò.

Aliud est aliquid spectare ad habitũ essentialem alicuius religionis, aliud debere vbiq; & semper necessariò deferre.

321 Verùm Deo dante, Iordanem istũ transibimus in baculo nostro. Nec speramus in baculo arundineo, atq; cõfracto Aegypto, super quem si incubuerit homo, comminutus ingredietur manum eius, & perforabit eam; sed in virga forti, & baculo glorioso, quo possimus latrantes potiùs quàm mordentes canes fugare. In primis autem pro clara respõsione eorum omnium, quæ obiecisti, suppono. Primò, longè aliud esse rem aliquam spectare ad habitum Augustinianorum integrum & completum, imò etiam ad habitum essentialem; & necessariò debere illud vbiq; & semper ferre; sic v. g. ad habitum Dominicanorum spectat cappa & caputium nigrum, sic ad Benedictinos cuculla & caputium; sic ad Augustinianos tunica & caputiũ cũ corrigia; & tamen non tenẽtur hæc omnia sẽper & vbiq; portare.

Supponitur secundò.

Antè litẽ cum Minorib. Eremitæ S. Ioan. Boni gestabãt baculum.

322 Suppono secundò Eremitæ S. Ioãnis Boni, de quibus præcipua est cõtrouersia, gestabant in manibus baculum, ante quàm exoriretur lis inter Minores & illos. Hoc est euidens ex ipsa bulla Gregorij, *dudum apparuit*, sæpè cit. ibi. *Dudum apparuit in partibus Lombardiæ religio, cuius professores vocati Eremitæ Fr. Ioannis Boni ordinis S. Aug. nunc succincti tunicas cum corrigijs, baculos gestantes in manibus, nunc verò dimissis baculis incedebant.* &c. Cum ergo controuersia fuerit exorta postquam apparuerũt; & ipsi apparuerint, vt refert bulla, baculos gestantes in manibus, licèt aliquando illos dimitterent, fit consequens, quòd ante exortam cõtrouersiam, Eremitæ S. Ioã. Boni baculis vterẽtur.

Supponitur tertiò.

Necessitas portãdi baculum præcepta, non baculus.

a Nu. 19. pag. 60.

323 Suppono tertiò, Gregorius IX. in prædicta bulla, *dudum apparuit*, imposuit Eremitis S. Ioannis Boni necessitatem & obligationem semper & vbiq; portandi baculum in manibus, ibi. *Portantes baculos in manibus quinq; palmorum grandium*; idq; ita præceptũ fuisse exprimitur in bulla Innocentij IV. quam adducis,[a] & data est Perusij 2. Idus Martij, anno 10. Pontific. atq; adeò Christi 1253. vbi sic habetur. *Statutum extitit, vt quilibet frater vestri ordinis, quocunq; ipsum ire contingat, gestare in manu propria baculum teneretur.* Hanc autem necessitatem fuisse illis de nouo impositam, constat; quia ante decretum istud Greg. IX. vt in ipsa bulla refertur; nunc baculos gestabant in manibus, nunc verò dimissis baculis incedebant.

Supponitur quartò.

Eremitæ Augustiniani tenebãtur semper & vbique gestare baculum.

b Lib. 1. vitas frat. cap. 14.

Suppono quartò, nos non dicimus baculum sic spectasse ad nostros Eremitas, quòd semper & vbiq; deberent illum portare; sed conuenire nobis illum ex antiqua institutione Aug. vt docuit Iordanus de Saxonia,[b] cum libertate tamen vtendi, & non vtendi illo in diuersis occasionibus, & temporibus; sicut modò vtimur habitu essentiali caputij & tunicæ præcinctæ corrigia. v. g. quia tantùm esset essentialis intra Eremum; vel pro libito & voluntate vtẽtis; quia tantùm esset pars integralis, sicut modò, licèt pallium spectet ad nostrum habitum & Franciscanum vt quid integrale illius; non tenemur, nec tenentur, semper illud portare; imò & nos vtimur illo, pro libito, & voluntate vniuscuiusque, etiam dum iter facimus. Vnde de B. Ioanne Bono, refert Constantius,[c] quòd tantum quando erat infirmus, portabat mantellum, id est, pallium. Scio M. Marquez[d] asserere baculos nostræ religionis insigne fuisse essentiale, ita vt tenerentur Eremitæ illos semper & vbique portare: & cap. 4. §. 7. pag. 45. ait inter Eremitas illos varias fuisse opiniones; alijs credentibus baculos esse suæ religionis insigne substantiale, in omni loco & tempore; alijs verò negantibus, existimãtibusq; tantùm in Eremo esse necessarios, in populis verò liberos & voluntarios. At ego potius credo ex institutione Augus. non fuisse necessarios etiam in Eremo, sed liberos pro opportunitate loci & temporis. Quamuis sententia M. Marquez sit probabilis; & in ea respondendum erit Eremitas illos petijsse dispensationem, vel renouatæ necessitatis; quæ propter vsum & consuetudinem in contrarium, grauis & molesta erat, quamuis præscripta ab August. sicut si monachis Benedictinis Cataloniæ imponeretur à Põtifice necessitas ferendi cucullam & caputium; possent huius necessitatis dispensationem postulare, quamuis à D. Benedicto esset præscripta; quia longo vsu in contrariũ reducta erat, grauis & molesta, & reputabatur abrogata; vel dicendum petijsse dispẽsationem nouiter impositæ necessitatis pro omni loco & tẽpore; cùm antea tãtùm tenerentur illos portare intra Eremum; sic etiam, si modò præciperẽtur Franciscanis

c Lib. 1. cap. 2. pag. 6.

d Cap. 2. 2. §. 3

Con-

Conuentualibus, vel Carmelitis Calceatis plura, quæ secūdùm primæuam institutionem tenebātur exequi, & tamen vel dispensatione, vel contraria cōsuetudine abrogata erant; ex eo quòd peterent dispensationē huius noui præcepti, non inferretur eos olim non habuisse eam institutionē, vt v. g. si præciperet Pontifex Carmelitis, vt vterētur pallijs variegatis, nunquid si peterēt dispēsationem, vel abrogationem huius præcepti, inferretur eos olim non portasse huiusmodi chlamydes? Neutiquam. sic ergo in præsenti.

325 *Ad primum respondentur duo. Primum.* Ex his facilè Resp. ad obiecta. Ad primū dico duo. Primum est. Gregorius non introduxit baculos primò in Congregatione Eremitarum S. Ioannis Boni, sed necessitatem illos semper, & vbiq; portandi, vt constat ex secunda, & tertia suppositione. *Secundum.* Secundum est. falsum est asserere, quosdā ex Eremitis adeò ægrè tulisse præceptum Gregorij IX. de baculis portandis, vt potiùs vellent cucullas portare discinctas, quàm baculos gestare. Quoniam bullæ Gregorij IX. apud Criptam Ferratā, quas allegas, & datæ sunt tantùm pro Eremitis Brictinēsibus, nec vllum verbum habēt de baculis. in prima, quæ data est 15. Cal. Sept. anno 14. sic habetur. *Cæterum dicti Prior & fratres pro se & Eremitis prædictis, nobis humiliter supplicarunt, vt eis cucullas portare discinctas concedere curaremus, mandatum nostrum de cucullis nigri coloris misericorditer relaxātes, eò quòd talis vsus cucullarum ad distinctionem habituum, satis sufficere videretur.* In secunda, quæ data est 12. Cal. Sept. anno 14. præcipit Episcopo Firmano, & Abbati de Cliento, vt præfigāt terminum competentem prædictis Eremitis Brictinensibus, ad portandas cucullas discinctas. In tertia, quæ data est 10. Cal. Sept. anno 14. ipse Pontifex eisdem Episcopo & Abbati præcipit, vt prædictis Eremitis præfigant pro termino proximum festum Natiuitatis Dominicæ ad gestandum cucullas discinctas. Ex his ne licet inferre adeò quosdam Eremitas baculos habuisse exosos; vt maluerint cucullas portare discinctas, quā baculos gestare? Nigrum quidem colorem tunicæ renuebant Eremitæ prædicti, at de baculis nulla in bullis mentio. Addam vltra. in bulla Alexandri IV. quam adducis, *a* quæ data est Laterani 8. Cal. Martij, anno 2. Pontificatus, atq; adeò Christi 1256. sic habetur de Eremitis Brictinensibus. *Humiliter supplicantes, vt eis cucullas portare discinctas, quòd sibi facilius existimabant, concedere dignaretur, mandato de cucullis nigris ferendis circa eos misericorditer relaxato.* &c. de suo ergo loquitur, qui ex prædictis Gregorij IX. aut Alex. IV. bullis cōstare asserit quosdam Eremitas maluisse cucullas portare discinctas, quàm baculos gestare.

a No. 14. pag. 55.

326 *Ad secūdum respondentur plura. Primum.* Ad secundum Resp. plura. Primum est. in decreto Eremitarum Brictinensiū, quod retulit Marquez, *b* nihil habetur expressè de baculo, videtur tamen contineri in illa dispositione generali, in qua ibidem sic habetur: *Super habendis caligis, calceis, & similibus Prior secūdùm suum arbitrium potestatem habeat dispensandi.* Cæterum adhuc addo, quamuis id daremus, tantùm sequeretur Eremitas Brictinenses vsu & consuetudine in cōtrarium dimisisse baculorum gestationem; sicut pleraq; simdia in pluribus religionibus euenerunt; vt v. g. in Canonicis regularibus Ecclesiæ Dertusensis, qui in nullo alio differunt à clericis, nisi in tunicella linea, quam vocant, quam portant subtus sotanam, & in Claustralibus Monachis Benedictinis Cataloniæ, qui neq; cucullum, neq; caputium portant, sed more clericali pileo, collari, & pallio ornati incedunt.

b Cap. 14. §. 8. pag. 168.

327 *Secundum.* Secūdum est; voluntariè dicitur vniuersos Eremitas ord. S. Aug. ægrè tulisse mandatum Gregorij IX. seu eius Legatorum, & ad Innocentium IV. pro relaxatione recurrisse. Hoc inquam voluntariè dicitur. primò. Quia decretum Gregorij IX. tantū directū fuit ad Congregationes Eremitarum S. Ioannis Boni, & consequenter ad Cōgregationem Eremitarum Brictinensium, non verò ad Cōgregationem specialiter dictam Eremitarum S. Aug. in qua Ricardus Card. in bulla, quam adducis, *c* data Assisij 9. Cal. Iulij; anno 10. Pontif. Innocentij IV. id primum statuto suo ex authoritate Pontificia edito firmauit; quàmuis antea in eadē Cōgregatione Eremiticè viuentes, baculis quādoq; in Eremo pro sua libertate vterentur. Secundò, quia bulla, ex qua id existimas cōuinci, tantùm loquitur cum Eremitis S. Io. Boni; tum, quia loquitur cum ordine, ad quem specialiter à Legatis Sedis Apostolicæ de mandato speciali eiusdem Sedis prędictum statutum fuit directum. Ea autem fuit Congregatio Eremitarum S. Ioānis Boni, vt constat ex bulla Greg. IX. *dudum apparàe*, toties citata. Tum etiam clariùs, quia titulus huius bullæ Innocentij IV. datæ Perusij 2. Idus Martij anno 10. Pont. atq; adeò Christi 1253. talis est. *Innocent. &c. Priori generali & vniuersis fratribus ord. Eremit.* &c. hic

c 6. 4. nu. 32. pag. 51.

autem ... (vt sæpè notauimus, & cōstat ex decreto Guillelmi Card. quod in respōs. ad ... præcedentem apposuimus) data Perusii 6. Cal. Ian. anno Dom. 1252. ab hoc tempore peculiariter cōuenienbat Eremit. S. Ioannis Boni: sic enim præcipitur in eo decreto: *Generalis Prior ord. Eremit. siue alicuius certi loci, vel proprij nominis expressione de cætero debeat appellari, & tanquam Priori generali eorum omnes Priores, & fratres ipsius ord. qui etiam nominentur simpliciter fratres ord. Eremit. in omnibus humiliter obediant, & intendant.* Vnde & ipse Innocentius in Cōfirmatione eiusdem decreti Card. Guillelmi, sic dirigit bullam ad Eremitas S. Ioannis Boni: *Innoc. Episc. seruus seruorum Dei. Vniuersis Priorib. & fratribus ord. Eremit. salutem &c.* Ecce quàm benè ex bulla directa ad solos Eremitas Cōgregat. S. Ioannis Boni conuincis vniuersos Eremitas ord. S. Aug. ægrè tulisse decretum Greg. IX. & ad Innoc. IV. recurrisse pro illius relaxatione.

328 Tertium. Tertium est, id quòd ægrè tulerunt Eremitæ S. Ioannis Boni ante vnionem, & pro quo ab Innoc. IV. anno 1253. obtinuerunt dispensationem; & in vnione dispensatum etiam fuit pro vniuersis Eremitis sic vnitis anno 1256. fuit gestatio baculorū, quibus semper vsi fuerant, sed propria voluntate, aut cōmoditate, vel tantùm intra Eremum citra necessitatem; sed necessitas & obligatio baculum gestandi quòcunque ire contingeret. Hoc est adeò euidens, vt solus ille nō viderit, qui videre noluit. Nihil enim aliud habetur in bullis ostēdamus hoc clarè. Primò, in bulla paulò ante dicta Innocentij IV. quam adducis [a] data Perusij 21 Idus Martij, anno 1253. sic habetur: *Sanè petitio vestra nobis exhibita continebat, quòd olim à quibusdam Legatis Sedis Apostolicæ, de speciali mandato eiusdem Sedis, vt dicebatur, statutū extitit, vt quilibet frater vestri ordinis, quocunq; ipsum ire contingeret, gestare in manu propria baculum teneretur.* Secundò, in bulla vnionis Alexandri IV. quam adducis, [b] & data est Laterani 5. Idus Aprilis anno 2. Pontific. atque adeò Christi 1256. sic habetur: *Petentes, vt per gratiam vnionis, & conformitatis huiusmodi, eis iuxtà susceptum votum paupertatis spontanea perpetuò possessionum terrestrium abdicatio remaneret; & ipsis baculos, vel ferulas deferendi imposita necessitas tolleretur.* & infra: *Vos vniuersos & successores vestros à baculis & ferulis deportandis, & quòd non cogamini ad recipiendas possessiones aliquas, vel habendas, decernens perpetuò liberos, & exemptos.* Hoc est, quòd ex ipsa Eremitarum Augustinianorum Cōgregationis S. Ioannis Boni confessione constat, nempè à Greg. IX. eiusq; Legatis impositam sibi necessitatem ferēdi baculos quòcunq; irent. Huius necessitatis dispensationem petierunt; hæc necessitas non erat illis imposita ab Augustino, licet ex eius institutione haberent delationem baculorum potiùs vt permissam, quàm vt præceptam pro omni loco & tempore; vel licèt imposita fuisset necessitas, desuetudine in contrariū; sciente, & non contradicēte Pontifice per tot annos abrogata fuerat, & reddita grauis & molesta. Atq; adeò mirum non est, quòd petierint dispensationem huius necessitatis; Neq; ex petitione dispensationis huiusmodi colligi potest vel leuiter, eas ferulas non fuisse ab Augustino modò suprà dicto præscriptas. Conuincamus rem hanc euidentibus & pluribus exemplis, tam respectu habitus essentialis, quàm integralis. si enim Pontifex præciperet Benedictinis & Cisterciensibus, vt semper & vbique portarent, cucullam & caputium; Dominicanis, & Franciscanis, Hieronimianis, Trinitarijs, & Mercenarijs, & alijs pluribus pallium, seu cappam cum caputio, vel sine illo, pro more cuiuslibet religionis; & Augustinianis caputium, & tunicam nigram præcinctam corrigia; Nonne omnes istæ religiones peterent instanter à Summo Pontifice, dispensationem impositæ necessitatis? quis neget? liceret ne exinde inferre ea indumenta non esse præscripta à suis fundatoribus, neque illud esse vetustum, & originarium ordinis insigne? quis sic delirauerit? quare ergo Eremitæ S. Ioannis Boni non potuerunt petere dispēsationem impositæ necessitatis baculos semper & vbique portandi; absq; eo, quòd contra illos inferatur baculos nullo modo esse illis ab Augustino præscriptos, & illos non esse vetustum & originarium sui ordinis insigne?

Ex petitione dispensationis ferendi baculos, nec leuiter colligitur eos ab Aug. non fuisse institutos.

Necessitatem sēper & vbiq; portandi baculos ægrè tulisse Eremitas S. Ioan. Boni.

[a] § 4. nu. 19. pag. 60.

[b] § 4. nu. 21. pag. 61.

2. Ad tertium constat ex dictis, vers. *Tertium est*, petitionem dispensationis in bulla vnionis fuisse de imposita necessitate. Nota autem diuersitatem petendi dispensationem in bulla Innocentij IV. data Perusij 21 Idus Martij, anno 1253. & in bulla vnionis data Laterani 5. Idus Aprilis, anno 1256. in prima enim exprimitur eam necessitatem ortum habuisse ex statuto Legatorum Sedis Apostolicæ; nempè, quia dirigebatur, ad Eremitas Sancti Ioannis Boni; quibus id præceperant Episcopus Hostiensis, & Cardinalis S. Sabinæ Legati Gregorij IX. 329 Responsio ad tertium.

in partibus Lombardiæ: at verò in secunda tantùm dicitur, *imposita necessitas*, non verò declaratur vnde dimanarit necessitas; nēpè quia respectu Eremitarū S. Ioannis Boni & Brictinensium processit ex statuto legatorum: at verò respectu Congregationis Eremitarum S. August. ex decreto Ricardi Card. protectoris.

330 Aggreditur solutio. Addo; cū non obstante prędicta dispensatione Pontifex Alex. IV. dedisset eas literas, quas adduxisti,[a] & prius adduxerat M. Marq.[b] datas Anno 1256. Anagniæ 8. Cal. Iulij, vt habet Marquez, vel 15. Cal. Iulij, vt tu habes, tribus mensibus paulò magis, vel minùs post factam vnionem generalem, Episcopi Italiæ intelligentes in eis confirmari pro vniuersis Eremitis sic vnitis, totū decretum Gregorij IX. statutum pro Eremitis S. Ioannis Boni, quia Alexander IV. in principio bullæ prædictæ fecerat illius mentionem, cogebant prædictos Eremitas ad portandum baculos, & facienda quædam alia. Ipsi verò recurrentes ad Alexandrū IV. reportarunt bullam, quam Marq.[c] & tu quoque[d] trāscripsistis, Datam Anagniæ Idibus Octob. anno 2. pontific. atque adeò Christi 1256. nempè quatuor mensibus paulò magis aut minùs, post alterius expeditionem; & in ea Pontifex sic ait. *Quia verò nostræ intentionis extitit, vt præfati Priores, & Eremitæ ad assumendum vsq; ad prædictum festum, iuxtà prædictum statutum nostrum nigras duntaxat, & nullas alias coloris alterius cucullas, ab eis, abiectis aliis, deferendas tantummodò, & non ad alia, per easdem literas cogerentur.*

[a] §. 4. nu. 16. pag. 56.
[b] Cap. 4. §. 9. pag. 50.
[c] Vbi supra.
[d] §. 4. nu. 23. pag. 65.

331 Epilogus. Quid ex his venari possis, aut exurgere contra Augustinianum baculum lector iudicabit. Fatentur quidem Eremitæ nostri, à Greg. IX. seu eius Legatis, seu etiam à Ricardo protectore impositam prædictā necessitatem; ex hoc tamen non fit, quòd non habeant baculos ex institutione Augustini; licèt sinè tanta necessitate; vel quia à principio non fuit imposita; vel quia desuetudine fuerat derogata; sicut v.g. ordo Benedictinus, habet à D. Benedicto institutionem, cucullæ, & caputij, tanquàm habitus essentialis, non tamen necessitatem illā semper & vbiq; deferendi; & ordo Frācisçanus habet etiam ex sua institutione pallium, non tanquam quid essentiale, sed integrale, non tamen omni loco & tempore portandum; & ordo Augustinianus habet pro habitu essentiali tunicā corrigia præcinctam, & caputium, non tamen in omni loco, & tempore portāda; & quamuis hæc omnia in principio imposita fuissent, tanquam necessaria, potuerunt tamen vsu in contrarium reddi grauia, & molesta; & in hunc sensum interpretari possumus Ioannem Gonzalez de Critana; adhuc tamen fallitur in eo, quòd prædictam necessitatem videtur primò refundere in Alexandrum IV. sed de authoritate Critanæ in hac parte, vt superiùs, aduerti, nihil curandum est.

AD NVMERVM XI.

Ex calceis neminem deduxisse Monachatum Augustinianum S. Francisci.

332 Assertio aduersarij. Asseris ex calceis non inferri S. Franciscum fuisse discipulum S. Ioānis Boni. Primò, quia calcei communes sunt Eremitis, Anachoretis, & vniuersis ordinibus, status sæcularis; nec peculiare fuit signum status religionis, vel regularis in S. Francisco illos sibi induisse. Secundò, quia ex calceis potiùs sumitur argumentum ad oppositū. Quoniam S. Ioā. Bonus, vt S. Antoninus, & Bzouius referunt, ille tit. 24. cap. 13. hic ad an. 1249. cap. 13. nunquā calceatus incedebat. Constantius autem Laudēsis,[e] & Cardinalis Viterbiēsis Augustinianus[f] ad summum calepodijs, vel ligneis sotularibus dūtaxat vsum in Eremo conscribunt; non ergo ex calceis infertur S. Franciscum fuisse discipulum S. Ioānis Boni, Eremitæ discalceati, sed potiùs oppositum.

[e] In eius vita lib. 1. cap. 2.
[f] Lib. viginti sæculorum ad annum 1398.

333 Refutatur quod permansit. Pulchra quidem, & speciosa responsio, quasi M. Marquez sic argueret D. Frāciscus tulit calceos. ergo fuit ex discipulis S. Ioannis Boni. Non sic argueret, non dico illud acerrimum & perspicacissimum ingenium toti Hispaniæ, imò & orbi notissimum, verùm neq; stupidissima mens, sed oportuit sic respondere, vt argumentum incauto lectori ridiculum videretur. At argumentum nostrum longè est aliud, vt quando illud Vuadingus in hāc formam induxit, seu reduxit, dicere cum August.[g] possimus, *aut non intelligit, aut non vult intelligere quid dicamus: sed si non intelligit, præoccupatione impeditur erroris; si autem non vult, quid dicamus intelligere, peruicatia vitium est, quòd suum defendit errorem.* Argumentum quippè nostrum hoc est. nempè B. Franciscus, vt Vincent.[h] Anton.[i] testantur, biennio ante institutionem sui ordinis, *Habitum Eremiticum tunc temporis habuit, baculumq; manu gestans pedibus calceatis, & corrigia corporis cinctus incedebat;* sed hic habitus erat proprius Eremit. S. Ioannis Boni ord. S. Aug. pro illo tempore; ergo credendum est B. Franciscum tunc temporis

[g] Lib. 2. de nuptijs cap. 23.
[h] Lib. 29. cap. 98.
[i] Tit. 24. cap. 2. in princ.

egisse Eremitam Augustinianū; neq; enim habitum alienum vsurparet; & ex hoc ruit prima probatio, qua ostendit ex calceis non probari S. Franciscum fuisse discipulum S. Ioannis Boni.

334 Ad secundam probationem admitto S. Ioannem Bonum vsum fuisse ligneis sotularibus. nego tamen ex hoc inferri S. Franciscum non fuisse ex discipulis S. Ioannis Boni: quòd sic conuinco. Discipuli S. Ioannis Boni, vt constat ex bulla Greg. IX. *dudum apparuit*, incedebant calceati, ibi: *adeò suarum vestium longitudinem temperent, quòd à quibusuis ipsorum calceamenta liberè videantur.* nō ergo benè infertur S. Ioannes Bonus erat Eremita discalceatus, S. Franciscus illo biennio incedebat calceatus; ergo non erat discipulus S. Ioannis Boni. Hæc inquam consequētia, bona non est; aliàs probaret discipulos S. Ioannis Boni, non esse discipulos S. Ioannis Boni; cùm ipse discalceatus, illi verò calceati incederent. Potuit quidem S. Ioannes Bonus, sicut & S. Fulgētius, a vt dicitur, pro sua deuotione nudis pedibus ambulare, tāmen communis institutio suæ Cōgregationis calceis vtebatur.

Refellitur quo ad secundam.

a In eius vita cap. 18.

AD NVMERVM XII.

Vnde exorta fuerit controuersia inter Minores & Eremitas declaratur.

335 EX his, quæ hucusque adduxisti, & nos impugnauimus & dissoluimus, tibi persuades fragile & inane delumi argumētum, ex habitu Eremitico S. Frācisci ad eius monachatum Augustinianum asserendum & ad fundamentum desumptum ex similitudine habitus respondes, ex bullis Pontificiis constare non eum inde exortā, quòd Franciscus vestem Ioannis Boni, aut similem induerit, imò potiùs, quia Francisci vestē hominibus iam probatam & gratam induebāt Eremitæ, variantes formam sui habitus, & ordinis sui substantiam, vt maiorem sentirent, & reciperent in populis charitatem; quòd quia redundabat in multiplicem derogationem minorū, vt Pontifex loquitur, iussit vt omninò deponerent, & certum sibi assumerēt habitum vel albi, vel nigri coloris, adiectis aliis insignibus corrigiæ & baculi, quibus clariùs discriminarentur.

Assertio & responsio aduersarij.

336 Ex hac supposita narratione sic arguis. si Eremitæ Priores essent in possessione habitus similis Franciscano, nequaquā illo priuarentur, & concederetur minoritis; quia iniquum censetur, vt notauit Gabriel Pennotus Canonicus Regularis Lateranensis, b veros & priscos cuiusq; rei possessores eadem spoliari, atq; verò aduenientibus & hominibus recenter natis conferri.

Obiectio eiusdem.

b In Historia tripartita lib. 2. cap 47 § 3.

337 Sed bone Deus! quot in vna responsione miscentur incerta, ne dicam, falsa? Quot coaceruantur minùs pia, ne dicam iniuriosa in sanctissimam illam Congregationem S. Ioannis Boni; & vt ostendi supra, c tot semel Pontificum ore laudatam. Primò enim dicitur constare ex Bullis Pontificiis similitudinem habitus exortam fuisse; quia Eremitæ illi induebant Francisci vestem hominibus iam probatam & gratam. Hoc autem esse falsum, constat ex dictis, d & præterea, Quia in bulla Gregorij IX. tantùm dicitur, *& adeò variantes ordinis sui substantiam, vt dilectis filiis fratribus Minoribus vniformes in derogationem multiplicem ipsorum ordinis crederentur.* Hic autem non accusantur Eremitæ, vt optimè aduertit M. Marquez, e quòd alienum habitum vsurparent: sed quod propriū modò assumpto colore albo, modò nigro, sic variabant, quod similes reddebantur fratribus minoribus: & id propter nō dixit, quod Minores fiebant similes illis; sed illi minoribus; nempè quia ipsi variando ordinis sui substantiam, non caussabant; sed patiebantur similitudinem.

Reijcitur assertio aduersarij quo ad primam partem.

c In Respons. ad nu. 1. huius § 4.

d In Respon. ad nu 1. huius § 4.

e Cap. 4. § 5. pag. 44.

338 Secundo dicit ex eisdem bullis constare Eremitas illos variasse formam sui habitus, & ordinis sui substantiam, vt maiorem sentirent & reciperent in populis charitatem. Hoc autem quàm sit a veritate alienū, notauit Marquez, & nos quoq; aduertimus, f & conuincitur euidēter ex verbis bullæ, quæ sic se habent. *Et adeò variantes ordinis sui substantiam* (non dixit, formam habitus, vt tu addis, sed tātum, *substantiam*; quia cum eorum exteriora indumenta deberent esse albi, vel nigri coloris, & modò induerent album, modò nigrum, variabant ordinis sui substantiam, quæ varia & indeterminata erat respectu coloris) *vt dilectis filiis fratribus Minoribus vniformes in derogationem multiplicem ipsorum ordinis crederentur.* In his autem verbis, quis dicat contineri illam trāsmutationem Eremitarum in Frācitcanos, vt maiorem reciperēt à populis charitatem? verba non indicant, facinus ipsum adeò est informe, quod nec de hominibus perditis sinè magno fundamento liceat illud suspicari; & tamen fas erit expressè attribuere cōmunitati religiosæ, & sanctæ; sinè vllo fundamento? sanè in materia adeò graui, hoc commentum confingere, & præcipuè in Cōgregationem hominum Deo sacrorum,

Reijcitur quo ad secundam.

f Vbi supra.

pror-

e plorsus non videos, quàm grata conscientia, fiat; ego quidem mallem in nos hæc opprobria cumulari, quàm à nobis etiã in vnum quempiam homunculum, & adhuc multò leuiora effutiri.

339 Refellitur quoad tertiũ. Tertiò dicit Vniformitatem habitus redundasse in multiplicem derogationem minorum, vt Pontifex loquitur. Risui mihi fuit, cura & vigilãtia addendi illa verba, *vt Pontifex loquitur*, quasi qui aliàs nõ diceret; cùm tamen paulò ante addidisset quędam, quæ non loquutus fuerat Pontifex, vt modò aduertebamus. Verba autem Pontificis, quæ illo additamento, *vt Pontifex loquitur*, magnum indicas cõtinere mysterium, ipsa se produnt, vt notauit Marquez,[a] idem enim Pontifex immediatè explicuit, quomodò illa vniformitas cederet in derogationem multiplicem Minorum, sic inquiens: *Eisdē prout ex hoc minorem apud fideles sentientibus assectiue prouentus eleemosynarum.*

[a] Cap. 4. §. 7. pag. 45.

340 Refellitur quoad quartum, & plura absq; fundamento in eo dici probatur. Quartò dicit Pontificem iussisse, vt habitũ illum omninò deponerent, & certum sibi assumerent habitum vel nigri, vel albi coloris, adiectis aliis insignibus corrigiæ & baculi: sed in hoc dicto plura dicuntur sinè veritate, aut fundamento. Primò enim, in nulla ex Bullis, quas in hanc partem coaceruasti, vllum est verbum, in quo Pontifex pręcipiat, vt habitum illum similem deponant; nempè quia alienus erat, & ab ipsis vsurpatus; sed tantùm, vt contenti sint colore nigro iam electo ab eis, & vt ferãt manicas largas, & protensas, corrigias peramplas, baculosq; quinq; palmorum grandium, & vestes non adeò lõgas, quòd calceamenta contegerent. Secundò, neque Pontifex præcipit vt deposito illo habitum certum sibi habitum assumerent, albi aut nigri coloris; sed cùm eorum vestimẽta exteriora; nigri vel albi coloris, vt ait Pontifex, esse deberent, præcipisse videtur, vt ex illis vnum determinatum eligerent; elegerũt nigrum; & præcepit Pontifex vt illo sint contenti. Verba Gregorij IX. hæc sunt. *Prouidimus statuendum, vt Priores & vniuersi ac singuli fratres prædicti ordinis S. Aug. in exterioribus vestimentis, quæ nigri vel albi debebunt esse coloris, quorum alterũ videlicet nigrum, iam electo ab eis, ipsos volumus manere contentos.* & Tertiò, quia corrigia & baculus non sunt insignia adiecta de nouo; In ipsa enim bulla ait Põtifex *Nunc succincti tunicas cum corrigijs, baculos gestantes in manibus, nunc verò dimissis baculis incedebant.* Pontifex ergo tantum expressit corrigiã esse peramplam, & de nouo præcepit, vt manicas largas, & protensas perferrent, & baculis vterentur non hic, sed vbicunq; ipsos ire contingeret.

341 Ad argumentum respõdentur duo. Primum. His prælibatis ad argumentum, quod ex fidelissima tua narratione obijciebas: Respõdeo. Primum est, si forma illa, & color habitus fuisset antiquior in religione S. Frãcisci, quàm in Congregatione S. Ioan. Boni, difficile creditu est, quòd Pontifex id omisisset in suo decreto; cùm ipse deberet velle statutum suum iustificare coram omnibus, & adeò congruum sit antiquos Possessores in suo Iure cõseruari; nisi aliquid inde sequatur absurdũ. Secundum. Secundum est, quàmuis Congregatio S. Ioannis Boni antiquior esset in colore habitus & forma, ratione cuius assimilabatur ordini S. Francisci, tamen forma essentiali habitus immutata, præcepit Pontifex, vt ex colore albo, vel nigro, quorum quolibet vti poterat, vnum determinatum eligeret. Magis enim iuri & æquitati consonum visum est Pontifici, benè & meritò in Franciscanos affecto; vt religio, quæ duplicem colorẽ admittebat, ad vtrorũq; quietem, & ne scandala inde grauiora consurgerent, ad vnum se restringeret, licèt vtrumq; ab antiquo possedisset, quàm quòd illa, quæ adeò in Ecclesia florebat, & vno vel quasi vno tantùm colore contenta erat, illum omitteret. Vnde Pontifex noluit antiquos possessores in suo Iure cõseruari; quia iudicauit inde sequi absurdum, nempè magnum dispẽdium ordinis Franciscani sinè ingenti fructu Congregationis S. Ioannis Boni, quæ facilè se poterat reducere, ad quem mallet ex colore albo vel nigro. Hac ratione Ioannes XXII. licet Canonici Regulares pluribus ante annis soli possedissent corpus B. Aug. in vrbe Papiensi, præcepit, vt Eremitæ Augustiniani simul illud possiderẽt. Iuri enim & rationi conformius existimauit filios legitimos, parẽtis corpore non priuari, quàm filios alteros etiam legitimos, quamuis essent in ea possessione, vt ipsi soli illud haberẽt, sinè aliorum consortio dilecti Patris reliquias possidere.

AD NVMERVM XIII.

Corrigiam ab Augustino esse acceptam probatur.

342 Obiectio. Asseris testimonia Iordani[b] & Antonini[c] loquẽtium de corrigia perampla ab Aug. accepta parũ habere roboris. Primò, quia aliena sunt à narratiuis Põtificum literis, quæ ad Gregorium IX. referunt originem. Secundò, quia Iordanus rem hanc tan-

[b] Lib. 1. Vitas Patr. cap. 15.
[c] 3. p. tit. 24. cap. 14. § 2.

tantùm probat ex sermonibus ad fratres in Eremo; quorum authoritas iam pridem excidit. Tertiò, quia Antoninus rem transcripsit ex Iordano, sic enim ait, *de sacro ordine S. Aug. &c. quæ inueni, hic refero. Quidam religiosus dicti ordinis, sic scribit, &c.* Quartò, quia ex locó Augustini [a] nihil videtur posse in fauorem eius partis exsugi; ad summum enim ex illo colligit Marquez, quòd hæreticus obijciebat Augustino eum dixisse Christum esse Baptistã; quia cùm ipse fundasset monasteria in Eremo, Monachosq; vocaret discipulos Christi, videbatur sentire Christũ esse Baptistam: quia non Christus, sed Baptista vixit in solitudine.

a Contra literas Petiliani lib. 3. cap. 40.

343 Quasi res tota in eo solo cardine versetur, vtrum testimonia Iordani & Antonini, & argumentum Magistri Marquez, ex loco Augustini contra Petilianum sint efficacia; adhibita in ea parte responsione nõ parum gloriaris. Verùm ni me fallo, tua te fefellit opinio, vel voluntas. Primò, quia ad eam veritatem demonstrandam, sunt alia multò plura, quę [b] collegimus, & ferè omnia adduxerat M. Marquez in varijs locis sui opusculi; referamus hic vel vnicum locum ibidem adductum, ex authore vitæ S. Fulgentij, quem Eremitam fuisse Augustinianum, tot homines docti fatentur, & præcipuè expressit Card. Baron. [c] vbi de Fulgẽtio, de quo eius Acta sic habent: *Pelliceo cingulo tanquam Monachus vtebatur*. sic ait: *Vt planè intelligas, quàm S. Fulgentius est professus monasticam regulam ab ipso S. Augustino deriuasse, diuersisque ordinis ab eo institutas fuisse classes. Alterũ nempè, qui in ciuitatibus degentes, clerici cùm essent, vnà simul degentes, cœnobiticam monachorum institutam seruarent, quibus, cum idem factus Episcopus habitauit. Alterum verò, qui procul à ciuitatibus degentes, eius essent vitæ atq; vestitus, cuius hic pedes Fulgentium esse cultorem, nempè vna indutum tunica, eodemque pelliceo zona constrictos quam nec soluerent dormituri.* Monachi ergo Africani, atque adeò Augustiniani, D. Fulgentij tẽpore ex Augustini præscripto, corrigia, seu zona pellicea cingebantur. Secundò, tua te existimatio decepit; quia ea, quæ obijcis facili negotio dissoluuntur.

b In respõ. ad principiũ huius §. 4.

c Tomo 6. anno Xpi 504.

Monachi Africani ex Augustini præscripto zona pellicea cingebãtur.

344 Ad primum enim patet ex dictis non repugnare literis Pontificum. hæ enim nõ referunt corrigiæ originem ad Gregoriũ IX. cùm ex ipsis Bullis, vt euidẽter ostẽdimus, [d] manifestè constet Eremitas S. Ioannis Boni cũ primò apparuerunt in Lombardia, præcinctos tunicas cũ corrigijs incessisse, cùm nondum decretum Gregorij subsequens emanasset; & de Eremitis Britinensibus asserat idem Gregorius IX. anno 1235. ipsos laudabiliter statuisse, vt quilibet frater desuper ampla corrigia cingeretur; & Cõgregationi Eremitarum S. August. præceperit Card. protector, vt vteretur perampla corrigia, non quidem vt rem nouam: sed vt rei pristinæ nouum robur Confirmationis authorit. Apostolica factæ nouiter adijceret.

Soluitur primum.

d In Respon. ad nu. 9. huius §. 4.

345 Ad secundum Resp. duo. Primum est: Iordanus corrigiam Augustini non solùm probat ex sermonibus ad fratres in Eremo; sed etiam ex sermone de baptismo Aug. sic enim ait: *de Beato quoq; Aug. fertur, quòd baptizatus indutus fuerit à B. Ambrosio cuculla nigra, desuper zona quadam ad differentiam Monachorum, vt ipsemèt Ambrosius dicit in libro, quem fecit de Baptismo scilicet Augustini.* Aliundè ergo Iordanus probat suum assertum, quàm ex sermonibus ad fratres in Eremo. Scio hunc sermonem Ambrosij eiusdem fariuæ à quibusdam reputari cum sermonibus ad fratres in Eremo; Vide tamen, quæ circa illum diximus. [e] Ad minùs enim fauent authores antiqui & graues, qui illum B. Ambrosio adscribunt. Secundum est. nouimus sermones Eremitas à pluribus doctis vt suppositios damnari, ab alijs defendi; ego in Bibliotheca Aug. lib. 3. dicam quod sẽtiam. Nec omnes damno, nec omnes defendo; sunt aliqui manifestè Spurij; alij legitimi, & alij incerti, qui tamen habere possint Authorem Augustinum. sermones autẽ, quibus in præsenti Iordanus vtitur, sunt 5. 27. & 28. ex his quintus spurius est; vt diximus supra, [f] attribuitur tamen Augustino ab authoribus trecentorum annorum, ijsq; non infimi nominis, quales sunt Episcopus Ferdinandus de Hispania, & Iordanus de Saxonia; vigesimus septimus etiam est suppositus, vt credo. At verò sermo 28. de Cœna Domini mihi Augustinianus est; nihil enim habet indignum Aug. eiq; tribuitur à S. Bonau. [g] ex quo ad minus habemus tempore D. Bonau. circa an. 1250. sermonem istum de Corrigia ab August. suis monachis præscripta loquẽtem à viro doctissimo & sanctissimo sinè vllo scrupulo, aut dubitatione adscriptum fuisse Aug. atq; adeo iudicasse pro veris ea, quæ in illo continebantur; & tamen quod anno 1250. Bonauentura doctus & sanctus verum reputauit, modò R. P. Vadingus ex eadem familia seraphica omninò falsum & arbitratur, & censet.

Ad secundum respondentur duo. Primum.

e In Responsio. ad principium huius §. 4. pũcto vnico difficultate vnica § 1.

Secundum.

f In respõsione ad principia §. 4. pũcto vnico difficul. tate vnica §. 4.

g In Meditatione vitę xpi cap. 71 fol. 365. pag. 2.

346 Ad tertium nõ negamus Antoninum ex Iordano rem totam verbatim trãscripsisse; hoc tamen fidem testimonijs non minuit, sed munit; non eleuat, sed extollit. Primò,

Soluitur tertium.

quia

quia tantæ authoritatis fuit Iordanus, vt eius testimonia à viro sanctissimo & doctissimo Antonino de verbo ad verbum transferri meruerint. Secundo, quia testimonium Iordani operibus Antonini insertum, iam non est solius Iordani, sed Iordani & Antonini, vt in ore duorum & talium testium stet verbum hoc. Quæ enim ex alijs authoribus pro solito more suo refert, nec improbat, pro veris approbat Antoninus; vnde cùm [a] de Augustiniano ordine loquēs dixisset; *Quidam religiosus dicti ordinis sic scribit. Reuelatum fuit prophetico spiritu Abbati Ioachimi, qui sic in expositione super Apocalypsim scripsit de fratribus ordinis S. Aug. surget ordo qui videtur nouus, & non est, indutus nigris vestibus, & desuper zona.* postea subdit Antoninus impugnationem suam, [b] sic inquiens. *Similiter etsi fuerunt aliqui ante ordines Mendicantium, qui viuerent in Eremis secundùm regulam Aug. non tamen erant talis ordinis, nec habebant vnum caput, nec illas ordinationes, quas habent Eremitani nunc.* Cùm ergo refert alia, & non improbat, approbat.

[a Ibid. tit. 24. cap. 14. f. 254. pag. 2.]
[b fol. 255. pag. 2.]

347 Fuisse autem Antonino familiare historiam texere ex aliorū relationibus, eodem modo transcriptis, constat ex pluribus locis. Primò enim [c] sic ait. *Hic fecit finem Leonardus Aretinus in Historia Florentina, quam in decem libros distinxit. Quæ autem sequuntur excerpta sunt, partim ex quodam libello ab eodem edito, de quibusdam notabilioribus gestis temporū sui, partim ex Chronica Flor. partim ex aliorum scriptis, & relationibus plurimorum, quæ vidimus, vel audiuimus oculis, & auribus nostris.* Secundò, [d] de Beatis ordinis Dominicani loquens ait. *de quorum aliquibus mihi notis ex libro, qui intitulatur, de vitis fratrum; vel alijs libris aliqua hic scribentur notanda.* Tertiò quoque, [e] de suo ordine sermonem faciēs, subdit. *Hæc omnia sunt transumpta ex Chronicis ordinis, quæ habetur Bononiæ à diu facta.* Quartò denique, [f] sic habet. *de B. Francisco ex speculo Vincentij hist. & legenda secundum Iacobum de Voragine, & Chronicis Minorum, hæc extracta sunt.* Modò ergo te interrogo, nūquid in ipsis omnibus, quæ etiam ex alijs authoribus sunt ab Antonino trāscripta, Antonini testimonium eleuabis? Nunquid asseres ea omnia non confirmari Antonini authoritate? planè non audebis. Quare ergo velis ea sola, quæ ex Iordano transcripsit, & non improbauit, ab ipso merè recitatiuè, sine approbatione, aut improbatione referri?

[c Tit. 22. cap. 4. § 40. fo. 148. pag. 2.]
[d Etiam tit. 23. cap. 9. in prin. fol. 19. pag. 2.]
[e Eod. tit. cap. 25. fol. 19. pa. 2. § 1.]
[f Tit. 24. I prin. ante cap. 2 fol. 228. pag. 2.]

348 Ad quartum Resp. plura. Primum est. M. Marq. [g] ex loco Aug. contra Petilianum sic arguit. *Y que viendo à los frailes, que fundaua, viuir en yermos, y con cintas ò correas de cuero al trage de Sant Iuan, que tambien la truxo, le parecio, que podia prohijarle, que le tenia por redemptor.* Ecce ex quibus Augustiniana tessera corrigiæ inferatur. Acuta sanè, & probabilis consequētia. Tamen fateor ingenuè (*mihi enim, vt ait Hieron.* [h] *non iuxta Pythagoræ discipulos, præiudicata Doctoris opinio; sed doctrinæ ratio ponderanda est*). fateor inquam, nō mihi visa est firma & efficax, vt supra [i] de Corrigia, aduerti; Satis enim explicabitur ab aduersarijs deductio Petiliani, vt ipsam idem Marquez explicuit alibi, [k] si dicamus ideò Petilianum obiecisse Augustino, quòd Christum diceret esse Baptistam, quia cùm Augustinus monasteria fundaret in Eremo, suosq; monachos appellaret discipulos Xp̄i, videbatur inferre, Christum esse Baptistam, quia Baptista vixit in solitudine.

[Ad quartū respōdetur plura.]
[Primum.]
[g Cap. 12. § 3. pag. 172.]
[h Epist. ad Minerium & Alexandrum.]
[i In respōs. ad prin. § 4. pun. vnic. difficult. vnica, § 4.]
[k Cap. 8. § 1. pag. 131.]

349 Secundum est. deductio Petiliani, obijciēs Augustino ex institutione monasteriorum & monachorum, quòd dixerit Christum esse Baptistam, euidenter conuincit ad minùs, monachos ab Augustino institutos in Eremis & solitudinibus victitasse, sicut & vixerat S. Ioānes Baptista: Quia aliàs nullum vestigium inuenietur, vnde assignari possit, quo prætextu Petilianus calumniā illam obijceret Augustino. & quidem Monachos Africanos temporibus Augustini contemplationi deditos, laicos, extrà ciuiū frequentiam, in solitudinibus vitam egisse; vnus sit mihi testis, instar omnium, Seraphicus Doctor Bonau. [l] cuius hæc sunt verba. *Sed obijcies de Augustino de opere monachorum, qui loquebatur ad monachos, qui spiritualibus erant exercitijs occupati, & inceuli, non insistere illos dicit, quòd ad huiusmodi opera sunt astricti. Ad hoc apparet manifesta responsio, si attendatur conclusio circa finem &c.* & infra. *Apparet igitur, qui sunt astricti, scilicet validi & fortes, & qui ab Ecclesiasticis occupationibus vacāt, & qui vitam in sæculo de labore corporis transigebant; & tales multi erant inter illos monachos, & plures erāt in exordio religionis Minorum, & ideò ad labores arctādi.* & clariùs [m] ibi. *Monachi tunc temporis pro maxima parte erant laici, & plebei, & ideò competebat eis circa consueta opera occupari.* [n] *Monasteria primitiua* (ad quæ loquebatur Aug.) *instituta erant ad vitam solitariam agendam, vt vnusquisq; haberet curam sui, & apud se habitaret, & ideò Monachus dictus est.*

[Secundum.]
[l In tracta. de pauper. Christi contra M. Guillelmū fol. 168. pag. 1.]
[m fol. 171. pag. 1.]
[n Et infra.]

AD NVMERVM XIV.

Expenditur an Corrigia B. Francisci ante Ordinis sui institutionem fuerit ampla.

350 Rationes M. Marq. quibus probat amplā zonā D. Frāciscum se cinxisse.

a Cap. 21 §. 3. pag. 371.

CORrigiam, qua B. Franciscus biennio ante institutionem sui ordinis se cinxit, amplam fuisse M. Marquez [a] conicecit ex duobus. Primò, quia vir sanctus se delicatè non cingeret. Secundò, quia aliàs viri docti & graues, Sabellicus, Polydorus, & Granatensis corrigiam à Francisco gestatā, non appellassent zonam, quæ in rigore accepta militum cingulum erat, adeò robustum & amplum, vt omnia exinde penderent, vt tradit Calepinus, verbo, *Zona*: & colligitur ex illo Math. [b] *Neq; pecuniam in zonis vestris*; vnde & Marcus Vlyssiponēsis dixit, *que san Frācisco andaua ceñido con vn cinto*. Hæc autem ad id probandum nullius esse ponderis tibi sunt visa. Primum, quia licèt curiosum, aut sericum cingulū, vel baltheum constellatum hominem dedeceat pœnitentem, non autem exile, quale vnius pollicis mensuræ S. Benedictū gestasse, & suis præscripsisse, narrat Ioannes Diaconus in vita S. Greg. [c] Secundum verò, quia communi zonæ nuncupatione, tam intelliguntur exiles, aut teretes nobilium, vel fœminarū zonæ, quàm etiam amplæ, vel robustæ militares, vt videre est apud obseruatores lectionum antiquarum, quales sunt inter alios Martialis in Apophoretis, Ouidius in Fastis, Plutarchus in vita Demetrij, & Spartanus in vita Pescennij. Vnde & Ambrosius Calepinus non aliter zonā declarauit, quàm per cingulum, quo cingimur. Neq; omnes Interpretes illius loci Mathæi, *neq; pecuniam in zonis vestris*, credunt in ipsis portari pecunias; quinimò Abulens. Euthymius, Maldonatus, & alij, ideò id dictum putant: quia ex zonis pendebāt communiter marsupia, vel crumenæ. Vox etiam illa, *Cinto*, qua vsus est Interpres Castellanus Marci Vlyssiponensis eandem habet latitudinem, vt significet amplas, & exiles corrigias.

b Cap. 10.

Iudicium aduersarij de dictis rationib.

c Lib. 4. c. 82.

351 Primum M. Marquez fundamentum, vt verum fatear, etiam mihi non placuit, ex alio tamen capite. Nempè, quia S. Franciscus vel assumpsit corrigiam, dum fieret religiosus, vel manēs adhuc in sæculo, si primum nō elegit corrigiam, sed accepit; atq; adeò vel exilem, vel amplam, pro more illius religionis, quam ingrediebatur. Poterat enim proiiceri religionem, quæ exili, & quæ ampla corrigia cingeretur; & tunc vel colligeremus religionem eius ex amplitudine corrigiæ; si constaret eum vsum fuisse ampla corrigia; vel amplitudinem corrigiæ ex religione, quam profiteretur: si verò dicatur secundum, crederem ego Franciscum, non electurum sibi corrigiam exilem, sed vilem & latam, sicut in institutione suæ religionis elegit funem vilem & grossum, licèt posset exilem; quia nescio, quid potius austoritatis habeat ad pœnitentiam latitudo corrigiæ, aut funis, quàm exilitas, quando patèter supra vestem portatur, non subtus scapulare; vt fertur in religione S. Benedicti; & hinc est, quòd religio Augustiniana præscribit corrigiam amplam pro habitu nigro; at verò exilē pro habitu albo; illa patet, hæc latet.

351 Iudicium auth. de prima.

352 Secūdum verò M. Marquez fundamentum robustiùs est quàm vt obiectis eneruetur. Communi enim loquendi more, nomine zonæ strictè sumptæ, vt dixit Marq. potiùs intelligimus cingulum amplū quàm exile. hoc enim potiùs zonula, quàm zona appellatur, licèt zona in tota sua latitudine, cingulum latum & exile complectatur. Argumentum est Adagiū, cuius meminit Calepinus, verbo, *Zona*, *zonam perdidit*, vt significetur omnem pecuniam perdidisse. *Prouerbialiter*, ait Calepinus, *dicitur in eū, qui omnem pecuniam deperdiderit, tractum à militibus, qui quidquid habent, in zona circumferunt. Vnde & C. Gracchus apud Gelliū, [d] dixit, Zonas, quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia inanes retuli*. & huc respexit Christus, [e] quādo dixit, *neq; pecuniam in zonis vestris*, siuè quia in ipsis zonis pecuniæ portarentur; siuè quia ex ipsis marsupia appenderentur. Ad horum enim quodlibet, cingulum debebat esse amplum & fortè.

352 Soluitur obiectio aduersarij contra secundā rationem.

Zona potiùs significat cingulū amplū, quàm exile.

d Lib. 16. c. 12.

e Matth. 10.

353 Ex quo tua obiectio manet dissoluta, illud tamen subiungam, circa obseruatores lectionum antiquarum, quos citas, quod alibi [f] dixit Augustinus: *Quis hæc audiat, & non in ipso nominum sectarumq; conglobatarum strepitu terreatur, si est ineruditus, qualis est hominū multitudo, & existimet te aliquem magnum, qui hæc scire potueris?* Id autem quòd addis, non omnes expositores credere pecuniam portari in zonis, sed plures existimare ideò à Christo dictum, *neq; pecuniam in zonis vestris*: quia ex zonis pendebant marsupia, vel crumenæ; hoc neq; est contra Marquez, neq; dissoluit eius rationem: ipse enim in eadem est sententia, atque Abulens. Euthymius, & Maldonatus; ex ea enim infert zonam tantùm in rigore significare cingulū amplum & consequenter aliàs ex illo appendi nō possent omnia, quæ milites in zonis portabant. Audi verba illius, [g] *Porq; zona en rigor era el ceñi-*

f Lib. 4 contra Iulian. c. 15.

g Cap. 21. §. 2. pag. 372.

nos de los fa'dales, tan anabos ij de tanta fuerza, que todo lo colgauan de allí, como dexen auchores approbados. id autem quod subdis, de illa voce, *Cinto*, viderit Interpres Castellanus quid trãslulit: tamen ea propriè & in rigore loquendo, significat cinctorium amplum & vile ex corio factum. Tria enim hæc, *pretina, cinto, & cinta, vel correa*, in lingua Hispanica, res longè diuersas sonant; in his tamen, ad quæ germana cognitio linguæ hispanæ requiritur, facile te excusarim, hominem exterum, qui relationi alterius cuiusque, pro affectu credidisti. *Hoc Episcopi*, ait Augustinus,[a] excusans Episcopos sinodi Palestinæ, *Græci homines, & ea verba per Interpretem audientes, discutere non curarunt.* & infrà: *Quod indiscussum iudices reliquerunt, latini sermonis ignari, & eius, qui causam dicebat, confessione contenti.*

[a] De gestis Pelagij cap. 1.

AD NVMERVM XV.

Neminem ex baculo, aut calceis probasse Monachatum Augustinianum S. Francisci, potiùs supponitur quàm probatur.

354 NE forsitan tibi non crederemus (ait Hieron.[b]) imò non intelligeremus, quid diceres (frequenter enim in longum sermo protractus aufert intelligentiã, & dum non sentitur ab imperitis, minùs reprehenditur) inculcas & replicas. Rursus enim in baculum nostrorum Eremitarum, & calceos insurgis. In baculum, primò; quia licèt familiares sint Eremitis, non ita peculiares Eremitis Augustinianis ante ætatem S. Francisci, vt eis seruiuerint in signum & tesseram à S. August. acceptam. Constat enim baculos communes esse diuersi generis hominibus, & semper fuisse. Secundò, quia Iordanus, qui asserit baculũ fuisse peculiarem tesseram Augustinianorum, id tãtùm probat ex Sermonibus ad fratres in Eremo, quos Augustini non esse pro comperto habetur. Tertiò, quia Iordanus addit prætensam illam suam institutionem baculorum per Augustinum, vetustate & antiquitate confirmari; ait enim per B. Gregorium Papam statutũ fuisse, vt huiusmodi fratres baculos quinq; palmorum in manibus portarent. Hoc autem deficit in duobus; Primò, quia modo ad Gregorium refert institutionem baculorum, cum antea illã attribuisset Augustino. Secundò, quia S. Gregorium illud decretum edidisse, vt adnotauit M. Antonius Massa Salernitanus (quem dignè laudat Firmanus in præliminari Epistola operis Iordani) nullibi apud Gregorium inuenitur. Neq; id mirum est, cum nõ sit statutum Gregorij I. sed IX. vt constat ex bullis in superioribus adductis.

Instantiæ aduersarij cõtra baculum Eremit. S. Aug.

[b] Epist. 11. ad August.

355 In calceos verò sic inueheris. Quoniàm, licèt ex literis Gregorij IX. colligatur Eremitas Congregationis S. Ioannis Boni calceatos incessisse; tamen ex re omni hominum generi cõmuni, nihil infertur singulare, quo probetur Franciscum calceatum, non anachoretam, aut sui Iuris, sed regularem egisse Eremitam.

Instãtia eius dẽ in calceos eorundem.

356 Vidi has & similes argumentationes in tuo Apologetico, quasi eredas, nos sic Monachatum Augustinianum S. Francisci colligere; D. Franciscus portauit baculum, ergo fuit Eremita Augustinianus. Sanè si ita argueremus, dicere posses cum Horatio, *Spectatũ admissi, risum teneatis amici?* Verùm quis adeò hebes & stupidus, vt tam ridiculè argumentaretur? Probamus quidem Monachatum Augustinianum S. Francisci, ex tunica, corrigia, baculo, & calceis; non quidem seorsim, quòd ineptũ esset; sed simul sumptis, quòd non est inefficax argumentum. Audi M. Marquez.[c] *Luego si san Francisco truxo tunica, y capilla, baculo, zapatos, & correa (como queda probado) truxo cabalmente el habito de nostra religion. Porque dado caso, que algun Eremitano sigtar truxera vna o otra destas insignias, como baculo o correa, todas juntas nos pudieran concurrir en quien no fuera religioso, y professara nostra regla. Porque (como rresueluen los Doctores, quos refert & sequitur Farinacius in sua praxi Q. 36. de iudicijs & tortura n. 41. quando plura (inquiunt) signa dubitata concurrunt, licet pariter ex illa multitudine signorum dubitatorũ, resultat vnum signum indubitatum) quando concurren juntas muchas señales de vn hecho, aunque cada vna de por si sea dudosa; el concurso de todas ellas haze vna señal indubitable.*

Soluuntur in communi.

[c] Cap. 22. §. 3. pag. 372.

Ex pluribus signis dubitatis simul concurrẽtibus resultat vnum signum indubitatum.

357 Dixi aut credis, aut, fingis. *Nec enim dico* (vt ait Aug.[d]) *quòd subdolè nos lacerare volueris; sed tantùm de te opinor, quantùm de te indicas verbis.* Potuisti credere, aut fingere. Nescio, quid peiùs, vnum tamen, vel alterum tibi cõtigisse, ideò opinor: quia indicas verbis. Responsio enim tua, siuè obiectio supponit illud esse argumentum nostrum.

[d] Contra secundinum to. 6. cap. 1.

358 Ex his patet ad primum, fatemur enim quoslibet homines baculis vti posse, & plures fuisse illis vsos; neque dicimus ita fuisse peculiares Eremitis Augustinianis; vt nemini alteri conuenerint. Neq; ex solo baculo inferimus B. Franciscũ fuisse nostrum Eremitam: sed ex omnibus insignibus proprijs nostrorum Eremitarum illius temporis; proprijs inquam, non quia illis solis & omnibus omnia seorsum; sed quia illis omnibus

In particulari soluuntur.

nibus

tibus conueniebant; vt enim vel logici norunt, dupliciter saltem dicitur aliquid proprium alicui, primò, quòd conuenit omni, soli, & semper, vt risibilitas homini conuenit. Secundò, quòd conuenit omni, vt albedo conuenit lacti; licèt ergo baculus & alia insignia seorsim sumpta non essent primo modo propria, erant tamen secundo modo propria; & si simul sumantur erāt ad minùs propria primo modo; quia conueniebant omni & soli & semper, quādoeunque deberet repræsentare speciem suæ religionis.

359 Soluitur secundum. Ad secūdum Resp. verum sit, quòd Iordanus nullam aliam adducit probationem, nisi ex sermone 27. ad fratres in Eremo; quin imò potiùs supponit, quàm probat baculos nostris Eremitis conuenisse ex institutione Augustini. Verùm etiam est, sermones ad fratres in Eremo multorum iudicio non solùm suspectos; sed suppositos existimari; id quòd & ego arbitror de aliquibus, & præcipuè de illo serm. 27. qui est de filio prodigo; nihilominus fauet non parum authoritas Iordani, hominis doctissimi & sanctissimi, qui sic rem se haberi iudicauit, & probauit ex sermone, qui tunc temporis esse credebatur Aug. Coniectura tamen est non leuis baculorum institutionem ab Augustino dimanasse; tum quia ipse instituit Eremitas, quibus familiare est vti baculis; tum quia vsum baculorū in ordine Augustiniano adeò antiquum inuenimus, vt de eius initio nulla extet memoria; & constet ante bullam Greg. IX. anno 1240. editā incepisse in Eremitis S. Ioannis Boni; & sanè satis antiquum est id, cuius principiū ignoratur. Audi Vincentium Blascum de Lanuza, [a] vbi ait. *De la antiguedad do lallent, no tenga escritura cierta, ni pueda darsela maior, que no hallarle principio*; & meritò; quia sicut qđ principio caret, æternum est; ita id, cuius principium nascitur, valdè antiquū esse videtur. Tum denique, quia ipse Aug. baculi in speciali meminit in Admonitionibus relatis ab Vrbiuate circa an. 1340. verbo, *Religiosus*, vt suprà citauimus.

[a] Tom. 1. Histor. Ecclesiast. Aragon l. 5. cap. 6. p. 247.

360 Soluitur tertium. Ad tertiū Resp. verba Iordani hæc sunt. *Sed aduertendum est, quòd hoc, quod dicit Augustinus de baculis, conforme est antiquitati. Vnde etiam olim per B. Gregorium Papam statutū fuerat, quòd fratres baculos quinq; palmorum in manibus portare deberent. Sed hoc postmodū per Alexandrum Papam IV. tanquam abusiuum præsenti tempori extitit reuocatum. Per viam autem fratres adhuc portare possunt baculos, sicut libet.* Ex his ad primum, quod contra Iordanū obijcitur Resp. facilè id solui. Iordanus enim tantùm ait; circa baculos institutos ab Augustino emanasse statutū Gregorij, statuentis vt baculi essent quinq; palmorum. Atq; adeò semper in Augustinum refert institutionem baculorum, determinationem verò quinq; palmorum in Gregorium. Ad secūdum autem dico cum Ludouico de Angelis, [b] malè scriptum apud Iordanū haberi B. Gregorium pro Gregorio IX. Fortè in exemplari sic erat scriptum, *per B. m. Gregorium Papam*; & lector minùs aduertens legit *per B. m.* id est, Beatum, *Gregorium* cum legere deberet; *per bonæ memoriæ Gregorium Papam*. Neq; enim credibile est B. Iordanum id tribuisse B. Greg. cùm ipse [c] dixisset de Innoc. III. hæc verba. *Qui fuit primus Papa, quem circa ordinem istū aliquid speciale fecisse legi*; quòd dicere nō potuisset, si legisset B. Gregorium edidisse illud statutum, de baculis quinque palmorum. Adde in antiquo originali Iordani, quod legi Romæ in Bibliotheca Angelica, expresse habetur; *Vnde etiam olim per Gregorium Papam Nonum* &c.

[b] Lib. 4. de vita, & laudibus D. Aug. cap. 14. fol. 126. pag. 2.

[c] In eod. lib. cap. 14.

Ad id autem, quòd de calceis obijcis, iterum Resp. nos non colligere B. Franciscum fuisse Eremitam Augustinianū, quia portauit calceos; sed quia incedebat ornatus omnibus, quibus induebantur Eremitæ Augustiniani Congregationis S. Ioānis Boni; nempè tunica, corrigia, baculo, & calceis. Hoc autem fundamentum non dissoluitur probando de singulis seorsim, non conuinci ex illis fuisse Augustinianum. Primo, quia stat rem hanc non cōuinci ex singulis, & tamen conuinci ex omnibus simul sumptis; sicut v. g. Petrum esse hominem, non cōuincitur ex eo quòd sit animal; quia etiam brutum est animal; neq; ex eo quòd sit intellectualis; quia etiam Angelus est intellectualis; Ex vtroq; tamen simul sumpto, nempè, quia est animal intellectuale, rectè conuincitur Petrum esse hominem. Secūdò, quia si eo modo liceret eludere argumenta, etiam ineptè probaremus de aliquo sācto Religioso Dominicanum fuisse, quia induebatur tunica præcincta exili corrigia, scapulari, & caputio albis, & super hæc cappa nigra, & caputio nigro. Posset enim responderi id non probari ex vestibus albis; quia eisdem, & eiusdem coloris vtūtur Augustiniani, Præmonstratenses, & Mercenarij; neq; ex cappa nigra, quia ea vtūtur Carthusiani; neq; ex caputio nigro, quia eo vtūtur Augustiniani. Quis autem non videat hoc effugium esse omninò insufficiēs in hac materia? ergo & in nostro casū.

AD NVMERVM XVI.

Ex habitu Eremitico S. Francisci satis probabiliter inferri eius monachatum Augustinianum ostenditur.

362 *Assertio adnersarij.* SAtis te ostendisse iudicas debilè omninò, & planè nullum ex habitu Eremitico desumi argumentum ad eius Monachatum Augustinianum asserendum; quia certo certiùs probasti formam nostri habitus Francisco posteriorem; adhuc tamen inefficax esse argumentum, ex alio capite vis conijcere. Nempe quia quamuis habitus Augustinianus esset Frãcisco anterior, & D. Franciscus tunicam, corrigiam, calceos, & baculum portasset, quis inde seriùs aut probabiliùs, efformet Augustinianum? sicut si quis vellet Franciscanum cum, qui tunicam, & chordulam, seu funem nódosum absq; calceis gestarit. Quot vndequaque semper, & vbique videmus Circumcelliones, Gironagos, & Nebulones super tunicas protensas corrigiatos; & funiculatos? Quot conspicimus, & audimus solitarios, & Anachoretas, sub vtriusq; instituti insignibus in solitudine latitantes? & tamen non licet inferre inde omnes esse Augustinianos, vel Franciscanos. *Confirmatur.* Adde. Neq; illo æuo ita præscripta Eremitis Regularibus Augustinianis, hec insignia, tunicę, corrigiæ, & baculi, vt quibuscunq; vel Anachoretis, vel cuiusuis generis hominibus non prostatent, aut licerent; quòd autem pro omnibus fuit institutum, peculiaris non facit instituti.

363 *Refellitur primo.* In hac parte dicenda mihi videntur plura. Primum est, facilè est dicere, *satis ostendimus, certo certiùs probauimus.* Cœterum, satis ostendere, & certo certiùs probare quã difficillimum. Quodq; impugnanti videtur clarum, à respõdente iudicatur obscurum, & ab altero ab affectibus libero expectanda est censura securior. Sic ergo An satis ostenderis, & certo certiùs probaueris, nec tu, nec tui, nec nos, nec nostri, in propria causa simus iudices; quia suspecti. Iudicas te satis ostẽdisse, & certo certiùs probasse. Nos verò longè aliter, & fortè firmioribus fundamentis nitẽtes autumamus. Ferat ergo sententiam qui vtrumq; opusculum legerit; & intellexerit. Qui secus, credet, ni fallor, vel vobis, vel nobis, vel affectu, ve authoritate potiùs, quàm ratione conuictus. *Nõ enim ignorat prudentissima pietas tua* (verba sũt Hilarij Episcopi Arelatẽsis[a]) *quãtò plures sint in Ecclesia, qui authoritate nominum in sententia teneantur, aut à sententia transferantur.*

[a] In Epistola ad Aug. to 7. ante librũ de prędestinatione Sanctorũ.

364 *Refellitur secundo.* Secundum est; si semel admittitur, vt debet admitti, habitum Augustinianum multis retro sæculis fuisse Patre Seraphico anteriorem, eumq; ipso indutum per biennium incessisse, (esto admitteremus, inde non inferri euidentia morali, egisse Eremitam Augustinianum.) quis negabit probabilissimè deduci, cùm adeò vehemens stet pro nostra parte Iuris præsumptio. Vide quæ pro bonitate huius illationis adduximus[b] vbi id non leuiter persuasimus, nõ malè affectis. Addamus nunc; Nõne si modò reperiretur corpus alicuius Sancti per cuius intercessiõnem Deus plura miracula operaretur, indutum caputio, tunica, & corda Franciscana, cum corona capitis aperta, nonne dum non euidenter constaret oppositum, saltẽ ab omnibus viris pijs, & doctis iudicaretur esse probabile, virum illum sãctum fuisse ex alumnis ordinis Seraphici? Quis aliter sentiat, sensum si habeat? Quare ergo si habitus Augustinianus est Francisco anterior, & ipse tunica, caputio, corrigia, baculo, & calceis ornatus incessit per biennium ante institutionem sui ordinis; & ex alia parte coronam capitis habuit apertam; vt colligit M. Marquez,[c] ex D. Bonauentura in legenda Sancti Francisci cap. 3. verbis, quæ sic se habent: *Approbauit regulam; dedit de pœnitentia prædicanda mandatum, & Laicis Fratribus omnibus, qui Seruũ Dei fuerant comitati, fecit coronas paruulas fieri, vt verbum Dei liberè prædicarent;* si autem Franciscus coronam non habuisset, cam etiam illi Pontifex fieri præcepisset. Quare, inquam, non erit probabile S. Franciscum, eo biennio, egisse Augustinianum Eremitam? & iudicabimus aliter in primo casu, atq; in secundo, vtentes in eadem causa diuerso põdere, et diuersa mẽsura? An ijs in rebus erit pondus, & pondus; mensura, & mensura, dum non euidenter constat oppositum? Sed, *vtrumq;* Prouerb. 20. *abominabile est apud Deum. Abominatio est apud Dominum pondus, & pondus, & statera dolosa non est bona.*

[b] In responsione ad principium huius §. 4.

[c] Cap. 22. § 6. pag. 379.

365 *Reijcitur quod ad exemplum de Circumcellionibus Girouagis, & Nebulonibus primò.* Neq; hoc robur eneruatur, exemplo illo Circumcellionum, Girouagorum, & Nebulonum. Primo quia difficile mihi est, quod religio, tàm Seraphica, quàm Augustiniana, patiatur homunculos eius farinæ in opprobrium prædictarum religionum, habitibus sacris vtriusq; familiæ decoratos, ementita, & simulata religione incautos fideles posse decipere, & peruerte-

rer. Non sic olim Seraphica religio, quando non in Girouagis solùm, sed nec in religiosis permittebat, habitum similem, vt a ex D. Bonau. b probauimus. Tunc non tolerabat, nec in religiosis habitum similem, & modò conniuenter patitur; non modò similem, sed eundem in Circumcellionibus, girouagis, & Nebulonibus? Fortè id in Italia. At in Hispania, secus. Posset forsan aliquis pius, & deuotus Eremita sæcularis indui simplici tunica corrigiata, aut funiculata tacente, & permittente religione; tamē durum mihi est credere sciente, & consentiente religione circumcelliones, girouagos, & nebulones, vti eodem omninò habitu, nempe tunica, fune, & caputio coloris Franciscani, corona aperta, nudis pedibus, vel tunica corrigia, & caputio coloris nigri, calceatis pedibus, et aperta corona.

a In respons. ad n. 8. huius §. 4.

b In libello Apologetico cōtra eos qui Minorū Fratrum ordini aduersantur. q. 8. fol. 279. pag. 2.

Secundò. Secundò licèt girouagus quispiam, vel nebulo indueret habitum alicuius religionis adhuc perseuerans in sæculo; tamen Franciscus vir sanctissimus, Seraphin carneus id non faceret, cùm sicut habet glossa in Extrau. *Sancta Romana.* tit. de Religiosis domibus, ad illa verba, *& aliorum ordinum, opprobrium faciat religioni: qui religiosus non existens habitum illi religioni conuenientem portat.*

366 Exploditur quoad Confirmationem. Id verò quod addis illo æuo licuisse quibuscunq; vti habitu Augustiniano, *priusquā refellatur*, vt dixit Augustinus, c *ipsa nouitate iam displicet*: omni enim tempore religiosorum habitus fuit sæcularibus prohibitus, & qui oppositum facere est ausus, Circumcellio, aut Girouagus reputatur. Vnde Cōcil. Nicenum, cap. 76. sic habet. *Monachi alia habeant vestimenta, & mores, quam populus; & caput tondeant in modum Coronæ*, & Aug. d sic ait, in persona auditoris sæcularis. *Ego innuptus homo vxorem habens, quomodò possum, aut capillos tondere, aut habitum religionis assumere?* Proprias ergo vestes habebant Religiosi, quibus distinguerentur à sæcularibus; id autem infructuosum esset, si quicunq; sæculares illis pro libitò, vti possent. Non ergo poterant. *imò, qui extra obedientiam religionis*, ait Angelus, e *eius habitu vtitur, potest compelli, & etiam ad amittendum habitum talem, vel ad intrandum Monasterium, vt notat Pa.* f

c Epistola 28.

Omni tempore religiosorū habitus fuit sæcularibus prohibitus.

d Serm. 11. de aduentu ad Iudicium.

e In summa verbo Nouitius num. 16. fol. 362. pag. 2.

f In cap. vi. clerici de regularibus.

367 Illustratur amplius. Adde; qua ratione dici possit illo æuo licuisse quibuscunq; vti habitu Augustiniano, cùm semper omnis religio id summopere euitarit? vnde & Congregatio Eremitarum S. Aug. in Thuscia ab Alexādro IV. obtinuit Priuilegium, quòd extat originale in nostro Archiuo Romano num. 10. & apud Empoli pag. 13. & est huiusmodi. *Alexander Episcopus, seruus seruorum Dei. Dilecto filio Ricardo S. Angeli Diacono Card. Sal. & Apost. ben. Volentes omne, quòd dilectis filijs Eremitis ord. S. Augustini, vel eorum sacræ Religioni, scandalum, vel infamiam posset parere, quantùm, cū Deo possumus, submoueri, discretioni tuæ, per Apostolica scripta mandamus, quatenùs fratres discedentes motu propriæ voluntatis, & eorum culpis amotos ab ordine eorundem, ac illos, qui ordinem ipsum non professi, cùm frequenter Angelus tenebrarum se in lucis Angelum transfiguret, ipsorum Eremitarum habitum deferunt, quòd habitum ipsum deponant monitione præmissa per censuram Ecclesiasticam, appellatione remota compellas, ipsosq; nihilominùs, si contingat eos propter hoc excommunicationis vinculo innodari, & in sua perdurantes contumacia excommunicatos publicè nuntiari facias, arctiùs euitando in locis, vbi videris expedire. Datum Anagniæ Idibus Iulij. Pontificatus nostri Anno. 1.* id est, die 15. Iulij. anno 1255. Qui ergo sciente, & consentiente religione, eundem habitum biennio portauit, non sine probabilitate infertur, eiusdem fuisse religionis.

AD NVMERVM XVII.

Falluntur credentes, se ostendere Augustinum non incessisse in habitu Eremitico Augustiniano.

OMmittis breuitatis causa, & vitandæ ad singulos dissertatoris anfractus, & declinationes, prolixitatis, plura, quæ de S. Augustini veste potuisses intexere; Mallemus, ita intexuisses, quàm quòd dum in suspēso relinquis, suspicari quis possit, rem ponderis alicuius omitti. Verùm qui præcedentia viderit, non opinabitur te aliquid suppressisse, quo aduersarium potuisses offendere. Præcipuè, cùm sic subdas. *Fidenter id dixerim, insufficienter Marquez cap. 4. §. 1. & seqq. probare in veste sacco consimili incessisse S. Doctorem; quòd largissimè, & data opera conuincit Gabriel Pennotus in Historia tripartita lib. 1. cap. 21. & seqq. ad quem lectorem remitto, ne videar actum agere, & telam Penelopis texere atq; retexere.* Qui sic loquitur, si aliquid certi, quo nocere potuisset, haberet, quis credat omissurum? vt dicamus, cum Hieron. g *& quid sit illud, quod malè interpretatus sim, subtrahis, auferens mihi occasionem defensionis meæ, ne, quidquid dixeris me respondente soluatur.*

368 Assertum aduersarij.

g Epist. 11. ad Augustinum.

Tria breuiter dicam primum est. Fidenter dixeris. Quis prohibeat? dicam tamen illud Augustini ad Petrum Presbyte- 369 Refellitur primò.

rum

a lib. 2. de anima, & eius origine cap. 11

rum per quādam accomodationem ᵃ *Rerum nouam, atq; a disciplina Ecclesiastica, & à regula veritatis alienam, cum libris suis auderis inserere, non ait,* puto; *non ait,* existimo; *non ait* arbitror; *non ait saltē,* ingero, vel dico, *sed,* cēseo, *vt scilicet si offēderemur nouitate seu peruersitate sententiæ; terreremur authoritate censuræ. Videris tu Frater, quomodò subsistinere possis ista docentem.* Fatebor tamen; vt ad Cresconium dixit Aug. ᵇ *facundè dicis vana, & acutè disputas falsa; eo tamen periculosiùs venenum surrepit enim falsiloquium, persuauiloquium;* (vt alibi Augustinus. ᶜ) *& valdè sunt noxia praua diserta; quia hominibus mundè eruditis, eò quòd diserta sint videantur, & vera.*

b lib. 1. cap. 13

c de anima, et eius origine cap. 6. & 10.

370 Refellitur secundò.

Secundum est. Hucusq; non vidi Pennotum, licèt procurauerim. Interim tamen, sicut lectorem tuum, ad Pennotum remittis, ego meum ad M. Marquez, & ad ea quæ dixi in responsione ad principium huius §. 4. & dicam latius, lib. 1. Bibliothecæ Augustini. Hoc vnum aduerterim. Gabrielem Pennotum Canonicum Regularem, nobis Augustinum; Lucam VVadingum Franciscanum, nobis Augustinum, & Franciscum, omninò eripere voluisse; Nos illis, neq; Augustinum, neq; Franciscum auferimus; sed Augustinum communem Canonicorum, & Eremitarum parentem defendimus; Franciscum verò antè sui ordinis institutionem; non Eremitam sæcularem; sed religiosum Deo sacrum in Congregatione Augustiniana probabile existimamus.

371 Refellitur tertiò.

Tertium est. Pennotus in hac causa iudex esse non potest, actor enim est. Neque rationi consonat, nostros excludere; quia amici sunt, & velle admittere alienos; quia aduersarij sunt. Si amicis credendum non est, neq; inimicis. *Hi verò qui me non nouerunt,* (ait Aug. ᵈ) *non ideò iniqui debent esse in me, vt magis de me credant Petiliano; quàm vobis: nam si laudanti amico credendum non est, nec inimico detrahenti; eligite cui credatis.* Vidimus postea Pennotum, & eius obiectiones in præcedentibus adduximus, & adducemus in sequēti.

d 3. contra Petilianum c. 10

AD NVMERVM XVIII.

Defenditur M. Marquez, ex quibusdam illi impositis.

372 Aduersarij asserto.

ADdis te plura potuisse ex tabulis certis monstrare de origine, & Instituto Cōgregationum sub Augustini regula vnitarum, id tamen omittis; quia veteris non omnibus placitura; & ne tibi vitiò vertatur, quod in tuo dissertatore alijs displicuit: qui ex arrepta occasione adstruēdi Monachatum S. Frācisci, & suç institutionis ad S. Augustinum deducendæ, originem Canonicorum Regularium euertit, plures sanctos ijsdem, Patribus Benedictinis, alijsq; religionibus eripuit; Franciscanis S. Ludouicum Galliæ Regem negauit; Augustinianis omnino D. Claram Montefalcensem adscripsit; aliasq; id generis in aliorum commotionem, quæstiones excitauit. Tu verò tuo dūtaxat adhæres argumēto, nec extra chorum in scena saltas; ea sola, quæ monachatum hunc attingunt, vel stabiliens, vel refellens, & si inquiramus vnde hæc omnia M. Marquez asserta, (si asserta eius sunt.) falsa esse probentur? nihil aliud, ni fallor, respondere poteris, nisi; *ego contra nihil istorum esse contendo;* vt dicere possimus cum Hieron. Osorio Episcopo Siluensi. ᵉ *Hæc autem nihil istorum esse contendo, tibi non credo, doceri postulo. Quid affers, & quid probas? O disertum virum, qui tàm facilè causam totam vnica orationis continuatione, & sententia, adeò breui conclusit.*

e lib. 1. in Gualterum col. 45.

Verùm adhuc tot simul obiectis, sine probatione, oportet pluribus respondere. Primum est. Mallem originem, & institutū congregationum vnitarum ex certis tabulis monstrares, quàm supprimeres. Placebunt quæ vera fuerint, etiamsi in nos sint; Amamus enim magis veritatem, quàm vanitatem. Sed valdè suspicor in his tabulis parùm claudi veneni, quando adhuc manet inclusum; *neq; enim, quia dixisti esse multas literas;* verba sunt Aug. ᶠ *quibus hoc posses ostendere, ideò iam ostendisse putandus es:* Neq; ex eò timeres tibi vitio vertendum, quòd extra chorum in hac scena saltaueris, qui ex alijs pluribus, id non timuisti. Addo tamen; plurimum Veneni latet in illis verbis: *Congregationum sub Augustini regula vnitarum.* Ni me fallo, vnionem illam innuis, tantùm fuisse in regula Augustini, non in ordine Eremitarum. S. Aug. At aliter loquitur Alexander. 4. in Bulla vnionis data Laterani. 3. Idus Aprilis an. 1256. quam adduxit, & M. Marquez ʰ ibi ait. *Porrò idem Cardinalis, vobis sibi à nobis iniuncto ad eum sermone directis, necnon, & concordi eorundem fratrum, ac prædicti Capituli consensione fulcitus, vniuersos domos, & Congregationes vestras in vnam ordinis Eremitarum. S. Augustini professionem, & regularem obseruantiam perpetuò coniunxit.* Et Clemens IV. in Bulla, quam adducit. M. Marquez ⁱ data Viterbij, 4. Cal. Septembr.

373 Nō probatis aduersarij obiectionibus respondētur plura. Primū.

f lib. 3. contra Cresc. cap. 26.

g in §. 4. num. 21. pag. 61.
h cap. 4. §. 1. pag. 29.

i cap. 13. §. 14. pag. 136.

ann.1266.vbi de Ricardo Cardinale S.Angeli loquens,ſic ait: *Vniuerſas domos,& Congregationes eorundem ordinum, in vnam ordinis Eremitarum S.Aug. profeſſionem, & regularem obſeruantiam perpetuò conuniuit, &c.* Et rurſus Alexander 4.in Bulla adducta à Marquez [a] in qua conſtituit totius ordinis, iam vniti protectorem Card.Ricardum, data Laterani 4. Cal. Aprilis, Pontificatus Anno 3. atq; adeò Chriſti 1257. ibi. *Vniuerſas domos, & Congregationes prædictorum Fratrũ in vnam ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini profeſſionem, & regularem obſeruantiam perpetuò coniuniſti.*

[a] Cap.3. §.4. pag. 24.

374 Secundum: Secundum eſt.Iniuriam irrogas M.Marquez, dum vis eum extra chorum in hac ſcena ſaltaſſe, & in aliorum commotionẽ excitaſſe quæſtiones;eius enim intentio,cò reſpexit,vt illos impugnaret, qui occaſione Monachatus Auguſtiniani S. Franciſci in ordinem Auguſtinianum, plura dederant prælo,quæ refelli oportuiſſet. Nempe Auguſtinum non eſſe Eremiticę religionis authorem; eam incepiſſe ab Alexandro IV, & D. Franciſcum eſſe non potuiſſe Monachum Auguſtinianum. Hæc omnia, vt impugnaret, operæ pretium fuit oſtendere. D. Auguſtinum tali determinato tempore fuiſſe Eremitici ordinis fundatorem, eamque religionem ab Auguſtino inſtitutam continua ſerie duodecim ſæculorum duraſſe; Hoc autem probari debuit ex viris ſanctis, & Monaſterijs, quæ in Eccleſia diuerſis temporibus, & ſæculis floruerunt, & deniq; D.Franciſcum, non ſolùm potuiſſe, ſed & iuxtà opinionem probabilem fuiſſe Monachum Auguſtinianum in Congregatione Eremitarum S.Ioannis Boni; & incidẽter quaſi exempli cauſa adduxit nonnulla de B.Clara Montifalcenſi,quaſi etiam religio Seraphica (Pater Rebolledus) [b] ita ſibi arrogabat,vt noſtram eſſe negaret.Hoc ne eſt extra chorum in ſcena ſaltare? Hoc eſt in aliorum commotionem excitare Quæſtiones? Non ergo reſpondeamus aduerſarijs. Cedamus cauſæ, ne alij commoueantur, quia reſpondemus, & ne ſit qui obijciat, quòd extra chorum ſaltamus.

[b] 2. p.Chron. Franc. lib. 2. cap. 51.

375 Tertium. Tertium eſt. M. Marquez nõ euertit originem Canonicorum regularium, ſed eum originis ordinem aſſignat, quem ipſe parens Auguſtinus præſcripſit,ſermone.1.de communi vita Cler. qui eſt 49.de diuerſis, & à nemine vocatur in dubium. An ſit Auguſtinianus? *ibi. Perueni ad Epiſcopatum, vidi neceſſe habere Epiſcopum exhibere humanitatem aſſiduam,quibuſq; venientibus, ſiuè tranſeuntibus; quòd ſi non feciſſem, Epiſcopus inhumanus diceretur;ſi autem conſuetudo iſta in Monaſterio permiſſa eſſet,indecens eſſet; & ideò volui habere in iſta domo Epiſcopi, mecum Monaſterium clericorum.* Vbi origo Canonicorum Regularium refertur in Auguſtinum iam Epiſcopum, id quòd, & ipſi Canonici Regulares negare non poſſunt; præcipuè cum Baſilius Sorenius [c] ſic vtatur in Monachos Benedictinos delatione Cardinalium Ioannis Michaelis Sarraceni,& Bernardini Scoti.Pro.4.facta, in quo, vnum ex fundamentis contra Monachos, hoc erat. *Antiquior inſtitutio in prælationibus præcipuè attenditur, vt notatur in l. cum quid.ff.ſi certum petatur; & C. qui Prior.de regulis Iuris in 6. et hanc antiquiorem inſtitutionem maximè adiuuat maior dignitas in ipſo inſtitutore,cum B.Auguſt.tempore huius inſtitutionis eſſet Epiſcopus Hipponenſis, & ſic dignior S.Benedicto, qui erat ſimplex Monachus;* ea autem, quæ vltra addit, ex hoc neceſſario fundamento,ſequuntur neceſſariò,ſpectabantq; præcipuè ad id,quod agebat de origine ordinis Eremitarum S Auguſt.

[c] In apparatu ad gratias pag.523.

Quartum eſt. Prudenter ſatis,cùm ais 376 Quartum. M.Marquez, plures ſanctos Canonicis Regularibus, Benedictinis, & alijs religioſis eripere, non explicas quos, ne fortè conuinci poſſes calumniam hanc, tanto viro perperam obieciſſe, is enim tãta modeſtia, & circumſpectione loquitur in hac parte, toto cap.10.& cap.12.§.5.pag.206.& cap. 15.§.5 pag.288.& §.7.pag.290.& cap. 17. §.3.pag.313.& 314. vt certa diſtinguat ab incertis:& quę non ſatis conſtant,planè fateatur ambigua,vel tantùm probabilia, iuxtà fundamenti, quo nititur, qualitatem, vt videre poterit lector, locis allegatis.

Quintum eſt. M. Marquez non negauit 377 Quintum. Frãciſcanis S.Ludouicum Galliæ Regem; quinimò expreſſè illum concedit, licet retuliſſet viri docti oppoſitum exiſtimantis opinionem,ſeu placitum.Huius verba hæc ſunt [d] *Gozen por mi los Padres menores la gloria de auer tenido al Rey San Luis, pues la de Dios nuestro Señor ſe engrandeze, y el pueblo ſe edifica con ella.* Hoc eſt negare Franciſcanis, S. Ludouicum Galliæ Regem? Hoc potiùs eſt concedere. Vide *quantùm interſit* (ait Aug.[e] *inter id quod dico, & quod tu me exiſtimas dicere.* Hæc non incongruè. Marquez vſurparet;& quodam modò cum eodem parente poſſet addere; [f] *illud quod dixiſti quam fallaciter refellere voluiſti, prorſus non cogitans, literas tuas ſani capitis habituras eſſe lectorẽ, ita.n.reſpõdes quaſi ego dixerim, quod ille quidẽ loco nõ dixi.*

[d] Cap.25.§.1. pag.418.

[e] lib.4.de anima,& eius origine cap.12.

[f] lib.3. contra Creſc. cap.41.

Adda-

Addamus & nos, si M. Marquez ibi negauit Seraphicæ familiæ S. Ludouicũ Galliæ Regem, vbi concessit, & ob hoc illi succẽses; Quid dices de P. Fr. Marco de Guadalaxara, & Xauierre in thesauro spirituali ordinis Carmelitani, qui de eodem S. Ludouico asserit fuisse Tertiarium omnium quatuor ordinum Mendicantium? Et hinc fortè ortum est, quòd in Capitulo nostro Neapolitano anno 1300. præceptum est, vt in religione Augustiniana, quotannis sub ritu semiduplici, ageretur de S. Ludouico Galliæ rege.

378 Sed adhuc R. P. Vuadingus credit M. Marquez negare D. Ludouicum fuisse tertij ordinis D. Frãcisci. sic enim ait.[a] *Cùm nuper fuerit, qui non solùm Ius nostrum, subobscurum & dubium indicauerit, vt rùm & ex plano errore ortum duxisse, ex instituto probare cõtendit. is fuit Ioannes Marquez* &c. & vt eum conuincat, plura adducit testimonia ex Thoma Cantipratano[b] ex vita S. Ludouici apud Suriũ; ex Bonifacio VIII. serm. 1. quem habuit de S. Ludouico apud vrbem veterem; ex quibus constat S. Ludouicum vsum fuisse vestibus religiosis, & non militis, sed viri simplicis. Ego quidem censeo S. Ludouicum fuisse Tertij ordinis S. Francisci, tum quia ita tenent Historici Franciscani à Mariano Florentino vsq; nunc; tum quia ab immemorabili tempore sanctum Regem, peculiari celebrant ritu & festiuitate tanquam Francisci sectatorem, vniuersi tres ordines ab eodem instituti; & Paulus III. in diplomate, *Cùm à nobis petitur*, dato anno 1547. pridie Cal. Martij, eum inter sanctos Tertij ordinis enumerat. Cæterum licèt ita existimem, testimonia antiquiorũ authorum adducta, non solùm non fauent, verũ rem obscuriorem faciunt; non solùm quia nullus innuit vestes illas religiosas & simplices fuisse Tertij ordinis S. Francisci; sed etiam quia potiùs indicant oppositum. Regula enim Tertiariorũ in verbis adductis à Vuadingo sic ait inter alia. *Fratres ipsius fraternitatis de humili panno in pretio, & colore, nõ prorsus albo, vel nigro communiter vestiantur* &c. & tamen Gaufridus eius Confessarius cap. 8. adductus ab eodem Vuadingo: sic ait de S. Ludouico. *Ex quo prima vice viam arripuit transmarinam, nunquam indutus est scarleto, vel panno viridi, seu brunecto, nec pellibus varijs; sed veste nigri coloris vel camelini, seu Persei.* Hi autem colores non sunt præscripti in Regula, imò niger est prohibitus.

[a] Tom. 2. Annal. Minorũ anno 1254. n. 28. pag. 83.

[b] Lib. 2. de Apibus, cap. 57. nu. 63.

379 Vltimum est. Optimo iure M. Marquez D. Claram Montefalcẽsem omninò Augustinianis adscripsit; id autem manifestis testimonijs probemus. Primũ sit ipsius Conuentus Montefalcẽsis institutio facta à Gerardo Episcopo Spoletano anno 1290. cuius originale extat in Conuentu Montisfalcij, & eius transcriptum apud Augustinum de Montefalco Augustinianũ in vita S. Claræ, edita ann. 1551. fol. 2. & Illustrissimum Dominum D. Fr. Augustinum Antolinez, eiusdem Eremiticæ familiæ alumnum, Primarium Theologiæ apud Salmanticenses Professorem emeritum, Castellæ semel, bis, atq; iterum Prouincialem, Episcopum Ciuitatensem, ac demum Archiepiscopum Compostellanũ,[c] qui non sinè magna Reipubl. Christianæ iactura anno 1626. mense Iunio, licèt septuagenario maior, tamen præreptus est mundo, redditus cęlo, nouus alter eleemosynarius nõ sinè magnis sãctitatis indicijs; liceat in luctus leuamen tanti Patris, & Magistri mei aliqualẽ memoriam intexuisse. Institutio ergo Gerardi in latinum conuersa est huiusmodi.

M. Marquez iure optimo D. Clarã Montefalcen. omninò Augustinianis adscripsisse probatur manifestis testimonijs.

Primum testimonium.

[c] In vita S. Claræ 1. par. lib. 21. cap. 7.

380 *Gerardus Dei gratia Episcopus Spoletanus. Dilectæ in Christo Ioannæ de Damiano, de Montefalcone, & eius sororibus in domo sanctæ Crucis, & S. Catherinæ de Botaccio intra terminos Montis falconis, Episcopatus Spoletani, salutem in illo qui est salus, & vera pax omnium. Efficaci auxilio debet subueniri eligẽtibus vitam religiosam, vt grato iuuamine prauecti, possint Domino deseruire perpetuò in habitu Religionis. Quia pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, vt quoniam domus S. Crucis, & S. Catherinæ de Botaccio, intra terminos Mõtisfalconis diœcesis Spoletanæ (in quo domino deseruire sub obseruãtia regulari proposuistis) est locus sufficiẽs domus religionis, vobis regulã largiremur, & concederemus alia, quæ domibus regularibus solent cõuenire. Nos commendantes in Domino vestrum laudabile propositum, benedicto Christi nomine inuocato, authoritate præsentiũ vobis concedimus regulam S. Aug. quam per vos, & reliquas Moniales, quæ pro tempore fuerint in eo loco, volumus perpetuò & inuiolabiliter custodiri, in quantùm possibile fuerit. Concedimus vobis integram & liberam potestatem construendi Oratorium cum campana, in quo Domino gratias deferatis; Item damus vobis libertatem faciendi Cœmiterium in sepulchrum vestrũ, & vestrarum Monialium, & laicarum; & quòd possitis admittere, ad vestram societatem personas fugientes à seculo; sed volumus, vt in recognitionem dominij omnibus annis vnam ceræ libram soluatis nobis, & nostris successoribus. In quorum omniũ fidem præsentes fieri fecimus, & illis sigillum nostrũ appendi. Datum in nostro oppido S. Fortunati de Montefalcone Anno Dom. 1290. Pontificatus Domini*

Institutio Gerardi Episcopi Spoletani.

Nicolai Papæ IV. (hic erat ex religione Seraphica) *anno 3. indict. 3. die 10. mensis Iunij.*

381 Secundum testimonium.

381 Secundum testimonium desumitur ex duobus breuibus pro S. Claræ Canonizationis processu formando, non multò post eius mortem à Ioanne XXII. expeditis; ea affert verbatim Augustinus de Montefalco,[a] & Illustrissim[9] noster Archiepiscopus Compostellanus,[b] cuius memoria in benedictione erit; illorum etiam meminit Abrahamus Bzouius in hæc verba.[c] *Apud Montemfalconem in Vmbria ad cælos hoc anno emigrauit Clara religiosissima virgo &c. inter sanctimoniales Regulam S. Aug. professa, cùm defunctæ Ioannæ sorori in officio Abbatissæ successisset; ingens exemplum sanctitatis reliquis virginibus dedit.* & infrà. *Dedit ea de re* (nempè de formando processu Canonizationis S. Claræ) *literas Ioannes Pontifex* (scilicet XXII.) *venerabilibus fratribus Perusino, & Vrbeuetano Episcopis, & Magistro Reginaldo de S. Artbemia Canonico Petragoricensi Capellano suo. Auinione 8. Cal. Nouemb. Pontificatus anno 1* & aliàs 11. Cal. Apr. Pontificatus anno 2. atq; adeò anno Christi 1316. & 1318. octauo & decimo anno post mortem B. Claræ. Placuit autem ex Ioannis XXII. literis vltimas in latinum conuertere, sunt autem tenoris sequentis.

a Vbi supra fol. 2.
b Vbi supra cap. 18.
c Tom. 14. Annal. Baronij Anno 1308. col. 113. & 114.

382 Literæ Ioannis XXII.

382 *Ioannes Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabilibus fratribus Perusino & Vrbeuetano Episcopis, & dilecto filio Magistro Reginaldo de S. Artbemia, Canonico Petragoricensi, Capellano nostro, & Auditori causarum nostri Palatij, Ducatus Spoletani, Rectori, salutem & Apost. bened. Iam per alias quasdam literas nostras commisimus vobis, de quorum discretione certam in Domino fiduciam habemus; vt vos, vel duo ex vobis, faceretis diligenter informationem, de vita, conuersatione, & miraculis bonæ mem. Claræ de Montefalcone ord. S. August. Abbatissæ Monasterij S. Crucis in Episcopatu Spoletano, & de alijs circumstantijs, quæ ad huiusmodi negotium pertinent, in loco, aut locis, in quibus oportuerit; & vt quod inuenissetis circa prædicta, fideliter reduceretis in processum, & curaretis mittere ad Sedem Apostolicã per certum nuncium, sub testimonio vestrorũ sigillorum. Vnde volentes nos vobis, & vestris Equitaturis prouidere de expẽsis, quas in hac informatione facietis, & considerantes statum dicti Monasterij, quod sicut accepimus, paupertate premitur, ex nostra authoritate, & de consilio fratrum nostrorum, per præsentes ordinamus & volumus; vt quilibet vestrum tantùm pro tempore, quo dicta informationi intenderit, accipiat à dilectis in Christo filiabus Abbatissa & Conuentu supradicti Monasterij duos florenos auri omnibus diebus solùm pro expẽsis: & hac nostra taxatione contenti, nihil ampliùs, quocunq; modo sit, postuletis. Dat. Auenione die 22. Martij, Pontificatus nostri anno 2.* atq; adeò Christi 1318.

383 Tertium testimonium.

383 Tertium testimonium est decretũ Cardinalium Congregationis sacri Conc. Tridentini, in hac lite inter religiones Seraphicam & Augustinianam prolatũ, ann. 1577. Quod ex fideli testimonio Rodolphi Cellesij Notarij Apostolici Curiæ, & causarum Cameræ, & Clearchi de Abbatibus iudicis ordinarij, & Notarij Imperialis Spoletani M. Marquez adduxit[d] & habetur etiam insertum in literis Nuncij Apostolici in Hispania, in quibus eius executionem præcipit, non multò post editionem libri, prædicti Magistri expeditis, Decretum Cardinalium est huiusmodi.

d cap. 25. §. 2. pag. 414.

384 Decretũ Cardinalium Cõgregationis sacri Concilij Tridentini declarantium S. Claram à Monte falco esse ordinis S. Augustini.

384 *Reuer. Domino vti Fratri Episcopo Spoletano.*

Reuerendissime Domine. Controuersiam, quæ hic in libello continetur S. D. N. Illustrissimis Card. interpretationi decretorum Sacri Concilij Tridentini præpositis cognoscendam commisit; qui auditis sæpiùs vtriusq; ordinis procuratoribus, & quæ ab vtraq; parte adducebantur, maturè, & diligenter consideratis, postea rem totam ad eius sanctitatem retulerunt; quæ etiam ex sententia ipsorum Cardinalium declarauit. B. Claram à Monte Falco esse ordinis S. Aug. ideoq; restituendum esse corpori eius habitum dicti ordinis, necnon picturis, & imaginibus de ea factis aptandum esse habitum, & colorẽ, qui conueniat eidem ordini S. Aug. Tua igitur amplitudo, tàm in Ciuitate Spoletana, quàm in cæteris diuersis tuæ locis, hæc ita exequenda seduló curabit, & benè in Domino valebit. Romæ, die 17. Octobr. 1577. Amplitudinis tuæ Vti Frater.

Philippus Boncompan. Card. S. Sixti.

Locus sigilli.

385 Quartum testimonium.

385 Quartum testimonium est sententia Illustrissimi, & Eminentiss. Card. Iulij Sacheti Nuncij Apostolici in Hispania, data Matriti die 12. Maij Anno 1625. in qua deleri præcipit ex libris editis à Patre Fr. Luca de S. Francisco caput numeri trigesimi, quod incipit; *satisne ostendisse indicauerim debitè omniaò &c.* & finitur; *vel refelleas.*

386 Vltimum testimonium.

386 Vltimum testimonium sit extensio à S. D. N. Vrbano VIII. facta, vt in tota religione Augustiniana de prædicta sancta possit Officium Diuinum recitari, & Missa celebrari, est autem huiusmodi.

Breue S. D. N. Vrbani VIII.

Vrbanus Papa VIII. ad futuram rei memoriam. Domini nostri Iesu Christi, qui seruos, & ancillas suas æterna gloria præmio donat in Cælis, vices quanquam immeriti gerentes in terris, ex iniuncto nobis pastoralis officij debito procurare tenemur, vt eorundem seruorum, & ancillarum,

Christi

Christi debita veneratio in dies magis promoueatur, & laudetur Dominus in Sanctis suis. Quamobrem fidelium quorumlibet, præsertim, verò sub suaui religionis iugo altissimo famulantium, votis, quæ peculiarem sanctorum huiusmodi cultum, respiciunt, libenter annuimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire. Sanè nomine dilectorum filiorum Procuratoris, & fratrum ordinis Eremitarum S. Aug. nobis nuper expositum fuit; quòd ipsi ex peculiari, quem erga Beatam Claram de Montefalco, eiusdem ordinis. Monialem, gerũt, deuotionis affectũ; in cuius visceribus, passionis D. N. Iesu Christi mysteria maxima cum deuotè ne à vicinis incolis venerari asserunt, & ad augendã Christifidelium erga illam deuotionem, Officium, & missam, de eadem Beata Clara recitari, & celebrari posse summoperè desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, vt desuper opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur pys eorundem Procuratoris, & Fratrum votis huiusmodi annuere, illosq; specialibus fauoribus, et gratiis, prosequi volentes, & à quibusuis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliysq; Ecclesiasticis sententiys, censuris, & pœnis à Iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris ritibus præpositorum consilio, vt de dicta B. Clara Officium, et Missa de communi virginum, cum oratione propria in eiusdem ordinis Missalibus inserta, & ab omnibus ordinis prædicti, vtriusq; sexus regularibus personis tantùm recitari, & celebrari liberè, & licitè possit, & valeat; Apostolica authoritate tenore præsentium licentiam concedimus, & impertimur. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq; contrarys quibuscunq; Volumus autem, vt præsentium transumptis etiam impressis manu alicuius Notarÿ publici subscriptis, et sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 14. Aug. 1624. Pontificatus nostri Anno 2.

387 Concluditur ex dictis testimonijs.

His ergo testimonijs munita Augustiniana religio, quare nõ sibi omnino adscribat B. Clarã de Mõtefalco, quã sibi familia Seraphica nullo simili testimonio innixa penitus arrogabat? Hoc ne est in aliorũ commotionem excitare quæstiones, quãdo modestè, & religiosè repetuntur ablata? Addo tamen. Mallem ego ostẽdi posse D. Claram in primo illo reclusorio egisse Tertiariam ordinis Francis cani, quàm sæcularem, gauderemq; aliquod inuenire fundamentum, vt sic nostra Clara communis esset vtrique ordini, & in hac parte disputatio Nouitia iret in concordiam. Satis enim iudico, & gloriosiùs Claram ex Tertiaria Seraphica, quàm ex virgine sæculari in Augustinianã Monialem fuisse translatam; sicut, & gloriosiùs arbitror Frãcisco Seraphico ex Eremita Religioso, ordinis Augustiniani, quã ex mercatore sæculari, nouum institutorẽ almi cætus Franciscani euasisse; & sic verba Hẽrici Sedulij Minoritæ a mutuare possemus, & quòd ille de Franciscana, nos de Augustiniana diceremus in causa B. Claræ. *Quòd si verum est, eo nomine Diuo Francisco, sanctissimoq; eius instituto; & gratias agimus, & charitatis vinculo arctiùs confœderamus.*

a In Historia Seraphica in Commẽtario ad vitam S. Francisci §. 1.

AD MVMERVM XIX.

Quæ omninò certa non sunt, etiam coniecturis, & congruentijs roborantur.

388 Assertio aduersarij.

A*D quasdam coniecturas,* inquis, *vbi argumenta defecerunt, meus dissertator descendis. Quæ meo iudicio plùs eius causæ obsunt, quàm prosunt. Quid enim magis infirmam esse aliquam sententiam confirmat, quàm vt non rationes firmæ, sed quædam exiles, imò non rationes; sed coniectura vndequaq; pro ea constipentur.*

389 Infringitur, & post argumenta coniecturis validè quæstionem probari vrgetur exemplis.

Miror hominem doctum contendere sententiam esse infirmam ex eo, quòd post argumenta ad coniecturas descendatur; præcipuè in quæstionibus facti, qualis est ista. Rem hanc aliquibus vrgeamus exemplis, inquiro enim à sapientissimo Patre, vtrum post argumenta ad coniecturas, sit descensurus cùm disputet primò, *vtrum corpora sanctorum gloriosa futura sint odorifera?* secundò, *vtrum gustus in patria suum debeat habere vsum,* tertiò, *vtrum Paulus aut B. Virgo, viderint intuitiuè diuinam essentiam in hac vita?* quartò, & vltimò, sed principaliter, *vtrum B. Virgo fuerit in gratia, siuè labe peccati originalis concepta;* de qua quæstione tot libri doctissimorum hominum in lucem prodierunt, in quibus post argumenta ad innumeras coniecturas, & cõgruentias deuenitur. Nunquid ex eo sententiam, pro qua Scotus gloriosè pugnauit, infringes? Audi ergo M. Marquez, tibi cum Aug. b dicẽtẽ. *Veniat tibi exemplum istud in mentem, vbi hoc legeris, vel legendo recole, et noli in me huius coniecty lapidem iacere, ne ad quem non vis, perueniat.*

b lib. 4. de anima, & eius origine cap. 6.

AD NVMERVM XX.

Quomodo ex conuersione B. Francisci colligatur eius Monachatus Augustinianus declaratur.

390 Prima, quam ex M. Marquez[a] refers, coniectura hæc est. B. Franciscus Biennio ante suam religionem institutam dicitur Conuersus. Conuersus autem non dicitur, nisi qui approbatæ cuipiam religioni se tradit, vt patet ex toto titulo de Conuersione Coniugatorum, secundùm expositionem Iure Consultorum, atq; interpretationem aliorum doctorum. Hanc verò coniecturam sic eleuas. Primò quia licet in eo titulo decretalium agatur de conuersione per Religionis ingressum; quia tractatur ibi de dissolutione coniugij, quę non per aliam conuersionem, quàm per huiusmodi contingit; tamen quis neget alias etiã esse conuersiones, nisi vniuersam reijciat, Sacram Scripturam, quæ vbiq; scatet hoc modo loquendi: quo vsi sunt qui dixerunt Franciscum post renunciatas Patri vestes conuersum fuisse ad Deum, ita Eccles. 17. Esaię. 55. Hier. 13. Ezech. 18. atq; alibi passim in Sacra Scriptura, quæ peccata, vel sæculi vanitates relinquentes, & iustitiam sectantes, conuersos ad Dominum appellat. Peculiariter autem circa illa verba Zachariæ 1. de Peccatoris conuersione ad Deum, *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos*, cõsulis, vt videamus, si placet, Augustinum in psal. 70. (error est impressionis, in psal. 70. nihil habetur: at in psal. 67. explicat Augustinus prædictum locum Zaccharię) & lib. 50. Homil. hom. 34. cap. 4. (Posses etiam lectorem remittere ad Trident. Sess. 6. de iustificat. cap. 5. & ad Augustinum de gratia, & libero arbitrio cap. 4. vbi idem Zach. testimonium explicatur.) Ex quibus infers; *neq; tutum dicerim contra communem modum loquendi Sacræ Scripturæ, adhunc solùm sensum, illam* (scilicet, conuersionem) *redigere*.

Primo M. Marquez coniectura.

[a] *Cap. 21. §. 5. pag. 378.*

Prima aduersarij obiectio in primam M. Marquez Coiecturam.

391 Secũdò, quia in eodem sensu est, & alius titulus de Iure Canonico, de conuersione infidelium, *vt rubricam rubricæ apponamus*, immediatè subsequens ad titulum à dissertatore allatum, quem potuisset legere, & videre, neq; à Doctoribus, neq; à Pontificibus, neq; in Iure Canonico sumi in eo, duntaxat sensu conuersionem. Atq; in ipsa Religione, esse conuersorum gradus, & quosdam dici oblatos, seu conuersos, qui Priuilegijs non gaudent exemptionis; alios verò omnino conuersos atq; exemptos docet Panormitanus in cap. *tuarum*, de Priuilegijs, num. 4. Amplior ergo est, & communior acceptio, quàm vt solis religiosis possit attribui.

Secunda eiusdem in eandè obiectio.

Fatebor plane miratus sum non parum, doluique ex animo, cum eò bilem, & stomachum deuenisse conspexi, cùm te nouũ tanti magistri doctrinę censorem inspexi; Vidi M. Marquez in Sancto Inquisitionis Hispaniæ Senatu qualificatorem, linguam, & ingenium scholæ Salamanticensis, vt olim Episcoporũ Africę noster Fulgẽtius Ruspensis Antistes, vocabatur, [b] celebris recordationis virum, quem nunquã, vt de ipsius parente Augustino, Cælestinus Papa [c] testatur, sinistræ suspicionis saltem rumor aspersit; quem tantæ scientiæ olim fuisse meminimus; vt inter Magistros optimos à tota Hispania semper haberetur; nunc denuò post mortem à sapientissimo Patre Vuadingo ad districtum vocari iudicium, quasi qui doctrinam non tutam, vel temerè, vel incautè protulerit; vsque adeò ne (ait Prosper Rhegien. in obtrectatorem P. Aug. pro Augustino.) 392

[b] *In actis eius cap. 20.*

[c] *In Epistola ad Episcopos Gallię.*

Vsque adeone bonum ingenium, & facundia diues
Ostentare artem, non aliter potuit?

393 Sed præstat motos componere fluctus; id autem præstabimus, si priùs nonnulla statuerimus. Primum est. Conuersio in sacris literis, vel doctoribus non tantùm pro conuersione ad Religionem; quòd tribuis M. Marquez; Neq; etiam adiuncta conuersione à peccato ad iustitiam; sed tripliciter accipitur, prout ad præsens attinet; scilicet in ordine ad morales hominis actiones. Cùm enim homo triplicem, quem reijciat, vt mutetur in meliùs, statum habere possit, tripliciter etiã conuerti valet. Primò enim homo v. g. est infidelis, & ab infidelitate ad fidem conuertitur, secundò homo est peccator, & à statu peccati ad statum iustitiæ, & adoptionis filiorum Dei conuertitur, tertiò homo siue fidelis, & iustus, siuè non v. g. est in sæculo, & à statu sæculi conuertitur ad statum religionis. Quęlibet ex his acceptionibus nota est, & probata cuicunque Theologo, etiam nouitio: de prima agit titulus decretalium, de conuersione infidelium, & loquitur Aug. de gratia, & libero arbitrio cap. 4. vbi ait. *Nam, & venire ad Christum, quid est aliud, nisi ad eum credendo conuerti?* & vbi de seipso ad fidem, & statum religiosum conuerso, sic loquitur. [d] *Conuertisti enim ità me ad te, vt nec vxorem quærerem, nec aliquam spem sæculi huius stans in ea regula fidei, in qua me ante tot annos ei reuelaueras* &c. sic

Statuitur primò tripliciter in Sacris literis, & doctoribus cõuersionem accipi.

[d] *lib. 8. Confes. cap. 12.*

sic appellamus conuersionem August. De secunda satis constat ex his, quæ adduxisti; imò res est, tàm nota, vt nec probatione indigeret, id enim lippis, & tonsoribus patet; & sic dicimus conuersionem Magdalenæ. De Tertia etiam cōuersione, communem esse acceptionem nemo negabit, satisque probabitur ex titulo decretalium, de conuersione Coniugatorum. Vnde author vitæ S. Fulgentij hoc in suo Monasterio Ruspensi à S. Fulgentio statutum refert cap. 19. *Si quis autem nouo Monachos vel in isto, vel illo Monasterio iuxtà acquireret, tempus tamen se conuersionis, ordinemq. seruarent, & si quando ad se videndos iubentibus duntaxàt Prioribus venirent, non vt hospites, sed quasi vnius Congregationis homines susciperentur*; & iuxtà hunc modum loquendi fœminæ, quæ à turpi Veneris lenocinio ad meliorem frugem redeunt statum religiosum amplexantes, vulgo, *conuersæ*, vt & habet Concil. Trid. sess. 25. cap. 18. appellantur.

394
Statuitur secundò ex subiecta materia, & statu personæ, cognosci posse de qua cōuersione in sacris literis, vel in authoribus fit sermo.

Secundum est. Quando in sacris literis, vel probatis Authoribus hic terminus, *Conuersio*, reperitur, vt cognosci possit, de qua ex tribus conuersionibus sermo fiat, spectanda est subiecta materia, & status personæ, à quo fit transitus. Si enim homo mutatur ab infidelitate, conuersio simpliciter sūpta, si nihil aliud addatur, significat transitum, ab infidelitate ad fidem: si verò mutetur à statu peccati, conuersio significat transitum ad statum iustitiæ, & amicitiæ Dei: si verò mutetur à vita, seu statu seculari, conuersio significat, non quamcunq; vitæ mutationem, sed eam, quæ cōuenit ijs, qui mundo vale dicunt, & ingrediuntur religionem. Mutatio quippe à vita sæculari minus arctiori, ad arctiorem intra idem sæculum, simpliciter, & absolutè loquendo, nō dicitur conuersio, sed profectio, aut recollectio; sicut in physicis, mutatio à minùs calido ad magis calidum, nō dicitur conuersio, sed intensio; & in hoc sensu loquitur M. Marquez cum ait, in acceptione Iuris, & probatorum Authorum conuersionem (nempe eam, de qua agebat respectu B. Francisci, quæ fuerat à vita sæculi.) non significare quamcunq; mutationem vitæ (scilicet, manendo in sæculo) sed eam, quam faciunt, qui mundum despiciūt, & in portum religionis confugiunt.

395
Statuitur tertiò conuersionem primam D. Francisci fuisse à statu sæculi.

Tertium est, mutatio vitæ B. Francisci, quando post renunciatas Patri vestes, in præsentia Episcopi Assisiatis conuersus est ad Dominum, vt testantur authores. Vincent.[a] S. Anton.[b] Nicolaus Sanderus[c] & alij plures, non fuit ab infidelitate ad fidem neq; à statu peccati ad statum iustitiæ, & amicitiæ Dei; sed à statu sæculi. Res hæc extra controuersiam est. Franciscus enim, cùm Patri coram Episcopo vestes renunciauit, iam Dei amicus, & sanctus erat. Audiamus de hac re Anton.[d] Cuius hæc sunt verba. *Cùm negotiationis causa pararet se in Apuliam pergere, ostensa est sibi per visionem domus sua militaribus apparatibus plena, & tunc ergo cœpit mores pristinos ad plenum mutare, & à publica negotiationis tumultu se subtrahere, Euangelicum negotiatorem efficere. Quendam enim sibi familiarem, ad loca secretiora sæpius euocabat, eoq; deforis expectante, & quid ageret ignorante, quandā cryptam intrabat, ibiq; cùm lachrymis, cœlestem exorabat Patrem; vt viam eius dirigens, suam ei plenius ostenderet voluntatē, sicq; in oratione persistens, tandem meruit pro voto exaudiri, cœlicoq; infallibiliter indicio, quid agere deberet, edoceri*, Post hæc refert Antoninus eius iter versus Fulgineum; venditionem mercium, erogationem pecuniæ pauperibus factam, fugam ex metu patris in Domum Presbyteri, & speluncam per mensem integrum, exitum deinde in publicum, & subdit. *Videntes autem noti eius eum à statu pristino alteratum* (nempe à statu perditionis per conuersionem ad viam iustitiæ.) *& macie, squalore confectum, non id superna gratia, sed dementiæ potiùs imputabant*, & infra. *Cùm autē quandam die ante imaginem Crucifixi in Ecclesia S. Damiani prope Assisium, deuotissimè, cum lachrymis exoraret diuinam misericordiam flagitando audiuit ab ipsa Christi imagine, hanc vocem clarè prolatam.* Francisce vade repara domum meam, quæ vt cernis, tota ruinam minatur. *Tunc adduxit presbytero sacculum pecuniæ, vt domum, seu Ecclesiam repararet, Pater vero eius comperiens, ira exæstuans, sacculum repetiuit, Filium Domi vinculis alligauit.* Post hæc ait Antoninus; *ad Episcopum loci, vt omnes facultates suas in manibus eius resignaret, perduxit. Qui promptus, & hilaris ad hoc ipsum se offerens, omnia indumenta sua, nec femoralibus, quidem retentis, deponens, ea patri restituit &c.* Si ergo post renunciationē vestium incepit prima Frācisci conuersio, vt fatemini, non fuit ab infidelitate, aut statu peccati, iam enim erat iustus, & Dei amicus, qui non semel, visione, & voce cœlesti ad Dei Ecclesiam reparandam fuerat accensus, moresq; pristinos ad plenum mutare iam cœperat. Fuit ergo ea Francisci conuersio, à statu sæculi, quòd reliquit.

[a] Lib. 29. cap. 97.
[b] 3. p. tit. 24. cap. 7 § 3.
[c] Lib 7. de visibili Monarchia an. Christi 1215. nu. 933.
[d] 3. p. tit. 24. cap. 2. in principio fol. 228. pag. 2.

Ex his cōstat, coniecturam M. Marquez, hanc esse. B. Franciscus, incepit primā conuersionem 396
Coniectura

uersionem post renunciatas patri vestes. Ea conuersio non fuit ab infidelitate, aut statu peccati, quia iam erat dei amicus, & iustus; ergo fuit conuersio hominis iusti. Conuersio autem hominis iusti, non significat quamcunq; mutationem, sed transitum à statu sæculi ad vitam religiosam; ergo prima conuersio B. Francisci fuit per vitam religiosam, si autem hoc admittitur, consequens est, vt dicatur fuisse religiosum in ordine Augustiniano, quia habitus, quẽ portabat, prædicto ordini conueniebat.

397 Coniectura rem non cõuincit, sed aliquo modo suadet.

Neq; obstat hasce coniecturas esse solubiles; quin imò non essent in rigore coniecturæ, si insolubiles essent. Communi enim modo loquendi cõiecturas appellamus illas, quæ rem non conuincunt, sed aliquo modo iuuant, vt persuadeant veritatem hominibus liberis ab humanis affectibus; quibus proterue aduersarij niti solent in oppositum potiùs pro voluntate, quàm pro ratione. Animum autem, qui nondum in hac parte iudicium tulerit, prædictæ coniecturæ post authoritates, & rationes, quibus Marquez suam sententiam comprobauit, non parùm inducent, vt credat rem esse probabilem.

398 Eluitur prima obiectio primò.

Ex hac responsione patet, quàm vim habere possint obiectiones, quibus innixus asseris: *neq; enim diuerum contra communem loquendi modum sacra scriptura, ad hunc solum sensum illam redigere.* Neq; enim vir ille doctissimus conuersionis nomen ad vnum solum sensum redegit, sed conuersionem primam Francisci, qui iam erat fidelis, & iustus, ad vnum sensum reduxit. Hoc autem tutissimum est, & necessario fatendum. Homo enim iam iustus conuerti non potest simpliciter loquendo, nisi ad statum religiosum.

399 Eluitur secundò.

Sed Addamus adhuc aliam solutionem, & fortasse doctrinæ Magistri conformiorem. Non negat Marquez, nec rudis etiam Theologus nonitius negaret, nec negari vllo modo potest triplicem esse prout ad præsens attinet conuersionem; scilicet ad fidem ex infidelitate; ad iustitiam à peccato; ad religionem à sæculo. Hæc tamen est eius coniectura. Conuersio simpliciter, & absolutè sumpta, sinè vllo addito, aut circunstantia determinante speciem conuersionis, quasi per Antomasiam significat mutationem ad statũ religiosum. Sed Authores referunt B. Franciscum post renunciatas Patri vestes, fuisse conuersum ad Dominum, sinè vllo addito, aut circumstantia determinante speciem conuersionis,

Conuersio absolutè, & simpliciter sũptã significat mutatione ad statum religiosum pro. batur ratione & authoritate.

ergo sicut nomen Apostoli, sinè vllo addito, simpliciter appositum, per Antonomasiam significat Paulum, licèt alij etiam verè, & perfectè sint Apostoli: ita etiam nomen Conuersionis, sinè vllo addito prædicatum de mutatione B. Francisci, per Antonomasiam significat eius conuersionem ad vitam religiosam; licèt aliæ conuersiones, sint etiam veræ, & propriæ conuersiones. Quod autem conuersio per Antonomasiam, significet mutationem, ad statum Religionis, ostenditur ratione, & authoritatibus. Ratio est; quia inter plura, quibus vnum nomen est commune, illud per Antonomasiam dicitur tale, quòd in ratione significata per nomen aliquo modo excellit alio, vt patet in Apostolo Paulo respectu aliorum Apostolorum. Conuersio autem ad statum religiosum in ratione mutationis à statu in statum, quæ est ratio significata per nomen conuersionis, quodammodò excellit alias: quia est transitus ad statum perfectiorem, includentem, seu supponentem perfectiones positiuas aliarum conuersionum, & vltra addentem perfectionem status religiosi, ergo conuersio ad statum religiosum per Antonomasiam dicitur Conuersio.

Ratio.

400 Authoritatibus autem id ipsum ostenditur. Primò, ex Pontificibus. Secundò ex Patribus, aut Doctoribus, inter testimonia Pontificum Primum est Honorij. 3. qui apud Laertium Cherubinum [a] Bulla. 2. directa Dominico Priori. S. Romani Tholosanensis, eiusq; fratribus, data Romæ apud S. Sabinam per manum Ranerij Prioris S. Tridiani Lucanæ diœcesis. S. R. E. Vicecancellarij. 11. Cal. Ian. Anno 1216. anno 3. Pontific. sic habet; *Liceat quoq; vobis Clericos, vel Laicos, liberos, & absolutos à sæculo fugientes ad conuersionem recipere*; & eadẽ clausula de verbo ad verbum habetur, apud eundem. Laert. Cherub. Bulla. 9. Honorij. 3. in qua confirmatur ordo Fratrum Sanctissimæ Trinitatis: Et Bulla. 5. Innocentij. IV. data Lugduni. 5. Cal. Iulij. Anno 1247. Pontificatus. 5. per manum Magistri Martini. S. R. E. Vicecanc. in qua confirmatur Ordo Syluestrinorum, sub regula S. Benedicti; & Bulla Innoc. IV. data anno 1254. pro Congreg. Eremitarum S. Ioãnis Boni, quam supra adduximus de verbo ad verbum. [b]

Primum testimonium ex Pontificibus.

[a] Tom. 1. Bullarij pag. 45.

[b] in respons. ad nu. 8. huius. §. 4.

401 Secundum est Innocentij. IV. apud Emanuel. Rodriguez [c] Bulla. 15. pro ordine Minorum, data 2. Nonas Martij, anno 7. Pontific. atq; adeò Christi 1250. ibi. *Concedentes vobis nihilominus licentiam, vt in ipsis Ecclesijs,*

Secundum testimonium.

[c] In Comp. Priuileg. Regularium pag. 18

elesit, ad opus fratrum, & conuersorum vestrorum habere cæmeteria valeatis.

402 Tertium testimonium. Tertium est eiusdem Innoc. 4. in Bulla, quam supra adduximus [a] pro Cōgreg. Eremit. S. Ioannis Boni, data Anno 1253. vel 1254. qua confirmat decretum Guillelmi de Fiisco Card. Protectoris, qui sic habet. *Dum fama conuersationis eius* (scilicet S. Ioannis Boni) *per loca vicina crebresceret, & plurimi conuerterentur ad Deum, Ecclesiam in honorem B. Mariæ Virginis construxit ibidem; crescente autem numero, & merito eiusmodi conuersorum religio vestra per eos in diuersis partibus, in quibus mansiones construxerant, extitit propagata.*

[a] In respons. ad nu. 9. §. 4.

403 Quartum testimonium. Quartum est Alexandri IV. vt habetur in decretal. lib. 6, tit. de Priuileg. cap. *Abbates*, ibi. *Nec eis licitum sit alijs quàm Monasteriorum suorum conuersis, & qui ad illa cōuolauerint, & in quos Ecclesiasticam, & quasi Episcopalem Iurisdictionem obtinent, primam clericalem conferre tonsuram.*

404 Quintum. Quintū est Alexādri IV. apud Laertium Cherub. [b] in Bulla Canonizationis S. Claræ, data Agnaniæ 6. Cal. Octob. Anno 1. Pontificatus, atq; adeò Christi 1255. ibi. *Ante conuersionem tuam, vtiq; Clara,* (si Clara erat ante conuersionem; ergo nomine conuersionis absolutè, intelligit mutationem ad statū religiosū.) *in conuersione clarior, & in claustrali conuersatione præclarior.*

[b] Tomo 1 Bullarij pag. 81.

405 Primū testimoniū ex patribus. Secundò cōstat ex testimonijs Patrum, & doctorum. Primum est P. N. Aug. [c] qui sic refert. *Hoc etiam apparet per B. Aug. lib. de opere Monachorum, vbi dicit, quòd illi qui habebant in hoc sæculo aliquid, quo facilè sinè opificio sustentarent vitam istam, quòd conuersi ad Dominū indigentibus dispertiti sunt, quòd tales ad opera manualia non tenentur, vel coguntur, nec ad quærendum victum proprium.*

[c] De opere Monachorū cap. 21. apud D. Bonau. in Tract. de paupertate Christi contra Magist. Gulielm. fol. 264. p. 2.

406 Secundum. Secundum est B. Petri Damiani pluribus in locis. Epist. ad Fratres in Gamugni Eremo constitutos, quæ habetur in Bibliotheca veterum Patrum in appendice per Margaritum de la Bigne col. 337. ibi. *Vnde factum est, vt non modò nos, nostrumq; propter vos contubernium, sed, & ipsum conuersionis animum, quantùm potuit funditùs amisisset.* Et Epistola. 3. de institutione Monialis ad Blancam Comitissam cap. 5. ibi. *Sæpe namq; nonnulli ad Deum de mundo conuersi &c.* & Epist. 6. ad Pandulphum Clericum col. 525. ibi. *ipsius autem conuersionis affectum, quibusdam tergiuersationibus procelaret, &c.* sermonem autem agit in ijs locis de conuersione ad Dominum per vitam religiosam.

407 Tertium. Tertiū est B. Fr. Iordani de Saxonia [d] vbi de S. Ioanne Bono loquens, sic ait. *Cùmq; fama cōuersationis eius per loca vicina crebresceret, plurimi ad eum* (fortè ad Deum, vt habetur in Bulla Innoc. IV. supra [e] & apud Marquez, [f]) *conuersi sunt, inter quos fuit B. Franciscus,* (*& ne libera nobis* vt dixit Hieron. [g] *tribueretur erroris facultas*, additum est,) *qui postea ordinis Fratrum Minorum fundator fuit.*

[d] Lib. 1. vitas fratrum cap 8
[e] In respons. ad num. 9.
[f] Cap. 13. §. 17
[g] Lib 4. Com. in cap. 4. Mat.

408 Quartum. Quartū est authoris antiqui Anonymi vitæ S. Gerardi Abbatis Broniēsis [h] qui postquā dixisset eū suscepisse habitū Monachalē in Cōuentu Parisiensi S. Dionisij, sic ait. *Altero suæ cōuersionis anno, Parisijs à Theodulpo Episcopo minores accepit ordines; et tertiò ab eodē Episcopo hypodiaconus ordinatus est; ab eius verò successore Fulrado Anno 4. à conuersione sua diaconus est ordinatus.*

[h] Tomo 5. Surij die 3. Octobris.

409 Quintum. Quintum est Summæ Armillæ, [i] vbi ait *Monachi differunt à conuersis, & oblatis, secundùm Panormitanum, in cap. Non est, de regularibus.* (hæc retulerim, vt Panormitanum Panormitano opponamus, vbi de conuersione religionum absolutè, & simpliciter sumptis loquitur.) *quia conuersi sunt, qui offerunt se, & sua, mutando habitum, & profitendo; laici tamen sunt, quia non promouentur ad ordines.*

[i] Verbo Monachus num. 1. fol. 326.

410 Ecce ex supradictis habemus, quasi per Antonomasiam, nomen conuersi, & conuersionis conuenire religioso, & mutationi ex sæculo ad religionem, siuè in Iure Canonico, siuè in probatis authoribus; & hoc tātùm est, quod voluit Marquez; & ex hoc non improbabiliter coniectat, primam cōuersionem B. Francisci fuisse ad vitam religiosam; quia aliàs non appellatur conuersio simpliciter, & sinè vllo addito, vel circūstātia determinante speciē cōuersionis.

AD NVMERVM. XXI.

An ex corona B. Francisci suadeatur eum fuisse religiosum ante sacerdotes institutionem expenditur.

411 Secunda Marquez coniectura. SEcunda, quam ex Marquez [l] refers, coniectura hæc est. B. Franciscus adhuc sub habitu Eremitico coronam habuit apertam. Cùm enim accessisset ad pedes Innocentij III. Pontifex, vt narrat Bonau. cap. 3. in fine, laicis fratribus omnibus, qui forum Dei fuerant comitati, fecit coronas paruulas fieri, vt verbum Dei liberè prædicarent. Si autem Franciscus illam non haberet, etiam præciperet Innocentius ei coronam fieri. Non ergo erat Eremita sæcularis, sed religiosus; & fortè iam aliquo ordine initiatus. Corona enim est insigne

[l] Cap. 22. §. 6. pag. 379.

corum, qui Deo seruiunt in statu clericali, vel monastico, vt probat optimè Ludouicus de Angelis,[a] ex venerabili Beda, vbi sic habet. *Attondebantur omnes in coronam ministri altaris, ac Monachi, & quasi nouo discipulatu Beatissimi Apostolorum Principis Petri, subditam, eiusq; tuendam patrocinio se gens correcta gaudebat.*

a De vita, & laudibus D. Aug. lib. 4. ca. 2.

413 Effugium præcluditur.

Neq; dici potest, B. Franciscũ aperuisse sibi coronam in habitu religionis ab ipso institutæ: non enim tantùm videtur sibi assumpsisse, vt tonsuram clericalem voluerit admittere ex Priuilegio ordinis adhuc non approbati.

413 Tres aduersarij obiectiones contra relatam coniecturam. Prima.

Sed contra hanc coniecturam, minùs tamen fideliter relatam, Tria obijcis. Primò, quia ex Apostolica traditione, & constitutione in Ecclesiam deriuatum est; vt corũ capita in modum sphæræ desuper tondeãtur, qui à communi hominum vita recedentes, excultiùs vitæ genus sectantur; idq; probas authoritate Rabbani, Isidori, Concilij Aquisgranens. sub Ludouico Pio, & Toletani IV. & VI. Epiphanij, Hieronimi, Bedæ, & Dionisij; non ergo prohibuit, ne sub religiosa pœnitẽtiæ ratione, iam vnius aut alterius anni Spatio, & plurium Sociorum Sequela firmata, comam religiosè tonderet.

Secunda. Secundò quia tunc ordo D. Francisci, vel eo ipso erat Confirmatus. Eo enim tempore nullum erat præceptum, aut Ius Pontificium Ecclesiasticum, quo teneretur vlteriorem Confirmationem petere à Pontifice, vt ex Illustrissimo Bellarmino, Carthagena, & Plato alibi obseruasti in Annalibus ad Ann. 1210. num. 2.

Tertia. Tertiò quia tunc B. Franciscus etiam Socium habuit Syluestrum Asisiatem Sacerdotẽ; nec tamen de eius corona verbũ fecit B. Bonau. An ergo negabimus illum religiosè fuisse tonsum, & quotquot erant in illo, tunc sodalitio Diuinò cultui deputati, absq; tonsura fuisse dicemus, vel aliunde, quàm sub hoc vitę genere, ea insignitos affirmabimus.

414 Pro solutione supponitur primò M. Marquez fideliter non referri.

Vt dicam in hac parte, quod sentio, plura suppono. Primùm est, Coniecturam M. Marquez non referri fideliter; ipse enim non infert B. Franciscum accepisse coronã in instituto Eremitarum; ex eo quòd illam non admitteret ex Priuilegio sui ordinis, adhuc nõ approbati. Nihil prorsus tale habet. Colligit ex eo, quòd vir modestissimus, & humillimus non apperiret sibi, & non alijs coronam in nouo ordine ab ipso instituto, nisi illam habuisset apertam ante ordinis institutionem. Audi eius verba *y no se podia dezir que se la abrio en el habito de fraile menor, porq; no se puede creer, de la modestia y humildad de S. Francisco, que antes de presentar la regla al Pontifice Romano se adelantara à tomar in su persona la insignia, que no auia dado à los demas. Luego pues traia corona el, no la traiendo sus compañeros, de creer es, que se hallo con ella, quando dio principio à la sagrada religion de los Menores, y dexo el habito de Ermitano, en que la pudo traer, por ser de la Religion de S. Iuan Bueno, donde no solo se vsaua, por el Priuilegio General de la Vida Monastica, sino tam bien, porq; en ella siempre se acostumbrò.* Quid hoc apertiùs? (vt ait Aug.)[b] *quid clarius? vereor ne fortè cùm dissero volẽs id exponere, obscurum reddam, quòd per se lucet, & claret. Qui enim hæc verba non intelligunt, aut se non intelligere fingunt, ea multũ minùs intelligent, aut non intelligere profitebuntur.* Non ergo infert Marquez coniecturam ex defectu approbationis ordinis Seraphici, sed ex abundantia modestiæ, & humilitatis D. Francisci, qui coronam, quã ex Priuilegio generali vitæ monasticæ sibi, & suis potuisset assumere, nõdum pro suis habuerat in vsu. Minùs autem modestum, & humile videretur, sibi accipere insigne aliquod vitæ religiosæ, quod Socijs denegaret.

b De opere Monachorũ cap. 9.

415 Supponitur secundò.

Secundum est. Miratus sum, cùm in Confirmationem coronæ ab hominibus excultiùs vitæ genus sectantibus assumptæ, ex Apostolica traditione, tot authorũ & Conciliorum testimonia constipasti, & congessisti; id autem mihi fuit admirationi; primò quia contradicebat nemo. Excultius enim illud vitæ genus, est status clericalis, aut monasticus extra quos nemini licebat sibi coronam aperire, hoc autem etiam Marquez asseruit. Secundò, quia, ni memoria me fallit, odisti valde, & despexisti studium conuocandi plures testes *c eo quòd bona allegatio, vt ait Panormitanus in Proœmio ad Decretales, num. 4. inficitur, & obnubilatur per nimiam allegationem.* Sed quandoq; euenit, vt in ea, quæ alijs vitio vertimus, incauti labamur. Dixero in præsenti, quod Augustinus in Cresconium protulit.[d] *Video te quadam copiosè ornatèq; explicare, hoc est, eloquenter, quadam verò subtiliter argutèq; disserere, hoc est dialecticè, & tamen eloquentiam, dialecticamq; reprehendis; si noxia sunt, quare hoc facis? si non sunt, quare arguis?*

c ... pag. ...

d Lib. 1. ca. 13.

416 Supponitur tertio.

Tertium est. Non negamus ordinem Seraphicum ante Confirmationem Apostolicam, habuisse pro eo tempore ante lateranense Concilium sufficientem firmitatem; potuisseq; D. Franciscum, sibi, & suis coronas paruulas aperire, Conuincitur tamen

men ex testimonio Bonau. Socios D. Frācisci Laicos illas non habuisse, quandoquidem Pontifex eas illis fieri præcepit, ex quo coniectauit M. Marquez, & bene; D. Franciscum iam tunc illam habuisse, neq; illam sibi fecisse in nouo ordine instituto, ratione Solius vitæ monasticæ; quia aliàs Pontifex Francisco etiam coronulā fieri iussisset; & vir modestissimus & humillimus, alijs comatis, nequaquam attonsus, & coronatus incederet.

417 Quomodo coniectura esset inefficax.

His positis dico duo. Primum est. Coniectura M. Marquez inefficax esset, si probaretur eo tempore D. Franciscum fuisse aliquo clericali ordine, aut charactere, etiam prima tonsura insignitum. Tunc enim facilè responderetur habuisse coronam, non propter vitam monasticam, sed propter ordinem clericalem; sicut, & Syluester Asisias habebat, coronam, nō precisè quia Monachus; sed quia Sacerdos. Secundum est. Coniectura M. Marquez

Coniectura M. Marquez satis persuadens intentū

satis persuadet intentum, si B. Franciscus adhuc erat Laicus. Quoniam homo Laicus sinè aliquo præiudicio humilitatis nō sibi coronam aperuisset, quam socijs suis Laicis denegasset. An verò tūc Laicus esset necne, dicam cum Augustino [a] *ego nec defendo, nec refello; sed si defendendum est, vel refellendum, perspicuis, non ambiguis testimonijs id agendum esse commoneo. Nunc autem nescio,* [b] *nec me pudet fateri nescire, quod nescio.* Credibiliùs autem præsumitur Laicus, dum oppositum non probatur.

a lib. 1. de anima, & eius origine cap. 16.

b ibidē ca. 16.

418 Ad tres obiectiones respōdetur.

Ex dictis ad tres obiectiones facilis est responsio; potuit Franciscus sibi, & socijs ante Confirmationem Innocentij III. factam viuæ vocis oraculo, coronas aperire; id tamen non fecisse respectu fratrum laicorum omnium illius sodalitij, etiam diuino cultui deputatorum, conuincit D. Bonauenturæ testimonium. Atq; adeò si Laicus, & ipse erat, etiam comatus venisset ad pedes Pōtificis, nisi prius coronam apertam portasset in alia Religione. Cùm ergo comatus non venerit, & credibiliùs sit fuisse Laicum, non leuis cōiectura persuadet, Magistrū humilitatis Franciscum non eam sibi gloriam inaniter arrogasse; vt inter Crinitos Laicos, Laicus attonsus, emineret; nisi quia in ordine Eremitico coronulam tulerat, quam in Seraphico comare nouiter non deceret.

AD NVMERVM XXII.

Aliqua coniectura non adducuntur vt probationes, sed vt vestigia quadam, & congruentia.

419 Tertia M. Marquez coniectura.

TErtia, quā ex M. Marquez [c] adducis, coniecturā, hæc est. Quoniam inter. D. Franciscum, & Ioannem Bonum plures intercesserunt similitudines vitæ; & actionum vtriusq; Dei serui. Sed Contra hanc cōiecturam obijcis. Primò quia ex Serie annorum; supra ferè toto §. 2. à te statuta euidenter constat, nihil horum potuisse Franciscum ediscere ex Ioanne Bono, tanquàm ex præceptore. Secundò quia quamuis de Abrahamo dictum sit, & quotidie dicatur de vnoquoq; Sancto Confessore, *Non est inuentus similis illi*, tamē multi comparantur insigni Patriarchæ, & ita inuicem inter se conferuntur Sancti Confessores, vt sub eodem Magistro audisse videantur, licèt toto orbe aliquandò diuisi diuersis sæculis effloruerint. Quinimò, & ante 200. annos Bartholomæus Pisanus librum scripsit de conformitatibus vitæ Christi, & Francisci; Nec tamen omnia immediatè didicit à Christo; suffecit audisse, & legisse, quæ saluator effecit, vt imitari vellet, & sequi; quòd, & probabiliter de B. Ioāne Bono Francisco coæuo, & superstite suspicari licebit, nempe, vt audieris B. Francisci virtutes, illum sibi prōposuerit imitandum.

c cap. 23. § 1. pag. 380.

Prima adu[ersarij] obiectio.

Secunda obiectio eiusdem.

120 Ad eas respōdentur plura. Primum.

Plura respōdeo. Primum est, ex his, quę supra diximus [d] clarè patet non repugnare ex annorum serie, quòd B. Franciscus biennio illo Eremitici habitus aliquid à Ioanne Bono præceptore didicerit. Secūdum est. Non negamus potuisse etiam B. Ioannem Bonum D. Francisco coæuum, & superstitem, ab ipso Francisco discipulo quidpiam accipere, cumq; sibi in pluribus imitandum proponere. Nihil sanè obstat. Potest optimè Magister à discipulo, & tali discipulo plura discere [illegible] æmulādo meliora. Tertium est. Credimus probabilè esse B. Franciscum non solum potuisse à B. Ioanne Bono præceptore ętate antiquiore, cōuersione priore, aliquid accipere; sed & nonnulla accepisse; cùm probabile sit, illum in Congregatione S. Ioannis Boni per biennium egisse Eremitā regularem. Quartum est: Coniecturę hę à M. Marquez adductæ non proferuntur, vt conuictiones, sed vt vestigia quędam,

d in responsi ad nu. 5. §. 2.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

P quo

quo vigilāti verbo, vsus est Marquez [a] quę post firma fundamēta ex authoritate Doctorum Antiquorum, & identitate habitus Eremitici multùm iuuant ad animum persuadendū. Qua ratione in omnibus ferè quęstionibus facti authores afferūt credibiles cōgruētias, & pbabiles cōiecturas.

a cap. 23. in pricipio pag. 380.

421 Solutio primi

Ex his ad primū dico, ex annorum serie nihil firmum desumi cōtra Magisterium Ioannis, & discipulatum Francisci. Testimonia enim, quæcunq; posuit R.P. VVadingus, quibus hanc repugnantiam probare conatus est, *ita sunt*, vt alibi dixit Augustinus [b] *quòd ad istam quæstionem attinet, incerta, & ambigua, vt etiam aliter accipi quàm ipse vult, facillimè possint*. Adduximus, etiā nos alia, quę satis probabiliter persuadeāt possibilitatē huius euentus, vt dicere possimus cum Aug. [c] *Porro vtrisque auditis, qui sine studio partium iudicat, videt profectò sententiam neutram in principali puncto falsitatis conuinci, vtramq; probabilibus fundamentis inniti*. Ac per hoc institutum Eremiticū regulare Francisci, nec temerè adstruēdum nec temerè destruendum dicimus; sed admonemus alia testimonia esse quærenda, quæ non videantur ambigua; & dum hæc non apparēt, sentiat vnusquisq; quòd velit, dùm tamen meo iudicio vtrumque placitum probabilè reputet, neutrum verò falsum arbitretur demonstrari.

b lib. 2. de anima, & eius origine cap. 11.

c vbi supra lib. 2. cap. 14.

422 Solutio secundi.

Ad secundum fatemur non inferri ex conformitatibus, aut similitudinibus inter duos viros sanctos, vnum fuisse discipulum alterius, & eiusdem instituti regularis. Quis sic insaniat, vt dixeris? Asserimus tamen post ostensionem ex fundamentis sufficientibus, ad rei saltem probilitatem conuincēdam, coniecturas quasdam velut indicia, & vestigia non parùm prodesse ad animum persuadendum, sicut in cliues in criminalibus, quando crimen rei conuincere non possunt, per testes omni exceptione maiores, iuuantur plurimùm ex multitudine indiciorum, & vestigiorum ad animi persuasionem, quāuis ex illis euidenter non colligatur delictum illud à reo fuisse commissum.

QVINTA RESPONSIO AD S V.

1

d lib. 2. contra Cresconium cap. 37.

Qvanquam ad placitum vestrum conuincendum, incipiam cum Aug. [d] *& si volueritis, corrigendum, satis superq; potuerint ista sufficere; ne tamen quisquam arbitretur, aliquod te in* Apologetico *posuisse, quòd refellere non valerem; aut in quo te*, præcipuis M. Marquez fundamentis *nihil idoneum respondisse, demonstrare non possem, sequēti volumine, cætera videamus. Et quia multi sunt*, ait alibi Augustinus, [e] *quibus seruire nos conuenit, qui omnia depulsa esse non putant, nisi locis suis etiam singula pertractentur, residua sermonis tui ex ordine refellenda percurram.*

e lib. 3. contra Crescon. cap. 1.

AD NVMERVM I.

B. Henricum de Vrimaria tradidiße monachatum Augustinianum S. Francisci, vel ex propria, vel ex aliena sententia, conuincitur.

2 Sententia P. Dazæ.

f in tractatu de Monachatu S. Francisci.

g Reijcitur. g cap. 21. §. 1. pag. 354.

MOnachatus Augustiniani S. Francisci primum assertorem fuisse Philippum Bergomensem Eremitam Augustinianum præmonuit R.P. Antonius Daza [f] ex Religione Seraphica. M. Marquez [g] vt illum conuinceret nonnullos eiusdem rei testes, vel Philippo Antiquiores, vel æquales conuocauit. Inter eos primum locum obtinuit B. Henricus de Vrimaria, alias de Alemania, in Tractatu quodam per ipsum completo Anno 1334. sub hoc titulo. *Tractatus completus per venerabilem doctorem Henricū de Alemania sacræ paginæ professorem ordinis Eremitarum S. August. Anno Domini 1334.* Hic ergo author in hoc tractatu seruato in Bibliotheca S. Victoris Parisiensis in pluteo triplicis. G. sic verbatim habet. *B. Franciscus, cum dictis Fratribus habitauit; &, vt quidam asserunt, fuit Frater nostri ordinis in loco. S. Iacobi de Aquauiua iuxtà Pisas*, extat aliter hoc testimonium in transumpto, quod habetur Romæ in Bibliotheca Angelica.

3 Contra relatū testimonium primã aduersarij obiectio.

Vt huius manifesti testimonij ex teste propurato detumpti fidem eleues, censes Philippum Bergomensem, tertiò post Frācifcum Sæculo, primum ad inuenisse Monachatum D. Francisci; sub duce R.P. Daza, nouus bellator insurgis. Primo, quia Henricus de Vrimaria diuersus est ab Hērico, de Alemania, vt tradit Critana Augustinianus in Epitome Historica vitæ S. August. cap. 9. ante §. 1. Hispano idiomate edita quàm latinam fecit Gregorius Aur

d'Aineff.

d'Aincff. Augustinianus.

4 Secunda. Secundò, quia prædictum locum Henrici de Alemania aliter citat Critana his verbis. *Henricus ab Alemania in ea, quam membranis reliquit, Historia, inquit. Tempore Innocentij 3. fuit Fr. Ioannes de Cella; circa quod tempus B. Franciscus cum Fratribus S. Aug. habitauit; & quidam asserunt, quòd fuit Frater dicti ordinis S. Iacobi de Aquauiua iuxtà Pisas; vt ex eius vita colligitur, vbi legitur, quod B. Franciscus habitum Eremiticum deferens, baculum manu gestans, pedibus calceatus, & corrigia cinctus cum fratribus Eremitis S. Augustini deuo è incessit;* & concludit Critana, *quòd relictis omnibus solus ad nemus confugit.* Contra quàm citationem, omissa differentia vtriusq; lectionis, quæ potuit oriri ex interpretis latini defectu, sic obijcit; qa nullibi legitur in vita S. Francisci, quòd sub illo habitu cum Eremitis S. Aug. deuotè incesserit; imò nec in vitis scriptis ante huius Henrici ætatem, neq; verbum inuenitur de Eremitis Augustinensibus.

5 Tertiò. Tertiò, quia datis literis Anno 1622. ad viros doctos amicos Parisijs commorantes, semel, & iterum, tandem Hugo Bardæus, Franciscanus, socius Cõfessarij Reginæ Christianissimæ, postea professor Collegij Louaniensis Minorum Hibernorum, inuestigatis pluteis, tractatulum hũc inuenit in libro antiquo papyraceo in quarto, qui modò seruatur in prima aula Bibliothecę S. Victoris Parisiẽsis in scamno, cui inscribi solebant tres GGG, & in quo continentur plures diuersi tractatuli, scripti characteribus ferme Gallicis, omnino similibus, & antiquis. Tamen, vt Hugo refert, in Tractatu illo Henrici de Alemania, vt habet inscriptio, non verò de Vrimaria; vbi plurimùm agit de differentia Canonicorum Regularium ab Eremitis Augustinensibus, pag. 40. folio pene vltimo, sic habetur. *B. Franciscus cum dictis fratribus habitauit, & vt quidam asserunt, fuit frater nostri ordinis in loco S. Iacobi de Aquauiua, iuxtà Pisas. Tandem licētia obtenta à Priore dicti loci, vt arctiorem vitam assumeret, dimissa Zona, & subcellaribus ad nemus se solitarius transtulit. Hæc ibi* (subdit Hugo.) *sed in margine, diuerso, & recentiori charactere, etiam cancellata, neq; in eadem margine, aut in textu, ante vel post, antecedens, aut subsequens, verbum vllum habetur de P. N. Francisco* atq; adeò suppositius hic testis, quam merebitur fidem?

6 Quarta. Quartò, quia constat eam additionem esse recentiorem, dum ait alios asseruisse Franciscum Augustinianum fuisse; cùm tamen ante huius Henrici ætatem, vel sub illo tempore, imò nec multis post annis nullus author quidquam de hoc prætenso dixerit monachatu.

Quinta. Quinto, cum Tyrocinij, vel incolatus assignat S. Iacobum de Aquauiua iuxtà Pisas, contra communem Augustinianorum fidem, vt ipse Marquez notauit. a — a Cap. 26. § 1.

8 Sexta. Sexto, quia singulariter præomnibus dicit obtinuisse licentiam à Priore dicti loci S. Iacobi, vt arctiorem vitam assumeret; & deinde solitarium ad nemus se contulisse, contra Bonau. cap. 3. & aliorũ narrationem, qui dicunt statim à deposita veste cum prædicandæ pœnitentię, & nouæ vitæ instituendæ totum intendisse.

9 Septima. Septimò, quia Critana b refert, & Nicolaus ab Alexandria c S. Franciscum, voce Euangelica instructum ad arctiorem vitam assumendam R. P. Fr. Bandinum Priorem Monasterij S. Saluatoris, quod sylua lacus dicitur ord. S. Aug. Secenis (*Senis*, ais, *puto voluisse dicere, in illa enim diæ esi monasterium hoc*) adijsse, duriùs aliud vitæ genus ineundi facultatem rogaturus. *Bellè sanè*, ais, *sibi cohærent hi Authores, ille ad Pisarũ, hic ad Senarum Priorem recurrisse, absq; vllo perhibet teste, cùm statim ab audito Euangelico habitum mutasse communiter vitæ S. Francisci Scriptores, enarrent.* — b Cap. 8. c Cap. 9. Collectaneorum ordinis S. Augustini.

10 Octaua. Octauò, quia Eremitę Thusciç, in qua comprehenduntur Tractus Pisanus, & Senensis, non fuerunt Augustiniani, vsq; ad ann 1. Innocentij IV. qui primus omnium, eos iussit assumere regulam S. Aug. vt constat ex Bulla, *In umbra nobis*, data 17. Cal. Ianuarij ad vniuersos Eremitas Tusciæ (exceptis Fratribus Guillelmitis, sub regula etiam S. Benedicti degẽtibus, quos noluit tunc ad illam vnionem reducere) quæ habetur apud Marq. d & in Regesto eiusdem Pontificis num. 333. apertè asseritur, eos vsq; ad illud tempus regulam obseruasse S. Benedicti; vt apertè etiam demonstratur ex duabus literis eiusdem Innocentij IV. quæ habetur in citato Regesto num. 176. & 587. Quarũ prima est ad Priorẽ & Fratres Eremitas in Tuscia ord. S. Aug. data Later. 5. Cal. Aprilis anno 1. atq; adeo Christi 1244. Secunda verò, ad Priorẽ & Fratres S. Mariæ de Murceto ord. S. Aug. Pisanæ diocesis, data Laterani 7. Cal. Aprilis, anno 1. atque adeò Christi 1244. *Heus*, ais, *benè hæc sibi concordans, vt à Monachis seu Eremitis S. Benedicti licentiam & veniam ille expostulet, quem totis viribus contendunt, Augustinianum fuisse,* — d Cap. 3. § 2. & cap. 18. § 1. pag. 330.

 & ab

& ab Augustiniano initiatum.'

11 Hæc sunt breuiter, & fideliter relata, quæ contra Henrici testimonium, sedulò, & mordicus cōgessisti; Præstet Deus, vt bonum pro malo reddentes, non solùm non remaledicamus indiscretè zelantes, & pro humana fragilitate stomachati: verùm piè & modestè conuitijs ignoscētes, obiecta diluamus, & veritatē aperiamus. Non leuis, sed Chistiana & prudens vindicta, veritatis apertio; dum enim verbis parcimus, cœlo propitio dimicamus, & dum veritati inhæremus, Christo, qui via, veritas, & vita est, patrocinante, pugnamus. *Respondeamus igitur ad omnia* (vt ait Hieron. ad Aug.[a]) *ac multiplices Quæstiones, si Christus iusserit,* licèt non *breui sermone soluamus.* Id autem vt præstemus, de more solito plura supponamus. Primum est. Henricus de Alemania auctor prædicti tractatuli, siuè sit idem cum Henrico de Vrimaria, siuè diuersus ab illo, meruit tamen in titulo opusculi, *Venerabilis Doctor sacræ paginæ professor* appellari, & anno 1334. tractatum illum composuit; quin imò, vt & ipse in principio operis testatur (prout à quibusdam refertur) cognouit Lamphrancum Mediolanensem primum post vnionem Augustiniani ordinis Generalem, qui obijt Anno dom. 1264. vel 1265. & saltem ipse refert se interfuisse capitulo generali Ratisponensi, quod celebratum fuit anno 1290. Constat ergo de authoritate & antiquitate authoris huius Tractatus, siuè nomen eius sit Henricus de Alemania, non de Vrimaria; siuè vtrumq; simul, vt dicere possimus cū Aug.[b] *Quid est cōtentiosius, quam vbi de re constat, certare de nomine.*

a Epist. 11. inter Augustinianas.

Pro eorum solutione supponuntur primò.

b Epist. 174. ad Pascentium.

Illatio.

Hinc infero, quòd, siuè is, siuè ille sit author tractatuli, cùm tamen adeò proximè vixerit ad ætatem S. Francisci, eius relatio in suspitionem commenti venire nō potest. Eo enim tempore facilè posset redargui, & conuinci falsitatis. Atque adeò dicere potest, quòd olim S. Petrus Damianus:[c] *Nem o autem me mendacij temerarius arguat, dum me non extraneis; sed his, qui rem peritè nouerūt, præsentibus hæc narrare considerat. Et meritò erubescerem, si inter discipulos ipsis scientibus cōmētitia falsa deseruirem;* eo quod *mentiri apud scientes* (vt ex Iosepho[d] mutuauit Marquez[e]) *inhonestum esse videatur.*

c In Tract. de ordine Eremitarū, & facultatibus Eremi fontis Auellani in appēdice veterum patrum col. 666.

d In Prologo de bello Iudaico.

e cap. 25. §. 5. pag. 347.

12 Secundum est Henricus de Alemania author prædicti tractatus, idem est cum Henrico de Vrimaria, quem Theutonicum Trithemius[f] Alemanū Episcopus Signinus[g] & Germanum Possevinus[h] & Ciacconius[i] appellarunt, id sibi meritò persuasit M. Marq.[l] *Cū ergo & Zachariam teneamus* (ait Hier.[m]) *& occisionis consentiat locus; quærimus quare Barachiæ, dicatur filius & non Ioiadæ?* aptemus singula. Cum ergo eundem esse Henricum teneamus, & consentiat conformitas temporum, vt ex dicendis cōstabit. Queres quare in eo tractatu, nominetur de Alemania, & non de Vrimaria? Huic scrupulo respondemus cū M. Marq.[n] existimāte Henricum ex proprio cognomine, de Vrimaria; ex patria verò, iuxtà Authorū Veterū vsum, de Alemania inscribi. Occurrit mēti modò inter alia exemplum nostri Eremitæ, Alphonsi celebris doctoris Parisiensis, Episcopi Pacensis, & Oxomensis, & demū Archiepiscopi Hispalensis, qui quandoq; ex auita gente nobilissima, *de Bargas*; quandoq; ex patria Toleto, *Toletanus* nuncupatur; id ipsum in Henrico contigisse arbitror: vel de Alemania à natione; de Vrimaria à loco patriæ appellari, possumus in nō leuem suspicionem induci; ad modum, quo Iordanus ab aliquibus dicitur Iordanus de Saxonia; & ab alijs, Iordanus de Quedelinburg. Id autem altero ex his modis se habuisse, vel alio simili, colligo Primò, quia in nullo authore extero, vel domestico (vno excepto recētissimo Critana, cui fortè diuersitas hæc vel incautè excidit, vel ignoranter irrepsit) extat memoria per ea tempora duplicis Henrici Eremitæ Aug. Omnes vnicum Henricum, eumq; de Vrimaria, natione Theutonicum Germanū, seu Alemanum enumerant; & inter eos Episcopus Signinus eidem Hērico de Vrimaria, natione Alemano, Tractatum adscripsit de origine ordinis Fratrum Eremitarum S. Aug. sicut & compendium rerum ordinis S. Aug. iussu Card. Seripandi editum Anno 1549. fol. 30. an. 1150. citat libellum M. Fr. Henrici de Vrimaria, quem de Antiquitate ordinis scripsit. & Ambrosius Coriolanus[o] tribuit Henrico de Vrimaria eundem librum. Secūdò, quia omnia, quæ ex eo tractatu noscītur conuenire Henrico de Alemania, omnia prorsus Henrico de Vrimaria conueniunt. Testatur Henricus de Alemania, se cognouisse Generalem Lamphrancum; quem obijsse retulimus Anno 1264. vel 1265. vel potiùs testatur se cognouisse B. Fr. Clementem de Marchia Anconitana

Idē Henricus de Alemania & de Vrimaria dicitur

f de scriptor. Ecclesiast. fol. 109

g In Chronic. August. fol. 40

h Tomo 2 apparatus sacri.

i pag 701. de vitis Pontificum.

l cap. 13. §. 19. pag. 210. & cap. 21. §. 2. pag. 354.

m lib. 4. Comment. in cap. 23. Math.

Quæsitum.

Responsio.

n vbi supra.

o In Chron. August.

tana

tana tertium generalem ordinis post vnionem, qui obijt anno 1291. & tituli huius Tractatus inscriptio habet eũ fuisse compilatum anno 1334. atque adeò constat vixisse in ordine Augustiniano plusquàm 70. annis. Hoc autem ipsum de Henrico de Vrimaria comprobari facili negotio suadetur. Quòd enim superuixerit, vsq; ad annum 1334. & ampliùs, consentiunt Posseuinus,[a] & Trithemius,[b] asserentes illum Anno 1340. floruisse; & Bergomensis,[c] qui illum ad ann. 1334. vel circa reducit Rhenatus etiam Choppinus,[d] sic ait: *Henricus de Vrimaria ex hoc ordine Eremitarum Sancti Augustini doctissimus, & sanctissimus, claruit temporibus Ludouici IV. Imperatoris, & Benedicti Papæ XII. Anno 1334. quem tamen Frater Iordanus Saxonius in vitis Fratrum, scribit se adolescentem, vidisse Bononiæ.* Quòd verò Lamphranco, vel, quòd verosimilius est, Clementi aliquamdiù in religione conuixerit, non erit difficile ei, qui Iordanum legerit. Hic enim Author Magistros Parisienses ordinis Augustiniani per ordinem temporum enumerans, Henricum de Vrimaria constituit[e] ante B. Fr. Augustinum Triumphum de Ancona, quem ex Capitulo Neapolitano anno 1330. celebrato, simul cum Fr. Augustino de Bergamo ad legendum Parisijs missum fuisse, ex Registro ordinis constat; & sic habet de illo. *Cùm esset septuagenarius & vltra* &c. & alibi rursus, *Senex plenus dierum, velut obdormiens spiritum exhalauit.*

a Tract. 2. apparatus sacri.
b de Scriptoribus Ecclesiasticis fol. 109.
c lib. 13. fol. 250.
d lib. 2. Monasticon nu. 32. fol. 207.
e lib. 2. vitas Frat. cap. 22.

13 Supponitur tertiò.

Henricus de Vrimaria meretur indubiã fidem.

Tertium est. Henricus de Vrimaria & Alemania prædicti Tractatus compilator fidem meretur indubiam, non solùm pro Antiquitate temporis, quæ patet ex dictis; sed etiam pro doctrina, & sanctitate. Floruit hic Doctor, teste Hieronymo Romano[f] anno 1310. At Iosepho Pamphilo Episcopo Signino[g] anno 1315. Philippo verò Bergomense,[h] & Alphonso Ciacconio Dominicano,[i] circa Annum 1334. Abrahamo Bzouio Dominicano circa Ann. 1342. Antonio tamen Posseuino è Societate Iesu,[l] & Ioanne Trithemio ordinis D. Bened. Abbate,[m] & Sixto Senensi Dominicano,[n] Ann. 1340. Eum autem *Doctorem egregium, & celebri doctrina insignem* Trithemius & Bergomẽsis,[o] nuncuparunt. Eius etiam opus sermonum de sanctis, vt Episcopus Signinus refert, in Alemania excussum, præfert hunc titulum, *opus sermonum exactissimorum de sanctis, per Excellentem ac verè Seraphicum Doctorem Henricum de Vrimaria ord. Eremit. D. Aug. compilatum.* Peculiariter autem Iordanus de Saxonia[p] plura habet de Henrico, suo etiam coætaneo, licèt antiquiore, à quo sæpiùs narrante nescio quid refert audiuisse. De eius humilitate agit lib. 2. cap. 4. pag. 66. de eius charitate erga infirmos cap. 11. pag. 99. de eius patientia in infirmitatibus cap. 12. pag. 105. de eius præparatione ad mortem & miraculosa religiosæ fœminæ sanitate, quæ viri sancti iam defuncti faciem manu, & postea propriam deuota tetigerat, cap. 13. pag. 10. de confessione & dispositione ad missam, & deuotione, & effectibus miraculosis in illa cap. 18. pag. 145. de eius oratione continua, cap. 19. pag. 154. de eius scientia, doctrina, & operibus, cap. 22. pag. 121. & tãdem de fuga otiositatis, cap. 27. pag. 189.

f Centur. 10. fol. 61 & Còment. rerum ord. S. Aug. iussu Cardin. Seripãdi edit. an. 1549. fol. 37. pag. 2.
g In Chron. Aug. fol. 40.
h in supplem. Chronic. lib. 12. fol. 230.
i de vit. & gestis Pontificũ pag. 701.
l tom. 14. Annal. col. 907.
m tom. 2. apparatus sacri.
n de scrip. Ecclesiast. f. 109.
o lib. 4 Bibliothecæ sanctæ.
p lib. 13. fol. 25 ɔ locis prã allogatis.
q in lib. vitas Frat.

14 Diluitur primò.

Ex his ad primum in oppositũ respondemus, Henricum de Alemania eius Tractatuli compilatorem, esse eundem cum B. Fr. Henrico de Vrimaria, viro sanctitate & doctrina clarissimo. Neque vllum nobis facessit negotium Critana, cuius in historia fidem supra eleuauimus, non extulimus. Neque nouum illi, aut insolens ex vno, si duplex cognomen habeat, plures efficere. Sic ex vno Augustiniano Card. Fr. Alexandro de Oliua Saxo Ferratensi, duplicem, ni memoria me decipit; alium, Alexandrum de Oliua; & alium, Alexandrum Saxo Ferratensem, efformauit.

15 Diluitur secundò.

Ad secundum Respondeo plura. Primum est. de verbis Critanæ non curo, verbis tuis ignosco, illa omitto, quia nihil ponderis habent; his parco, qui graue pondus habent, & præcipit Doctor Africanus in Regula, *vobis à verbis durioribus parcite.* Secundum est. Testimonium Critanæ prout à te adducitur, non solùm peccat in ijs, quæ in illo notas, sed etiam in alijs. Primò, quia tribuit Henrico hæc verba. *Cum Fratribus S. Augustini habitauit*, quæ Henricus non habet. Secundò, quia videtur adscribere Henrico hæc verba. *Et quidam asserunt quòd fuit Frater dicti ordinis S. Iacobi de Aquauiua iuxtà Pisas, vt ex eius vita colligitur,* &c. vbi duplex est error. Primus; quia in Henrico non sunt illa, *vt ex eius vita colligitur.* Secundus, quia quàmuis essent, & in vita S. Francisci extaret, S. Frãciscum deuotè incessisse cum Eremitis S. August. (quod non extat) nihilominus ineptè colligeretur exinde quosdam asserere, eum fuisse fratrem dicti ord. Sancti Iacobi de Aquauiua iuxtà Pisas. Potuisse enim in

alio loco cum Eremitis Augustinianis incedere.

16 Soluitur tertia primò.

Ad Tertium dico Primò Verba Hugonis à te consulti obscura sut, & ambigua, imò & suspecta. Secundo quia c m non solum transcripsisset testimonium à M. Marquez relatum, sed etiam alia verba à M. Marquez non adducta, sic subdidit. *Hæc ibi; sed in margine diuerso, et recentiori charactere, etiam cancellata, neq; in eadem margine, ut in textu ante, vel post antecedentes, aut subsequens verbum vllum habetur de P. N. Francisco* atq; adeò hæc censura, seu additio potest spectare non ad ea, quæ Marquez adduxit; sed ad ea, quę Hugo nouiter retulit, & in Marquez non habentur. Secundò, quia verba illa esse in margine, & diuerso, & recentiori charactere conscripta, tantùm constat ex testimonio Hugonis ex ordine Minorum. Tertiò, quod refert, ea esse cancellata, & quis nouit cancellatorem, & an diuerso, & recentiori charactere cancellauerit ea, quæ non placebāt? Nonne ipse Hugo potuit esse cancellator?

17 Soluitur secūdò.

Dico. Secundo, verba à Marquez [a] adducta hæc sunt. *B. Franciscus cum dictis fratribus habitauit; & vt quidam asserūt: fuit frater nostri ordinis in loco S. Iacobi de Aquauiua iuxta Pisos.* Hæc autem ab originali transcripsit P. M. Fr. Ludouicus de Angelis, Confessor Illustrissimi D. Fr. Alexij de Meneses Archiepiscopi Primatis Braccarensis, Proregis lusitaniæ, & in Regio Senatu eiusdem Regni præsidis. Quis verò credat hominem doctum, & eruditum, nec vulgarem Chronographum adscripturū Henrico in materia adeò controuersa, Verba extra textum in margine tantùm, diuerso, & recentiori charactere contenta, eaq; iam cancellata? Nunquid potuit sibi persuadere defuturum aliquem ex aduersarijs, qui librum Originalem inquireret? si autem quærens inueniret, non videbat testimonium hoc fidem aliorum, quæ ab ipso referrētur, eleuaturum, nihilque pro futurum causæ principali? Quare ego adduci nō possum, vt credam, verba, quæ Marquez allegauit in Margine, diuerso & recentiori charactere contineri. Non habui viros doctos, & amicos Parisijs degentes, quos consulerem, vnde rem penitùs inuestigare non potui. Interim tamen; dum ex vna parte stat dubium, & suspectum testimonium P. Hugonis Bardæi Franciscani socij cōfessoris Reginę Christianissimæ, Collegij Louaniensis Minorū Hibernorum professoris; ex alia verò fides, & authoritas P. M. Ludouici de Angelis Ordinis Augustiniani Chronographi Generalis, confessoris olim Illustrissimi, & Excellentissimi Principis fratris Alexij de Meneses, interim inquam, vel hærebo dubius, vel sequar Ludouicum. Hærebo, ne alteri fidem denegem: sequar, quia magis placet, & nescio quid pomi in illo candoris, & veritati arridet. Hærebo dubius cū S. Petro Damiano [b] in simili causa sic dicente. *Sed quoniam personæ istæ, videlicet* Desiderius, & Vmbertus, *tātæ authoritatis sūt; vt neutri eorum debeat fides denegari, ego quoque, quod scripsi, procaciter non affirmo; sed vtrū verum sit necnon, legentium exquisitioni relinquendum esse decerno; vt cum* Aug. ad aliud sed simile propositum loquens dixero, *in primo iudicio damnatus est absens, in secundo absolutus est præsens. Adhuc nos de illo certo esse non valentes, saltem dubitare permittite,* sequar autem Ludouicum potius quā Hugonē, mutuans verba Ambrosij Ansberti Benedictini, qui [c] referens Hieron. & Aug. diuersa sentientes, & Augustino adhærēs, sic inquit. *Sicut reus teneri debeo, si quemlibet horum reprehendero; sic à quibuslibet reprehendi non debeo, si quem, ex his magis placuerit, secutus fuero.*

[a] cap. 21. §. 2. pag. 354.

[b] In appendice bibliothecę veterum Patrum Epist. 3. ad Dominicū & cæteros fratres cap. 3. col. 1.

[c] in prologo super Apocalypsim.

18 Diluitur quarta.

Ad quartum. Quis non videat inanem esse Sequelam? quasi non potuerint idipsum alij scribere ante Henricum, quorum tamen scripta, vel iniuria temporū, perierint, vel adhuc in Bibliothecis lateāt, sic enim plures veterum authorum libri, qui diu latuerant, nostris temporibus in lucem prodierūt. Hac ratione possem ego nunc prælo dare hæc verba. *Gelasius 2. vt quidam asserunt, fuit Hispanus, natus Toleti;* non quia ante me aliquis, quem viderim, id typis mandauerit; prę ter Andręam Victorellum (*in additionibus ad Caramales Ciaconij*) sed quia Iulianus Petri Archipresbyter S. Iustæ Toletanæ, qui floruit ipso Gelasij II. tēpore, in suo Chronico, quod adhuc vsq; latuerat in Bibliothecis, & ante aliquot annos repertum est, rem hanc expresse contestatur. Vel quasi nō potuerit Henricus id referre de ijs, qui rem asserebant, verbo, nō scripto. Passim reperies exempla in qualibet rerum Historia, quas scriptor non vidit, & ex aliorum relatione narrauit. Quis huc vsq; prælo tradidit, vel scripto contexuit, vitam, & mortem Illustrissimi Domini Magistri mei, & Mœcenatis singularis D Fr. Aug. Antolinez Archiepiscopi Compostellani? Nonne si aliquis modo eius gesta in lucem daret, di-

cere

cere optimè posset. *Non cu el, vt quidam afferunt, se fæmoralibus exuit, vt pauperem Christi vestiret*, & tamen nemo id asseruit scripto, plurimi verbo. Quare ergo Henricus male dixerit, *vt quidam asserunt*, cùm plures rem quasi ex traditione acceptam, licèt non edidissent scriptis, potuissent tamen verbis asserere, vel opuscula eorum, qui Priores scripsissent, possint vel latere, vel perijsse? vnde accomodare possumus doctrinam Theodoreti, q. 13. in cap. 10. Iosue, vbi quærit. *Quid sibi vult, Nonne hoc scriptum est in libro iustorum?* & respondet. *Volens author docere, nos huius prophetæ virtutem, nempe quod solo verbo progressum luminarium magnorum cohibuisset, donec vicisset pro dignitate Imperij. suspicatus ne quis verbis non adhiberet fidem, dixit hoc inueniri in antiquo Commentario. Quare constat ex hoc loco posterorum quempiam alium librum hunc conscripsisse, ex alio libro capta occasione.* Sic ergo Hēricus dicere potuit, *vt quidam asserunt*, innuens id inueniri in Antiquo Commentario, ex quo occasionem acceperit.

19 Soluitur quinta.

Ad quintum. Miror qua side vir doctissimus referat aliorum testimonia, assignat quidem Henricus locum Tyrocinij, vel incolatus S. Francisci Conuentum S. Iacobi de Aquauiua iuxta Pisas; sed assignat modò statim cum Marquez exponendo. Id tamen esse contra communem Augustinianorum fidem, vbi notauit Marquez? id fieri cap. 26. §. 4. assignas in margine, sed immeritò. Audiamus verba. *Porq. aunq; el B. Henrico de Vrimari dice, que estuuo en el Cōuento de Aquauiua, cerca de Pisa; y Paulo Morigia, que viuio un poco de tiempo en otro Conuento de la Congregacion de Liceto, es mas verisimil que el Santo bendito tomò el habito, en el Conuento de S. Iuan Bueno, en que tambien concuerda el golpe de los Authores restantes*, & infra, *deuese tambien considerar, que el B. Henrico de Vrimaria, que es el author mas antiguo, y à quien se auia de seguir si lo afirmara constantemente, no se da por testigo del Conuento en que San Francisco tomo nuestro habito, por que dize, que como otros sienten fue el Cōuento de sant Iago de Aqudrina, cerca de Pisa, dexandose lleuar en esto de lo que dixeron otros; y la podria ser, que por el discurso de aquellos dos annos, andando el Seraphico Padre por los yermos de la Toscana, llegasse alguna vez cerca de Pisa, y fuesse hospedado en el Conuento de Sant Iago de Aquauiua, donde es de creer, que conocida su gran Santidad, le detendrian todo el tiempo, que pudiessen los Religiosos; y que se deslumbrassen en esto los que dixeron, que auia tomado nuestro habito en el.* Hoc ne est notare, cōtra communem esse Augustinianorum fidē Henrici testimonium; quia locum Tyrocinij vel incolatus assignat locum S. Iacobi de Aquauiua iuxta Pisas? Planè dicam cum Augustino a *Aut memoria, sicut fieri solet, aut mendositas codicis te fefellit.* Marquez enim non opponit Henrico, quod contra communem Augustinianorum fidem assignet locū Tyrocinij, vel incolatus Cœnobium S. Iacobi. Neq; id posset obijcere. Primò, quia assignare Conuentum S. Iacobi pro loco incolatus, non est contra communē Augustinianorū fidem, cum nemo id negauerit; vel ostendatur quis negauerit. Nō est autem contra fidem meam, quod ego non nego, sed omitto, si ego referam me vixisse Cōpluti, tu enarres me vixisse Dertusæ, nunquid loqueris cōtra fidem meā? Minimè gentium. Non enim asserui me tantùm vixisse Compluti, neq; tu affirmas me tantum vixisse Dertusæ, sed quilibet asserit rem, quam alter non negat, & pro diuerso tempore verissimè conuenit. Sic ergo assignare Conuentum S. Iacobi de Aquauiua pro incolatu S. Francisci scilicet pro aliquo tempore, non est contra fidem aliorum, qui asserunt illum suscepisse habitū Augustinianum in Eremo Cæsenatensi. Hæc enim pro diuersis temporibus optime possunt conuenire. *Si prima consideremus*, ait Ambrosius, b *contraria sunt; si sequentia, certum est conuenire.* Secundò, quia Marquez exponit Henricum, vt non loquatur, vt testis; sed vt relator, quod innuitur illis verbis, *vt quidam asserunt*, quæ aliquando in rei cōfirmationem cum assensu proprio, aliquando verò in releuationem probationis cum remissione ad fidem aliorum inducuntur. Quæ diuersitas ex textu, & contextu debet deduci, & discerni. Affirmare verò quod alij asseruerint B. Franciscum fuisse fratrem nostri ordinis in loco S. Iacobi, non est assignare locum Tyrocinij, aut incolatus contra communē Augustinianorum fidem; sed referre aliquorum assertionem, qui fortè, vt Marquez suspicatur, ex incolatu Tyrocinium inferentes decipiebantur.

a lib. 3. de anima, & eius origine cap. 5.

b lib. 10. in Lucam.

20 Diluitur primò.

Ad sextum, dico duo. Primum est, si reijciuntur Authores, quia singulariter præ omnibus aliquid tradunt, nullus antiquus author è tenebris veterum Bibliothecarum in lucem editus, fidem merebitur. Quis enim est, qui nō addat aliquid, quod in nullo alio inueniatur? Quot diuulgauit Baronius in Annalibus, quæ in Authore

MS. sin-

MS. singulariter præ omnibus alijs habebantur? Nonne Iulianus Petri, vt paulò ante retulimus, affirmat Gelasium II. natum fuisse Toleti, quòd nemo alius narrauit? Quinimò & in sacris literis D. Ioannes singulariter præ alijs Euangelistis retulit plura. Author celebris, & tantæ authoritatis non debet propter singulare assertum in suspicionem vocari, sed singulare assertũ credi debet propter eius veracitatẽ. Addo tamen, id, quod adijcitur de licentia obtenta à Priore loci, non refertur à M. Marquez, habetur fortassis in margine, diuerso & recẽtiori charactere; vt rescripsit Hugo Bardæus. Secundũ est. Illa verba, *ad nemus se solitarius trãstulit*, non adducũtur à Marq. & fortè nõ habẽtur in textu, sed in margine, & recentiori charactere; atq; adeò Henrici non erunt, Neq; ex illis testimoniũ Henrici potest infirmari. Cæterum, si haberẽtur in aliquo probato authore, adhuc explicari optimè possent, salua D. Bonauenturæ, & aliorum authoritate, & narratione. Quamuis enim dicant statim à deposita veste, eum prædicandæ pœnitentiæ, & nouæ vitæ instituendæ totum intendisse; nihilominus verificari potest, quòd statim post obtentam facultatẽ, & post arctiorẽ vitam assumptam, ad nemus solitarius se transtulit. Fortè enim post nouam institutionem cõfugit ad nemus, vt in nemore disceret, quòd populis traderet; & in aure audiret, quod super tecta prædicaret; & ideò vtrumque dici potuit statim factum post nouam vitæ mutationem; aliud, quia immediatè factum; aliud verò, quia id, quod immediatè factum fuit, debuit præmitti ante prædicationem. Instemus & declaremus exemplo. Mathæus [a] de Christo loquens post Baptistæ vincula, & Christi in Galilæam secessum, sic subdit. *Exinde cœpit Iesus prædicare, & dicere, Pœnitentiam agite exinde*, inquit; Sed interrogemus Chrysost. in ea verba, Ex quo tempore? *id est* inquit, *ex quo tentatus famem vicit in deserto, auaritiam spreuit in monte, vanam gloriam repercussit in templo.* Quid ais Chrysostome? Mathæus testatur id factum, ex quo secessit in Galilæam: tu, ex quo dæmonem triumphauit in deserto? ita sanè; sed vtrumque verum; aio enim Christum incepisse prædicare, ex quo gloriosos triumphos de diabolo reportauit; non quia tentationi in deserto immediatè successerit prædicatio; sed secessus in Galilæam, & Ioannis incarceratio, vt sic eius prædicatio finiretur; *nam si prædicante Ioanne, ait, prædicare cœpisset, vilem reddidisset Ioannem, & inueniretur prædicatio Ioannis esse superflua, quantùm ad istius doctrinam.* Statim ergo, ex quo dæmonem vicit, incepit prędicare: quia licèt mediauerit secessus in Galilæam, erat tamen medium conducens, vt Christus finita prædicatione Ioannis, inciperet prædicare. Sic ergo Franciscus statim intendit pœnitentiæ prædicandæ, non quia immediatè id egit; sed quia immediatè ad nemus se contulit, quòd præmitti oportuit ad prædicationem pœnitentiæ, vt in nemore solus biberet, quæ postea in vrbibus dulciter alijs propinaret.

Author celebris ob singulare assertum suspectus non redditur; sed singulare assertum credibile redditur ob illius veracitatem.

Diluitur secundò.

Solutio confirmatur & declaratur exemplis.

[a] Cap. 4.

21 Ad septimum Resp. nonnulla. Primum est. Nihil fortè tibi optatius, aut delectabilius accidere potuit, quàm ad manum habuisse Critanam, qui pro suo in propriam religionem affectu, & historiæ inscitia, omnia consarcinauit, & cõfudit; & quòd de Hisp. lingua obscurauit, alius latina nouis offudit tenebris. Conuinceis quidem Critanam, sicut & nõ semel Crusenium quos impugnandos eligere voluisti, *Hodie vero*, ait Aug. [b] *copiose facis, Proponis enim tibi quos vis, in quos inueharis quantũ vis.* Sed victi militis imbecillitas nõ auget, sed diminuit vincentis gloriam. Genus est infamie cum imbelli tyrone ducẽ strenuũ, vel militẽ fortem aperto marte pugnare. Sunt etiam & alij præter Critanam & Crusenium, non disparis generis, quos si velis reuincere, vili pretio ostendemus. Ea enim in proprijs historijs edendis, fuit pro Eremitica simplicitate, nostrorum Eremitarum incuria velut innata, vt paucissimi huic operi, & hi omnes parùm intenderint; vt ad nos dici potuerit, quòd ad Carmelitas habet Trithemius [c] Benedictinus. *Credo equidem, quòd laudes & honorẽ religionis vestræ ab alienis potiùs, quàm à proprijs debeatis accipere.* Contigit Augustinianæ familiæ, quod teste D. Vincentio Blasco de Lanuza [d] refert, Ferdinandum Aragonium Regij sanguinis germen & Archiepiscopum Tarraconensem dicere solitum esse, Aragoniæ euenisse; nempè, *que se sabia poco en el mundo de las grandezas de Aragon, y de los triumphos, y victorias antiguas, por auer sido siempre los Aragoneses mas aficionados à la empressa de heroicas obras, y à la conclusion de memorables hazañas, que al escriuirlas, y ponerlas en annales authẽticos, y en bien compuestas Chronicas.* Accidit nobis, quod Lusitaniæ Regno accidisse obseruauit Antonius Vasconcellius è Soc. Iesu, [e] agens de Henrico

Infringitur septima. Primò.

[b] Lib. 2. cõtra literas Petiliani cap. 33.

[c] In epist. ad Carmel. Conuentus Agrippinẽ. prouinciæ inferioris Alemaniæ.

[d] Tom. 1. Histor. Ecclesiast. Aragoniæ in prologo.

[e] In Anacep

Co-

phalogosi actorum Regum Lusitaniæ, Anacephalæosi 1. pag. 1.

Comite Portugalliæ. *Cæterum*, inquit, *caliginosa est eorum temporum Historia, cum maioribus nostris Maurorum bello intentis, impensior fuerit cura gladij, quàm calami, & illustria gerere, quàm scribere maluerint.* Vnde elegãter noster

a in limine Monastici Augustiniani

Cornel. Curti[a], Belga, Bruxell.[a] sic cecinit

Hactenus abstruso latuit benè clusus in antro
Noster Eremites, quasi vita cassus, & expers
Luminis Aetheret, melior scribenda patrare,
Et dare materiam calamis, prælumque mereri,
Quàm priscos legere Annales, aut condere fastos,
Venturoq; suas virtutes prodere sæclo. Hinc rerum nostrarum ingens obliuio, & non

b in præfatione additionũ ad librum Isidori de viris illustribus.

parua confusio; & vt cum Illefonso,[b] dixero, *post hunc*, (nempè Possidium, qui Augustini vitam luculenter scripsit) *in nostris partibus incuria cunctos inuasit: ita, vt quædam vetusta antiquitas operiret, & quàm plurima noua neglectus obliuionis absconderet.* Ex opposita verò cura in alijs religionibus rerũ notitia & gloria; vt dicere possimus

c lib. 18. de Ciuit. cap. 2.

quod de Atheniẽsibus Augustinus.[c] *Quia prouenere ibi scriptorum magna ingenia, per terrarum orbem Atheniensium facta pro maximis celebrantur.* Addo denique, quia vnus vel alius religionis chonograph[us], dũ scribit antiqua, nouiter errat, non ideò reliquis eiusdem religionis historicis fidem ademeris, neq; omnia falsa esse credideris. Quot sunt in Authoribus nouitijs rerum antiquarum Commenta, vel figmenta, siuè Italiæ, siuè Galliæ, siuè Hispaniæ, siuè omnium ordinum Chronographos legas? Nunquid ex eo alij serius scribentes habendi neglectui, eorumve relationes falsitatis damnandæ. Quis ita deliret?

22 Infringitur secundò.

Secundum est. Nicolaum ab Alexandria, quem à Critana refers allegari, nempe ex tractatu de origine ordinis Eremitarum, (an omninò fideliter referatur, siuè allegantem, siuè referentem spectem, anceps hæreo) omninò non noui, quamuis Romanum in Centurijs, Pamphilum in Chronica, & Crusenium in suo Monastico consuluerim. Suspicor esse authorẽ Recẽtem; fortè ille est, quem Constantius

d cap. 2. pag. 4

Laudiensis in vita S. Ioãnis Boni[d] *l'Alessandri* nominauit. Et licèt eius expresse

e de vita & laudibus D. Aug. lib. 6. cap. 3. fol. 165.

meminerit Ludouicus de Angelis.[e] Non tamen refert quo tempore vixerit. Vnde prudens suspicio est, eum esse ex recentioribus, & quidem authori nouitio de rebus pristinis tractanti, sinè ratione, quæ suadeat, sinè testimonio alterius antiquioris, qui referat, & fidem mereatur, credere non oportet. Quem testem vocet sui asserti Nicolaus, aut quam rationem afferat, vel omisit Critana, vel tu suppressisti, vel ille nullum adsciuit, & nullam adduxit. Quare de eius authoritate in hac parte parùm curandum. Neque ex eo fides testimonij Hẽriciani eliditur, aut eleuatur. Error confratris, & tempore posterioris me non reddit suspectum, neq; conuincit errãtem. Aliàs omnes Historiographi siuè Regnorum, siuè religionum in suspicionem venirẽt, & arguerentur erroris; vbicunq; enim reperies plures, qui in plurimis turpiter decepti, & oscitanter errantes, aliorum nomen inficerent, & gloriam macularent. Addo tamen B. Fr. Bandinum Priorem Illicetanum, clarum familiæ Scottorum per eadem tempora germen floruisse; si vera sunt, quæ in pulcherrima arbore Illicetana in lucẽ dedit F. Ambrosius Lãduccius Senensis, generalis visitator, & Prior Illicetan[us]. Ait enim sic. *Huius miraculi magnitudinem diuturna illustriq; Illicetani cœnobij gubernatione excrusit Anno M. CC. XX.* Cęterũ licèt tempora conueniant, non apparent conuenientia testimonia ad id determinatè asserendũ.

Tertium est. Etiamsi Henrici testimonium haberet in textu S. Franciscum à Priore S. Iacobi de Aquauiua licentiam obtinuisse ad vitam arctiorem assumendam; nõ ideò illius infringeretur authoritas; quia cum illo Nicolaus author nouitius, non cohæreret. Quis ita insaniat, vt ex defectu cohærentię inter duos Authores, vtrumq; mentiri, vel decipi sibi persuadeat? Ex Religione Seraphica alij referunt Illustrissimum Cardinalem D. Franciscum Ximenez de Cisneros Archiepiscopum Toletanum, Hispaniarum Primatem, & gubernatorem ingentem gloriam familiæ Frãciscanæ, de cuius Canonizatione nunc agitur, dedisse nomẽ militiæ Minorum in Conuentu Regio Toletano; alij in deuoto cœnobio B. Mariæ de la Salceda. Nũquid, quia ij Authores non cohærent, dicemus vtrosq; falli? Historici siuè Pontificum, siuè Regum, in quot rebus dissident? nunquid propter hoc affirmabimus omnia ea, in quibus non cohærent, esse falsa, & nulli ex illis præstabimus fidem, etiam antiquiori, doctiori, & minùs suspecto, & verosimiliùs loquenti? Nemo sanæ mentis id dixerit.

23 Eluitur tertiò.

Quartum & vltimum est. Quòd habetur, vel haberi admittitur in margine Hẽrici, & quod ex Nicolao refert Critana (si fortè in Nicolao, vt credi potest, non habetur, facultatem fuisse postulatam post-

24 Diluitur quartò.

instru-

inſtructionẽ vocis Euãgelicæ.) optimũ ſenſũ; habere poſſunt, nõ ita vt licentiã Franciſcus petierit à prioribus poſt Euãgeliũ auditũ, ſed multò antè; vt v. g. cũ in Conuentu Illicetano, vel S. Iacobi, rediens ex peregrinatione Romana, per aliquot dies fuiſſet commoratus, maioris perfectionis cupidus licentiam à Priore poſtulauerit, vt quærere poſſet vitam arctiorem. Exinde veniens in alterum Conuentum; ſiuè S. Iacobi, ſiuè Illicetanum, neq; inueniens quod quærebat, ad maiorẽ perfectionem anhelans, etiã petita à Priore facultate, in patriam repedauerit. Neq; hoc eſt alienũ ab ijs, quæ refert Antoninusᵃ dixiſſe B. Frãciſcum poſt Euangelium auditum, & à Presbytero ediculæ explicatum. *Gaudio repletus, ait,* (de Franciſco loquitur Antoninus) *Hoc eſt quod quæro, & totis præcordijs concupiſco.* Quærebat ergo perfectionem, quam tunc inuenit. Atq; adeò potuit inuiſere monaſteria Illiceti & S. Iacobi; quærens perfectiſſimũ vitæ genus, & perfectioris cupidus, à Prioribus licẽtiam extorquere, ad inquirendam vitam arctiorem, quam ſequeretur. Ex his videbis ex relatione Nicolai de Alexandria rectè, vel perperam allegata, teſtimoniũ B. Henrici non lædi, quamuis verba, quibus imputatur defectus cohærentiæ non haberentur in margine, ſed in textu. An autem de facto B. Frãciſcus facultatem ab hoc, vel ab illo Priore, vel ab vtroq; petierit, nec ne? dicamus cũ Antoninoᵇ vbi loquitur de morte Ioannis Cardinalis Cornetani. *Verum quamuis ſic quidam ſcripſerit, quia alij aliter dicunt, relinquatur iſtud iudicio Dei, qui omnia nouit, etiam antequam fiant.*

ᵃ 3. p. tit. 24. cap. 2. fol. 328. pag 2.

ᵇ 3. p. tit. 22. c. 11. §. 10. fol. 174. pag. 1.

25

Diluitur iterũ

Sic olim reſponderam ad ea, quæ contra teſtimonium Henrici obijciebantur. At nunc inuento tractatulo hoc Henrici in Bibliotheca Angelica conuentus Romani S. Auguſtini, in charta papiracea antiqua, in quarto charactere, nec valde antiquo, nec valde recenti, facilior via patet reſponſioni. Huius opuſculi hic eſt titulus. *Tractatus de origine S. Ordinis* concludit. *Explicit tractatus de inſtitutione ordinis fratrum Eremitarum S. Auguſtini.* Et in fine ſic *compilatus per Fr. Henricum de Alemania, ſacræ paginæ profeſſorem ordinis fratrum Eremitarũ S. Auguſtini, anno Domini M.CCCXXXIIII. Deo gratias, Amen.* In hoc ergo tractatu ſic habetur. *Tempore Innocentij Papæ III. fuit Fr. Ioannes, dictus de Cella; circa quod tempus B. Franciſcus, cum dictis fratribus habitauit: & quidam aſſerunt, quòd fuerit frater dicti ordinis in loco S. Iacobi de Aquauiua iuxtà Piſas; tandem petita licentia, & obtenta à Priore dicti loci, vt arctiorem vitam aſſumeret, dimiſſa Zona, & ſubtelaribus; ad nemus ſe ſolum tranſtulit.* Hæc B. F. Henricus circa quæ verba noto plura primũ eſt, Marquez omiſit ex teſtimonio Henrici aliqua verba; Critana appoſuit, & noua; & ſic illa immiſcuit, vt credi poſſet ea citari ex Henrico. Vterque rectiùs proceſſiſſet, ſi nec addendo, nec minuendo protuliſſet teſtimonium. Ad hùc tamen neuter caret excuſatione; ille, quia reliquit non neceſſaria; & hic, quia adiecit propria, explicans verba Henrici; in eo tamẽ inexcuſabilis eſt Critana, quod addidit, ea colligi ex vita B. Franciſci, & ibi quædam legi, quæ certè nemo ſcripſit. Non ſcripta autem legi non poſſunt. Secundum eſt. Henricus non affirmat B. Frãciſcum cõuixiſſe Fr. Ioanni, de Cella, quod nonnulli perperam aſſerunt; ſed temporibus Innocentij III. Et Fr. Ioannis de Cella, quod nonnulli perperam aſſerunt; eum habitaſſe cum dictis Fratribus, ſcilicet ordinis eremitarum Sãcti Auguſtini & in his verbis non tradit Auguſtinianum monachatum S. Franciſci. Aliud enim eſt nobiſcum habitare, & aliud profiteri noſtram religionem. Primùm aſſerit Henricus; ſecundum non exprimit. Conſtat tamen ex primò, Eremitas Auguſtinianos ante primam inſtitutionem ordinis Seraphici habuiſſe cœnobia, in quibus B. Franciſcus cum illis habitaret. Tertium eſt. Nõ aſſerit Henricus B. Frãciſcum fuiſſe fratrem noſtri ordinis in loco S. Iacobi; ſed nudè refert aſſertionem aliorum, neque approbans, neque improbans. Hoc enim habet, vt refert Marquez, *& vt quidam aſſerunt;* ſed, vt benè retulit Critana, *& quidam aſſerunt.* Hoc autem ſatis eſt, vt Bergomenſis nõ ſit primus aſſertor huius monachatus, cùm anno 1334. iam eſſent, qui id aſſerent; & in hoc ſenſu eam opinionem de monachatu Auguſtiniano S. Franciſci deinceps tribuemus Henrico, non vt aſſerenti, ſed vt referenti. Quartum eſt. In hoc tractatu bis tantùm, & breuiter attingitur aliquod diſcrimẽ inter Canonicos, & Eremitas. Primò, quia in iure communi appellantur, Canonici regulares; non verò, Canonici regulares S. Auguſtini; At Eremitæ in iure communi vocantur, Eremitæ S. Auguſtini. Secundò, quod regula data Canonicis, ſic incipit. *Hæc ſunt quæ, vt obſeruetis præcipimus.* Data verò Eremitis, ſic *Ante omnia fratres Chariſſimi &c.* & de diſcrimine

Notantur plura.

ſcrimine

ſermine inter Canonicos,& Eremitas nullum amplius verbum, & nihilominus Hugo Pardæus reſcripſit R.P. Vvadingo, ibi plurimũ agi, de differentia Canonicorum regularium ab Eremitis Auguſtinenſibus. Sextum eſt. Nec refert Enricus B.Frãciſcũ poſt depoſitam verbem ad nemus ſe contuliſſe;ſed obtenta licentia, vt dimiſſa Zona, & ſubtelaribus arctiorem vitam aſſumeret,ſe cõtuliſſe ad nemus.Sic enim habet. *Tandem petita licentia, & obtenta à priore dicti loci, vt arctiorem vitam aſſumeret dimiſſa Zona, & ſubtelaribus, ad nemus ſe ſolum tranſtulit.* Ex hoc autem facillimè ſoluitur ſexta obiectio in contrarium adducta, etiam ſi B. Franciſcus immediatè poſt veſtē depoſitam totus intenderit pœnitentiæ prædicandæ, & nouæ vitæ inſtituendæ. E fortè eodem modo explicanda ſunt ea, quæ ex Nicolao de Alexandria adducuntur, ſi perperam,vt credi poteſt à Critano,vel ab aduerſario allegantur. Addo in fine integrum teſtimonium, prout à nobis adductum eſt,verbatim haberi in prædicto tractatu,non in margine,neq;diuerſo,aut recentiori caractere; ſed in eodem corpore textus,eodem caractere, eadem manu,& eodem atramento; vt mirum ſit eam codice Pariſienſi haberi in margine, diuerſo,& recentiori caractere.

VLTIMI ARGVMENTI Solutio Exactior.

26 IN reſponſione vltimi argumenti paulisper, imò non parum hærendum. Duo enim attigiſti, quę peculiariter tedargui oporteat. Primùm eſt. Eremitas S.Guilelmi,quos Anno 1243. Innocent. IV. noluit ad vnionem reducere,degiſſe eo tempore ſub Regula S. Benedicti,& hoc quaſi notum Supponis; neq; teſtimonium profers; ſi clatum, & manifeſtum extaret, ni fallor,prolaturus. Secundum eſt. Omnes Eremitas Tuſciæ, quos Innocẽtius IV. ad vnionem vocauit, vixiſſe ante illũ ſub regula S.Benedicti. Agendum ergo nobis ſingillatim,de ſingulis.

PVNCTVM PRIMVM DE S. Guillermo, & eius ordine.

27 VEniamus ad primũ. De eo latè agit M. Marqz[a] Nos ex adductis ab ipſo nõ nulla,& ex iis,q̃ ſuperauerſit, fragmẽta colligentes, D. Guilelmum Ducem Aquitaniæ, & Comitem Pictauij fuiſse vere religioſum, &cuiuſdam ordinis, ſeu congregationis inſtitutorem; & tàm eum à principio ſuæ profeſſionis religioſæ, quã eius ſacram Religionem ſub Auguſtini regula cæleſtem egiſse militiam, ex teſtimoniis & authoritatibus per continuatam temporum ſeriem deductis, & ex indic is, & veſtigijs aliquibus contendemus oſtendere. *Falli poſſum, vt in multis.* (dicam cum Franciſco Petrarcha[b] *in eo certè non fallor; vel ſi fallor cum multis, longè que clariſſimis falli iuuat.*

[a] cap. 13. & ſ. ad 16. incluſiuè.

[b] In præfatione ad Socratē ante epiſtolas familiares.

Omnes ferè teſtes vocabimus exteros; relinquemus domeſticos, eos quę plurimos, præter Cardinalem Ægidium viterbienſem, ſui ſæculi prodigium; & Cardinalem Seripandum Concilij Tridentini præſidem; Ambroſium Coriolanum Auguſtiniani Ordinis generalem; Philippum Bergomenſem celebrem hiſtoricũ; Onuphrium Panuinium Hiſtoriarum patrem B.P. Alfonſũ de Oroſco Caroli V. & Philippi II. Eccleſiaſtem; & Conſtantiũ Laudenſem authorem vitæ S. Ioannis Boni. Neq; omnes, ſiuè noſtros, ſiuè Alienos, quos adducemus, vocabimus in teſtes omni exceptione maiores. Nouimus plurium fidem ſuſpectam ex admixtione nugarũ. Verùm ex tot authorum in id vnum conſpirãte concordia, communem conſenſum eliciemus, vt authores oppoſiti, vel credant multitudini noſtræ, vel erubeſcãt paucitati ſuæ;ſeu (vt Auguſtinus dixit[c]) *ſi non conſentiunt veritati noſtræ, erubeſcãt paucitati ſuæ.* 28

[c] ſerm. 6. de verbis Domini cap. 7.

Duas præcipuas propoſitiones continet noſtra ſententia prima eſt. B. Guillelmus Dux Aquitaniæ,& Comes Pictauij fuit verè, & propriè Religioſus, & inſtitutor cuiuſdam congregationis, nempe Eremitarum S.Guillelmi. Secũdà eſt. B. Guillelmus fuit religioſus ordinis Eremitarum S. Auguſtini,& fundator,ſeu inſtitutor cuiuſdã ordinis,ſeu congregationis Eremitarum, ſub regula Auguſtini; quæ poſtea appellata eſt, Eremitarum S. Guillelmi. Maioris autem charitatis gratia, duplicem hanc propoſitionem, duplici etiam difficultate excitata,& examinata, elucidauimus. 29 Propoſitiones quas continet ſententia authoris.

DIFFICVLTAS PRIMA.

Vtrum B. Guillelmus Dux Aquitanus, & Comes Pictauienſis fuerit Religioſus, & inſtitutor ordinis, ſeu congregationis Eremitarum S. Guillelmi.

§. I. RE-

31 **§. I. REFERUNTUR SENTENTIAE.**

Prima opinio a Tomo 4. de Religione tra ctatu 9. lib. 2. cap. 9. nu. 4.

PRima opinio est P. Francisci Suarez a qui docet non constare, quòd S. Guillelmus fuerit verè religiosus, fecerit professionem, seu vota substantialia religionis emiserit, imò potiùs videri, quòd fuerit Eremita Solitarius, seu Anachoreta.

Fundamentum.

Et fundamentum esse potest; quia nihil ampliùs constat ex vita eius per Theobaldum Episcopum scripta. Nec multùm distare videtur ab hac sententia Ranucius Picus b sic enim eius vitam refert, vt neq; affirmet, neque neget eum fuisse verè Religiosum, & potiùs inclinet in partem negatiuam.

b In additionibus ad vitas Principum, edita Parmae an. 1623. in vita S. Guillelmi

32 *Secunda opinio.*

Secunda opinio est Card. Baronij c vbi sic habet. *Haec, & alia sunt, quibus reddor vehementer suspectus de eiusmodi historia veritate, dubitans, ne plures Vuilhelmi per errorem in vnum confiati sint à recentioribus eius authoribus.* Fundamenta autem, quibus in hanc suspicionē adducitur, nec leuia sunt pondere, nec numero pauca, primū est. Quia Sugerius, Abbas S. Dionisij, author coaeuus, vltimam aegritudinē Ludouici Crassi describens anno 1136. sic ait. *Interea subsecuti sunt eum nuncij Vuilhelmi Ducis Aquitaniae denunciantes: eundem Ducem ad S. Iacobum peregre profectū in via demigrasse. Sed antequam iter aggrederetur, & etiam in itinere moriens filiam nobilissimam puellam, nomine Elionoram, eius filio desponsandam, totamque terram suam eidem retinendam, & deliberasse, & dimisisse.* Et in vita Ludouici Iunioris rursus sic inquit. *His diebus Vuilhelmus Dux Aquitaniae apud S. Iacobum iter arripuit, qui volente Deo, antequam ad terminum, ad quem sua peregrinationis accederet, peracta parte itineris expirauit, nullum virilis sexus in Ducatu Aquitaniae relinquens haeredem. Veruntamen duas filias habuit &c.*

c Tomo 12. Annaliū, anno 1136. nu. 24.

Primùm fundamentum.

33 Sugerio subscribunt Paulus Æmilius d multò ante illum Aimonius e, & Robertus author ferè coetaneus Guillelmo; qui f sic addit. *Comes Pictauensis Vuilhelmus ad Sanctum Iacobum in Galicia orationis causa proficiscitur, & in sexta feria Parasceues in Ecclesia Beati Iacobi moritur, & ante altare sepelitur.* Et quod magis est Iulianus Archipresbyter S. Iustae Toletanae, author eorumdem temporum, in chronico, quod apud me habeo M.S. ex Bibliotheca Exc. Comitis de Oliuares, sic ait. *Vt mihi retulit hoc anno* (loquitur de anno 1134.) *Comes Pictauorum Vuilhelmus (qui, hoc anno venit Compostellam ad inuisendum corpus S. Iacobi, vbi mortuus, & sepultus est) interuentu Guifredi Comitis Suessionensis Rex Adefonsus magnus dedit ei corpus S. Leocadiae Virg. & Mart. ciuis Toletanae, et patronae, quod allatum fuerat Toleto Ouetum. Comes verò detulit primo Atelatum, inde transtulit Suessionem, vbi rogatu precibusq; Guifredi pontificis Suessionensis Innocentius Papa II. illud ex vno loco ad honoratiorem transtulit cum alijs reliquijs. Inde trāslatum est ad Cellense monasterium cum corpore S. Sulpicij Episcopi & Confessoris, & ibi seruatur cum magna pietate.* Dux ergo Guillelmus non fuit religiosus, aut institutor ordinis Eremitarum S. Guillelmi, qui vsque ad annum 1156. vel 1157. superuixit; imò neq; fuit Eremita solitarius, aut Anachoreta.

Authores subscribentes Sugerio.

d lib. 5. suae historiae.

e lib. 5. de gestis Fracorum cap. 54. in fine.

f in additionibus ad Sigebertū sub anni 1137. lateculo.

Aduerto tamē circa hoc testimonium loco anni 1134. reponendum esse annum 1135. vel 1136. Quia ipse Iulianus hanc relationem constituit post coronationem Adefonsi Imperatoris Legione habitam. Haec autem contigit ann. 1135. sic enim ait Ioannes Mariana g *Legione in D. Mariae ecaeremonia peracta primum anno 1135. ipso Pentecostes festo die, vt eius aetatis scriptor ait, & acta eius conuentus declarāt.* Alloqutus ergo erit Iulianus Guillelmum ad finem an. 1135. vel in principio ann. 1136. & feria 6. hebdomadae sanctae obijt Compostellae, vel obijsse creditus est Guillelmus. Vnde idē Mariana h dixit de an. 1134. loquens. *Guillelmus hic post biennium Compostellae defunctus est, quo se contulerat religionis procurandae causa. Alionora filia natu maxima, eius iussu Ludouico Regi Galliae nuptiis cognomento Iuniori.* 34

Notatio.

g lib. 10. Historiae Hispanicae cap. 16.

h ibidē cap. 15

Secundum est. Quia si Guillelmus Dux Aquitaniae ea omnia egisset, quae referūtur in vita scripta per Theobaldum, credibile non est quòd rem adeò mirabilem, & insolitam omnes authores illius temporis silentio praeterijssent; praecipuè Sugerius, qui, vt ex Roberto i probat Baronius, deduxit suam historiam vsq; ad annum 1151. in quo obijt. Et si Guillelmus vsque ad id temporis viueret, debuisset retractare id, quod de eius morte priùs dixerat. 35

Secundū fundamentum.

i In appendice ad Sigebertum.

j Tomo 12. anno 1151. nu. 3

Tertium est. Quia, vt ex eodem Sugerio in Chronico probat Baronius vbi supra, anno 1151. Ludouicus iunior Alionoram filiam Guillelmi repudiauit. Quae nouitas vel ab alia vita reuocare Guillelmum debuisset, vt tātis malis mederetur. At nullus author meminit Guillelmi, dum enarrat repudium Alionorae. Ergo signum manifestum est, Guillelmum tunc temporis non vixisse. Atque adeò Guillelmus, cuius vitam vsque ad annum 1156. vel 36

Tertium fundamentum.

1157. deductā descripsit Teobaldus, debet esse diuersus à Duce Guillelmo patre Alionoræ. Et deniq; si viuebat, & reuersus erat in occidētē, quomodo prætermiss⁹ vt

37 Enadio. mortu⁹ ab omnib⁹ authorib⁹ illius tēporis? Neq; valet dicere cum Ioāne Bucheto a & Ranutio Pico supra citato, in vita S. Guillelmi, & M. Marquez b & Guillelmo Caualcantino c S. Guillelmū circa annum 1137. cùm Compostellę esset, re cum famulis composita, *Cùm iam* (sic habet Buchetus) *sexaginta esset annorum*, supposito feretro lapidibus onusto, mortē suā finxisse, & publicasse, id quod per decē & nouē annos latuit. Et ideò authores Galliæ Guillelmū tāquā anno 1136. defūctū retulerūt.

(a In Annalibus Aquitanicis impressis Parisijs anno 1537. pal. 3. cap 2. b lib. de origine ordinis Eremitarū S. Aug. cap. 13. 9. 8. pag. 222. c in vita S. Guillelmi ca. 14. pag. 31.)

38 Infringitur primò. Hoc inquā non valet primò quia quomodo id potuisset ignorare Theobaldus, qui & primordia conuersionis eiusdem se accepisse testatur à Guillelmi discipulis & tamen verbum nullum habet de simulatione mortis. Secundò quia Annales Aquitanici supponūt Guillelmum circa annum 1137. vel agere, vel habere 60. annos. Hoc autē difficile est creditu; tū quia Guillelmus Caualcantinus, & Ranucius Picus in vita huius sancti, tradūt Guillelmū natū fuisse anno 1100. tum quia post cōuersionem Guillelmi, nec paruo tempore elapso, refert Theobaldus in vita, cognatos & notos Guillelmi volentes eum à Hierosolymis extrahere, dixisse ad illum d *Fruere creaturis, quæ sunt, antequam senescas*. Et in ea tentatione, in qua illi dæmon sub larnata similitudine patris sui apparuit, dicebat ad illum e *Nec florēs ætas te monet, aut pietas?* & primus solitarius, ad quem accessit, sic ad illum aiebat f *Define tu tuneuss senem lacessere*. Non ergo erat Guillelmus annorū sexaginta anno 1136. vel 1137. cùm mortem finxisse refertur. Et hinc, ni fallor, existimo falli eos, qui credunt nostrum Guillelmum profectum in expeditionem terræ sanctæ circa an. 1100. id potiùs tribuendum Guillelmo eius patri. Id quod antè nos vidit Polydorus Virgilius g & obseruauit Ranucius Picus in vita S. Guillelmi. Tertiò Quia quomodo credi potest rem tam raram, tam miram, saltem quando post decem & nouem annos innotuit, à nullo historico Galliæ per ea tēpora narrari? Quartò quia neq; hoc potuit latere per decem & noue annos; quia in vita per Theobaldū scripta cap. 11. dicitur Guillelmus accessisse ad pedes Eugenij III. in concilio Remensi, atq; adeò anno 1148. pro penitentia salutari; & Pontifex remisit illum ad Patriarchā Hierosolymitanum. Iam ergo tunc constitit de eius vita. Quomodo igitur authores, qui successus illius concilij enarrant, nec verbum de Guillelmi vita agunt? Præsertim, cùm adesset ibi B. Bernardus, cuius ministerio Deus Guillelmum ab immani præcipitio reuocarat.

(Secundò. d cap. 15. e cap. 19. f cap. 8. Pater D. Guillelmi profectus est in expeditionem terræ sanctæ. g lib. 13. Historiæ Anglicanæ pag. 212. Tertiò. Quartò.)

§. II. B. GVILLELMVS FVIT VERE, ET propriè religiosus, & instit. congreg. Guillelm.

Fateor ingenuè. Veritas huius historiæ difficillimos nodos patitur, & qui nō tàm possint solui, quàm incidi. Conabimur tamen pro captu nostro veritatem aperire. Pro cuius explicatione suppono 39 primò Guillelmum authorem congregationis Eremitarum S. Guillelmi, non fuisse Guillelmum Parisiensem; quòd ei à nonnullis tribui docet R. D. Gabriel Pēnotus h & si inquiras qui sint hi authores, quia nullū videris vnquam in tàm apertū errorem labi? Respondet esse Bernardum de Bargas, & Fasciculum temporum relatos à Marquez; & præterea Augustinum Ticinēsem, & quosdam alios. Fateor eam fuisse mentem Augustini Ticinensis ex illustrissima congregatione Canonicorū Reg. Later. Si idem sit fuisse authorem Eremitarum S. Guillelmi, atq; fuisse institutorem Eremitarum S. Augustini; quam identitatem D. Pēnotus modò adstruit, modò destruit. Difficile construuntur ædificia, quæ nullo innituntur fundamento. Assertum Ticinensis i hoc est. *Ordo Augustinensium Eremitarum, qui & ipsi dicuntur Mendicantes, tempore Innocētij III. à quodam Guillelmo sancto viro Parisiensi initium habuit anno salutis* 1264. (in Margine verò. MCLXXXXIV.) *Hic autem ordo postea sub Gregorio IX. videtur fuisse confirmatus, & approbatus*. In eumdem lapidem impegit Paulus langius Cignæus, monachus Bozauiēsis l vbi agens de Eremitis S. Aug. sic ait m *Origo vera dictorum fratrum Eremitarum fuit anno Domini* 1204. *à quodam Vuillelmo Parisiensi scholari, qui cum magno feruore ad eremum profectus est, & ibi mul tos Discipulos, & Eremitas congregauit*. Hęc hi authores, errātes tamē, de Augustinianis; de Guillelmitis, sub hac denominatione, nec verbū. Sed dixerint. Cæterū Marquez nō tribuit Bernardo de Vargas, nec tribuit nec tribuere posset fasciculo tēporū, quæ asserit Pēnotus cū oppositū afferat cuidēter. Ostēdamus singula. In primis, Marquez 40 sic ait. *Hàc ergo imaginationē vt cōuictā relinquamus, & trāseam⁹ ad aliā Bernardi de Bargas, & Fasciculi tēporū, qui audent dicere fundatorē fratrū*

(Prima suppositio. Guillelmus auctor congregationis Eremitarum S. Guillelmi nō fuit Guillelmus Parisiensis. h lib. 1. suæ historiæ tripartitæ cap. 46. num. 5. pag. 146. i in Elucidario Christianarū religionum, Brixiæ editum an. 1511 parte 1. fol. 58 pag. 1. l in Chronico Citizensi ab an. 968. vsq; ad 1515. m pag. 810. Reijcitur, & cōuincitur ven notat.)

Eremitarū S. Augustini fuisse Guillelmum Parisiensem. Non ergo Marquez illis tribuit quod asseruerint Guillelmum Parisiēsem fuisse authorē Guillelmitarum; neq;enim eadem fuit apud Marquez congregatio Eremitarum S. Augustini cum congregatione Eremitarum S. Guillelmi. Deinde, neq; id vllo modo tribui potest Fasciculo temporū. Vidimus illum antiquæ impressionis, deductum vsq; ad annum 1484. in bibliotheca Minimorum Matritensium; qui [a] sic ait. *Item Guillelmus eremita sanctissimus circa hæc tempora claruit. Qui olim Dux Aquitaniæ fuit, & Comes Pictauensis. Hic primum totus discolus fuit. Ad quem cùm B. Bernardus, vt eum reconciliaret, directus fuisset, & ille modis omnibus reconciliari renueret; vir Dei ad altare celebraturus accessit, ipso Duce tāquam excommunicato præ foribus expectante. Cùm autem, Pax domini &c. dixit, corpus dominicum super patenam ponit, & secum tollit; atq; ignea facie, & flammeis oculis foras egreditur, dicens ad Ducem: Rogauimus te, inquit, & preuisisti nos. ecce ad te processit virginis filius, qui est dominus Ecclesiæ, quem tu persequeris &c. Statimq; velut alter Paulus tremēs cecidit. Qui postlorica super nudo vestitur.* [b] sic inquit: *ordo Guillelmitarum à S. Guillelmo eremita, olim duce Aquilegiensi* (legendum, Aquitaniensi) *nomen, & ordinē traxit. cius discipulus* [c] *fuit S. Albertus, qui ordinē istū educauit.* [c] *Guillelmus Parisiensis incapit ordinem Augustinensium, qui dicuntur Mendicantes.* At in hoc fortè errauit impressor, & apposuit, *Mēdicantes*, cū deberet apponere, *vallisscholares*. Hic enim Guillelmus Parisiensis ordinem vallisscholarium instituit, vt ostendimus.[d] Quod etiam vidit Pennotus, [e] dum ait. *Et fortè, si diuinare liceret, ordo à Guillelmo Scholari Parisiensi institutus, non est ille, de quo loquimur; sed ordo Vallisscolarium nuncupatus, quem quidā Guillelmus Parisiensis scolaris cum alijs tribus socijs sub regula B. Augustini fundauit apud Parisium sub Innocentio III. quem postea Honorius III. confirmauit. Ex Renato Chopino in Monastico tit. 1. art. 13.* Hæc ille. Luce ergo meridiana clariùs est, Fasciculum temporum nō assignare Guillelmum Parisiensem, sed Guillelmū Ducem Aquitaniæ, pro institutore Guillelmitarū; neq; Marquez hoc illi tribuisse; quidquid perperam referat Pennotus, minùs fidelis quàm par erat in allegādis, vel minùs perspicax in penetrandis testimonijs, quę pro nobis, aut contra nos adducuntur.

4 1 Probatur suppositio.

His ergo reiectis & conuictis, demonstro authorem Guillelmitarum non fuisse Guillermum Parisiensem. Quoniam, vel hoc affirmatur de Guillelmo episcopo Parisiensi; vel de Guillelmo scholari Parisiensi. Non primum; quia ibidem fatetur Pennotus Guillelmum episcopum Parisiensem circa annū salutis 1240. multis annis post institutum ordinem Guillelmitarum vixisse; & ex Claudio Roberto constat [f] Guillelmum I. episcopum Parisiensem non peruenisse ad annum 1105: Guillelmū verò secundum vulgo dictum Antisiodorensem, electum fuisse circa annum 1220. & defunctum ante annum 1227. Guillermum verò Tertiū vulgo dictum Parisiensem suæ ecclesię præsedisse ab anno 1228. vsq; ad annum 1248. Neq; secundum dici potest. Primò; Quia etiam vixit circa annum 1204. vt patet ex Fasciculo temporū vbi supra, [g] & ex omnibus probatis authoribus, qui de illo loquūtur; quorū aliquos retulimus supra, atq; adeò floruit pluribus annis post institutum ordinem Guillelmitarum. Secundò, quia Guillelmus Scholaris Parisiensis instituit ordinem Vallischolarium, vt omnes authores asserunt. Hic autem longè diuersus est ab ordine Eremitarum S. Guillelmi, tum ex titulo, tum ex fine; institutus enim est præcipuè studiorum causa. Vnde Humbertus de Romanis, ordinis Prædicatorum Generalis Magister, in libris de Erudirione Prædicatorum, quos (teste P. Francisco Diago, dominicano, Historico diligente, qualificatore sanctæ Inquisitionis, & lectore ecclesiæ Barchinonensis, in eius vita, ad principium eius operis affixa) edidit paulò post annum 1255: [h] ait [i] *ipsi supra regulam addiderūt, vel pulchras rimas obseruantias, vt Præmonstratenses; vel studium, vt fratres de Vallescolariū &c.; Et hoc multùm pertinet ad religiosos, qui à scholis, & à valle humilitatis nomen traxerunt.* Tertiò, & efficacius; quia Guillelmus Scholaris Parisiensis non est inter diuos adscriptus, & tamē fundator ordinis, seu Cōgregationis Guillelmitarum, iam à quadringētis annis Beatorum, vel sanctorum cathalogo adnumeratus est: semper enim summi Pontifices illum appellant *S. Guillelmum*, vt patet ex diuersis Bullis Innocentij, Alexandri, & Clementis IV. quas adducit M. Marquez [k] & ex sententia Leonis Episc. Ratisponensis data anno 1263. apud eundem Marquez [l] & ex pluribus alijs Pontificum Bullis, quas nos de nouo in sequentibus proferemus in lucem. Et ex hoc vltimo fundamento etiā constat euidenter Guillermum

[a] Ætate 6. fol. 97. pag. 1. sub anno 1154.

[b] & fol. 78. pag. 1. sub anno 1174.

[c] & fol. 709. pag. 21. sub anno 1204.

[d] in respōsione ad numerum 9. §. 2.

[e] lib. 1. cap. 46. §. 4. pag. 148.

[f] in sua Gallia Christiana cathalogo præsulum Parisiensium pag. 102. 107. & 108.

[g] in responsione ad numerum 9. §. 2.

[h] lib. 2. cap. 10 pag. 123.

[i] & cap. 32. pag. 125.

[k] cap. 3. §. 3. pagina 24. & cap. 4. §. 1. pag. 19. & §. 9. pag. 50. & cap. 13. §. 13. pag. 232. & §. 14. pag. 234. & 236.

[l] eodem cap. 13. §. 15. pag. 240.

lermum episcopum Parisiensem, vtpotè non Canonizatum, aut Beatificatum, non fuisse authorem Congregationis Eremitarũ S. Guillelmi. Alius ergo illius author erit inquirendus.

42 Suppono secundò, authorem vitæ D. Guillelmi (quæ extat apud Surium [a]) eremitę sanctissimi, qui obijt in stabulo Rhodis, cuius festiuitas in Calendario Romano assignatur die 10. Februarij, fuisse Theobaldum episcopum, *virum* (vt habet Surius [b]) *doctrina & sanctitate conspicuum.* Cuius autem ecclesiæ fuerit episcopus, omninò incertum. Quòd enim nonnulli sentiunt eum fuisse Archiepiscopũ Cantuariensem, difficillimum est. Quoniam Polidorus Virgilius, rerum Anglicarum diligens scriptor, cùm in sua historia Anglicana per ordinem primi, secundi, & tertij &c. omnes Archiepiscopos Cãtuarienses enumerauerit, vnius tantùm Theobaldi meminit, qui prædecessor fuit B. Thomæ martyris, qui obijt die 29. Decembris anno 1171. Theobaldus autem ex Abbate Beccensi factus Archiepiscopus, vt refert Claudius Robertus [c] obijt anno 1163. Author verò vitę S. Guillelmi ad aliquos amplius annos vitam protraxit, vt ex ijs, quæ refert, constat manifestè. Sãpson Haius [d] existimat eum fuisse episcopum Grossetanum, in cuius diœcesi erat stabulum Rhodis. Faciliùs crediderim hunc Theobaldum in Gallia fuisse episcopũ, quem homines Galli, Prior Prouincialis Franciæ, & alij fratres rogauerint, vt vitam D. Guillelmi politiori stilo describeret. Floruerũt autem in Gallia eo tempore plures episcopi Theobaldi, vt ex Claudio Roberto habemus, [e] in episcopatu n. Siluanectensi post Petrũ, qui viuebat ann. 1146. præfuit Theobaldus, cui successerunt Almaricus & Hẽricus, qui mortuus est 9. Cal. Martij an. 1184. in episcopatu Viuernẽsi fuit episcopus 55. Theobaldus de Patiẽua, qui interfuit concilio Lateranẽsi sub Alexandro III. anno 1179. & ædificauit Cartusiam Apponiacum anno 1185. in episcopatu Corisopitensi episcopus 23. numeratur Thebaudus, vel Theobaldus, qui præerat anno 1185. & fato functus est anno 1191. in episcopatu denique Ambianensi episcopus 41. recensetur Theobaldus ab anno 1170. ad annum 1204. in quo animam egit, iacetque sepultus apud S. Martinum de Gemellis tumulo æneo. Et certè, si liceret diuinare, arbitrarer nostrũ Theobaldum fuisse vel episcopum Niuernensem, vel Ambianensem; quia de illis sunt omnia clariora, & supputationi temporum congruentiora.

Secunda suppositio.

[a] tomo 1. die 10. Februarij.

[b] in tit. prologi prædictæ vitæ.

Theobaldus episcopus vir doctrina & sãctitate conspicuus fuit auctor vitæ S. Guillelmi.

[c] in pri. parte Appẽdicis ad Galliam Christianã pag. 31.

[d] in libro de veritate vitæ & ordinis S. Guillelmi.

[e] in sua Gallia Christiana pag. 471. 431. 316. & 225.

43 Quicunq; tamẽ fuerit Episcopus Theobaldus, siue Anglus, siue Gallus, author est satis antiquus, & ferè coæuus Guillelmo, & pręterea indubitatę fidei. Quod ad eius antiquitatem spectat, cõstat. Primò illum non edidisse vitam D. Guillelmi ante annum 1164. Quia cap. 2. agens de D. Bernardo Abbate Claræuallensi, sic ait. *Quinimò Sanctorum cathalogo annumeratur:* Bernardus autem ab Alexandro III. anno 1164. 16. Cal. Februar. inter cælites fuit adscriptus. Et ex hoc conuinces Theobaldũ Archiepiscopum Cantuariensem, qui anno 1163. obijt, non esse authorem huius vitę. Constat secundò, vitam hãc fuisse editam à Theobaldo ante annũ 1206. Quoniam nõ meminit Canonizationis D. Guillelmi; quem Guillelmus Caualcantinus, Florentinus, in vita D. Guillelmi [f] tradit sanctorum numero fuisse additum ab Innocentio III. anno VIII. sui Põtificatus, & Christi 1202. die 8. Maij. Error tamen est in assignatione annorum Christi, & Pontificatus Innocentij. Cùm enim hic electus fuerit 6. idus Ianuarij anno 1198. dicendum est, quod die 8. Maij, anni 1202. tantũ currebat annus 5. Pontificatus. Vel si currebat annus 8. Pontificatus, dicendum est annum Christi esse, non 1202. sed 1205. Theobaldus igitur, qui non meminit Canonizationis D. Guillelmi, nõ scripsit post annum 1205. Quis enim credat id ab illo omittendum, præcipuè cùm meminerit Canonizationis D. Bernardi, cuius vitam non describebat? Quo autem determinato tempore Theobaldus scripserit, me latet. Quod enim M. Marquez [g] refert Theobaldum cap. 31. asserere se eam vitam scribere anno 23. à morte Guillelmi, non habetur in Surio, quem ego vidi, impressionis Coloniensis anni 1576. in qua vita D. Guillelmi comprehenditur triginta tantũ capitulis. Si autem id haberetur in Theobaldo, fatẽdum esset scriptam ab illo Guillelmi vitam anno 1160. Paulò magis, aut minùs; & cõsequenter non potuisse scribi à Theobaldo Archiepiscopo Cãtuariensi, qui multò antea excessit, & viuis.

Theobaldus author vitę S. Guillelmi, author satis antiquus & ferè D. Guillelmo coæuus.

Theobaldus episcopus Cãtuariensis nõ est author vitæ S. Guillelmi.

[f] cap. 35. fol. 76.

[g] cap. 13. §. 10. pag. 116.

44 Hæc est Theobaldi antiquitas. Quòd verò ad eius fidẽ attinet; liquet eum meruisse fidem indubiam. Primò quia cautus erat in affirmando ea, quæ certò non nouerat. Vnde cùm consideraret cap. 14. quibus fauoribus Deus Guillelmum Hiero-

Theobaldus author vitę S. Guillelmi indubiam meretur fidem.

rosolymis arctissimam pœnitẽtiam agentem consolaretur, sic subdidit. *Sed inde coniecturas sequi nõ audemus, qui certitudinem non habemus. Nam ante nos nullus vnquam in vita eius hoc digessit. Ipse etiam pater Sanctus non edidit, discipulorum nullus interrogauit. Perfringentes ergo stilum ad certiora veniamus.* Secũdò quia cùm sit author ferè coętaneus, viram etiã scripsit ex relationibus B. Alberti, & Petri Prioris de Montepruno, qui viderant, & audierant. Sic enim ait in prologo. *Inter quos præcipuus S. Albertus, viri Dei protodiscipulus, & primitiæ frugum eius, aliqua in parte digessit, benè quidem, & luculento satis stilo &c.* & cap. 22. *ipso* (scilicet B. Alberto) *referente, de vita, & miraculis P. Vuilhelmi multa cognouimus, quæ præsenti opusculo inserere dignum duximus. Quæ tantò à nobis fide indubitata tenenda sunt, quantò ab eo, qui vidit, & audiuit, diligentiùs sunt relata, & infra. Verba igitur B. Vuilhelmi huiusmodi fuerunt, sicut prædicti retulerunt eius discipuli, B. Albertus, & Prior montis de Pruno venerabilis Petrus, qui oculis suis gesta eius viderunt, & auribus Sermonibus audierunt.* Vnde stãdum nobis erit relationi Episcopi Theobaldi, qui ferè coæuus ex relationibus discipulorũ Guillelmi rem ex professo tractauit, prę omnibus alijs, qui illam quasi per transennam attigerunt.

45 Suppono tertiò. Guillelmum, siuè Vuilhelmũ, de quo agimus, fuisse filium Guillelmi Comitis Pictauiensis, qui in terram sanctam profectus est anno 1101. simul cum alio Guillelmo Duce Aquitano, vt tradit Guillelmus Tirius a, vnde colliges nostrum Guillelmum ab hoc duplici Guillelmo titulo hæreditariæ successionis habuisse Comitatum Pictauiensem, & Ducatum Aquitaniensem. Erat autem Guillelmus tantæ nobilitatis & potentiæ, quòd cùm prædictus Guillelmus Tirius b retulisset, simul cum eo in bellum sacrum transfretasse Guillelmum Ducem Aquitanum, Stephanum Comitem Carnotensem & Bleiensem, Stephanum Comitem Burgundiæ, & Raimundum Tolosæ, & S. Ægidij comitem; subiunxerit c Tancredum principem Antiochiæ ampliùs honorasse Guillelmum Comitem Pictauiensem, quam alios, *quia nobilior, & potentior erat cæteris.* Quin imò d refert Fulconem filium secundum Fulconis Com. Turonensis & Andegauensis, & postea regẽ 3. Hierosolymitanũ, quondam egisse Pincernã in domo Guillelmi Com. Pictauiẽsis. Hic Guillelmi pater, qui & ab aliquibus dux

Suppositio tertia.
D. Guillelm⁹ fuit fili⁹ Guillelmi Comitis Pictauiensis, qui in terram sanctam profectus est.
a lib. 10. de bello sacro c. 12.
Quantę nobilitatis & potẽtiæ erat Guillelmus.
b cap. 12.
c cap. 13.
d lib. 14. cap. 12.

Aquitanus nominatur; quia mortuo alio Guillelmo duce Aquitano, Ducatum Aquitaniensẽ Comitatui Pictauiensi coniunxit. Eius verò mater (vt plures tradunt.) fuit filia Comitis Tolosatis. Audiam⁹ Polidorum virgiliũ e anno 1155. vbi ait *Cùm Guillelmus Aquitanorum Dux, auus paternus Alionora* (scilicet Reginæ Angliæ.) *in matrimonium duxisset vnicam filiam & heredem Tolosatiũ Comites, (nomen Comitis pariter atq; puellæ non ponitur quòd sciam) & per idem temporis iturus ad Hierosolymitanum bellum obeundum, eum Comitatum Raimundo Fani Aegidij Comiti oppigneraßet; ac eo inde mortuo Guillelmus eius filius, Pater Alionoræ, seu ob inopiam, seu rerum suarum negligens, eum principatum non redemisset; Comes ipse Fani Aegidij illum vetustate possessionis suum fecit, atq; de in moriens Raimundo filio posidendũ reliquit.* Quod autem Polidorus nomẽ filię Comitis Tolosatium ignorauit, alij nouerunt; an verè, non noui. Guillelmus Caualcantinus Florentinus, & Ranucius Picus Parmensis in vita S. Guillelmi tradiderunt eã fuisse appellatam Ioannam, ortamq; ex regia familia Lusignana. At Pontus Heuterus Delfius f. narrat, Guillelmũ patrem Guillelmi duas sibi vxores copulasse, Gilbonã Normandicam, & filiam Comitis Tolosatis; & ex prima genuisse Guillelmum, Raimũdum, à quo Guillelmus comitatũ Pictauiensem hæreditario iure obtinuit propter eius immaturam mortem, & Henricum, acerbo etiam funere sublatum; at ex secũda habuisse Hugonem Aidomõdum. Verum hæc inquirere, & exquirere accuratius, non est nostri muneris. dubium autem & difficile est, quòd asseritur de Comitatu Pictauiensi, quia Guillelmus illum possedit etiam Raimundo fratre viuente, cùm obierit anno 1148.

Mater D. Guillelmi secundũ plures fuit filia Comitis Tolosatis.
e lib 3. historiæ Anglicanæ pag. 212.
f in historia rerũ Burgundiæ edita anñ 1583.

Habuit Guillelmus nonnullos fratres, ex quibus hos nouimus; Raimundũ, Henricum, & Agnetem. Raimũdus fuit princeps Antiochenus; qui cùm esset in curia regis Angliæ, & haberet Guillelmũ, vt tradit Tirius g fratrem natu maximum, Comitem Aquitaniæ, duxit vxorem Cõstantiam, vnicam hæredem principatus Antiochiæ: vt enim testatur idẽ Tirius h Boamundus princeps Tarẽtinus, frater Guillelmi ducis Apuliæ, filij Roberti Guiscardi fratris Rogerij Comitis Siciliæ, duxit Cõstantiã filia Philippi regis Gallię. Ex hoc matrimonio natus est Boamundus princeps Antiochiæ, qui vxorẽ habuit Halim, filiam Baldoini 2. regis Hierosolymitani. 46

Qui fuere fratres D. Guillelmi.
g lib. 14. cap. 9.
h lib. 13. cap. 21.

Hi ge-

Hi genuerunt Constantiam vnicam principatus hæredem, & vxorem Raimundi, fratris nostri Guillelmi. Ex hoc Raimundi & Constantię coniungio nati Boamundus, Maria, & Philippa. Boamundus (vt refert. Tirius [a]) duxit Theodoram ex fratre, vel sorore nepotem Emanuelis imperatoris Constantinopolitani. Maria (vt habet Tirius [b]) nupsit Emanueli imperatori Constantinopolitano, qui ex illa genuit Alexium imperatorem maritum Agnetis filiæ Ludouici regis Galliæ. Philippa (teste codē Tirio [c]) nupta fuit Andronico consanguineo Imperatoris Constantinopolitani; & ab illo passa repudium, iterū Henfredo de Torrone, vexillifero maiori Hierosolymitano. Raimundus denique pater Boamundi, Mariæ, & Philippæ, (vt refert Tirius [d]) à Norādino victus, infeliciter obijt die 17. Iunij anno 1148. Quo mortuo, eius vxor Constantia (apud Tirium [e]) matrimonium inijt cum Rainaldo de Castellione, priuato milite. Henricus frater alter Guillelmi, is est, de quo refert Tirius [f] Raimūdum Principem Antiochiæ inito fœdere se obligasse ad hoc quod frater suus Henric⁹ Hierosolymam veniret, ducturus Halim, filiam regis Balduini, & matrem Constantiæ vxoris suæ. Agnes verò, Guillelmi soror, Regina fuit Aragonię. Ramiro enim, ex monacho Bedictino & episcopo, Aragoniæ regi (vt testatur Ioannes Mariana [g]) Agnes Guillelmi Comitis Pictauorum, & Aquitaniæ principis soror connubio iuncta. Ex quo coniugio Hispaniarum reges descendunt.

a lib. 11. cap. 24. & 0.
b lib. 18. cap. 34.
c lib. 21. cap. 15.
d lib. 17. cap. 9.
e lib. 17. cap. 26.
f lib. 14. cap. 20.
g anno 1134. lib. 10. de rebus Hispaniæ cap. 15.

47 Vxorem videtur habuisse Guillelmus Hermingendam, Fulconis 3. Regis Hierosolymitani sororem, qui regnum obtinuit die 19. Augusti, anno 1131. vt enim tradit Guillelmus Tirius [h] Hermingerda soror Fulconis 3. nupsit Guillelmo Comiti Pictauiensi; & ab illo repudiata, iterum Britanno. An ex hac Hermingerda ante repudium genuerit filias suas, incertum. At certissimum est, siuè ex Hermingerda, siuè ex alia genuisse duas filias (vt constat ex eius testamento apud Marq. [i] & Baroniū [k] qui illud ex commentarijs historicis Gallica lingua anno 1581. editis à Ioanne Haiano Pictauiensi transcripsit) Alionoram nempe, & Petronillam. Hæc, natu minor, hæres fuit possessionum & castellorum, quæ in Burgūdia, vt proles Gerardi ducis Burgundiæ Guillelmus possidebat; ex caque Reges Nauarræ quondam descenderūt. Alionora verò, natu maior, hæres Comitatus Pictauiæ, & ducatus Aquitaniæ, primùm nupsit Ludouico iuniori Regi Galliæ; & matrimonio prætextu consanguinitatis dissoluto, Hērico Comiti Normanno, postea Regi Angliæ; ex quo mater plurium liberorum effecta, Regum nostrorum ascendentes protulit. De hoc ergo Guillelmo, imperatoribus, Regibus, & principibus consanguinitate, & affinitatibus coniuncto, inquirimus, vtrum fuerit Religiosus, & institutor Eremitarum S. Guillelmi?

Quæ fuerit vxor Guillelmi.
h lib. 14. de bello sacro cap. 22.
i cap. 13. §. 7. pag. 220
k Tomo. 12. anno 1136. 0. 26.

48 His positis, sit prima propositio contra Baronium. Guillelmus, dux Aquitaniæ, & Comes Pictauiæ, post annos aliquos iuuentutis in militia transactos, in desertum se recipiens vitam sanctissimam egit. Hæc est constans authorum assertio, ferè solo exceptò Baronio, qui de hac veritate suspectus mansit. Eam tradidere omnes authores, quos difficultate 2. referemus, qui censent B. Guillelmum authorem ordinis Guillelmitarū, instituisse illum sub regula Augustini, vel Benedicti, vel sinè vlla regula, sed tantùm sub institutionibus proprijs. Præterea, Franciscus Petrarcha, qui floruit circa annum 1340. [l] sic ait. *Hic cùm ætatis florem cùm terrenæ militiæ dedicasset, in deserto senescere maluit; & mori vltimis vitæ fructibus calesti militiæ dedicatis.* Tritbemius, qui *claruit circa annū 1490.* [m] sic habet. *His temporibus claruit S. Vuilhelmus ex Comite Pictauiensi eremita nominatissimus, qui loricam ad nudam carnem portauit, & in maxima abstinentia corpus suum macerauit, miraculis multis gloriosus.* Idem sentiunt Ioannes Raulinus [n] Meierus [o] Ranucius Picus [p] Gabriel Fiama Can. Reg. Lateran. [q] vbi vitā S. Guillelmi scriptam à Theobaldo, nulla tamen eius facta mentione, in compendium redegit. & quòd magis est, ipse Cardin. Baronius hoc tradidit non solùm in Martyrologio Romano, vbi id manifestè docuit, sed etiam in Annalibus, [r] vbi cùm adduxisset epistolam 128. D. Bernardi ad Guillelmum Pictauiensem Comitē & ducem Aquitaniæ, exhortantis illum ad pænitentiam, sic subiunxit, *Hæc Bernardus. Nec quidem frustra, siquidem idem princeps verè pænitens austerissimum vitæ genus arripuit, & Christiana perfectionis verticem summum attigit, vt ea, quæ de ipso suis dicturi sumus locis, infertùs demonstrabunt.* Et tandem quòd omne dubium eliminare debebat, expressè, & ex professo rem hanc confirmat episcopus Theobaldus, testis omni exceptione maior, in vita S. Guillelmi, per totam. [s]

Status quæstionis.
Prima propositio.
Guillelm⁹ dux Aquitaniæ & comes Pictauiæ post ann. aliquos iuuentutis in militia transactos in deserto vitam sanctissimam duxit.
l lib. 2. de vita solitaria tract. 3. cap. 13.
m in chronico Hirsaugiē. sub Arnoldo Abbate 16. electo anno 1524. cal. Februar. pag. 241.
n 1. p. sanctoralis ser. 87.
o in annalibus Flandriæ anno 1202.
p In vita S. Guillelmi.
q tomo. 1. lib. 2 fol 181. à pag. 2.
r codē tomo. 12. anno 1135. nu. 6.
s apud Surium tomo 1. die 10 Februarij.

49 Secunda propositio contra Card. Baronium,&Franciscum Suarinm;est Guillelmus Comes Pictauiæ, & Dux Aquitaniæ fuit verè religiosus, & institutor ordinis Guillelmitarum. In hac propositione conueniunt ferè omnes authores citati pro prima;& præter illos, D.Gabriel Pennotus a hanc sententiam existimat probabiliorem, & Petrus Opmeerus b sic habet. *Guillelmus Dux Aquitaniæ penitentiam habens schismatis à se suscitati, austeram vitam procul ab hominum consortio vixit. Cùmque hoc anno mortuus esset 4. idus February, multi vitæ eius institutum sequētes Guillelmitarum ordinem instituerunt, approbante eum Alexādro III. Pontifice.* ecce vbi initia religionis Guillelmitarū tribuit D. Guillelmo Aquitaniæ Duci, cuius institutum non sequerentur alij, nisi ab illo ;& ab eius discipulis, Alberto, Petro,& Reginaldo edocti Gregorius Lōbardelli Dominicanus c, vbi refert Galganum inuisisse familiam religiosorum *à S. Guillelmo institutam, vbi intellexerat fieri mirabilem fructum in vita spirituali*,cumq; ab illis in suam societatem admissum; quia multò antea certi erant de stabilitate Galgani.dum autem refert prelatum illius societatis tunc fuisse Guillemum; si vera est historia,nō de S.Guillelmo est accipiēdū, cùm is obierit an. 1156. quādo Galganus tantùm habebat 8.annos; sed de alio viro sancto ordinis Eremitarum S. Guillelmi; qui appellaretur etiā Guillelmus. denique Pōtus Heuter⁹ Delfius d sic ait. *Guillelmus 3. Aquitaniæ dux, Comes Pictorū cùm filias tantùm duas genuisset, monasticum amplexus ordinem, cond.to testamento voluit Leonoram filiam natu maiorem nubere Ludouico iuniori filio natu maximo Ludouici Crassi Francorum regis, eiq; in dotem adferre Aquitaniā ac Pictauos; filiam verò alteram bona sua Burgundica possidere. Post hęc factus Anachoreta Guillielmensium ordini initium dedit.*

Secunda propositio Guillelmus Comes Pictauiæ & dux Aquitaniæ fuit vere religios⁹ & institutor ordinis Guillelmitarum.

a lib. 1. Historiæ Tripartitę cap. 46. nu. 2. pag. 147.

b in opere Chronologi. co vniuersi orbis edito Antuerpiæ anno 1611. sub anno 1156.

c in vita S. Galgani impressa Senis an. 1577 cap. 43. pag. 95.

d in historia rerū Burgundicarum, edita Antuerpiæ an. 1583. lib. 6. pag. 19.

50 Probatur primò. Quia congregatio Eremitarum S.Guillelmi habuit authorem verè religiosum,& diuis adscriptum. Nullus autē alius potest assignari præter prædictum Comitem Guillelmum, qui sit illius author. Secūdò: Quia Theobaldus in prologo testatur, se illam vitam scribere ad petitionem Prouincialis Franciæ, & fratrum ordinis illius; siuè hic Prouincialis Franciæ fuerit ordinis Guillelmitarum, tunc absq; Augustini, aut Benedicti regula viuentium, vt voluit Sampson Haius e siuè fuerit ordinis Eremitarum S. Augustini, vt contendit Marquez, f quia Guillelmitæ nunquam habuerunt prouinciales; sed tantùm generales. vt vt tamen sit, Prouincialis ille, & fratres ordinis ipsius non ob aliam causam videtur id petijsse, nisi quia Guillelmū habebant pro authore,& institutore sui ordinis,aut congregationis; vel quia illum numerabant inter sanctos, qui ex sua religione prodeuntes, tamquam vetustæ arboris felicia germina nouam congregationem & viuendi modum efformassent.

Probatur primò.

Secundò.

e in lib. de veritate vitæ & ord. D. Guilelmi pag 31.

f cap. 13. §. 13. pag. 231.

51 Tertiò, quia prædicti Comitis Pictauiensis,& Ducis Aquitanici vitam scripsit Theobaldus episcopus. Ex ea autē, quidquid dicat doctissimus Suarius, constat, Guillelmum fuisse verè religiosum canonicum, non anachoretam;& institutorem congregationis, quæ ab illo postea appellata est, Eremitarum S. Guillelmi, vt rem hanc ostendamus,oportet discurrere per varias actiones D. Guillelmi enarratas à Theobaldo. Hic ergo cap. 2. sic ait. *Cùm autem placuit ei, qui segregauit Guillelmum à sæculo,& vocauit per gratiam suam, vt multos filiorum Dei auersos exemplo suo conuerteret ad Dominum Deum ipsorum, concurrere fecit causas ordo ille diuinæ sapientię cuncta complectens, vt Bernardo Vuilhelmus occurreret, quem volebat,& quærebat.* Id aūt primū cōtigisse narrat cap. 3. tēpore schismatis Petri Leonis, quem Anacletum Secundū dixere schismatici., vt testatur Onuphrius, g electus fuit 13. Cal. Martij anno 1130. Paulò post electionem Innocentij II. eodem die factam, occurrit autem Guillelmo Bernardus, vt tradit Theobaldus cap. 4. simul cū Ioslino episcopo Suessionensi; eodem anno 1130. vt docet Baronius. Cùm autem adhuc in schismate duraret Guillelmus, iterum ad eum venit Bernardus (teste Theobaldo cap. 5. & Bernardo Abbate Bonæuallis h) simul cū Gaufredo episcopo Carnosente, Aquitaniæ legato. victus in eo congressu Guillelmus, deo mirabiliter per Bernardi ministerium operante, *pace* (vt ait Bernardus Abbas Bonæuallis, vbi supra) *omni Aquitaniæ ecclesia reddita.* Accidit hæc mutatio dexteræ excelsi, vt i existimauit Baroni⁹ anno 1135. sed non multo post Guillelmus, tamquam canis reuertēs ad vomitum, ab incæpto itinere incæpit resilire, quantùm colligi potest ex epistola 128. D.Bernardi ex persona ducis Burgundiæ sic ad Guillelmum loquentis. *Miror autem quo, cuiusue consilio mira illa mutatio dexteræ excelsi tam subitò in deterius est mutata, vt rursum ad iniuriam ecclesiæ clericos*

Probatur, tertiò.

g de Pontif. & Cardi. pag. 92. & 95.

h tomo 12. n. 65.

i lib. 2. vitæ S. Bernardi cap. 6.

l tomo 12. nu. 2. & seqq.

S. Hila-

S. Hilarij de ciuitate expelleres, & iram Dei in te grauiùs quàm primum excitans. Quis iste fascinauit tam citò recedere à via veritatis, & salutis?

52 *Quo anno dicant D. Guilelmum profectum esse ad D. Iacobum Compostellanum ibique obijsse.*

Anno sequenti, nempè 1136. referunt authores citati in §. precedenti, in primo argumento pro sententia Baronij, Guilelmum profectum ad S. Iacobum Compostellanum, ibique obijsse, & sepulturæ traditum, At verò ante peregrinationem aiunt condidisse testamentum, in quo filiam Alionoram, hæredem Comitatus Pictauiensis, & ducatus Aquitanici despōdebat Ludouico iuniori, filio Ludouici Crassi, qui eodem anno 1136. debitum nature soluit. & quidē Ludouicus iunior (vt ex Æmilio lib. 5. tradit Genebrardus [a] sub anno 1131.) vno ferè mense ante mortem patris Alionoram, siuè Alienordim, siuè etiam Leonoram, hæredem Guillelmi ducis Aquitaniæ duxit in vxorem apud Burdegalam vrbem.

[a] in chronographia lib. 4. pag. 361.

53 *Reijcitur.*

At contra hoc est; quia ex Theobaldo, qui testis est omni exceptione maior, vt patet ex suppositione 2. cōstat Guillelmū vltra hunc annū per plures vixisse. Quare existimo cum Theobaldo S. Guillelmum superuixisse vsq; ad annū 1156. vel 1157. siuè quia morte conficta, vt quidam referunt, in solitudinem ad peccata plangenda secessit; siuè quia authores ex vulgi rumore eius mortem tanquam certam tradiderunt. At verum est anno 1136. despondisse filiam suam Alionoram Ludouico iuniori, vt ex testamento ante mortem Ludouici Crassi confecto, colligitur. Et fortè quo tempore ad S. Iacobum profectus est, eius mors diuulgata fuit, vel ex fictione à Bucheto relata; vel ex occasione alicuius grauis infirmitatis, sicut non semel accidit. Quocunq; autem modo res se habuerit, ad huc postea reuersus est in patriam suam, ibiq; rursus videtur egisse vitam licentiosam, nec dum benè ab antiquo schismate resipuisse, dum fortè aliquos episcopos in schismate electos defendere conaretur; vsq; ad annum 1147. vt constabit ex ijs, quæ sequuntur.

Vel ex fictione mortis, vel ex graui infirmitate dictus est mortuus Compostellę D. Guillelmus.

54 *Post 11. vel 12 annos à prima conuersione accessit Guillelmus ad virū sanctum Eremitam.*

Post 11. vel 12. annos à prima conuersione Guillelmi, in qua schisma abiurauit cæpit iterum in memoriam reducere ea, quæ sibi cum Bernardo acciderant. *Et non longè erat à loco* (ait Theobaldus cap. 8.) *in quo Vuilhelmus talia meditabatur vt columba, quidam de numero talium vitam eremiticam ducens, & miræ admodum simplicitatis homo.* Erat, ni fallor vir iste, non Anacoreta, sed eremita cænobita, in solitudine degens de licentia prælati. Dixerat enim Theobaldus plures tunc fuisse viros, ex quibus alij regularem, alij monasticam, alij Anachoreticam, alij eremiticam ducentes vitam, vni domino seruiebāt. Cum ergo distinguat vitam Anachoreticam ab eremitica, & dicat hunc solitariū vitam egisse eremiticam, planum est eum non fuisse Anachoretam, sed cænobitam pro tūc tamen in solitudine manentem more Anachoretarum. Ad hunc ergo cùm accessisset Guillelmus, hoc responsum accepit. *Sum homo solis latebris dignus, soli mihi index, soli arbiter & accusator constitutus, quatenùs monstret actio, quòd habet professio, & monachi nomen solitaria mihi conuersatio interpretetur.* Audiens tamen Eremita ignea verba Guillelmi, remisit illū ad aliū solitarium doctiorem, eiusdem voti, *qui ante me*, ait, *cognoscitur renunciasse saculo. Erat eodem loco,* (prosequitur Theobaldus cap. 9.) *& tempore alius solitarius, vir valde discretus, & sanctitate conspicuus.* Hunc alloquitur Guillelmus; & consilio accepto redit ad domum suam, & ab illa latenter egreditur, vt iussa perficiat. Antea tamē, vt Theobaldus refert cap. 2. *omnia bona terrena ante possessa sibi detraxit* (hinc videas credibile esse eum vsq; ad hoc tempus, nempè circa annum 1147. regimen suorum statuum sibi retinuisse) *res, quas in sua potestate habuit, vendidit, & pauperibus erogauit; quas verò ad manum non habuit, ex corde proiecit, & contempsit. Dispersit ergo, & dedit pauperibus paupertatis amator, in breui futurus pauperum non solùm amicus, verùm etiam & imitator.* Regreditur ergo post hęc ad solitariū, qui nouis illum indumentis, non monachatus Augustiniani, vt benè cōtra Basilium Sanctorum (sed malè citatum, vt ex eius testimonio citando §. sequenti constabit) in vita S. Guillelmi, credidit Marqu. [b] sed Anachoretæ vestiuit, & ad Eugeniū III. Pontificem remisit.

[b] cap. 13. §. 10. pag. 217.

Celebrabat Eugenius 3. concilium Remense in Gallia (vt ex Othone Frisingensi [c] & Roberto [d] tradit Baronius [e] Anno 1148. 2. Cal. Aprilis. Tunc Guillelmus accessit ad pedes Eugenij, *qui sententiam antiqui anathematis* (ait Theobaldus cap. 2.) *in Vuillelmum Comitem dudum latam renouare curauit. Ignorabat enim tam conuersum, atq; mutatum in virum alterum.* Ex his verbis collige primò Guillelmum neq; mortuum anno 1136. neq; fictionem, aut rumorem de eius morte per decem & nouem annos conti-

55 *Quo an. Eugenius 3. Conciliū Remense in Gallia celebrabat & Anathematem in Guillelmū renouare curauit.*

[c] lib. 1. cap. 55.
[d] In appēdice ad Sigebertū.
[e] Tom. 12. n. 2.

Corollarium primū ex verbis Theobaldi.

cōtinuatam. In hominem enim iam mortuum non renouaretur anathema; imò renouatū fuisse obseruauit Theobaldus, quia Pōtifex ignorabat eius cōuersionem, quòd manifestè supponit, tunc constitisse Guillelmū viuere. Collige secundò. Guillelmum non omninò & perseuerāter resipuisse à schismate, quādoquidem adhuc in illum sententia antiqui anathematis renouabatur. Neque id mirum est, quando & aliquando post, fætor schismatis perseuerabat, vt refert Baronius a ex Bernardo Abbate Boneuallis.b Hic enim loquens de Concilio Pisano celebrato sub Innocētio II. anno 1134. sic ait. *Actiones concilij longum est prosequi; summa tamen in excōmunicatione Petri, & irregresibili fautorum eius deiectione consistit; & vsq; hodie hæc sententia perseuerat.*

Corollarium secundum.

a tomo 12. anno 1134. n. 1. b lib. 2. vitæ S. Bernardi.

56 Anno ergo 1148. Guillelmus pro impositione pænitentiæ remittitur ab Engenio III. ad Patriarchā Hierosolymitanum. Eo anno, vt suprà diximus, obijt Raimundus eius frater, princeps Antiochiæ, die 17. Iunij. degebat etiam in regno Hierosolymitano Ludouicus Iunior, & eius vxor Alionora, Guillelmi filia, Guillelmus autem mundo incognitus, Deo notus, iter arripuit, pænitentiā accepturus à Patriarcha. *Is autem viso Vuilhelmo* (inquit Theobaldus cap. 13.) *gauisus est valde. Erat enim ex magnis temporibus cupiens eum videre. Audierat siquidem famæ clamoribus vbiq; perstrepentibus multa mala de ipso &c.* Hinc collige conuersionem Guillelmi non fuisse continuatam ab anno 1135. sed iterum ex parte vt canem reuersum ad vomitum. *Fuit & alia* (prosequitur Theobaldus) *familiaris causa quare Vuilhelmum venerabilis Primas sibi tenaciùs copulabat, & dulciùs astringebat, ac ampliori venerabatur honore. Nam confessus est, & non negauit, se fuisse filium cuiusdam de seruientibus Vuilhelmo, cui fidelissimè famulanti multa bona Vuilhelmus fecisset, ac immensa donaria munificus contulisset.* Hierosolymis ergo Vuilhelm⁹ in arctissima specu, *latenter & gloriantes* (ait Theobaldus eodem cap. 13.) *quasi in carcere nouem annis continuis, cum nimia ciborum parsimonia se reclusit.* & c. 14. *Ipse autem verus Ioseph nihil nouerat ibi nisi tugurium suum, in quo claudebatur; & teguinentum, quo operiebatur; & panem arctum acquamque breuē, quibus reficiebatur* &c. *Taliter se habuit per nouennium continuum.*

Quo anno remittitur Guillelmus ab Eugenio 3. ad Patriarcham Hierosolymitanum.

Pœnitentia Guillelmi nō fuit continuata.

Hierosolymis in specu arctissima pœnitens tiā nouē annis cōtinuis egit.

57 Hic oportet paulisper immorari. Si enim anno 1148. profectus est Hierosolymam, & ibi mansit nouem annis; & ex alia parte obijt anno 1156. vel 1157. vt ex ipso

Per errorem scriptorū non loco triū an norum gravi.

Theobaldo constabit; oporteret dicere ipsum obijsse Hierosolymis, neq; iterum illuc reuersum, neq; venisse in siluam Iualliam, montem Prunum, & stabulum Rhodis. Quæ omnia repugnant Theobaldo. Quare existimo per errorem scriptorum, loco 3. annorum, appositos fuisse 9. & loco triennij nouennium. sic enim quadrāt omnia, quæ prosequitur Theobald⁹.

tennia Hierosolymis factæ appositi sunt nouem anni.

58 Cùm autem Pictauienses & Aquitani Guillelmum quasi clanculo ablatum & desiderarent, & perquirerent; isque Hierosolymis nō diu potuisset omninò latere, *rumores veridici* (ait Theobaldus cap. 15.) *acceperunt de eo à peregrinis quibusdam.* Conuenerunt illū. Proficiscitur à Hierosolymis in Italiam, nempè post triennium ab incolatu Hierosolymitano, atq; adeò an. 1151. quo ipso anno (vt ex chronico Sugerij Abbatis docet Baronius c) die Martis, ante festum Paschatis Floridi, *in castro Baugenciaci, in synodo episcoporum*, matrimonium Regis Ludouici propter consanguinitatem dissolutum est. *Quo sufficienter probato*, Inquit Sugerius, *in præsentia prælatorum, fuit inter eos per consensum partium matrimonium dissolutum.*

Quo an. Guillelmus proficiscitur ab Hierosolymis in Italiam.

c tomo 12. n. 3.

59 At cùm venisset in Italiam, contigit, vt *peragratis superioribus partibus Thusciæ* (ait Theobaldus cap. 16.) *intra confinia Lucēsium deueniret. Cùmq; ibi expugnationem cuiusdam Castelli, segniter à Lucēsibus oppugnati, sāquāṁ dux suscepisset, & se militare indutisset habitus, sequenti nocte transacta, summo mane omninò se lumine priuatum reperit oculorum. Cùm verò Lucenses ad eum venissent, intimauit eis se esse pænitentem, & seruum dei, & dedicato ad seruiendū Deo, militare de cætero non licere.* Non parùm fauent hæc verba opinioni illius, qui crederet Guillelmum ab illo eremita doctiori suscepisse habitum religionis. Hæc enim indicant illum tunc temporis verè fuisse religiosum. Respondendum tamen est, tunc temporis tantum fuisse Anachoretam; & vt sic à Lucensibus vrbaniùs eximeretur, iis verbis suam professionem exaggerasse.

In Italiā cùm venisset Guillelmus, expugnatione cuiusdam castelli vt dux suscipit, militaribus se induit, & summo mane se oculorum lumine priuatum reperit.

Cùm venit in Italiam, non erat eremita religiosus, sed anachoreta.

60 Liber ergo à bello Lucensium, iterum Hierosolymam reuertitur. Fortè venerat à Pictauiensibus inductus, vt discordijs Alionoræ & Ludouici mederetur; & ex Vulnere cœcitatis resipiscens, & facti pænitens, ad locum pœnitentiæ iterum conuolauit. At in itinere intercipiūt eum Saraceni & Piratæ; *& videntes eum* (ait Theobaldus cap. 17.) *hominem imbellem, & nudum, agnouerunt ex circumstantijs Christi famulatus*

Iterum Hierosolymam reuertitur à Pi. rata interceptus, & ab eis egressus prospere in prius tugurium per biennium se reclusit.

latus) etiam hæc indicant tunc eum iam fuisse religiosum) *deputatum. Qui à piratis egressus, prosperè veniens Hierosolymã, in priùs quidem tugurium se recepit; & sicut priùs per biennium continuũ* (atq; adeo vsq; ad annum 1153. vel principium anni 1154.) *se reclusit, excepto quod districtiori vita solito se reclusit.*

61 Quo an. venit Compostellã.

Peracto ergo biennio huius secundæ peregrinationis Hierosolymitanæ, anno 1154. vt ego suspicor, *recordatus est scriptum esse* (inquit Theobaldus cap. 18.) *sicut à quodam probo viro in loco prioris tugurij fuerat eruditus, Meliùs est duos esse simul quàm vnum, væ soli: quia si ceciderit, non habet subleuantem. Decernens ergo relinquere Hierosolymam deliberauit B. Iacobi Apostoli limina visitare; & inuento nauigio per Dei misericordiã, qui in oculis nautarũ sinè naulo contulit ei gratiam, transfretauit, & venit in Hispaniam; & ingressus Compostellanam ciuitatem, cum omni deuotione tanti Apostoli visitauit Ecclesiam &c. vbi cum aliquãdiù apud quasdam personas religiosas eum charitatiuè detinẽtes, fuisset demoratus, in Thusciam reuertitur, Pisanorum partes ingreditur & in silua, quæ Liuallia nuncupatur, speluncam horribilem reperit. in hanc descendens Christo famulaturus recipitur; sed in breui tempore sociorum sibi religiosorum numerus copulatur; cum quibus illo in loco aliquanto tempore religiosè viuentibus conuersabatur; Hospitaleq; construitur ad Dei venerationem, & pauperum Christi refectionem.*

62 Corollarium primũ ex narratione Theobaldi. D. Guillelm⁹ fuerit eremita cœnobita.

Ex hac narratione colligitur Primò, D. Guillemum non tantùm fuisse Anachoretam, sed etiam eremitam cænobitam, in congregatione viuentem, cùm dicat Theobaldus; *sociorum sibi religiosorum numerus copulatur; cum quibus illo in loco aliquanto tempore religiosè viuentibus conuersabatur.*

Corollarium Secundum. cõsequẽter dicitur in Silua Liuallia suscepisse habitum August. religionis.

Colliges Secundò, quàm consequenter author appendicis ad Cathalogum Petri de Natalibus impressæ ad annum 1494. & Guillelmus Caualcãtinus [a] & alij asserant S. Guillelmum habitum Augustinianæ religionis suscepisse in Silua Liuallia, quæ, vt ait Caualcantinus, hodie dicitur Lupus Cauus; cuius hæreditas, vt refert Ludouicus de Angelis [b] ad monasterium Lucense fratrum ordinis Eremitici pertinet, vt constat ex quadã epistola data Pisis die 26. Maij, indictione 15. anno 1381. Bartholomæo de Nobilibus ita præscribente. *Fr. Bartholomeos de Venetijs, ordinis S. Augustini generali dignissimo, in prouincia Thusciæ &c. Reuerende Pater, & domine, sicut V. P. benè nouit, eremitorium Ecclesiæ S. Mariæ de Lupo-Cauo Lucẽsis diœcesis, ordinis fratrũ S. Augustini &c.* Asserentur itaq; consequenter in hac Silua Liuallia Guillelmũ quibusdam eremitis S. Augustini coniunctum, eius ordinis professionem emisisse. Cùm enim hic primùm videatur egisse eremitam cænobitam, & prælatum fratrum simul conuiuentium, (vt statim probabimus) iure credimus hic se religioni, Augustinianæque tradidisse; quandoquidem, vt circa secundã difficultatem ostendemus, dicendum est, illum sub regula Augustini suam congregationem instituisse, & sub illa ante & post institutionem congregationis militasse.

[a] in vita S. Guillelmi.

[b] lib. 4. de vita & laudibus D. August. cap. 18. fol. 95.

63 Cur D. Guillelmus à Silua Liuallia ad alium locum discessit.

Sed non post multùm temporis (prosequitur Theobaldus cap. 18.) *feruor eorum capit tepescere paulatim; & qui spiritu cæperant, in carne probati sunt consummari; & tantò in Religionis culmine positi deficiẽdo facti sunt deteriores, quantò ibidem proficiendo, facti fuissent meliores &c. Et facti fastidiosi super præceptorum salutarium admonitione, vilipendebant imbui tanti patris informatione. Cumq; ille non posset quæ audierat, & viderat, non eloqui; conuicijs cæperunt eum vnanimiter aggredi & qui mores, & vitam longè dissimilem, atq; dissolutam ad eius regulam & exemplar debebant moderari; conati sunt molestijs, conuicijs, & iniurijs affligere patrem imitabilem. Et cùm inde abscederet, Hospitale cuidam viro religioso, Petro nomine, qui actibus malorum non consenserat, commendauit; & sic de illo loco ad alium prudẽtissimè discessit.* Accidit Guillelmo ferè idem, quod cum monachis S. Cosmatis de vico Varo contingisse S. Benedicto narrat Gregorius. [c]

[c] lib. 2. Dialogorum cap. 3.

64 Corollarium primum D. Guillelm⁹ in Silua Liuallia fuit prælatus conuentus.

Ex his colliges Primò D. Guillelmum in Silua Liuallia non tantùm fuisse eremitam cænobitam, sed etiam prælatum conuentus, seu congregationis. id quod patet primò, quia dicitur, *facti fastidiosi super præceptorum salutarium admonitione.* Præcipiebat ergo Guillelmus. At præcipere nõ posset, nisi esset prælatus. Secundò, quia inde discedens Hospitale commendauit Petro; Hoc autem ordinare nequiret, si non haberet in illos authoritatẽ superiorem.

Corollarium Secundum. Apparenter satis dicitur impetrasse priuilegia pro sua religione fundanda.

Colliges secundò, quàm apparenter loquãtur, qui dicũt B. Guillelmũ ab Anastasio 4. & Adriano 4. impetrasse priuilegia pro sua religione fundanda; licèt minùs benè addant ijs priuilegijs concessum illi fuisse, vt ordinem ab eremis ad vrbes reuocaret. Guillelmus enim anno 1153. vel 1154. venit in Siluam Liualliam; & eo tempore Ecclesiã regebat Anastasius IIII. Hic autem (teste Onuphrio [d]) electus fuit 6. idus Iulij anno 1153. & obijt 4. Nonas

[d] de vitis Pont. & Card. pag. 108. & 111.

Decem-

Decembris anno 1154. eiq; ſucceſſit Adrianus IV. electus 3. Nonas Decembris anno 1154. Præcipuè cùm anni vitæ D. Guillelmi in relatione Theobaldi, quem ſequimur, numerentur ab incarnatione, non à natiuitate. Quòd ſi hi Pontifices ordinem Diui Guillelmi confirmarunt, ſatis fit veroſimile illam ſub regula Auguſtini confirmaſſe, vel ex eo quòd vterque Pōtifex fuerat Abbas S. Ruffi ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini.

65 Venit ad mōtem de Pruno nuncupatum, ibiq; fratrum multitudo ei ſociatur, ab eis perſecutiones patitur, & tādem eis cedēs in ſiluam Liualliam redit.

Cùm à Silua Liuallia Guillelmus diſceſſiſſet, *Veniens ad montē* (proſequitur Theobaldus cap. 18.) *qui de Pruno nuncupatur, in Silua opaciſsima ſub quodam modico tugurio ſolitarius domino famulatur.* Et ſtatim. *Opinionis eius fama vndiq; crebreſcente, ſociorum multitudo Deo famulatura, illi copulatur; & à falſis fratribus inuidiæ facibus accenſis, inuidia virus multiplicis toleratur.* In hoc loco mirabilē cum Dæmone pugnam ſuſtinuit, & Deiparæ viſitatione cōſolatus reſpirauit. *Huius autem tam dulciſsimæ viſionis arcanum* (inquit Theobaldus cap. 20.) *nulli vnquam quoad viueret, voluit pandere, excepto ſolo miniſtro eius tunc temporis, Petro nomine, qui poſtea Prior factus Montis de Pruno, ad exemplar ſibi in monte monſtratum, domum ſatis dignè ſatagebat regere. Immiſit itaq;* (diabolus ſcilicet) *in cor ſodalibus* (ait Theobaldus cap. 21.) *& falſis fratribus, qui cū ipſo morabātur, vt inuidentia cordis, conuicijs oris, moleſtijs & iniurijs operis eum inceſſanter inſectarētur. Et ita factum eſt. Poſtquam verò malignantium perſecutiones diù longanimiter ſuſtinuit; tandem eorum nequitijs ceſsit, & abijt; atq; in Siluam Liualliam, vbi priùs Hoſpitale conſtruxerat, redit. Sed & fratres loci eiuſdem, inſtigante diabolo, non minùs eum perſecuti ſunt.*

66 Corollarium primū ex tota harum rerum ſerie. In Monte de Pruno fuiſſe Guillelmum Eremitā Cænobitam& loci priorē probatur. Primò. Secundò. Tertiò.

Ex tota harum rerum ſerie inferes Primò manifeſtè, D. Guillelmum in Monte de Pruno inſtituto monaſterio eremitam cænobitam, in congregatione viuentem, eiuſq; loci priorem egiſſe. Primò. Quia dicitur, *Sociorum multitudo, Deo famulatura illi copulatur.* Secundò. Quia dicitur, *& falſis fratribus, qui cū ipſo morabantur.* Tertiò. Quia dicitur de Petro, *Qui poſtea Prior factus Montis de Pruno, ad exemplar ſibi in monte* (nempè, in eodem Monte de Pruno, à Guillelmo) *monſtratum, domum dignè ſatis ſatagebat regere.* Quæ omnia demonſtrant D. Guillelmum in Monte de Pruno communem vitā egiſſe cum fratribus, eoſq; tanquam prælatū gubernaſſe. Quartò. quia dicitur, quòd perſecutionem paſſus fuerit è fratribus ſiluæ Liualliæ. Quod inditio eſt ibi à

Quartò.

D. Guillelmo ſimul cum Hoſpitali conſtructum fuiſſe monaſterium, quod ad ipſum vt prælatum ſpectaret; licèt illi religioſi, monaſticæ profeſſionis obliti, nollent illum regnare ſuper ipſos. Colliges ſecundò diſceſſum Guillelmi à Monte de Pruno contigiſſe vel ad finem anni 1154. vel potiùs ad principium anni 1155. cùm enim ferè ad finem anni 1154. diſceſſerit à Silua Liuallia, & diu ſuſtinuerit perſecutiones in Monte de Pruno, oportet vt ſaltem per quinque, vel ſex menſes vixerit ibidem.

Corollarium ſecundum.

Quando contigit diſceſſus à monte de Pruno.

67 Deo præcipiēte à Silua Liuallia venit Caſtellionem & in valle quę dicitur ſtabulum Rhodis, vbi per annū & dimidium ſuperuixit.

Cū meditaretur Guillelmus diſceſſum ab eo monte, *vox ad eum* (ait Theobaldus cap. 21.) *de cælo ſonuit, quæ in montem Petriſium iuxta Caſtellionē Burianēſem eum ire præcepit* &c. *Cùmq; ibi per aliquos dies reſediſſet quietus & ſolitarius* &c. *Tandem Caſtellionem deueniſ, vbi amore & intuitu Ieſu Chriſti à quodam viro manſueto, qui erat incola loci illius, honeſtiſſimè ſuſceptus eſt; & in domo eius reſedit multis diebus hoſpitatus* &c. Apud hos Guillelmus per longum tempus hoſpitio vſus eſt. Poſtea verò *inde recedens clanculo* (inquit Theobaldus cap. 21.) *ad Eccleſiam S. Nicolai perrexit, & ibi modico tempore cum venerabili viro Guidone presbytero permanſit. Nec multò poſt eius beneficio, & auxilio fretus, in vallem, quæ dicitur Stabulum Rhodis, ad habitandum eſt introductus. Erat autem Stabulum Rhodis ſolitudo quædam penitus inculta, & horribilis valdè. Ibi recepit ſemetipſum in terra deſerta, in loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis, anno dominicæ incarnationis MCLV. menſe Septembris; mediante adiutorio virorū nobilium Caſtri Burianenſis, & dicti domini Guidonis ſacerdotis, erectum eſt viro dei, prout ipſe voluit & aptauit, mapale modicum, & tugurium vile in loco, qui dicitur Stabulum Rhodis. ibidem per annum fermè & dimidium ſuperuixit, & pauperrimè degens vitam aſperrimam duxit.*

68 In Stabolo Rhodis in fratrem & diſcipulum recipit S. Albertum.

Erat iiſdē temporibus (proſequitur Theobaldus cap. 22.) *S. Albertus, cuius in prologo fecimus mentionem, bonæ indolis adoleſcens, viri Dei miniſter, & eius diſciplina perfuſus, ambulans cum eo, intrans & exiens, & conueſcens familiariter. Hunc ergo præuidēs in ſpiritu virum ſpiritus & virtutis futurum, die ſancto Epiphaniæ* (atq; adeò anno incarnationis deſinente, & Natiuitatis incipiēte 1155. poſt tres, aut quatuor menſes habitationis in ſtabulo Rhodis.) *in diſcipulum & fratrem recepit ſecum Domino militaturū. vnde in libello, quem idem dominus Albertus de vita patris viſu & auditu percepta compendio deſcripſit, inter cætera, ſic ait. Poſt hoc, Epiphaniarum tempore,*

ego

ego inutilis, & indignus Albertus, vitiorum multorũ labe pragranatus, à sua sanctitate sum receptus. Nec fraudatus est à desiderio suo vir desideriorum, proficiente in hoc eius discipulo, vt postmodum multorum pater fieret filiorum; in tãtum siquidem magistri discipulus factus est in meliùs æmulator, vt signorũ, & prodigiorum fieret effector mirabilis. Deinde Theobaldus inter alia Guillelmi documẽta, hoc refert cap. 23. *Sacerdotibus proprium prælatum suadebat superponere, obedientiam patri spirituali vsq; ad mortem impendere, nisi, quod absit, contra Deum aliquid præcipere videretur.*

69 Hinc sequitur primò, D. Guillelmum inæpisse Congregationem Guillelmitarũ distinctam ab ordine Eremitarum S. Augustini, sic absolutè dicto, in hoc eremitorio stabuli Rhodis. Hic enim ad professionem admisit B. Albertũ, quem Theobaldus appellat eius protodiscipulũ; quod ea ratione, & non alia verificatur; cũ ante Albertum fuisset inter alios eius discipulus Venerabilis Petrus Prior Montis de Pruno; & hinc est, quod Sampson Haius institutionem sui ordinis Guillelmitarum refert in an. 1155. sic carmine canens.

Corollarium primũ ex his. D. Guillelm' incepit congregationem Guillelmitarũ distinctam ab ordine Eremitarum S. Augustini.

Corollarium Secundum. In Stabulo Rhodis fuit prælatus.

Corollarium Tertium. Se habuit vt Institutor ord.

Corollarium Quartum. D. Albertus ord. Guillel. mitarum educauit.

Vndecies centum si vis coniungere quinque
Vndecies annos post partum Virginis almæ,
Inuenies tempus, quo dux Aquitanicus ante,
Pictauusq; comes Guillelmus cultor Eremi.
Fratribus imposuit proprio de nomine nomen.

Et infrà.

Hunc igitur fratrum sequitur nõ magna caterua
Nudipedum semper, subeant nisi lumina vulgi.

Sequitur secundò, Guillelmum etiam in stabulo Rhodis se gessisse vt prælatum, quandoquidem ad professionem admisit B. Albertum; quòd nisi prælatus non faceret. Sequitur tertiò, B. Guillelmum se habuisse vt institutorem ordinis, seu congregationis; dedit enim præcepta monachis, præcipuè circa obedientiam prælato exhibendam vsque ad mortem. Sequitur quartò, quã benè dicatur ab authoribus, quòd S. Albertus ordinẽ Guillelmitarum educauit; cùm dicat de illo Theobaldus, quòd postea fuit multorũ pater filiorum; præcipuè cùm ex ijs, quæ subdit cap. 28. constet Albertum non tantùm Guillelmi primogenitum, sed & vnigenitum fuisse in noua congregatione. Sic enim ait. *Erant ambo solitarij, habitantes vnius moris in tugurio, discipulus & magister.* Cùm autem doleret Albertus se à magistro solùm relinqui, illi Guillelmus citò venturum socium reuelauit. vix B. Guillelmus sermonẽ compleuerat, & egresso de tugurio discipulo, vir illustris, & prudens Reinaldus, medicinæ peritissimus, sæcularibusq; affluens delitijs aduenit; qui Alberti socius olim in scholis fuerat. Et inter alia, Reinald' ad Albertum hęc dixit. *Cupiebam omninò mundo valefacere, & omnia mundana propter Christum relinquere, & vobiscum vitam solitariam ducere.* Hinc etiam colliges Guillelmum & Albertum tunc verè fuisse religiosos, & Guillelmum fuisse prælatum; alias nõ posset discipulos admittere, vt omninò mundo valefacerent, quòd nisi in vera religione omninò non fit. Stetit promissis Reinaldus, & *cunctis facultatibus suis* (inquit Theobaldus cap. 30.) *in pauperes distributis, assiduè quod à viro Dei audierat, & viderat, animo astuante reuoluit; & citò post eius obitum ad Albertũ rediens, quod Deo promiserat, exoluit.*

Guillelmus & Albertus fuere verè religiosi, & Guillelmus fuit prælatus.

Ecce, post mortem Guillelmi Albertus vt prelatus Reinaldum ad religionem admisit. & infra *o yt·verbi incarnati anno* 1156. (hoc est, desinente anno 1156. ab incarnatione; & incipiente anno 1156. à Natiuitate. vnde Guillelmus ad stabulum Rhodis veniens mense Septembri anno 1155. ab incarnatione, rectè dicitur à Theobaldo cap. 21. ibi vixisse annum & dimidiũ; vsq; ad diem scilicet 10. Februarij anni 1156. ab incarnatione: etenĩ inter hos duos terminos intercedũt decem & octo menses paulò magis aut minùs. Vnde fallũtur, qui putant Guillelmum obijsse anno 1157. Neq; enim possunt venire in concordiam (vt inaduertẽter aduertit Ranuci' Picus) nempè quòd alij numerent annos ab incarnatione, & alij à Natiuitate; Cõtra hoc enim est euidenter, quòd dies decima Februarij semper incidit in annum eius numeri, siuè hoc, siuè illo modo supputes; cum hoc tantùm discrimine, quod annus ab incarnatione est desinens, & à Natiuitate est incipiens) 4. *Idus Februarij, & sepultus est in Stabulo Rhodis Vir Dei Vuilhelmus Dux, & Comes illustris, & magnificus.*

Albertus post mortem Guilelmi est prælatus.

70 In prædicto oratorio stabuli Rhodis (vt refert Guillelmus Caualcantinus [a]) post canonizationem D. Guillelmi ab Innocentio III. factam, Gregorius IX. anno 1227. construxit templum insigne pro loci capacitate, quod deinde à varijs populis reparatum est. Postea sub titulo Abbatiæ S. Guillelmi à Pio IIII. anno 1564. Pontificatus V. confirmante etiam, seu consentiente Duce Ethruriæ Cosmo anno 1565. concessa fuit Ecclesia illa in commendam Bartholomæo Concini, Comiti de la Penna, & successoribus in perpetuũ.

[a] In vita D. Guillelmi cap 35. fol. 76.

A quo cõstructum, & à quo sub titulo Abbatiæ auctum est templum factum in oratorio stabuli Rhodis.

Viuunt

Viuunt autem ibi fratres Augustiniani, vt tradidit etiã Ranucius Pic⁹ in vita S. Guillelmi; & nostro tempore Rector fuit illius Abbatiæ B. Fr. Ioãnes de S. Guillelmo, qui in cõgregatione Excalceatorũ Italię obijt die 14. Augusti anno 1621. cùm maxima opinione sãctitatis. Deinde, vt tradit idem Caualcantinus [a] Reliquiæ D. Guillelmi, excepto capite, translatæ sunt Castellionem de Pescaia, ante an. 1384. vt constat ex his, quæ refert ex chronico Pisano Ms. Guillelmus Caualcantinus [b] vbi eius festiuitas die 1. Maij ex dispensatione Pij II. celebratur. Caput autem (teste eodem authore [c]) ex dæmonis à quodam Eremita Augustiniano coniurati declaratione cognitũ est, esse in Abbatia S. Guillelmi sub altari extructo in medio Ecclesiæ; & ibidem inuẽtum est sub petra coloris nigri, cũ hac inscriptione, *Hoc est caput S. GVILLELMI.* & Nihilomin⁹ sunt qui velint eius corpus nũc coli in regio conuẽtu S. Laurentij de Scoriali in Hispania; & Benedictus Gononus in vitis Patrum occidentis, in notis ad vitam S. Guillelmi non dubitat asserere sibi constare S. Guillelmi corpus asseruari in cõuẽtu Parisiẽ Guillelmitarũ.

[a] cap. 35. fol. 78.

[b] in vita S. Guillelmi, in fine pag. 92.

[c] cap. 36. fol. 80.

Vbi sint reliquiæ D. Guillelmi.

71 Epilogus ex dictis.

Constat ergo ex dictis huc vsq; B. Guillelmũ, cuius vitam ex relationibus Alberti & Petri discipulorũ eius scripsit Theobal. circa ann. 1180. fuisse Ducẽ, & Comitem Pictauiensem; & non tantũ Anacoretam, vt existimabat Suarius; sed etiam Eremitam cænobitam, in communi cùm fratribus in Silua Liuallia, in Monte de Pruno, & stabulo Rhodis cùm Alberto viuẽtem, & munere prelati fungẽtem, & tanquam ordinis institutorem segerentem in traditione præceptorũ, & admissione ad professionẽ regularẽ. Restat modò ad argumẽta in oppositũ pro suspicione Card. Baronij adducta respondere. Fundamẽtum enim Sententiæ P. Suarij patet euidenter nullum esse, quandoquidem ex ipsa vita per Theobaldum scripta oppositum manifestè conuincitur.

§. III. *RESPONDETVR AD Argumenta secundæ sententiæ.*

72 Primi argumenti solutio prima.

AD primũ respondeo plura. Primum est. Sugerius, & Robertus differunt in narratione mortis Guillelmi Ducis Aquitaniæ, vt ait Sugerius; & Comitis Pictauiensis, vt ait Robertus. Sugerius tradit illum obijsse antequàm ad terminum ad quem suæ peregrinationis perueniret; Robertus verò refert in Ecclesia B. Iacobi mortuum, & illic sepultum. & in hac parte magis credendum foret Roberto; quia consonat Iuliano ibidem citato; qui cùm dicat se cum illo fuisse locutum, & Guillelmum Comitem Pictauiẽsem mortuum esse Compostellæ, maiorem fidem meretur, vtpotè homo Hispanus, qui eodem tempore viuebat, & meliùs nosse poterat, quæ in Hispania accidebant. Secundum est. Guillelmus Comes Pictauiensis nõ verè obijt Cõpostellæ; eius tamẽ mors diuulgata est tanquam certa (neq; obstat id omitti à Theobaldo, vt benè docuit Marquez, [d] quia eodẽ modo omisit Guillelmi testamentum, quod neq; ab ipso Baronio vocatur in litem, sed admittitur vt authenticum: & quia non plenè nouit omnem vitam Guillelmi; sic enim ait cap. 1. *Guilielmi infantia parùm cognita nobis est*) vel quia occasione alicuius grauis infirmitatis, quæ illum ad extrema reduxerit, rumor exijt, vt sæpè contingere solet, de eius obitu; vel quia (vt existimant Buchetus, & Ranucius) Guillelmus cadauere supposito mortẽ simulauit, vt quasi omninò mundo mortuus, Deo magis & liberiùs viueret. Hinc ortum est quod Iulianus eius mortem referat sub eo tempore; neque detexit falsitatem rumoris, aut simulationis; quia ad eius notitiam posteà non venit Guillelmũ superuiuere; quòd facilè potuit contingere homini Toleti in Hispania degenti. Maior sanè difficultas, quomodo Robertus, & Sugerius, postquam de vita Guillelmi cõstitit (quòd debuit esse non multò post peregrinationẽ, vt colligitur ex eius vita à Theobaldo scripta, qui illum, antequam ad Eugenium III. in cõcilio Rhemensi accederet, supponit in dominio domus suæ, & rerũ suarũ) nihil de Guillelmo egerũt, reuelantes fraudem vel errorem? Ad hoc tamen responderi potest. Primò parum curandum de Roberto, cuius appendicem ad chronicum Sigeberti, noluit Aubertus Miræus typis mandare cùm Sigeberto, quem pręlo dedit Antuerpiæ anno 1608. *Cum, vt ipse ait, quòd mendis scateat, tum quòd manuscriptam nondum videre contigerit.* Secundò Robertũ Abbatem Noualis in Normãnia secutum fuisse in ea appendice rumorem Vulgi, sicut & Iulianus; & ante editionem sui operis nihil certi nouisse de vita Guillelmi. Quòd licèt homini Gallo difficiliùs credatur contigisse, tamen potuit contingere; & dicendum est ita euenisse, vel textum

Secundum. Guillelmus nõ verè obijt Compostellę.

[d] cap. 13. §. 8. pag. 222.

Difficultas.

Quoad Robertum eluitur. Primò.

Secundò.

tum esse suppositum, vel ab ipso Roberto, mala fide, aut per ignorantiam oppositum; quod mirum fortè non esset, cum Robertum inspexisse codicem Sigeberti supponat noster Onuphrius. a Cum enim relatio Roberti contradicat relationi Thebaldi, quæ multò certior est, & maiorem fidem meretur, oportet errorem Roberti, vel excusare, vel accusare.

a in Annotationib. ad Platinã in Ioãne 11. pag. 122.

73 Quod verò ad Sugerium spectat, potest multipliciter solui. Primò asserendo textum esse suppositũ, & mendosum. Primò quia contradicit Theobaldo, cuius testimonium est fide digniùs & certiùs, vtpote rem ex professo tractans, & editum ab episcopo Gallo, ferè coætaneo, ex relationibus Petri, & B. Alberti discipulorum Guillelmi. Secundò, quia dicit Guillelmum obijsse antequã perueniret ad terminum ad quem suæ peregrinationis. At Iulianus testatur illum mortuum fuisse Compostellæ. Certiùs autem, & digniùs creditu est, quod Iulianus hominem allocutus, & in Hispania existens scribit, contigisse in Hispania. Tertiò, quia cùm peregrinationem, & mortem Guillelmi enarrasset sub Ludouico Crasso; iterum, quasi data opera, sub Ludouico Iuniore idem repetit, quasi constituens, & peregrinationem, & mortem Guillelmi sub iisdem diebus Ludouici Iunioris. Et fortè hæc suppositio potuit contingere, quo tempore Galli cum Anglis super principatu Pictauiæ, & Aquitaniæ contendebant. Aliquis enim impostor potuit hæc per mendacium afficere, vt sic Regem palparet, offerens testimonium, ex quo forsan elideret aliquod testamentum, quod illi obesset, à Guillelmo conditũ post annum 1136. Solui potest Secundò affirmando, Sugerium ita credidisse famæ, rem de lõginquo nuncianti; neq; id postea retractasse; quia finiuit opus suum antequam nosset deceptionem. Quòd enim eius chronicum deducitur ad annum 1151. potuit cõtinuari ab alio imperito, qui rem inaduertenter omitteret; vel si ab eodem continuatum est, forsitan noluit iterum de illo agere, ne eius reuersionem ad vomitum referens, & inculsans, Reginam, Guillelmi filiam, offenderet. Et sanè dicendum est vno ex his modis contigisse; quia aliter nõ rectè saluaretur fides Theobaldi, quæ debet illæsa remanere.

Solutio quoad Sugerium. primò. Testũ Sugerij suppositũ esse probatur primò.

Secundò.

Tertiò.

Solutio secũdò.

74 Ad secundum respondeo mutationem Guillelmi miram fuisse, nõ tamen ab omnibus prætermissam; neq; ab omnibus eũ pro mortuo derelictum. Tradiderunt illam B. Albertus eius discipulus, & Theobaldus episcopus, ferè coæuus, in vita huius Sancti. Non ne stabit hoc verbum in ore duorum, & tantorum testium? Quod verò Sugerius nihil de illa, aut de illo dixit, causa fuit; quia ipse obijt anno 1151. & tunc Guillelmus adhuc latebat Hierosolymis; neq; poterat aliquid nouum de Guillelmo posteritati tradere, quod Reginæ filiæ aures non læderet.

Solutio secũdi.

75 Ad tertium respondeo duo. Primum est. Potuerunt authores illius temporis Guillelmum prætermittere tam mundo mortuum, & in eremo latentem. Cæterum non omnes illum omiserunt, cùm eius vitam scripserint Albertus, & Theobaldus. Et maior fides adhibenda est duobus authoribus, præcipuè tam irrefragabilis authoritatis, quàm mille aliis nihil loquentibus. Respondeo (ait in simili causa Card. Belarminus. b *Nihil concludi ex argumentis ab authoritate negatiua. Non enim sequitur, Lucas, Paulus, & Seneca non dicunt Petrum fuisse Romæ, Igitur non fuit Petrus. Plus enim creditur tribus testibus affirmãtibus, quàm mille nihil dicentibus.* Secundum est; quod Guillelmus in causa repudij Alionoræ nihil egerit, Triplex causa esse potuit. Prima, quia fortè ob hoc à cognatis, & amicis per varias terras quæsitus, & Hierosolymis inuentus, indeq; extractus circa annum 1151. At cùm Deus illum in confinibus Luconsium visu oculorum priuasset, videns intus quare foras non videret, relinquens mundana, reuersus est ad cælestia, & ad vrbem Hierosolymitanam profectus est. Secunda, quia fortassis existens Hierosolymis in tugurio, à nullo didicit filiæ diffidium; vel si notitiam habuit, semel posita sæcularium rerum abdicatione, vt admittit R. D. Gabriel Pennotus, c & mundi contemptu proposito, manu ad aratrum missa, retro aspicere noluit. Tertia, quia Alionora nullam iniuriam passa est, sed ex mutuo cõsensu propter impedimentũ consanguinitatis sunt ab inuicem separati, & matrimonij nullitas declarata; illaq; solitudinis impatiens non multò post alteri nupsit. Ita respondet Marquez.

75 Prima tertij argumenti solutio.

b lib. de Romano Pontifice cap. 1.

Argumentis ex authoritate negatiua nihil concluditur

Secũda solutio.

c lib. 1. ca. 46. nu. 2. pag. 147

Cap. 13. §. 9. pag. 224

76 Hæc tamen secunda causa displicet Pennoto, d & quare displicet? Quia impedimentum consanguinitatis ad matrimonium bona fide contractum, & consummatum, Pontificis dispensatione facillimè tollitur, etiam inter plebeios. Vnde pro-

d Vbi supra. Instantia Pennoti.

de probabile videtur, alias ob cauſas illam à Ludouico rege reiectam, ob diſſidia potiſſimùm inter illos orta.

77 Diluitur.

Minor tamen doctiſſimum Pennotum ita ſenſiſſe. Licèt enim Alionora non ſatis benè audiat apud plures authores; quinimò, & Guillelmus Tirius a illam nôtat tanquam Principem minùs cordatam minùſq; fidelem marito. Tamen adhuc idem author b refert diſſolutũ fuiſſe matrimonium propter impedimẽtum conſanguinitatis allegatum; & Sugerius in Chronico, relatus à Baronio c ſic ait. *Quo ſufficienter probato in præſentia prælatorum, fuit inter eos per conſenſum partium matrimonium diſſolutum.* Ecce quomodò Alionora iniuriam paſſa non eſt, ipſa enim voluit ſeparari; ſcienti autem, & volenti non fit iniuria. ex mutuo enim cõſenſu, orto quidem ex mutuis diſſidijs inter Regem, & Reginam, matrimonium caſſatum eſt, nulla Pontificis diſpẽſatione requiſita, aſſignatoq; pro cauſa diſſolutionis impedimẽto conſanguinitatis. Vt enim optimè obſeruauit Mariana d *Hac via diſſoluẽdis coniugijs inuenta erat, offenſione inter coniuges nata.*

a Lib. 16. de bello ſacro capit. 27.
b Lib. 17. c. 8.
c tomo 12. anno 1151. n. 3.
d lib. 11. de rebus Hiſpaniæ cap. 11. n. 525.

78 Regis ſolutio

Neq; nouum, aut inſolitum illis temporibus coniugia, etiam inter reges, nec dũ mutuo conſentientes, propter impedimentum conſanguinitatis diſſolui. Pontifices enim ea ętate duriſſimi erant ad huiuſmodi diſpenſationes Regibus concedendas, ne paſſim ab illis intentarentur ſimiles nuptiæ inconſulto Pontifice, quæ magno cum ſcandalo, vel contrahebantur, vel durabant. Videamus exempla. Baronius immediatè poſt narratam nu. 3. matrimonij Alionoræ diſſolutionem, nu. 4. ſic ſubijcit. *Contigit pariter eodem fermè tempore per Legatos ab Eugenio Papa in Germaniam miſſos ſolui coniugium Friderici Sueuiæ Ducis, qui poſt Corradum ſucceſſit in Regnum, Imperiumq; Romanum, cum vxore ſua, ob conſanguinitatem inter eos intercedentem. Teſtatur id Otho Friſingenſis, in Friderico lib. 2. cap. 11. qui aderat rebus cunctis.* Lucas quoq; Tudenſis in Chronico circa Eram 1226. id eſt, annum 1188. loquens de Alfonſo rege Legionenſi, qui in vxorẽ duxerat Tharaſiam, filiam Sancij regis Portugalliæ, ſic ait. *Hic ex ſententia Domini Papæ Innocentij omiſſa vxore ſua Regina Tharaſia, &c.* & de eo Mariana e ſic inquit. *Deinde iuſſu Pontificum, Tharaſia repudiata, quòd ſanguine propinqua eſſet, &c.* & Duardus Nonius f Leo ſic ait. *Põtificis autem* (Cæleſtini III ait Nonius; Lucas verò, Innocentij III.) *iuſſu, epiſcoporum Portugalliæ, & Legionis conſilium Salmantica, eſt indictum ſub præſidio Guillelmi Card. S. Angeli, in quo diuortium eorum principum decretum eſt, g Vrracam* (ſcilicet filiam habuit) *quæ regi Fernando II. Legionis, & Gallæcia nupſit; à quo poſtea Summi Pontificis ſententia, quòd ſanguinis ratione eſſent coniuncti, ſeparantur h. Mahaldam* (nempè, filiam habuit, *quæ cum formatiſſima eſſet, & multis animi dotibus ornata, Henrico I. Caſtellæ regi nupſit, à quo etiam propter ſanguinis neceſſitudinem ſeparatur ſentẽtia Munionis epiſcopi Burgenſis, & Telli Palentini; quibus Innocentius III. cauſam commiſerat.* Ecce ex mille exemplis nonnulla, ex quibus conſtet Regum matrimonia eo tempore ex Põtificũ ſententia propter impedimentum cõſanguinitatis, quod inter reges ęgrè eſt ita occultum, vt matrimonium bona fide contrahatur, & conſummetur, fuiſſe frequenter diſſoluta; neq; parentes Reginarum ad vitam hanc redierunt, prò remedio ſimilium repudiorum. Sic ergo Guillelmus, etiam ſi cognouiſſet Reginam à Ludouico reiectam (quòd fortaſsè Hieroſolymis latens, & ſolitarius ignorauit) quietus eſſe potuit; quia id ex mutuo partium conſenſu effectum fuerat, impedimento conſanguinitatis adiecto pro titulo.

Olim matrimonia ob impedimentum cõſanguinitatis etiam inter reges ex Põtificum ſententia diſſoluebãtur.
e Lib. 12. c. 17.
f Tomo 2. Hiſpaniæ illuſtratæ de vera Regũ Portugalliæ genealo-gia ſub Sancio I. pag. 1257.
g & pag. 1255. in Alfonſo I.
h & pag. 1257. in Sancio I.

DIFFICVLTAS SECVNDA

vtrum B. Guillelmus inſtituerit ordinem ſuorum Eremitarum ſub regula S. Auguſtini.

§. II. REFERVNTVR SENTENTIAE.

79 Prima ſententia.

PRima ſententia eſt Sampſonis Haij, ordinis Guillelmitarum, qui (teſte Marquez i) in libro, de veritate vitæ, & ordinis D. Guillelmi, docet Guillelmitas ſinè certa regula, ſub quibuſdam tamen inſtitutionibus S. Guillelmi vixiſſe vſq; ad tempora Georgij IX. qui illis regulam D. Benedicti cõceſſit. Et in horum omnium confirmationem affert breue quoddam Innocentij IV. datum Lugduni die 3. Septembris anno 1248. ex quo conſtat Guillelmitas iam tũc vixiſſe ſub regula D. Benedicti. Idemq; priuilegium tradit fuiſſe confirmatum ab Alexandro IIII. Neapoli die 23. Februarij anno 1255.

i cap. 13. §. 11. pag. 227.

80 Tribuitur à Pennoto Belarmino, ſed abſurdè.

Hanc ſententiã tribuit Pennotus k Cardinali Belarmino, etiam citatò eius teſtimonio. Id tamen adeò pugnat cum hac ſententia, vt impugnatione non indigeamus, ſed nuda relatione, vt obſerues quã fide credi poſſint ea, quæ à Pennoto allegantur.

k lib. 2. cap. 46. nu. 3. pag. 147

guitur. Docet enim hæc sententia Guillelmitas ab initio sine certa regula vixisse vsq; ad Gregorium IX. & ab eo tempore, semper sub D. Benedicti regula militasse. Quam benè autē huic parti faueat, consentiat, & subscribat Belarminus; iudicet Lector. Verba Cardin. Belarmini [a] hæc sunt: *Ordo Eremitarum S. Augustini ab Innocentio IIII. hoc nomen accipit, cùm antea Guillelmitæ dicerentur.* Sanè omninò adheret Bellarminus huic primæ sententiæ. Bellarminus dicit Guillelmitas ab Innocētio IIII. accepisse denominationem Eremitarum S. Augustini; At prima sententia docet Innocentium IIII. dedisse, aut confirmasse Guillelmitis regulam S. Benedicti. Bellarminus neq; ait, neq; negat Guillelmitas habuisse; vel non habuisse aliquam regulam, vel Augustini, vel Benedicti; sed tantum ex tunc diuersam denominationem accepisse. At prima sententia tenet Guillelmitas sine certa regula vixisse vsq; ad Gregorium IX. & ab illo vsq; ad nostra tempora, semper sub regula D. Benedicti, & denominatione Guillelmitarum; videat Lector an hæc possint redigi in concordiam vnius, & eiusdem placiti?

[a] in chronico ad fine in libri de scriptorib. Ecclesiasticis sub an. 1241.

81 Addit ibidem Pennotus, huic primæ sententiæ; quatenus asserit Guillelmitas in suis primordiis sine certa regula vixisse, fauere Naucleium, qui eum statum durasse vsq; ad Innocentium III. tradit; non verò vsq; ad Gregorium IX. vt volebat Sampson Haius. *Verba Naucleri hæc sunt generatione 40. volum. 2. de ordine Guillelmitarum loquentis. Idem sine titulo perseuerauerunt, vsq; ad Innocentium III. & Honorium III. Qui scilicet ordo sub titulo Eremitarum S. Augustini appellari iussus est, & confirmatus; & idem repetit generatione 41. sub tomo 1215.*

Fribuitur sub ... Nauclero.

82 Sanè mirari satis non possum virum doctissimum Pennotum id tribuisse Nauclero locis, & verbis citatis. Primò enim Nauclerus tantum ait (quidquid sit de veritate asserti, de quo modò non agimus; sicut neq; de fide, quam meretur hic author.) Guillelmitas sine titulo perseuerasse, vsq; ad Innocentium III. nō verò vsq; ad Honorium III. & adhuc, hoc non est dicere, eos vsque tunc sine regula vixisse. Insto manifestis exemplis: Ordo Canonicorum Regularium S. Augustini non habuit specialem, & determinatum titulum per plures annos à morte Augustini: & tamen etiam eo viuēte obseruauit regulam Augustini: nam; similiter, neq; ordo D. Basilii, nec S. Benedicti primis illis temporibus habuit titulos speciales; & tamen etiā tunc, quādo determinatum titulum non habebant, determinatam regulam habebant. Sic, ordo Guillelmitarum potuit, vsq; ad Innocentium III. viuere sine speciali titulo, quamuis sub regula speciali militaret. Secundò, quia Nauclerus eodem ipso in loco, in quo à Pennoto citatur, oppositum manifestè astruit: ait enim D. Guillelmum dolluisse ordinem D. Augistini mirum in modum labefactum, & ferè ad nihilum redactum esse, & exinde intendisse constructioni, & reparationi eiusdem ordinis, & meliorem faciem ordinis D. Augustini per Gallias dedisse. Hęc autē non faceret, si sub alia regula, quàm Augustiniana, vel sine regula suam congregationem instituisset. Tertiò quia verba, quæ tribuuntur Nauclero, Naucleri non sunt. Eius verba referemus §. sequenti, vers. *Iacobus Nauclerus*; vt videas, quia fide Pennotus citet authores; dum non tantum videtur curare quid dicant, quantum quòd dicant aliquid cōtra ordinem Eremitarum S. Augustini.

Refellitur primò.

Refellitur secundò.

Refellitur tertiò.

83 Secūda sententia est Renati Chopini [b] quem refert Marquez [c] Hic author asserit D. Guillelmum instituisse suam congregationem sub regula D. Benedicti. Quod autem sit fundamentum Renati, neque Marquez retulit, neq; ego assequor.

Secunda sententia.

[b] in suo Monastico li. 1. tit. 1. ar. 15.

[c] cap. 13. §. 11. pag. 127.

84 Tertia sententia est Gabrielis Pennoti Can. Reg. Illustrissimæ Congregationis Lateranensis; viri Theologi, [d] qui eo sibi fine proposito, vt nobis illudat, & muliter, & exprobret, postquam dixerat M. Marquez cap. 13. *Per multos parraphos, etsi multa dicat, nihil probare*; hac sola sacra diffinitione contentus; parum sollicitus vtrùm ordo, siuè congregatio Guillelmitarum instituta fuerit sine regula, vel sub regula B. Benedicti; in hoc vnum, verbis non parum iniuriosis passim sparsis, intendit, vt persuadeat eum ordinem Falconi nō fuisse fundatum sub regula Augustini. Id autem probat. Primò quia vel D. Guillelmus assumpsit regulam D. Augustini, à se, vel à Sede Apostolica, vel ab aliquo eremita sub D. Augustini regula, & habitu militanse. Si à se, vel à Sede Apostolica accepit, iam constat prædictam congregationem non esse propagatam per continuatam successionem ab Augustino; & ad summum excedere non posse annum 1162. Si verò dicatur illum accepisse regulam, & habitum ab aliquo eremita existente sub regula, & habitu D. Augustini; Rogo,

Tertia sententia Pennoti.

[d] lib. 1. historiæ Tripartitæ cap. 146. n. 5. 6 & 7. pag. 148.

Probatur primò.

quisnā ille fuit, & vbi, & in quo Monasterio degebat? Nullus enim historicus, aut doctor probatus de hoc aliquid scribit, licèt de suo cerebro hoc nonnulli Eremitæ confingant. Verba sunt R.D. Pennoti.

85 *Probatur secundò.* Secundò, si D. Guillelmus accepit habitum à prædicto Eremita, non accepit habitum, quem Eremitæ prætendunt esse habitum D. Augustini. Nam si habitus Eremitarum D. Augustini est ille, quem modò gerunt, patet quòd habitus Eremitarum D. Guillelmi longè diuersus erat. Primò ex Eremitis dicti ordinis, qui cum illo habitu permanserunt, qui nō erat cuculla nigra, sed tunica alba cum mantello albo, vnde & vocati sunt mantelli albi, id quòd prius dixerat[a] in hæc verba. *Ildi colorem album in vestibus ferebant, vnde & Mantelli albi vulgo nuncupabantur, ex Renato Chopino in suo Monastico lib. 1.* Et ex hoc infert habitum nigrum, quem modo Eremitæ gerunt, & Iambonitæ partim ex propria electione, partim ex prescripto Sedis Apostolicæ nuper assumpserāt, *ante Gregorium IX. in orbe visum non fuisse; atq; adeò esse non potuisse habitum regularem D. P. Augustini, qui nec per somnium quidem talem habitum vnquam vidit.* Secundò, ex Bulla Alexandri IIII. per quam conceditur ipsis Guillelmitis, nō obstante bulla vnionis, & reductionis omnium eremitarū, sub habitu, quem nunc ferunt, posse sub regula Benedicti in habitu solito remanere. *Vnde (ait Pennotus) qui asserunt B. Guillelmum sub eremita Augustiniano regulam, & habitum accepisse, contra se ipsos loquuntur, negantes quòd affirmare intendunt.*

[a] lib. 1. cap. 25. nu. 5. pag. 72.

86 *Probatur tertiò.* Tertiò quia si B. Guillelmus regulam, & habitum D. Augustini ab illo eremita, *quem fingunt*, accepisset, quēm quis fuerit, vel vbi fuerit ignorant, ordo à D. Guillelmo institutus, non Gulielmitarum, sed D. Augustini ab initio nuncupatus fuisset, contra id, quòd omnes communiter affirmant.

87 *Quę dictis addit primò Pennotus.* Dictis addit Primò Pennotus[b], ordinē Guillelmitarum vsque ad tempora Alexandri IIII. in magna sanctitatis opinione in pretio habitum, & multis domibus, ac viris religione, & pietate insignibus, non solùm in Italia, sed etiam per Gallias, Germaniam, & Hispanias auctum, & multis priuilegijs per Romanos Pontifices decoratum. *Nam, vt verè dicit Marquez cap. 13. §. 14. præcipua loca, quæ modo Eremitæ Augustinenses per Italiam, Germaniam, Gallias, & Hispanias obtinent, huius ordinis eremitarum fuerunt.* Imò etiam; adijcit Pennotus, precipua priuilegia dicti ordinis, quæ profert Coriolanus in 2. p. sui defensorij ca. 3. ipsi ordini Guillelmitarum primitus concessa fuerunt; in tantum, vt sit multorum sententia, ordinem Guillelmitarum, illū esse, quem Romani Pontifices in suis litteris absolutè vocant ordinem D. Augustini; & ab hoc ordine Guillelmitarum ipsum ordinem Augustinensium prima initia sumpsisse. Ita enim sentiunt Card. Bellarminus, Nauclerus, Volaterranus, Vvernerus Carthusianus author fasciculi tēporum, Sabellicus, Bargas, D. Antoninus, Augustinus Ticinensis; & Iacobus Philippus Bergomensis fatetur illum institutorem ordinis Eremitarum Augustinensiū communiter putari; *licèt ad hanc communem opinionem labefactandam* (si inquit) *multiplices, sed tamen inutiliter laborent.* Hæc ille ad verbum. Placuit ita referre, vt clariùs videdeat lector, quàm benè sibi concordet Pennotus, & quàm benè authores coacernet, non allegatis locis, ne facilè conuinceretur malè citasse. Sed neq; hoc illi proderit, Deo volente.

[b] cap. 46. nu. 6. pag. 148.

88 *Quæ addit secundò.* Addit secūdò; Quòd licèt Alexander IIII. prædictam congregationem Guillelmitarum ceteris eremitis vniri mandauerit, & de facto vniuerit; tamen illi totis viribus reluctati sunt, & illorum generalis, cum ceteris Prioribus ab eodem Alexandro IIII. licentiam obtinuerunt remanendi in antiquo statu, & habitu sub regula D. Benedicti, vt ex litteris Alexandri IIII. apparet: & ipsi Guillelmitæ sub Generali suo vsq; in hanc diem perseuerant. Ex his infert, quòd etiam si Guillelmitæ ex veris eremitis à S. Augustino institutis descenderent (*quòd tamen fabulosum est, nec ipsi Guillelmitæ iactare audent*) non possent eremitæ ordinis S. Augustini suam antiquitatem ab illis deducere. Primò quia illi non sunt ordini Eremitarum Augustinensium vniti. Secundò, quia etiam si essent vniti, ex tali vnione minimè probaretur; quia illi modò dicunt, quod præter Guillelmitas erat vna congregatio antiqua ordinis D. Augustini nuncupata, & à veris eremitis à D. Augustino institutis propagata, cui cæteræ congregationes D. Guillelmi, Ioannis Boni, & aliæ fuerunt vnitæ; & hac sola ratione suam institutionem referunt in D. Augustinum.

e eodem cap. 46 nu. pag. 149.

89 *Quarta sententia.* Quarta sententia est eorum, qui asserūt B. Guillelmum fuisse religiosum ordinis Eremitarum D. Augustini, & sub eius regula,

gula, & habitu instituisse suam congregationem. Huius sententiæ fundamenta adducemus parraphis sequentibus. Vltima sententia est eorum, qui neque aiunt, neq; negant, ed pugnam aspiciũt. Ex his est Benedic. Gonon[a], vbi ait. *Fuit olim grauis controuersia inter Guillelmitas; & Augustinianos. Primi dicebant hunc Beatum eorum fuisse institutorem; alij autem non, sed potiùs eum fuisse ordinis D. Augustini, de qua controuersia meliùs silendũ puto, quàm aliquid loqui.* Hæc Gononus. At fallitur in eo, quod loquitur, nec penetrauit controuersiam inter Guillelmitas, & Augustinianos. Nos enim non negamus, nec negare volumus, imò nec possumus, D. Guillelmum esse institutorem Guillelmitarum, asserimus tamen instituisse illos sub regula D. Augustini, à qua se subduxerũt nonnulli ante vnionẽ, & plures post illã, amplectentes regulam D. Benedicti; hoc autem illi negant, asserentes sinè certa regula se fuisse à D. Guillelmo institutos. Ecce controuersia.

Vltima sententia.

a in vitis Patrũ Occidentis edais an. 1625 lib. 3. pag. 186 in notis ad vitam S. Guillelmi.

Status controuersiæ inter Guillelmitas, & Augustinianos.

§. II. VERA SENTENTIA ostenditur Testimonijs authorum.

90 Eligitur quarta sententia.

VErum enim verò, examinatis, & perpensis omnibus, quę contra monachatum Augustinianum S. Guillelmi adducuntur, multò magis placet mihi, non solùm vt probabilior, sed etiam vt verior, quarta sententia; quæ astruit D. Guillelmũ sub Augustini regula, & habitu professionem emisisse, & postmodum peculiarem ordinem, seu congregationem sub eadem regula, & habitu instituisse, quæ Eremitarum S. Guillelmi appellata est. Hanc veritatem, præcipuè quoad monachatum Augustinianum ipsius Sancti, & suæ congregationis, conabimur ostendere testimonijs authorum, qui illam tradiderunt, licèt nonnulla falsa veris immisceant; & præterea aliquot indicijs, & fundamentis, quæ idem videntur persuadere. Primum præstabimus in hoc parrapho, & secundum in sequenti.

91 Primũ pro ea testimonium cites an. 1440

Primus author, à quo hoc assertum affirmari traditur communiter, est Æneas Siluius, qui & Papa Pius II. in Compendio Chronicorum, vir doctissimus, & celebris historicus, qui & conciliabulo Basiliensi interfuit circa annum 1439. Hic ergò expreisè asserit D. Guillelmum in desertum successisse, Augustini regulam obseruasse, eiusq; religionem reparasse, & dilatasse, vt de familiæ Augustinianæ per Augustinum in Africa institutione, & per Guillelmũ in Italia restitutione dicere id possimus, quod de Florentiæ constructione per Romanos, & per Carolum Magnum reparatione, dixit Donatus Acciaiolus Florentinus.[b] *Illud loco summa gloria Florentia vrbi tribuendum puto; quòd initio eam condidere Romani, conditam deinde, ac Barbarorum furore euersam, Romanorum quoq; clarissimus Imperator restituit; vt non tantùm doloris ex deiecta, quantùm lætitia ex restituta patria Florentinis accederet.*

b in vita Caroli magni, quæ habetur ad finẽ Plutarchi de viris illustribus f. 591.

Ex concessione etiam & dispensatione eiusdem Pij II. (vt refert Guillelmus Caualcantinus Florẽtinus[c]) D. Guillelmi festiuitas die 1. Maij celebratur in oppido Castilionis de Piscaia, in quod eiusdem sancti reliquiæ, excepto capite, sunt translatæ; fortassis eodem die 1. Maij, & ideò cõcessum in illo fieri officium de sancto. 92

c in vita S. Guillelmi ca. 35. fol. 78.

Ex quo fonte historiam hanc Pius II. hauserit; an ex aliquo alio primo authore, an ex communi illorum populorum traditione, & antiquis picturis homo Senensis acceperit; neq; ipse explicat, neq; ego facilè dixerim; quia in neutram partem inuenio vestigium firmum negandi, aut affirmandi. Credibiliùs tamen est virum doctissimum saltem ex cõmuni populorum traditione, & vetustis imaginibus locutum; neq; enim ab aliquo, quem viderim, alius author Ænea Siluio antiquior allegatur.

94 Secundum. Ao 1481.

Ambrosius Coriolanus[d] enumerans sanctos ordinis Eremitarum Augustiniensium, sic ait. *Tertius fuit S. Guillelmus Gallicus, qui etiã cathalogo adscriptus est sanctorum.* & infra. *Tunc dicebantur fratres nostri, fratres S. Guillelmi, subintellecto, ordinis S. Augustini.* & in oratione de S. Augustino, habita coram Paulo II. inter ordines sub regula S. Augustini institutos enumerat ordinem S. Guillelmi. Philippus Bergomẽsis Augustinianus, in idem consensit.[e]

d in chronico ordinis S. Augustini impresso anno 1481.

Tertium. An 1486.

e in supplemento chronicorum edito anno 1486. lib. 9. fol. 175. anno 398. & lib. 12. fol. 226 anno 1157.

Martyro. Roma editum anno 1487. & aliud editum an. 1522. sic habent sub die 10. Februarij. *Natale S. Guillelmi Confessoris, ordinis Eremitarum S. Augustini.* Verum est, quod primum est correctũ per B. Fr. Bartholomæum de Palazolo, & secundũm per M. Bollinũ de Padua Augustinianum.

95 Quartum. An. 1493.

Arthmanus Schedel Nurembergensis, natione Theuthonicus, qui teste Trithemio[f] viuebat anno 1494. & condiderat opus grãde, & insigne de historijs temporum.[g]) vbi sub hoc titulo, *Ordo Eremitarum S. Augustini*, Sequitur ferè ad Verbum

96 Quintum. An. 149?.

f de scriptoribus Ecclesiasticis fol. 175.

g in suo Chronico impresso Nurembergæ per Antonium Kobergeri an. 1493 in fexta ætate. mundi, fol. 203. pag. a

bum Æneam Siluium; sic ait. *Guillelmum Eremitam ordinis Eremitarum, virum vtique sanctissimum, olim Aquitaniæ ducem, & Pictauiensem Comitem anno 1157. in Gallijs virtutibus & miraculis clarum fuisse constat. Quia primæuo iuuentutis suæ anno à B. Bernardo Abbate sufficienter edoctus, dum cunctis celsior haberetur, mortem præ oculis sibi constituere voluit; timensq; ne aliquando morte subitanea raperetur, spretis sæculi pompis, in vastam Eremum secessit, & ibidē sub D. P. August. reg. perfectus Xpi seruus esse sapit; factusq; religiosus, quantò altior in honore fuit, tātò se humilius subdidit; & sicut antea loricatus hostes, & barbaros propulsare consueuit, ita in Deum conuersus, loricam super nudam induens, crebris orationibus, vigilijs, & ieiunijs suum corpus affligere voluit. Hanc ob rem multi, non modo sæculares, verùm & eiusdem ordinis fratres; atque alij priuati ad eum confluebant, & tanquam bonum patrem, ordinisq; instauratorem paruo adhuc sub tugurio obseruabant. Is enim Cisterciensium ordinem in Gallijs modico tempore auctum, & maximo in pretio habitum, summoq; Eremitarum ordinem adeò in omnibus labefactatum, dirutumque, atq; vastatum, vt nulla quasi religionis facies in eo videretur; collabentia namque videbat monasteria, collapsa oratoria; desertos hortulos, & laborantem sine charitate, & inopia offendit, vt nullam fermè religionis indicium in eo videbatur; ordinisq; sui vir sanctus calamitate permotus, animum ad instaurandum adiecit, vt breui consolatus, ex multitudine religiosorum, & monasteriorum mutiare faciens ordo D. Augustini in Gallijs præ se tulerit. Hunc ob rem ordinis conditorem appellarunt. Guillelmitæ vulgo appellabantur. Hic itaq; concessione Anastasij Pontificis, ac Hadriani eius successoris, relicta Eremo ciuitates primum ex Eremitis incolere cæpit, & primum monasterium apud Parisijs sub mendicationis titulo extruxit. Huius autem præcipuus (scilicet, discipulus) Albertus Gallus fuit, qui sua doctrina & vita sanctitate, ordinem postmodum auxit. Hic siquidem Guillelmitarum titulus in Gallijs, vsq; ad Innocentij IIII. Pontificis tempora perseuerauit. Verùm eo mandante, posthabita eius denominatione, & omnibus D. Augustini Eremitis ad ciuitates vbique accersitis, Innocentius; & successores omnes sub vno titulo Eremitarum S. Augustini appellari voluit,

97 atq; præcepit.

Sextum. An. 1494.

Author appendicis ad Petrum de Natalibus, episcopum Aquilanū, siuè Equilinum, editæ anno 1494. [a] sic ait. *Tandem multos perpessus labores, in agrum Tuscum & Pisanum deueniens, in insula quæ dicitur Liualba, commoratus est; vbi familiariter coniunctus quibusdam Eremitarū Augustini, eorum mores edoctus, nigro habitu sumpto, & pellicea zona, locellis eorum per totam Ethruriam deuotè visitatis, Centumcellis applicuit, vbi D. Augustinus librum de Trinitate peregit. Quibus locis summa cum iocunditate perlustratis, Romam, & inde Ariminū ad S. Mariam de Piscano eiusdem ordinis locellum peruenit. A quo fratres, qui priùs Eremitarum S. Augustini appellabantur, cognita ipsius maxima sanctitate, Guillelmitarū denominationem sumpserunt. Quæ denominatio ad Saxones, prouinciam Rheni, regnum Boemiæ, & in prouincias ab eo dudū instructas promulgata est.*

a In Cathalogo sanctorum in vita S. Guillelmi cap. ...

Iacobus Naucleus, præpositus Tubin- 98
gensis, qui (teste Card. Bellarmino [b]) scripsit ingens chronicum rerum ab initio mundi vsq; ad annum 1500. & impressum est (vt vidimus) Tubingæ anno 1516. Hic ergo [c] sic habet. *Ordo Guillelmitarum à S. Guillelmo Eremita, olim Duce Aquitaniensi, debet dicere; Aquitaniensi) nomen & originem traxit. Eius discipulus fuit S. Albertus Eremita. A Ordo quoque Eremitarum à quodam Guillelmo Eremita, viro sancto, & Aquitaniæ duce, ac Comite Pictauiensi nuper anno Domini 1157. licèt institutus, sub Innocentio tamen, & Honorio sub titulo fratrum Eremitarum S. Augustini & appellari, & nominari iussus est, & confirmatus. Nam prædictus Guillelmus à B. Bernardo sufficienter edoctus, ordinis sui calamitatem, religionisque feruorem penè extinctum considerans, animum ad instaurandum eum adiecit, in breuique conuacescens ex multitudine religiosorum, & monasteriorum, meliorem statum ordini D. Augustini per Gallias dedit. Qui hunc ordinis conditorem appellant, ac Guillelmitæ vulgo per Gallias nominantur. Itaq; concessione Anastasij Pontificis ac Adriani eius successoris, relictâ Eremo tunc ciuitates primùm incolere cæpit, ac primùm Parisijs monasterium sub mendicationis titulo extruxit. Deinde Albertus Gallus doctrina, & vita sanctitate mirabiliter ordinem adaugens, plurimum ordini laudis, & religionis contulit. Verùm cùm Guillelmitarum titulus in Gallijs, vsque ad Innocentij tempora perdurasset, mandante eo post habita eius* 99
denominatione, & omnibus S. Augustini eremitis ad ciuitates vbique accersitis, Innocentius & eius successores omnes sub vno titulo Eremitarum, vt dictum est, appellari voluit, & præcepit.

Septimum. An. 1500.

b lib. de scriptoribus Ecclesiasticis pag 423.

c volumine 2. generat. 40. fol. 05 pag 2.

d Et generat. 41 fol 213 sub anno 1215.

Raphael Volaterranus e quam (teste Posseuino) [f] dicauit Iulio II. atq; adeò non edidit ante annum 1503: [g] licèt sic habeat de nobis: *Hi ab initio, vt ait Ioannes Andreas, ex pluribus ordinibus, ac eremitis simul in vnum coalte*

Octauum & nonū decimum. Circ. an. 1503 & 1504.

e lib. 21. sui Apologiæ.

f tom. 2. Apparatus sacri pag. 314.

g fol. 242. pag. 2. capite De Eremitarum ordinis viris.

contrà sub Augustini ordine, &c. nihilominus inter sanctos religionis eremitarum S. Augustini enumerat S. Guillelmum. Volaterrani placitum secutum fuisse nescio; quem Robertum episcopum Arboricensem *a* docet Ioannes Trullus, Can. Regul. *b* scripsit autem Robertus illud opus anno 1545. *c* vt tradit Posseuinus.

a Tomo 2. de tuendo celibatu an. de monasteriorum ordinis primordijs.
b lib. 4. ordinis Canonici cap. 5. fol. 282.
c tomo 2. apparatus sacri pag. ...

100 X. circa annu 1504. Maurolicus etiam circa annum, vt existimo, 1504. *d* sic habet die 10. Februarij. *Natale S. Guillelmi Confessoris, Ordinis Eremitarum S. Augustini antea Ducis Aquitaniæ, & Comitis Pictauiensium à B. Bernardo instructi.*

d in Martyrologio.

101 XI. an. 1504. Antonius Sabellicus, orator, & Poeta omnium illius tempestatis celeberrimus, tomo 2. *e* Æneadum, impresso Parisijs in ædibus Ascensianis anno 1528. ab ipso tamen Sabellico in lucem edito anno 1504. *f* (vt infra demonstrabimus) dum sanctos eremitiæ Augustinianæ religionis enumerat, *g* sic ait. *Sanctorum Cathalogo adscribuntur D. Augustinus, Nicolaus Tolentinas, Simplicianus, & Guillelmus Britannicus, vel legendum est, Aquitanicus.*

e in fine ... ad hunc ...
f Ænead. 7. lib. 9. fol. 36. p. 1.

102 XII. an. 1516. Ægidius Viterbiensis Augustinianus *g* antequam esset Cardinalis, atque adeo ante annum 1518. sic ait sub anno 1198. *Hoc tempore Ioannes Bonus Mantuanus, qui in Flaminia Cesenæ Deo ita vixit, vt sui sæculi gloria ab eremi ... afferatur D. Augustini eremitis; vt cuius olim Guillelmus in Gallia, ita ipse ordinem numero fratrum, & monasteriorum adauxit in Italia.*

g in libro quę prænotatur viginti sæculorum cum X. sectum.

103 XIII an. 1549. Hieronymus Seripandus, Augustinianus, Cardinalis, *h* (siue ipse ediderit, siue alius eius iussu, vt traditur) quod simul cum ordinario, & constitutionibus prelo dedit anno 1549. sic ait, *i* *Guillelmus Gallus.* & in ordinario, in Calendario Mensis Februarij, die 10. sic habetur. *Guillelmi Confessoris ordinis nostri, duplex maius.* Alexander de Peregrinis, Iulij III. Capellanus in suo Martyrologio edito anno 1553. quod habetur Romę in Bibliotheca vallicelana, sic habet die 10. Februarij. *Natale S. Guillelmi confessoris ordinis Eremitarum S. Augustini.*

h In compendio seriam ordinis Augustiniani.
i fol. 35. in indice sanctorum Canonizatorum ordinis nostri.

104 XIV. ante an. 1553.

105 XV. ante an. 1568. Onuphrius Panuinius Veronensis, Augustinianus, celebris historicus, ante annum 1568. in quo immaturè obijt *k* sic ait. *Ordo fratrum Eremitarum S. Guillelmi sub regula Augustini à Guillelmo Aquitaniæ Duce factus.*

k in chronico ad an. 1160.

106 XVI. anno 1578. Ioannes Molanus, quem Cardin. Baronius summis laudibus effert, *m* teste Possevino *n* die 10. Februarij, numero 3. sic habet. *In stabulo Rhodij, natale S. Guillelmi Confessoris, ordinis Eremitarum S. Augustini.*

l in recapitulatione Martirologij Romani cap. 9.

Paulus Morigia, Mediolanensis, ordinis Iesuatorum *o* sic ait. *Verum, vt sciatis quis fuerit hic Guillelmus, de quo vobis loquor, dico hunc fuisse Ducem Aquitaniæ, qui à iuuentute sua à contemplatiuo Bernardo instructus in via Dei timoris, & in eius Sanctis mandatis, quotidie horã mortis ante oculos habens, timensque morte improuisa mori, dimisso Ducatu, & omni mundi pompa, in eremum secessit, ad locum incultum, & solitarium, & suscepto habitu Eremitarum S. Augustini vitam ducebat ferè Angelicam;* & inde prosequitur historiã Guillelmi ferè eisdem verbis, quibus Arthmanus Schedel supra adductus. subdit Morigia floruisse Guillelmum apud Deum, & homines circa annum domini 1157. edidit autem ipse hoc suum opus primum anno 1569.

m in additionibus ad Martyrolog. Vsuardi, editis anno 1568.
n tomo 1. apparatus sacri pag. 915.
107 XVII. anno 1569.
o lib. 1. de origine religion. cap. 22. fol. 43.

108 XVIII an. 1571. Ioannes Trullus, Hispanus, Prior S. Christinę in Ecclesia Cęsaraugustana, tũc Regulari Illustrissimi, & antiquissimi ordinis Can. Reg. S. Augustini lib. 4. Ordinis Canonici cap. 5. quem publici iuris fecit anno 1571. vbi repetit, & probat, vt videtur verba Naucleri *p* supra à nobis adducta suo loco.

p generat. 41. fol. 213. anno 1115.

109 XIX. an 1573. Gundisaluus de illescas *q* de Anastasio IIII. loquens sic ait. *Concesse S. Eremita Guillelmo Pictauiensi, quod posset ædificare monasteria sui ordinis S. Augustini intra populos. Et enim vsque, omnes in eremo viuebant, vt magis in particulari dicetur in vita Innocentij III. & infra; r* sic inquit. *Tertius ordo, qui in hac occasione redactus est ad perfectionem, in qua hodie est, fuit ordo Fratrum, quos vocamus Eremitas S. Augustini. Eius origo fuit multò antiquior. Etenim de glorioso P. Augustino compertũ est, quod in eremo vixit antequam esset episcopus Hipponensis; & quòd inde ad episcopatũ assumptus est, relinquens suũ habitũ, & regulam eremitis suis sodalibus. Qui durauit in ea forma, in qua S. Augustinus illũ reliquit (viuentibus viris habitus illius in desertis, & locis eremis) quo vsque Guillelmus Comes Pictauiæ circiter annos Domini 1157. tempore D. Bernardi, & ex eiusdem consilio conuersus est; & mũdũ relinquens suscepit habitũ eremitalẽ; & ipsi ex concessione Pontificũ Anastasij IV. & Adriani IV. ad vrbes vitam reduxerũt. Primũ monasteriũ, quod pro illis extructũ est, fuit Parisiense; & nũc noster Pontifex (mutato eorũ nomine; vocabãtur enim Guillelmitæ.) voluit vt appellarentur Augustinienses, seu Augustiniani.* Hęc illescas.

q in hist. pontificali edita anno 1573 li. 5. cap. 14. fol. 303. pag. 2.
r cap. 35. fol. 332 pag. 2. sub Innocentio III.

110 XX. an. 1580. Ioannes Basilius Sanctorus, *s* sic habet. *Considerans postea in Gallia florere ordinem Cisterciensium, & eremitarũ S. Augustini, ad illos accessit, multumque eis fauit. t Et cũ alios plures*

s tomo 1. floris sanctorum impresso Pla-

uiobriga, vulgo Bilbao anno 1580. fol. 152. pag. 2.

labores (ait infra) passus esset, ad Pisarii partes profectus est, incapitq; vitã solitariã agere in insula, quæ appellatur Linallia; ibiq; coniũctus aliquibus fratribus ord. gloriosi S. August. ab illis, fuit instructus, eorumque habitum suscepit, & inuisit monasteria sui ordinis, quæ erãt in Tuscia. Exinde prosequitur Sanctorus historiam S. Guillelmi eisdẽ ferè verbis, quibus eam enarrat author appendicis ad Petrum de Natalibus, cuius verba supra retulimus.

111 B. P. Ildefonsus de Orozco, incomparabilis sanctitatis vir, de cuius canonizatione coram Sede Apostolica agitur; Caroli V. & Philippi II. Ecclesiastes, Augustinianus, a recenset D. Guillelmum inter eremitas Augustinianos, refertq; ab illo reformatum fuisse ordinem D. Augustini. & pro hac parte illum allegat P. Petrus de Ribadeneira, è Societate Iesu b obijt autem vir Sanctus Matriti, in Collegio D. Mariæ Aragoniæ; die 19. Septembris anno 1591 ibique summa populi deuotione colitur, in loco eminẽtiori collocatus authoritate, & decreto Serenissimi Ferdinandi Austriaci, Cardinalis Toletani, Infantis Hispaniarum.

XXI. circa an. 2130.
a in chronico ordinis S. Augustini.
b tomo 2. floris sanctorum pag. 228.
Quando mortuus, & vbi collocatus sit B. P. Ildefonsus de Orozco.

112 Gilbertus Genebrardus, ex Illustrissima Familia D. Benedicti, Archiepiscopus Aquensis, c sic de D. Guillelmo, & ordine Guillelmitarum loquitur. *Qui eam familiam condidit, vt sectarentur collectam ex D. Augustini operibus regulam.*

XXII. a. 1580.
c lib. 4. Cronographiæ editæ an. 1580. sub anno 1171.

113 Illustrissimus Card. Baronius quamuis postea in Annalibus tomo 12. anno 1136. vel palinodiam recantauerit, vel saltem dubius, & anceps in quæstionem vocauerit, vtrũ Guillelmus Dux Aquitaniæ, qui in schismate fauit Anacleto II. & à D. Bernardo reductus fuit ad vnitatem Ecclesiæ, fuerit Augustinianus eremita, imo & religiosus in Martyrologio Romano, quod in lucem ediditanno 1585. d sic habet. *Quo in loco* (nempe, in stabulo Rhodis, quod hodie dicitur Malauallis, posita in agro Senensi.) *extet vetus memoria eiusdem Sancti, monumentum Ecclesia, & monasterium, ibiq; venerabile sepulcrum eiusdẽ habetur, Vbi sacrum corpus eius conditũ fuit, licèt pars eius translata fuerit Castilionem, quod à prædicto loco tribus milliaribus distat; ibiq; condita in Ecclesia S. Ioannis Baptistæ. Hæc accepimus fida relatione, atq; certa attestatione religiosorum fratrum Augustinianorum, qui prædicto monasterio in stabulo Rhodis posito præsunt, eadem nobis suggerente optimo, & erudito viro Rev. D. F. Augustino Fivizanio Apostolicæ Sedis sacrista.* Addit deniq; migrasse Guillelmum ex hac vita anno 1156.

XXIII. a. 1585
d pag. 7c. in notis ad diem 10. Februarij.

114 Franciscus Modius e sic ait. *Guillelmitarum ordo, pertinens, aliquis ab Eremitas Augustinianos, &c.* f *sic cecinit de Guillelmitis.*

Siue VVibelmitas Burgundo à Principe dictos,
Cuius mens in nos, dextraq; magna fuit.
Siuè Augustini dederis de nomine nomen.
Conueniens nobis illud, & illud erit.
Augustinus enim nostri, vt fuit ordinis author.
Manere sic dicti cæpimus vsq; Deo.
Quin nec parua Bonus dedit incremẽta Ioannes,
Sicq; sumus dono, quod sumus omne trino.

XXIV a. 1585
e in lib. de origine cuiuscumq; ordinis Ecclesiastici edito Francofurti an. 1585.
f & in alio libello de habitib. omnium religionũ, eodem anno, & ibidem edito.

115 Constantius Laudensis, Augustinianus in vita S. Ioãnis Boni impressa an. 1590. g eidem veritati subscribit; sicut & Ioãnes de Pineda Franciscanus, h Stephanus de Garibai, Regius chronographus, i Didacus Coria Maldonado Carmelita, k qui omnes circa annum 1590. vel enumerant Guillelmum inter Sanctos ordinis S. Augustini, vel vltra etiam illum eiusdem reformatorem, & restauratorẽ assignant.

XXV XXVI. XXVII. & XXVIII. an. 1590.
g lib. 1. cap. 2. pag. 5.
h lib. 22 Monarch. Eccle. c. 12. §. 1.
i Io illustrationib. genealogicis Regũ Hispaniæ p. 2. fol. 293. & 297
k in eludario ordinis Carmelitici lib. 2. c. 9. f. 107 p. 2.

Carolus de Tapia in tractatu de Religiosis rebus, super Authentica, *Cum Ecclesiæ*: l edito anno 1594. omninò concordat cum Schedelio, Nauclero, & similibus supra citatis.

116 Emanuel Rodriquez, Franciscanus tomo 1. quæst. Reg. edito anno 1598. m sic habet. *Vnde traxit originẽ ordo Eremitarum S. Augustini? Respondeo, dicendo quod ordo Eremitarum S. Augustini initium habuit ab ipsomet hæreticorum malleo Augustino, & postea, Africanis ruinis à VVandalis factis; à quodam sanctissimo Guillelmo Guasconia Duce, facto huius ordinis eremita, in Gallia fuit reparatus anno Domini circiter 1157. vnde fratres Guillelmitæ multo tempore fuerunt vocati, ac postmodum per quemdam Ioannem, Bonum in tota Italia, ac præcipuè in Lõbardia fuit reformatus; & ab Alexandro IIII. Summo Pontifice, sub vno nomine, eodemq; habitu à S. Augustino eremitano insignis, & regula coadunatus, sicut hucvsque iam perseuerat, &c.*

XXIX. a. 1594
l c. 57 p. 196.
117
XXX. a. 1598.
m q. 1. ar. 4.

118 Ioannes Azorius, Iesuita, tomo 1. institutionum Moralium edito anno 1600. (vt Posseuinus n tradit) o sic ait. *Guillelmi Sanctæ Aquitaniæ olim Ducis, & Pictauiensium Comitis ad eremiticam vitam conuersi opera, & imitatione, trans Alpes, in Germania, Gallia, Illirico, & Hispania aliquot eremitarum domicilia constituta fuisse perhibentur. vnde & Guillelmitæ appellari cæperunt. Et in Italia cuiusdam Ioannis (vt diximus) cognomento boni eremitæ studio, pietate sunt etiam extructa, & fundata cænobia,* Hęc Azorius loquens de Augustiniana religione. At nescias an propriam vel alienam sententiam referat; potiusque videtur

XXXI. a. 1600.
n tomo 1. apparatus sacri pag. 819.
o lib. 12. c. 23. q. 5. col. 1579. aliàs pag. 870.

videtur aliorũ opinionem referre quàm ibi aliquid firmum ex proprio marte decernere.

119 XXXII. anno 1602. Bernardus Britus, Lusitanus, Cistercensis, *a* se in omnibus, aut ferè in omnibus conformat sententiæ Schedelij, & Naucleri.

a lib. 4 chron. Cistercie. c. 31 & in chrō. Lusitaniæ editio an no 1602. lib. 2. c. 17. f. 88. p. 2.

120 XXXIII. circ. an. 1601. Guillelmus Caualcantinus, Florentinus *b* refert S. Guillelmum suscepisse habitum ordinis Eremitarum S. Augustini in Sylua Liuallia, quę hodie dicitur Lupus Cauus, in Diœcesi Lucensi; & vt diximus *c* anno 1381. adhuc prędictum eremitorium Ecclesiæ S. Mariæ de Lupocauo erat ordinis fratrum S. Augustini. Addit vltra Caualcantinus *d* D. Guillelmũ construxisse eremitorium in stabulo Rhodis, quod hodie dicitur Vallisimala, tribus milliaribus distans à Castillione de Piscaia, anno 1155. & ibidem mortuum fuisse die Dominica, 10. Februarij anno 1157. Canonizatũq; fuisse ab Innocentio III. vnde, & Sampson Haius *e* refert Innocentium III. concessisse, vt de S. Guillelmo diuinũ recitaretur officium, vt refert Marquez *f*

b in vita Sancti Guillelmi edita circa annum 1601. cap. 23. fol. 50.
c dicta cui pra cedenti.
d cap. 19. & c 4.
e lib. de verita te vitæ, & ord. S. Guillelmi.
f cap. 14. §. 9. pag. 171.

121 XXXIV. an. 1604. Valerius Ximenez de Embum, Carmelita, Lector Theologus Cōuentus Cæsaraugustani, *g* sic ait. *Sub regula, quam Augustinus illis* (loquitur de Eremitis Augustinianis) *reliquit, vixerunt vsq; ad annum 1157. vel vt alij aiunt, 1154. in quo resuscitatus à Deo Guillelmus Dux Aquitaniæ vale dixit mundo, & suscepit habitum ordinis S. Augustini; quem cùm eam aliquantulum inclinatam videret ab antiquo rigore, ad pristinum statum reduxit; & ex benedictione Anastasij anno 1158. monasterium Parisijs ædificauit, quod primum hæc religio intra vrbes habuit. Tunc vocati sunt Guillelmitæ. At Innocentius III. eis præcepit vt gloriosum, & antiquum titulum Augustinianorum retinerent.*

g in Aliuio deuotionis ad antiquum ordinem Domini nostræ de Carmelo impresso an. 1604 par. 1. cap. 1 §. 3. fol. 22.

122 XXXV. anno 1604. Antonius Yepes Benedictinus, magni nominis historicus *h*, inter congregationes Augustinianas ordini Eremitarum S. Augustini vnitas ab Alexandro IV. anno 1256. enumerat ordinē Guillelmitarum; disputãs vtrum Guillelmus fuerit Augustinianus, sic ait. *Mihi valde satisfaciunt rationes P. M. Marquez; & antequam modò eas vidissem, vt multùm probabile habui S. Guillelmum fuisse fratrem Augustinianum; & à principio congregationem Guillelmitarum similiter obseruasse regulam S. Augustini. Hoc adeò persuasum est in ore, & calamo plurium authorum, vt etiam ipsum ordinem S. Augustini, à suo gradu deijcere intendunt, eiq; antiquitatem debitam non tribuere, eius religiosos vocent Guillelmitas. Æquum autem non est, vt ad id, quod obest, eam efficiant ordinem S. Augustini; & ad id, quod cedit in eius authoritatem, & commodum, velint hanc filiationem auferre ab illa sancta regula.* Addit tamen sapientissimus P. Magister in fine, se ex toto non proferre sententiam, donec videat Sampsonem Haium.

h tom. 1. historiæ S. Benedicti impresso anno 1609. in aduertētijs ad lectorē fol. 2. pag. 2.
i & tomo 7. centuriæ 7. anno 1135. cap. 3 fol. 265. pag. 1.

123 XXXVI. an. 1605. Ioannes Baptista Caualcantinus Florentinus *m* refert corpus B. Ghesij, excepto capite, quod ad infirmos deuotionis ergò portatur, iacere in arca fixa ad parietem lateris principalis Ecclesiæ Eremitarum S. Augustini conuentus Lucensis, vbi ab antiquo tēpore idem beatus vir depictus est cum habitu Augustiniano; translatumque eò fuisse sacrũ corpus circa annum 1250. ab Ecclesia S. Columbani extra muros Lucenses. Sunt autem, vt testatur, in arca prædicta versus sequentes inscripti.

m in vita B. Ghesij de San Miniato prelo mandata an. 1605. fol. 101.

Hoc Eremitarum tumulo pie conditur Ghesi
San Miniatensis, Christoque beate fidelis,
Protege prece tua Lucanos, ac patriotas.

Credit autem idem author B. Ghesium fuisse coætaneum S. Guillelmo, & vnum ex primis eremitis S. Augustini sub institutionibus B. Guillelmi. Parcat nobis Lector in hac parte. Dum de B. Ghesio agimus, & illum inter Augustinianos congregationis S. Guillelmi collocari audimus, non possumus omittere, quòd Gregorius Lombardelli de Sena, Dominicanus in cathalogo Sanctorum Ethruriæ, in S. Galgani vita *n* ex eius vita, & ex vitis Sāctorum Ethruriæ per Gregorium Lombardelli dominicanum, & per Siluanum Razzi Camaldulensem editis collegit, & Pisis reimpressit Angelus Carazano de Tortona anno. 1614. *o* refert Sanctum Galganum Eremitam accepisse habitum à Sancto Guillelmo in stabulo Rhodis, obijsseq; anno 1181. tertio nonas Decembris, quo die in Martyrologio Romano eius memoria consecrata est. Adscriptumq; fuisse numero sanctorum ab Alexandro Papa III. At Card. Baronius *p* sic ait. *Cùm reperiatur Alexander Papa decessisse ex hac vita ante S. Galganum, nimirum eodem anno domini 1181. 6. Cal. Septembris, & ille 3. Nonas Decembris, fatendum videtur, vel ante id tempus Galganum diem obijsse, vel ab alio Romano Pontifice inter sanctos relatum esse.* Fortassis tamen dici posset obijsse Galganum, & Alexandrum anno 1181. illum tamen ab incarnatione, & hunc à Natiuitate. Quo admisso, obijt Galganus ferè nouem mensibus ante Alexandrum; vel

n c. 43. pag. 95
o cap. 11. fol. 127.
p in Martyrolo gio Romano pag. 506.

dicen-

dicendum cum Lombardello [a] Alexandrum secundum aliquos vixisse vsq; ad 1182. & secundùm alios vsque ad 1184. Addamus & nos; neq; potuit S. Galganus à B. Guillelmo habitum suscipere, vt constat Primò ex vita per Theobaldum scripta. Secundò ex computatione annorum mortis Guillelmi, & Natiuitatis Galgani. Quare si ordinem Guillelmitarum professus est; ab alio habitum acceperit necesse est. Addit Angelus ex Gregorio [b] caput S. Galgani fuisse translatum in monasterium Senense S. Mariæ Angelorum, communiter dictum, Santuccium, Monialium ordinis Eremitarum S. Augustini; esseq; ex omni parte integrū & pulchrum.

a in vita S. Galgani, Senis edita an. 1577. c. 30 pag. 111.

b cap. vlt. fol. 18 circa annum 1120.

124 XXXVII. an. 1607. Ioannes Roussertus, Andegauensis, Minorita, [c] sic inquit. *Ordo Eremitarum S. Augustini incepit anno 1157. à Guillelmo Aquitaniæ Duce, viro sanctissimo, qui spretis sæculi pompis in vastam Eremum secessit, & ibidem sub Diui P. Augustini regula perfectus Christi seruus esse cæpit.* Subditq; ferè omnia, quæ de Guillelmo habet Æneas Siluius, eius etiam citato testimonio.

c in lib. de statu & origine ordinis S. Francisci, impresso an. 1607. quest. 5 prohœmiali.

125 XXXVIII. a. 1609. Hieronymus Sorbo, Capucinus, [d] eisdem omninò verbis, quæ ex Emanuele Rodriquez supra retulimus, affirmat B. Guillelmum fuisse Augustinianum; & sub Augustini regula suam congregationem instituisse.

d in compendio priuilegiorū Mendicantiū, edito circa ann 1609. in additionibus ad principium pag. 10.

126 XXXIX. an. 1610. Ioannes Baptista Gramaie, de antiquitatibus [e] Brabantiæ, editis Bruxellis an. 1610. agens de ordine Eremitarum Augustinianorum, sic addit: *Nunquam defuerunt, qui antiquo decori ordinem restituerūt ita Albertinus Veronensis cum socijs in Anglia; S. Guillelmus in Gallijs & Germania; Ioannes Bonus & sequaces in Italia &c.*

e in descriptione Louanij pag. 61.

127 XL. Circa an. 1612. Iacobus Breul; Gallus, Benedictinus, [f] ex priuilegio quodã Innocentij IIII. quod referemus, sibi persuadet ordinem Guillelmitarū sub Augustini regula egisse militiam religiosam.

f in antiquitatibus Parisiensib[9], editis circa ann. 1612. fol. 895. & sequenti.

128 XLI. an. 1613. Siluester Maurolicus, Abbas Roccæ Amatoris in Sicilia, ordinis Cisterciensis, [h] agens de nostro Guillelmo, sic ait. *Secessit in Eremum, viuens sub instituto S. P. Augustini.* Malè tamen addit; sicut & quidam alij, inde habuisse suā initia ordinem Eremitarum S. Augustini.

g. sequenti.

h in Mari oceano omniū religionum, impresso ann. 1613. pag. 272 & 273.

129 XLII. a. 1614. Alfonsus de Villegas [i] in vita S. Guillelmi, hæc tradit. *Patres Augustiniani pro suo habent hunc Sanctum virum, illumq; appellant Guillelmum; quod ei nomen tribuit martyrologium Romanum, quod eius meminit. Hoc ipsum approbant Papa Pius II. dictus Æneas Siluius in suo chronico; Antonius Sabellicus Aenead. 7. lib. 9. Raphael Volaterran[9] in sua Anthropologia lib. 21. Nauclerus; Cornelius Graphens* (nō noui hunc authorem) *Scio tamē eum cecinisse carmine Guillelmi vitã, vt refert Baronius [k] Petrus Galesinus* (hunc nō vidi) *& alij authores. & satis est ad credendū, quod ita sit. &c. & hoc quadrat ijs, quæ ab authoribus allegatis affirmatur; Scilicet, quòd cùm fuerit ordo S. August. præ sua antiquitate nimiū deflexisset vir sanctus Guillelmus illum professus fuerat vt de peccatis ageret pænitentiam; & præcipuè de rebellione, qua nutrito schismate, in summū Pontificem rebellauit; & videns ordinem Cisterciensem, qui eo tempore recens erat, monasterioq; D. Bernardi mirabiliter augebatur; procurauit, vt antiquus D. Augustini reformaretur &c.*

i in vitis Sanctorum.

k in Martyrologio notis ad diem 10. Februarij.

130 XLIII. a. 1614. Aubertus Miræus Flander, [l] sic habet enumerãs religiones sub Augustini regula militantes. *Ordo Guillelmitarum authore S. Guillelmo Duce Aquitaniæ. Alij tamen dicunt hos Guillelmitas militare sub regula S. Benedicti.* Vtrumq; verum; sed pro diuerso tempore, & pro diuersis congregationibus, vt constabit ex dicendis.

l in originib[9] Canonicorū Regularium S. Augustini editis an. 1614 cap. 4. pag. 17.

131 XLIIII. an. 1614. Iacobus Gordonus, Scot. Iesuita, [m] sub anno 1157. sic effatur. *Militum accepit ordo Eremitarum iuxta regulam D. Augustini per Guillelmum Aquitaniæ Ducem & Bernardi discipulum. Naucler. Onuph. Notant illi quidem ubi 1160. sed vix eo vsq; superstes fuit hic Guillelmus; de quo dixi ad annum 1137.*

m tomo 2. operis Cronologici impressi Coloniæ ann. 1614.

132 XLV. a. 1616. Iacobus Gualter[9] Iesuita, [n] de S. Guillelmo, & eius ordine, circa annum 1154. sic habet. *Qui illum sub regula ex S. Augustino collectã formarunt.*

n in Cronographia edita anno 1616.

133 XLVI. a. 1624. Petrus Caluo, Dominicanus Regius in Lusitania prædicator [o] expressè connumerat S. Guillelmū inter nostri ordinis Eremitas. Edidit autem hoc opus circa annum 1624.

o in lib. de defensione religionum pag. 317.

134 XLVII. an. 1628. Lucas Castellini, Dominicanus, nunc Episcopus, [p] sic inquit. *S. Guillelmus, huius nominis 9. Dux Aquitaniæ & Comes Pictauiæ, Guillelmi IIII. & Ioannæ Comitissæ Tolosæ filius, per Innocentium III. Ordinis Eremitarum S. Augustini, vt fertur.* Idem sensit Ludouicus Iacobillus, [q] vbi de S. Guillelmo, & ordine Eremitano S. Augustini, sic habet. *Qui fuit altera columna ordinis Eremitarum.*

p in tractatu de Canonizatione sanctorum edito an. 1628. in indice sanctorum Canonizatorū pag. 437.

135 Quadraginta septē, vel octo authores, quos ad manum habere contigit, enumerauimus pro monachatu Augustiniano S. Guillelmi, institutioneq; Guillelmitarum sub Augustini regula; & ex ijs plures antiquos, & graues; & in historia versatos, Theutonicos, Italos, Hispanos, Gallos;

q in vitis Sanctorū, & Beatorum Fulginatensiū pag. 175.

Sicu-

Siculos, Flandros, Lusitanos, & Scotos; alios sæculares, vel Clericos; & alios Canonicos regulares, Benedictinos, Cistercienses, Dominicanos, Franciscanos, Carmelitas, Iesuatos, Iesuitas, & Eremitas Augustinianos; vt huic veritati & omnis natio, & omnis religio testimoniũ ferat. Et tamen; quo colore, quo prætextu nescio, ait Pennotus a *de Guillelmitis verò certo certiùs est, illos nuper institutos; & dubiũ est, an fuerint sub B. Augusti. regula instituti. Omnes n.* (sic ille loquitur) *qui de illorum primaria institutione scripserunt, exceptis Eremitis Augustinensibus, quibus in propria causa credere nõ cogimur, illos vel sine certa regula, vel sub regula D. P. Benedicti à principio fundatos affirmãt.* Hæc Pennotus. A quo sanè discere vellem, qui sint illi omnes, qui rem hanc tam clarè definiunt? Præcipuè cùm ipse b dixerit multorum esse sententiam *Ordinem Guillelmitarum, illum esse, quem Romani Pontifices in suis literis absolutè vocant ordinem D. Augustini, & ab hoc ordine Guillelmitarum ipsum ordinem Augustinensium prima initia sumpsisse &c. licèt ad hanc communem opinionem labefactandam multipliciter, sed tamen inutiliter laborent.* Quòd est quod cap. 46. cõmunis opinio tenet Guillelmum instituisse ordinem Eremitarum S. Augustini; & cap. 48. soli Eremitæ Augustinenses asserunt D. Guillelmum sub regula Augustini militasse? Quis hęc redigat in concordiam? Quis fidat, aut credat authori tam inconstanter, & tam fidenter censenti omnes authores, exceptis Eremitis Augustinensibus, asserere B. Guillelmum vel sine certa regula, vel sub regula D. Benedicti suam congregationem instituisse? & tamẽ expressè tradunt ex his, quos vidimus, præter domesticos septem, Quadraginta vnus, vel quadraginta & Duo authores, vel fortè plures authores S. Guillelmum Eremitam fuisse, diuiq; Augustini ordinem reformasse, & reparasse, vel saltem nouam congregationem sub Augustini regula instituisse. Ij sunt Pius II. Arthmanus Schedelius, author appendicis ad Petrum de Natalibus; Iacobus Nauclerus, Raphael Volaterranus; Antonius Sabellicus; Maurolicus, Robertus Arboricẽsis Episcopus, Ioannes Molanus; Paulus Morigia, Iesuatus, Ioannes Trullus, Canonic⁹ Regularis, Gundisaluus de Illescas, Basilius Sanctorus, Gilbertus Genebrardus Benedictinus; Cæsar Baronius Cardinalis, Carolus de Tapia, Guillelmus Caualcantinus, Ioannes Baptista Caualcantinus, Ildefonsus de Villegas, Stephanus de Garibay, Aubertus Miræus, Ludouicus Iacobillus, Alexander de Peregrinis, Iacobus Breul Benedictinus; Siluester Maurolicus, & Bernard⁹ Brito, Cistercienses; Antonius de Iepes, Benedictinus, Petrus Caluo, & Lucas Castellini, dominicani; Ioannes de Pineda, Emanuel Rodriquez, Ioannes Roufferius, & Hieronymus Sorbo Franciscani; Ioannes Azorius, Iacobus Gordonus, & Iacobus Gualterus, Iesuitæ; Didacus Coria Malenado, & Valerius Ximenez de Embum, Carmelitæ. Franciscus Modius, & Ioannes Baptista Gramaie.

a lib. 2. cap. 45. pag. 160. Quàm veridicè & constanter loquatur Pennotus.

b eodem lib. 1. cap. 46. nu. 6. pag. 148.

136 Verum est tamen, quod à pluribus ex his authoribus admittuntur nõnulla, quæ ex parte videntur aliquid veri continere, & ex parte indigent castigatione. Primum est id, quod Pius II. Arthmanus, Bergomensis, Nauclerus, & alij tradunt; nempè D. Guillemum ex priuilegio Anastasij IIII. & Adriani IIII. ordinem Augustinianum ex eremis ad vrbes reduxisse, licet n. fortè post mortem D. Guillelmi B. Albertus Gallus, & eius consodales potuerint huiusmodi priuilegium obtinere, non ab Anastasio, qui obijt 4. Nonas Decembris anno 1154. atq; adeò ante mortem S. Guillelmi; sed ab Adriano IIII. qui obijt Cal. Septembris an. 1159. plusquàm trib⁹ annis post Guillermi mortẽ; & sub hoc prætextu magistro tributum sit, quòd discipuli impetrarunt; tamen cùm de Guillelmo constet ex Theobaldo in eremis vixisse, difficile est creditu, quod ea priuilegia obtinuerit; præcipuè cum nullum huius rei extet vestigium in Antiquitatibus Parisiensibus. vnde M. Marquez c credit hos authores deceptos ex similitudine temporum & nominum, tribuisse Anastasio IIII. & Adriano IIII. qui floruerunt circa an. 1154. & 1156. id quod tribuendum erat Innocentio IIII. & Alexandro IIII. qui vixerunt circa an. 1254. & 1256. Et sanè, vel hoc dicendum, vel potiùs illud qđ insinuabamus, quòd B. Albertus, & eius socij hæc priuilegia obtinuerint ab Adriano IIII. & ante illos D. Guillelmus aliquod alind priuilegium ab Anastasio IIII. circa institutionem suæ congregationis. Quodlibet credibile, nihil tamen determinatè certũ. verosimilius autem iam constantem authorum relationem, licèt vitiatã, aliquo huiusmodi, eoq; certo fundamento niti.

Primũ quod in aliquibus ex citatis authoribus castigatione indiget. D. Guillelm⁹ non reduxit ordinẽ Augustinianum ex eremis ad vrbes.

c cap 13. § 10. pag. 227. & § 13. pag. 233.

137 Secundum est, quòd affirmant idem authores ferè omnes, scilicet D. Guillelmum

Secundum.

D. Guillelmus nō ædificauit Parisijs Monasteriū, nec ordinem suū in Gallia dilatauit.

a Vbi supra pag. 233.

b §. præcedēti.

mum ædificasse Parisijs Monasteriū sub titulo & professione Mendicitatis, ordinemque suum in Gallia dilatasse. in hoc enim falli videtur, vt benè vidit Marquez a idque constat Primò; quia, teste Theobaldo, postquam Syluam Liualiam ingressus est, à Thuscia non est egressus. Secundò, quia, vt ex dictis b patet, vix tres, aut quatuor annos vixit sub Augustini regula; & in noua congregatione vnigenitum discipulum habuit B. Albertum, quem eius protodiscipulum Theobaldus appellauit. Tertiò Quia si Guillelmus conuentū Parisijs instituisset, nullatenus potuisset latere. Potuerunt tamen hi authores decipi tribuentes Guillelmo id, quod eius discipulo Alberto conueniebat. Hic enim ordinem Guillelmitarum (vt tradunt authores, & satis expressit Theobaldus cap. 22. sic de Alberto inquiens. *Proficiente eo (nec eius discipulo, vt postmodum multorum pater fieret filiorum.*) videtur in Gallia, Alemania, & alijs prouincijs dilatasse, vel per se ipsum, vel per sodales illuc missos. Id quod S. Guillelmus præstare non potuit, quia in stabulo Rhodis, vbi credimus, & suasimus ordinem Guillelmitarum incepisse, solum Albertum videtur habuisse in discipulum, vt colligitur ex fida relatione Theobaldi, vel fortè errorem passi sunt, vt existimauit Marquez c, adscribentes Guillelmo sub Anastasio, & Adriano IV. quod tribuendum erat eius posteris sub Innocentio, & Alexandro IV. sed præstat vel non inquirere errorum singulorum causas, vel saltem eas leuiter degustare.

c Vbi supra.

138 Tertium. Tertium est, quod tradunt iidem authores, scilicet tantum durasse nomen Guillelmitarum vsque ad Innocentij III. seu Honorij III. tempora, & tunc omninò extinctum. In hoc enim manifestè decipiuntur. Titulus enim Guilielmitarum, seu fratrum S. Guillelmi durauit vsque ad annum 1276. quando in vnione facta ab Alexandro IV. extinctus est; licèt nō multò post, reuixerit in ordine diuerso ab Augustiniano, sub regula S. Benedicti, vt post §. sequentem dicemus, & quidem vsq; ad eum annum, & vltra, modo dicto durasse denominationem S. Guillelmi, constat ex bullis, quæ in sequentibus afferemus; & ex ijs, quas difficul. 1. citauimus pro sanctitate D. Guillelmi, versiculo,

Titulus Guilelmitarū quādo extinctus est, & quando reuixit.

Hoc ergo reiecto.

§. III. EADEM VERA SENTENTIA rationibus, & coniecturis fundatur.

PRobauimus nostram sententiam tot authorum concordia. *Sed ne videar* (vt Hieronymus ait ad Augustinum d) *aduersus rationem tuam, nisi testium numero, & occasione virorum illustrium subterfugere veritatem, nec manum audere conserere, breuiter de scripturis exempla proponam*; ostendamq; rationibus, & coniecturis D. Guillelmum, eiusq; ordinem sub Augustini regula vitam egisse. 139

d Epistola 11. inter Augustinianas.

Suademus ergo rem hanc. Primò ex testimonio Innocentij IV. cuius Bullam datam 3. Cal. Martij anno 9. Pontificatus, atq; adeò Christi 1252. (non 1250. vt habet Marquez e Innocentius enim electus fuit 8. Cal. Iulij anno 1243.) extare in archiuo Parisiensi Augustinianorum, pendenti sigillo munitam testatur P. Iacobus Breul, Benedictinus f qui ex illa sibi persuasit ordinem Eremitarum S. Guillelmi professum fuisse regulā Augustinianam. Ex Iacobo Breul illā transcripsit Marquez vbi supra, & est tenoris huiusmodi. 140

e cap. 13. §. 16. pag. 242.

f in antiquitatibus Parisiensibus fol. 295.

Innocentius episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Priori, & fratribus Eremitarum Nollis S. Guillelmi, ordinis S. Augustini, Lingonensis diœcesis salutem, & Apostolicam benedictionem. Deuotionis vestræ precibus benignum impertientes assensum, vt de blado, vino, lana, lignis, lapidibus, & alijs, quæ aliquoties pro vestris vsibus emere vos contingit, nulla, pedagia, vineragia, roagia, vel alia, quæ pro ijs, à secularibus exiguntur, soluere teneamini, vobis tenore præsentium indulgemus. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc tentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Perusij 3. Cal. Martij, Pontificatus nostri anno 9. 141

Prima probatio veræ sententiæ.

Occurrit tamē Pennotus g dici posse illos eremitas non fuisse ex ordine S. Guillelmi; sicut non omnes, qui degūt in monasterijs à S. Benedicto, vel Augustino, vel Dominico nuncupatis, sūt ordinis D. Benedicti, vel Augustini, vel Dominici. Sed contra Pennotum est; quia negari nō potest, illos fuisse eremitas ordinis S. Augustini, vel ergo erant appellati Guillelmitę, vel Augustiniani. Si primum habemus intentum, nēpe Guillelmitas ante Alexādrum IV. saltem maiori ex parte, vixisse sub regula D. Augustini; atq; adeò ordinem sub 142

Respōsio Pennoti.

g lib. 2. cap. 46. nu. 3. pag. 147 Infringitur.

ea in-

ea institutum à D. Guillelmo, vt credere est. Si verò dicatur secundum, quòd mihi credibiliùs est, saltem sequitur Eremitas D. Augustini per ea tempora erexisse. cœnobia sub aduocatione S. Guillelmi. Quòd, præsertim alijs circumstantijs adiunctis, aliquale vestigium est, ad credendum prædictos eremitas pro suo agnoscere D. Guillelmum, vt pote qui priùs professus fuisset regulam Augustini in congregatione eremitarum Augustinianorum. Religiosi enim proniores sunt ad imponenda suis Ecclesijs nomina sanctorum propriorum, quàm alienorum.

143 Secunda probatio.

Secundò idem suademus ex eo, quod refert Illustrissimus D.F.Franciscus Gonzaga Archiepiscopus Mantuæ, & Seraphicæ familiæ ingens gloria[a], & ex illo accepit amicus noster charissimus, isq; eruditissimus P. F. Lucas VVadingus[b] cuius diligentiæ, & studio tantùm debet Francisci clarissima soboles, vt nesciam an plùs alteri. Verba Gonzagæ iam in superioribus, denuo, nec tamen frustra repetimus. *Cùm anno 15. (inquit) à Minoritici ordinis exordio, nempè 1257. à Christi Natiuitate, sorores quadam Clarissa, &c. domũ quandam D. Guillelmo dicatam, atq; muris Ferrariensis ciuitatis cinctam, ex eleemosynis sibi oblatis, à patribus Augustinianis ordinis Eremitarum emerunt, ea tamen lege statuta, vt conuentus erigendus antiquum titulum retineret.* Sistamus hic. Si S. Guillelmus ad Augustinianos non pertinebat, quæ vel quorsũ illis cura de antiquo titulo retinẽdo? Certè, conditio hæc non videtur deducenda in pactum ab Augustinianis, qui nouiter domum occupabant ratione vnionis generalis, nisi aliquid iuris habuissent in Guillelmũ, nempè quia inter nostros eremitas Augustini regulam obseruarat.

[a] in chronico Francisc. p. 2. in Prouincia Boooniç Monasterio 2. Monialium.

[b] tomo 2. Annaliũ Minorũ anno 1257. num. 25.

144 Tertia.

Tertiò, quia in Capitulo nostro Generali Imolę habito die 17. Maij, anno 1388. sub priore Generali Fr. Tholomæo Veneto, vt habetur in compendio rerum ordinis edito Romæ anno 1549. fol. 43. sic statutum fuisse narratur. *Decretum est in hoc capitulo à patribus, vt in Translationibus B. Augustini, & eiusdem conuersione, & in festo S. Monicæ fieret officium minùs duplex; in festis verò Sanctorum Simpliciani, & Guillelmi semiduplex.* vbi supponitur antea de S. Guillelmo, sicut & ab anno 1315. iuxtà diffinitionem capituli Patauini agebatur, de S. Simpliciano, officium diuinum fieri, tũc tamen vtriq; assignari modum, seu solennitatem officij. Id autem videtur prę-ceptum à patribus, quia putarunt B. Guillelmum esse suum; neq; enim alia ratio se offert. Vnde & postea subsequenti tempore Religio Augustiniana die 10. Februarij recitat diuinas preces de S. Guillelmo, tanquam de sancto eiusdem ordinis. Id que confirmatum est authoritate Summorum Põtificum Leonis X. anno 1515. & Pij V. anno 1570. de Primo constat ex Romano[c] vbi asserit prædictam bullam Leonis X. obseruari in cõuentibus nostris Vallisoletano, & Salmantino. Secundũ verò patet ex manuali, seu codice officij diuini pro ord. Augustiniano, quod apud me habeo impressum Cõpluti apud Andream de Angulo, anno 1575. Vidimus etiam Romę hoc anno 1630. in bibliotheca Reuerẽdissimi D. F. Fortunati Scachi, Fanensis, eruditissimi, & doctissimi viri, nostri Eremitæ, sacristæq; Pontificij, duo breuiaria Augustiniana iuxtà officiũ Romanæ Curię in pelle ouina pulchrè manu scripta. in vtroq; apponitur officium de *de S. Guillelmo confessore ordinis nostri* vtrumque est satis antiquum; at vnum eorum ante annum 1446. scriptum fuisse id demõstrat, quòd caret officio S. Nicolai, eo anno ab Eugenio IV. inter diuos relati.

Decretum capituli generalis Imolæ celebrati, vt fieret officium trãslationum, & cõuersionis S. P. Augustini S. Matris Monicæ, & Sãctorum Simpliciani, & Guillelmi.

[c] Centur. 12. fol. 113. pag. 1.

145 Quarta.

Quartò, quia Gregorius XIII. in bulla Data Romę 25. Iulij anno 5. Pontificatus, & Christi 1576. sic habet. *Omnibus, & singulis vtriusq; sexus Christi fidelibus, qui futuris temporibus domos, & Ecclesias prædictas* (scilicet, Prouinciæ Indiæ Orientalis) *fratrum Eremitarum S. Augustini, dicti ordinis fundatoris, & S. Monicæ matris eius, ac S. Nicolai, & Guillelmi dicti ordinis professorum diebus pro tempore visitauerint, &c. Eodem modo* (ait Crusenius[d]) *Clemens VIII. loquitur in bulla 2. Aprilis anno 1599. Ego ipse Sanctissimis pedibus Pauli V. Fel. Rec. prouolutus, indulgentias impetraui in festo S. Guillelmi ordinis nostri pro Conuentu Leodiensi.*

[d] in suo monastico Augustiniano parte 2. cap. 22. pa. 99.

146 Quinta.

Quintò, quia vt ex Sampsone Haio folio vltimo sui libri constat, D. Guillelmus portauit habitum Augustinianum, eiusq; religio eo semper vsa est, modoq; vtitur, vel nullo, vel tenui addito discrimine, vt & ipse fatetur Haius[e] & clarè patet ex bulla Innocentij IV. quã adducemus in responsione ad argumenta Pennoti. Erat ergo ordo Guillelmitarum, & Augustinianorum sic absolutè appellatorum, licèt in diuersas congregationes obedientię separatæ diuisus, vna tamen & eadem religio S. Augustini; sicut ordo Capucinorum, Cõuentualium, & Obseruantium, quãuis

[e] pag. 72. & 14

S suo di-

sub diuersis cōgregationibus,& obedientijs, est vna, & eadem religio S.Francisci; & sicut ordo Mortariensis, S. Ruffi, & S. Marci, sic à Summis Pontificibus appellatus, licèt essent congregationes separatæ sub obedientijs distinctis, erant tamē vna & eadem religio Canonicorum Regularium S. Augustini. Patet consequentia; quia aliàs credibile non est, quod Summi Pontifices eisdem ferè omninò habitum concederent, aut permitterent duobus ordinibus, inter quos nulla esset originis dependentia, quorum alter sub regula Augustiniana, alter sub Benedictina degeret, quādo eremitis Augustinianis præcipiebatur, vt hoc potiùs modo quàm illo induerentur, quo distinguerētur melius à patribus Franciscanis, & ab alijs religiosis.

147 Sextò, quia vel nullus, aut ferè nullus est author, vsq; ad hæc tempora, vt obseruauit Marquez [a], qui neget Guillelmum vixisse inter Eremitas Augustinianos, & plures asserunt hos ab illo reformatos: & vtrumq; fatetur etiam Sampson Haius, Guillelmita [b], Quis autem credat Guillelmū, hominem alterius instituti, victurum inter religiosos diuersæ professionis, acturumq; de reformatione illorum, quorum regulam, & institutum non nouerat? Adde, faueret non parùm, si verum esset, id, quod R. P. F. Lucas Vvadingus refert [c] nempe Moniales B. Mariæ Magdalenæ Notimbergensis vixisse vsq; ad eū annum sub regula S. Augustini, & constitutionibus B. Guillelmi; faueret inquam, si verum esset; quia constaret Moniales Guillelmitas vixisse sub regula Augustini. Tamen, vt in superioribus dixi, existimo eas vixisse sub Augustini regula, & constitutionibus, non B. Guillelmi, sed cuiusdam Guillelmi Doctoris Parisiensis.

Sexto.

a cap. 13. §. 13. pag. 230.

b pag. 71. 11, & 21.

c tomo 4. Annalium Minorum an. 1278. num. 39. pag. 9.

148 Vltimò quia, vt enarrat Isidorus de Isolanis, Dominicanus, (qui vt ipse ait in in fine libri 4. sententiarum, in epitome Ioannis Capreoli à Paulo Sōcinate edita, & ab ipso Isidoro completa, & dicata Regi Galliæ; opus illud absoluit, extremamq; manum imposuit an. 1521. in festo Exaltationis S. Crucis, cū esset Baccalaureus Bononiensis, & Lector Papiēsis in Cænobio S. Appolinaris) relatus à Ludouico de Angelis [d] sic habet in vita B. Veronicæ [e] *D. P. Augustinus Pontificio habitu ornatissimus, vestemq; habens interiorem rubri coloris, medius inter sanctos Nicolaū Tolentinatem, & Guillelmum sacerdotali more indutos, coronatosq; præcedebat*, &c. *Hos primùm sequebatur Eremitarum numerus copiosus, deinde Canonici Regulares, albis vestibus indu i. Post quos turba magna religiosorum coloris grisei subobscuri quo plerique ordines vestiuntur sub Augustini regula militant* [f].

Vltimo.

d lib. 6. cap. 8. fol. 144. pag. 2

e lib. 1. cap. 41.

149 Ex hoc testimonio, seu ex hac reuelatione colliges plura. Primum est S. Guillelmum fuisse sacerdotem, licèt hoc omiserit Theobaldus, qui tamen nec illud negauit; quandoquidem sacerdotali more indutus, & coronatus, sicut & Nicolaus Tolentinas, apparuit. Hoc autem est contra M. Marquez, qui [f] credidit Guillelmū fuisse religiosum laicum, nec initiatum sacerdotio, quo se magni patres ex humilitate priuauerunt. Vnde M. Ioannes Cele, qui obijt die 9. Maij anno 1417, reddens rationem quare ad sacerdotium promoueri timeret, apud Ioonnem Boschium, in Chronico Vvindesemēsi [g] aiebat, quod *Magnus P. Benedictus Nigri ordinis institutor, & S. Franciscus fratrum Minorum fundator; Eff: mq; diaconus, præcipuus eremi cultor; magisterq; Gerardus Magnus suus cōtemporaneus totius modernæ deuotionis, & deuotorū inceptor primus, mole magnitudinis, & dignitatis sacerdotij, & co: scientia s: a pressi, presbyterari recusarunt*. Secundum est S. Guillelmum sub Augustini norma se Domino consecrasse, quādoquidē simul cū Tolentinate adstabat Augustino, & eos sequebāt Eremitarū numerus copiosus. Quo autem tēpore hæc reuelatio contingerit, mihi incognitum. Notum tamen, eam contigisse ante annum 1497, quoniam Veronica, vt ex eius vita constat [h] diem obijt extremum Idibus Ianuarij anno 1497. Extat vita B. Veronicæ per Isidorum de Isolanis cōscripta in Bibliotheca regia S. Laurentij de Escoriali, vidimusq; illam in nostris Bibliothecis Barchinonensi, & Romana Angelica; estq; prælo data Mediolani apud Gotardum Ponticum die 3. Aprilis anno 1518. constat ex ea manifestè, quàm inaduertenter errauerint, qui illam Augustiniano habitu denudantes Dominicanum in suis scriptis induerunt. Primò, quia author est Dominicanus, & de suo ordine nihil habet; haberet autē & plura, si B. Veronica fuisset Dominicana. Secundò, quia prædicta Beata recitabat officium Romanum, quod Augustinianę recitant, secùs dominicanæ. Tertiò, quia Ruffinus Bellingerus Archipresbyter Ecclesiæ SS. Naboris, & Felicis de Pustino, Papiensis diœcesis, in epistola ad Autoniū Borsa-

Primū corollariū ex adducta relatione. D. Guillelmus fuit sacerdos.

f cap. 13. §. 3. pag. 230. n. 4.

g lib. 2. cap. 69 pag. 61.

Secundū Corollarium.

h lib. 8. cap. 1. fol. 118.

Beata Veronica non Mediolanēsis Augustiniana.

Borsanum Ecclesiæ S. Pauli Mediolani presbyterum parochialem, quæ ad finem vitæ impressa est anno 1518. sic de illa habet. *Habitum verò S. Augustini deuotè extorsit.* At Ruffinus suo tempore habitū Dominicanum nō appellaret habitum S. Augustini, benè tamen habitum ordinis Eremitarum. Vltimò; quia conuentus S. Marthæ à sua prima institutione vsq; in præsens est ordinis Eremitarum S. Augustini, quamuis moniales non induantur habitu omninò nigro, sed griseo subobscuro, sicut, & plures aliæ Augustinianæ in Italia.

150 Verùm quia de Veronica Mediolanēsi incidit sermo; ignoscat lector, quod his placuit addere ea, quæ Paulus Morigia [a] sic habet. *B. Veronica de Binasco, monacha conuersa S. Martha Mediolanensis, cuius vita edita est lingua latina, & vulgari B. Archangela eiusdem Monastery S. Martha.* Constituerat autem [b] inter Beatos ordinis Eremitarum S. Augustini, patria Mediolanenses, hos sex viros; *B. Augustinum Turrianum, B. Bonifacium Mediolanensem, B. Lanfrancum de Sattera, B. Luchinum Arconate, B. Gabrielem Sforcia, B. Andream Bigly.* Qui fuerint, Augustinus Turrianus, Bonifacius Mediolanensis, & Luchinus Arconate, certò non noui. Pamphilus illos recenset in Cathalogo Beatorum ad finem Chronici Augustiniani; at in ea de illis nec vnū verbum. Crediderim eos fuisse ex primis patribus congregationis Lombardiæ, inter quos reperio Luchinum Mediolanensem electum prædicatorem generalem anno 1469. & vicarium generalē eiusdem congregationis anno 1497. Alij verò tres notissimi sunt, etiam apud exteros. Lanfrancus erat ex familia Settaria, alias Septalia, antiqua, & illustri, ex qua procedit Henricus Settarius 95. Archiepiscopus Mediolanensis, qui Prædicatores, & Minores primus in vrbem recepit. vnde credibile est per eadem formè tempora Augustinianos fratres S. Ioannis Boni, è quorum numero erat Lanfrancus, eius opera à consanguineo Archiepiscopo Mediolanum inuectos, vel in Conuentum S. Marci, vel in aliū. Fuit primo anno 1252. in capitulo Bononiensi electus generalis Eremitarum S. Ioannis Boni; & postea in capitulo Romano in vnione generali anno 1256. datus à Summo Pontifice in primum generalem ordinis iam vniti. obijt Mediolani anno 1264. vel 1265. Iacetq; in nostro cōuentu S. Marci. Gabriel Sforcia, filius fuit Sforciæ de Cotignola, & eius tertiæ coniugis Mariæ Marzanæ, filiæ Ducis Suessani, olim promissæ vxoris Ludouico Andeuagensi ad regnum Neapolitanum vocato, & ob id appellatæ Reginæ Mariæ, vt tradit Franciscus Zazzora 2. parte Nobilitatis Italicæ impressâ anno 1628. in familia Sforcia. Is in sęculo Carolus, in religione Augustiniana Gabriel de Cotignola vocatus; sic enim eum appellat Paulus Bergomensis [c] *cuius familiaritas*, inquit, *mihi maxima*. Donatus etiam Bossius in historia Mediolanēsi, quam deduxit vsq; ad an. 1492. eamdem mutationem Caroli in Gabrielem affirmat. Vnde iam securè Iosephus Ripamontius poterit natale eius nomen omittere, & Angelicum Gabrielis admittere, quamuis Franciscus Sforcia Dux Mediolanensis, Gabrielis frater ex parte, natale Caroli nomē in litteris retinuerit. Id fortè Ducalis Francisci fastus ambiebat, quòd religiosa Gabrielis humilitas reijciebat. Ille adhuc memor sæculi, & maternorum fratris stemmatum; hic autem mūdi immemor, oblitusq; populum suum, & domum patris sui, & matris suæ. Verùm eximia Gabrielis probitas, & vitæ seueritas illum in eremo Illiceteña delitescentem, instante fratre, concedente Pontifice, ad Archiepiscopalem Ecclesiam Mediolanensem euexit. A quo Pontifice promotus, quoto tempore vixerit, variè sentiunt authores. At vt fit, inter fratrū principum funera anno 1457. mortuus Archiepiscopus, & in Deiparæ Coronatæ Augustinianorum æde sepultus, quā Blancha Ducissa construxerat, & Gabriel consecrarat. Deniq; Andreas Biglij, ex nobilissima Biglorum Mediolanensium stirpe progenitus, magnum apud posteros nomen comparauit. De eo Episcopus Signinus [d] sic ait. *In Arte oratoria alter Cicero, in Philosophia secundus Aristoteles, in Theologia P. Augustini pedissequus perfectus erat* Obijt Senis valde senex, beato fine, & in Ecclesia Augustinensium sepultus iacet. floruit circa annum 1440.

151 *Epilogus.* Constat ex prædictis testimonijs siplorū cælitum, Summorum Pontificum, antiquorum codicum, grauissimorū authorū, è quibus nonnulli antiqui, ad quorum sententiam accedunt, quoad monachatum Augustinianum S. Guillelmi, & Guillelmitarum, omnes authores Augustiniani, & præterea ex rationibus, indicijs, & coniecturis D. Guillelmum, & eius congregationem primis suis temporibus obseruasse

[a] in summatic rerū memorabiliū vrbis Mediolanensis lib. 1. cap. 13. fol. 41

[b] fol. 43.

[c] in Apologia ordinis par. 2. cap. 4.

[d] fol. 78. pag. 2. in chronico Augu. ex Ambrosi Corano.

seruasse regulam Augustini. An verò D. Guillelmus ordinem Augustinianum reparauerit reformãdo mores collapsos in antiquis monasterijs, absq; nouæ congregationis institutione; aut post semel professam religionem Augustinianã, nouam aliam sub Augustini regula, sed sub obedientia separata, congregationem instituerit, quæ appellata sit Eremitarum, seu fratrum S. Guillelmi, dissensio videtur esse inter authores. Mihi magis arridet opinio M. Marquez [a] asserentis D. Guillelmum reparasse ordinem antiquum Augustinianũ; quia post professionem in illo, nouam sub pristina regula congregationem instituit, quæ Guillelmitarum, & Eremitarum, ac fratrum S. Guillelmi nomenclaturam obtinuit.

a cap. 13. §. 10. pag. 227.

152 Sed cùm constet Guillelmitas modò, & à multis retro actis temporibus Benedictinam regulam obseruare, inquires à quo tempore Augustinianæ suaue iugum excusserint? sanè non leuis difficultas, &, licèt satis trita, absq; inuidia dixero, non satis benè; quia certæ tabulæ, ex quib[?] aliquid lucis afferri posset, iacebant in tenebris. Lux orta est nobis ex doctissimi, & amicissimi viri liberalitate & humanitate, quem diligo, quem veneror, & suspicio. Cæterum vt hoc cõmodiùs, & distinctiùs enodetur, specialem ad illo parraphum excitemus.

§. IIII. A QVO TEMPORE Guillelmitæ Augustinianã regula omissa Benedictinam obseruent.

153 Respondet M. Marquez [b] id accidisse post generalem vnionem anno 1256. II. Caled. Septembris. Huius asserti duplex est fundamentum. Primum est, Breue quoddam Alexandri IIII. quod ex Sampsone Haio [c] transcripsit Marquez [d] ad verbum. & est huius tenoris.

b cap. 13. §. 15. pag. 239. & §. 16. pag. 243.

Primum fundamentum.

c in libro de veritate vitæ & ordinis D. Guillelmi.

d cap. 13. §. 15. pag. 234.

Alexander Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs Generali, & alijs Prioribus, ac fratribus ordinis S. Guillelmi salutem, & Apostolicam benedictionem. Licèt olim pro vnione facienda inter vos, & alios Eremitas, tunc ordinum diuersorum fueritis ad præsentiam nostram euocati,

154 (hanc narratiuam videri diminutam aduertit Marquez [e]) *quieti tamen, & saluti vestræ paterno prouidentes affectu, præsentium vobis tenore concedimus, vt sub regula S. Benedicti, secundùm institutiones S. Guillelmi remanere in solito habitu valeatis. Nullis obstantibus literis, gratijs, vel priuilegijs a sede Apostolica in contrarium impetratis, vel impetrandis in posterum. Nulli ergo hominum liceat &c. Dat. Anagniæ II. Cal. Septembris. Pontificat' nostri anno 2.* atq; adeò Christi 1256.

e cap. 13. §. 15. pag. 241.

Addamus & nos aliud priuilegiũ omninò simile huic, quod extat in Regesto Pontificio epist. II. anni I. Pontificatus Vrbani IIII. estque huiusmodi. 155

Vrbanus Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filijs Generali & alijs Prioribus, ac fratribus Eremitis ordinis S. Guillelmi salutem, & Apostolicam benedictionem. Licèt olim pro vnione facienda inter vos & alios Eremitas, tunc ordinum diuersorum, fueritis ad præsentiam fel. rec. Alexandri Papæ prædecessoris nostri literarũ ipsius authoritate citati; (omninò ferè eadem narratiua cum narratiua præcedentis Bullæ Alexandri IIII. & licèt vtraque videatur diminuta; tamen in originali nihil ampliùs habet) *quieti tamen, & saluti vestræ paterno prouidentes affectu, ad instar prædecessoris eiusdem præsentium vobis tenore concedimus, vt sub regula B. Benedicti secundùm institutiones B. Guillelmi remanere in habitu solito valeatis. Non obstantibus aliquibus literis, gratijs, vel priuilegijs, à sede Apostolica impetratis, vel in posterum impetrandis, quæ de præsentibus plenam & expressam non fecerint mentionem. Nulli ergo, &c. dat. Viterbij, Nonis Nouembris, Pontificatus nostri anno 1.* atq; adeò Christi 1261. 156

Roboratur amplius.

Secundum fundamentum desumitur ex verbis Clementis IIII. in bulla, quam ex Archiuo Guillelmitarum Parisiensium transcripsit Ludouicus de Angelis, eamq; verbatim adduxit Marqu. [f] & habetur in Regesto Pontificio anni 2. Clementis IIII. estque epistola 123. data Viterbij 4. Cal. Septembris, anno 2. Pontificatus, atque adeò Christi 1266. in ea Pontifex confirmat decretum, seu sententiam, quam vt arbiter & amicabilis compositor, Stephanus Hungarus, episcopus Card. Prænestinus ab Innocentio IIII. in tertia creatione trium Cardinalium creatus Perusij, mense Decembri anno 1253. protectorque ordinis Eremitarum S. Guillelmi, tulerat in lite, & controuersia, quæ vertebatur inter Eremitas S. Augustini & S. Guillelmi super quibusdã articulis ortis ex vnione facta ab Alexandro IIII. Lata autem fuit sententia à Stephano Cardinali die vltima Iulij ann. 1266. & non multò post, eodem ann. obijt Stephan', vt refert Onuphrius [g] in hac ergo bulla sic ait Clemens IIII. *Exhibita siquidem nobis noua petitio continebat, quod dudum à fel. rec. Alexandro Papa* 157

Secundũ fundamentum.

f cap. 13. § 14. pag. 236. & sequent.

g De Pontif. & Card. pag. 256

præde-

prædecessore nostro mandatum, vt dicitur, emanauit, vt de singulis domibus Eremitarũ, quarũ quædam S. Guillelmi, quædã S. August. ordinũ, nonnullæ autem Fratris S. Ioannis Boni, aliquæ verò de Fabali, aliæ verò de Bictrinis censebãtur & apud homines ambiguis interdum nuncupationibus vacillabant, duo fratres cum pleno mandato ad ipsius prædecessoris mitterentur præsentiam, quòd eius circa ipsos salubriter ordinaret dispositio, recepturi. Cùmq; fratres eiusmodi ad sedem Apostolicam accessissent, dilectus filius noster Ricardus S. Angeli Diaconus Cardinalis authoritate mandati prædecessoris eiusdem viuo ad eum sermone directi, vniuersas domos, & congregationes eorumdem ordinum in vnam ordinis Eremitarum S. Augustini professionem, & regularem obseruantiam perpetuò coniunxit; idemq; prædecessor ipsius Cardinalis processum approbans, illum authoritate Apostolica confirmauit; & postmodum vestræ volens prouidere quieti, vobis Apostolica authoritate concessit; vt sub regula B. Benedicti, secundùm institutionem B. Guillelmi possetis in habitu solito licitè remanere, non obstantibus &c.

158 *Corollarium.* Ex his fundamentis vnum constat manifestè; & vltra hoc contendit Marquez inferri, regulam S. Benedicti vsq; ad Alexandrum IIII. non fuisse à Guillelmitis obseruatã. Explicemus singula. Quod constat euidenter, est, Guillelmitas fuisse ad vnionẽ vocatos, & citatos, & in illa comprehensos, licèt postea nonnulli ex ijs, qui ad capitulum non venerant, nõ consenserint, reclamauerint, & obtinuerint absolutionem, seu dispensationem vnionis. Eorum comprehensionẽ in vnione Robertus Olcoth, Dominicanus, qui floruit ad an. 1349. (vt [a] Antoni⁹ Posseu. est author) lectione 95. in librũ sapientiæ testatus est in hæc verba. *Longè postea Eremitæ S. Guillelmi & S. Augustini & multi alij conuenientes in vnum Collegium, facti sunt ex Eremitis vrbanitæ* &c. videtur etiam cõsentire Pennot⁹ [b] quamuis alibi in aliud inclinet, prout magis expedit intento præsenti. Quòd verò Marquez contendit, sic suadetur. In his tribus Bullis Alexander, Vrbanus, & Clemens concedũt Guillelmitis regulam Benedictinam post vnionem generalem, neq; aiunt se id facere ad instar alterius prædecessoris antiquioris, ergo signũ est, quòd nullus ante Alex. IIII. id illis concesserat. Aliàs, sicut dixit Clemens se id facere ad instar Alexãdri, dixisset etiam Alex. se id præstare ad instar alterius antiquioris. Adde. Si Eremitæ S. Guillelmi habuissent antiquius aliud priuilegium viuendi sub regula B. Benedicti, non videtur credibile in nullo istorũ trium priuilegiorum facturos mentionem illius, præcipuè in hac petitione coram Clemente IIII. in qua solùm meminerunt concessionis Alexandri IIII. vt euincerent litem contra ordinem Eremitarum S. Augustini in causa vnionis generalis; cùm tamen eorum causa melioris fieret cõditionis, si allegaretur eos nũquam sub Augustini regula, à multo autem tempore ante sub Benedicti legibus militasse. Quòd cùm non fuerit allegatum ab ipsa parte litigante, indicium non leue est, vt credamus prædictum ordinem vsq; ad Alexandrum IIII. vel sub Augustini regula, vel sinè certa regula, secundùm institutiones B. Guillelmi religiosam vitam egisse; ab Alexandro tamen, & anno 1256. sub S. Benedicti canone fuisse professos.

Guillelmitæ fuere ad vnionem vocati et citati & in illa comprehensi.

a tomo. 1. Apparatus sacri pag. 343.

b lib. 1. cap. 46. n. 7. pag. 149.

Regula D. Benedicti ante Alexandrum IIII. non fuit à Guillelmitis obseruata.

Sed obijcit respondendo, vel respondet obijciẽdo R. D. Gabriel Pennotus, [c] quòd verba Bullæ Alexãdri IIII. potiùs demonstrant Guillelmitas, etiam ante ann. 1256. vel sub regula Benedictina militasse, vel nullam certam regulam habuisse præter institutiones D. Guillelmi, idque probat. Primò ex illis verbis, *concedimus vt sub regula S. Benedicti secundùm institutiones S. Guillelmi remanere in solito habitu liberè valeatis.* Nã sensus plan⁹ est, quòd illi antea militabant sub regula D. Benedicti; quibus pontifex cõcedit, quod sub eadem regula liberè remanere possent. Secundò quia Pennotus nunquam vidit in priuilegijs Apostolicis, cùm Põtifices aliquem regularem ab obseruatione vnius regulæ, v. g. D. Augustini absoluunt; & alteri regulæ, puta D. Benedicti subijciunt, vti hac forma verborum, *Concedimus vt sub regula D. Benedicti remanere liberè valeas.* Tertiò, Quia quando in vno monasterio vn⁹ ordo extinguitur, & alius instituitur, semper fit mentio ordinis extincti, & instituti de nouo. Ergo si ordo D. Guillelmi à regula D. Augustini absolutus fuisset, & sub regula D. Benedicti constitutus, vtriusq; regulæ expressa mentio facta fuisset. Quartò, Quia Guillelmitas ante Alexandrum IIII. sub regula S. Benedicti vixisse conuincit bulla Innocentij IIII. data die 3. Septembris, anno 1248. quã Renatus Chopinus refert lib. 1. sui Monast. tit. 1. art. 5. in ea enim expressè habetur Guillelmitas tunc temporis D. Benedicti regula adstringi. 159

c lib. 1. cap. 46. n. 3. pag. 147.

prima obiectio Pennoti.

Secunda

Tertia

Quarta.

Verùm hæc obiecta Magistrum Marquez manus dare non cogerent. Ad primum 160

solutio primæ

a ca. 13. § 16. pag. 214. mum enim respondit a sensum illorum verborum esse, Pontificem concedere Guillelmitis, vt in habitu solito remanerēt non obstante quòd de nouo S. Benedicti regulam suscipiebant; sicut si modò Pontifex Congregationi Canonicorum Regularium S. Ruffi de nouo donaret regulam S. Benedicti, posset ad illos sic loqui. *Vestræ quieti prouidentes, concedimus, vt sub regula B. Benedicti secundùm institutiones S. Ruffi remanere in habitu solito valeatis.* Per hoc enim prouisum esset litibus, quas iure optimo alij Canonici Regulares possent intentare, ne Canonici Benedictini inducerentur, sicut Canonici Augustiniani. Sic ergo, ne Eremitæ Augustiniani litem super habitu Guillelmitis mouerent, concedit Pontifex vt liberè in illo remaneant, licèt viuant secundùm regulā S. Benedicti.

161 Solutio secundæ. Ad secundum respondere posset, Pontifices, quando aliquem ab vna regula v. g. S. Augustini absoluunt, & subijciunt alteri v. g. S. Benedicti, nō loqui modo proposito ab arguente. Negaret tamen ita contigere in præsenti, Alexander enim, sicut & Vrbanus, & Clemens IV. non concedit vt remaneant sub regula S. Benedicti; sed vt remaneant in solito habitu, etiā si deinceps obseruēt regulam S. Benedicti. Id autem non parùm indicant verba Clementis IV. paulò ante citata, in quibus ex petitione ipsorum Guillelmitarum sic Pontifex referebat de Alexandro IV. *Concessit vt sub regula S. Benedicti, secundùm institutionem B. Guillelmi possetis in habitu solito licitè remanere.* Ecce vbi verbum illud, *remanere*, appellat super illa verba, *in habitu solito*, non supra alia necessario; vt sit sensus concessionem esse Alexandri, vt de nouo obseruēt regulam Benedictinam, & nihilominus remaneant in habitu solito. Adde si regula Benedictina erat illis antiqua, & solita, sicut & habitus; quare Pontifex, qui expressit vt remanerent in habitu solito, non expressit, vt remanerent in regula solita, & antiqua.

illustratur amplius.

162 Solutio tertię. Ad tertium negaret assumptum & redargueret illud euidenter duplici instantia ex duplici priuilegio Apostolico, quod R. D. Pennotus negare non potest, se vidisse. Primum est, Alexander IV. in Bulla vnionis data Laterani 5. Idus Aprilis anno 2. Pōtificatus, atq; adeò Christi 1256. b cap. 4. §. 1. pag. 29. & transcripta à M. Marquez b In ea Pontifex vniuit ordini Eremitarū S. Augustini ordines; seu congregationes S. Guillelmi, Fr. Ioannis Boni, de Fabali, & de Brictinis, easq; in vnam ordinis Eremitarum S. Augustini professionem, & regularem obseruantiā perpetuò coniunctas à Card. Ricardo; approbans, & confirmans vnionem, dispensans cum illis super diuersarum professionum debito, quas antea fecerant in prædictis, vel alijs ordinibus, & tamen non expressit ordinem S. Guillelmi, vel aliquem alium absolui ab obseruatione regulæ S. Benedicti. Ergo, vel regula, quam Pēnotus tradit, est falsa; vel contra eum cōuincit, ex hac bulla vnionis ordinem S. Guillelmi nō militasse ante vnionem sub regula S. Benedicti, vel alia diuersa ab Augustiniana quandoquidem Pontifex expressit professionem, & regularem obseruantiam ordinis Eremitarum S. Augustini, cui illos subijcebat, & non expressit in eorum congregatione extingui, & supprimi regulam S. Benedicti, vel aliam ab Augustiniana diuersam. Ecce vbi ex ipsa Pennoti regula Pennotum conuincas. Secundū est Innocētij IV. in Bulla, quam D. Pēnotus c, & Marquez d verbatim trā- c lib. 1 cap. 25. pag. 72. col. 2.
scripserunt, & nos illam infra puncto 2. in principio adducemus; & data est Laterani, 17. Cal. Ianuarij; anno 1. Pontificatus, atq; adeò Christi 1243. in ea Pōtifex ad Eremitas Tusciæ sic ait. *Cùm enim per dilectos filios, fratres Stephanum, & Hugonem* (sic apud Marquez, & Pennotum; at verò apud M. Empoli in Bullario ex archiuo nostro Romano, sic. *Fratres Stephanum, H. G. & T.*) *eremitas propositum vestrum fuerit nobis expositum diligenter, Nos volentes vos sinè pastore, sicut oues errantes post gregum vestigia euagari, vniuersitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenùs in vnum vos regulare propositum conformantes, regulam B. Augustini & ordinem assumatis; ac secundùm eum profiteamini de cætero vos victuros, &c.* Inquiro ego modò à doctissimo viro, an aliqui ex his eremitis obseruarent aliā regulam ab Augustiniana, vel Augustinianam, vel nullam? Si primum. Non ergo est certa regula, quam tradit, quandoquidem subijciuntur regulę Augustinianæ, & nō exprimitur à qua regula absoluantur. Vidit ergo R. D. Pennotus aliquod priuilegium Apostolicum, in quo fiat aliter quàm contendit, nisi malit dicere, se non vidisse priuilegium hoc, quod suis scriptis cōtra nos inseruit. Si secundum Agemus illi gratias, quòd admittat id, quod verissimum est; nempe aliquos ex eremitis Thusciæ ante Innocētium IV. obseruasse regulam Augustini. Adhuc tamen vrgebimus argumentum;

d cap. 3. §. 3. pag. 24. col. 2.

mentum; quia alij ex eremitis Thusciæ non obseruabant regulam Augustini; ergo vel aliam, vel nullam. & sic incidit in eundem laqueum, quem fecit. Si Tertium contra est, quia aliquos eorum antea vixisse sub regula S. Benedicti constat euidenter ex duabus bullis, quas contra nos, & etiã pro nobis, ni fallor, trãscripsit R.P.F. Lucas Vvadingus a, quarũ prima data est Laterani 5. Cal. Aprilis anno 1. Pontificatus, atq; adeò Christi 1244. & directa est; *Priori, & fratribus eremitis in Thuscia ordinis S. Augustini.* Secunda verò data est Laterani 7. Cal. Aprilis, anno 1. Pontificatus, atq; adeò Christi 1244. & directa est, *Priori, & fratribus S. Mariæ de Murceto ordinis S. Augustini Pisanæ diœcesis.* vtraq; extat in regesto Pontificio, nu. 575. & 576. Mirum ergo non erit, quòd Alexander IV. cõcedat Eremitis S. Guillelmi regulam S. Benedicti, nulla facta mentione regulæ S. Augustini; siquidem aliquibus eremitis Thusciæ Benedictinis donauit regulam Augustini nulla facta mentione regulæ Benedicti.

a in Apologetico de Monachatu Augustiniano San. Francisci §. 5. nu. 5. pag. 83.

163 Solutio quartæ.

Ad quartũ responderet duo. Primum est, si bulla Innocentij IV. quæ allegatur, omninò se ita in veritate haberet, conuinceret Eremitas S. Guillelmi ante Alexandrum IV. vixisse sub regula S. Benedicti. Non tamen demonstraret ordinem Guillelmitarum non fuisse à suis primordijs sub regula Augustiniana institutum. Potuissent enim sub aliquo prætextu regulam antiquam dimittere, & nouã amplexari. v. g. viderunt Guillelmitæ Innocentium IV. in præcitata bulla præcepisse omnibus eremitis Thusciæ, exceptis fratribus S. Guillelmi, vt ordinem, & regulam B. Augustini assumerent in vnum regulare propositum se conformantes sub eodem Priore generali; potuerũt timere, ne aliquando idem ipsis cõtingeret, quorum facilior fieret vnio, vel transitus propter identitatem regulæ Augustinianæ; & vt ab hoc metu se aliquãtulum liberarẽt, potuerunt petere regulam S. Benedicti, cum potestate eligendi sibi proprios priores generales. Secundum est. Bulla, quæ allegatur à Chopino, edita est à Sampsone Haio Guillelmita, ex quo illam refert Chopinus. Suppositam autem esse existimauit Marq.[b] & ex illo accepit, sed verbis magis pungentibus, Nicolaus Cruserius, c idq; persuadentur. Primò ex defectu narratiuæ. Secundò ex cura, & diligentia, quam patres Guillelmitæ habent, ne quis videat eorum priuilegia in archiuijs recondita. Tertiò ex contradictione cum cõmuni sententia, & traditione fere omnium authorum, quos in hac difficultate. 2. allegauimus. Hinc suspicatus est Marquez hoc priuilegiũ, mutatis quibusdam transcriptum fuisse ab alio nobis concesso ab Innocentio IV. anno 1254. quod extat inter nostra priuilegia fol. 29. pag. 2. & adducitur à Paulo Bergomensi d, & vbi Haius posuit, *ordo monasticus sub B. Benedicti regula*; in nostro habetur, *ordo Canonicus sub B. Augustini regula*. Ijs addere possumus cõtra hoc priuilegiũ nouiter productum in lucem. Primò, quod dirigitur ad ordinem S. Guillelmi sinè vlla limitatione; & tamen ante vnionem anni 1256. priuilegia, quæ extãt in regesto Põtificio dirigũtur ad hãc vel illam congregationem Eremitarum S. Guillelmi. Secundò, quia cum sit Mare magnum, non habet subscriptiones Cardinales contra infallibilem cõsuetudinem horum priuilegiorum. Tertiò, quia dicitur datum anno 7. Pontificatus, & Christi 1248. & tamẽ tertiò nonas Septembris anno 1248. tantùm currebat annus sextus. Mirum ergo non erit suspicari, priuilegium hoc fuisse trascriptum ex alio nostro, in quo habetur, *vt ordo Canonicus sub B. Augustini regula.*

b cap. 13. §. 15. pag. 241.
c 2. p. Monastici Augustiniani cap. 22. pag. 99.
d in Apologia par. 2. cap. 5.

Sed ait sapientissimus Pennotus e *si ex forma priuilegij constat, quòd in illis domibus ordo Canonicus secundùm Deum, & B. Augustini regulam erat institutus, nulla causa erat, propter quam Marquez tantoperè, cum Sampsone Haio pro illis domibus digladiaretur, nisi etiã velit monasteria Canonicorum ordini Eremitarum vendicare. Quod an legitimè fecerit, nõ erit meum iudicare.* Hæc Pennotus. ego sanè illi in hac parte compartior. Cùm enim audijsset, *ordo Canonicus secundùm Augustini regulam*, nihil aliud curans, domos illas attribuit ordini Canonicorum Regularium. Aliqualis occasio errandi. Sed quæ facilè à viro minùs docto, quantò magis à doctissimo potuisset superari. Poterat enim consulere nostra priuilegia, in quibus Marquez illud contineri affirmabat; & vidisset concessum fuisse ordini Eremitarum. Sed de hoc infra f redibit sermo, ibiq; ostendemus euidenter etiam de domibus aliorum religiosorum, quam Canonicorum Regularium dici à Summis Pontificibus, *ordo Canonicus, qui secundùm Deum, & B. Augustini regulam in domibus vestris institutus esse dignoscitur, &c.*

164 Instantia.
e lib. 1. cap. 37. nu. 7. pag. 186. Diluitur.
f pũcto sequenti diss. 2. § 4.

Retulimus sententiam M. Marquez, & funda-

fundamenta Pennoti, quibus ſuaderi poſſet ſententia eorum, qui aſſerunt Guillelmitas vel ſub regula S. Benedicti, vel ſinè certa regula inſtitutos; cæterum à tempore Gregorij IX. & Innocentij IIII. nomen dediſſe regulæ Benedictinæ. Oportet vt quid nobis videatur, aperiamus. Ante tamen quàm hoc præſtem, duo addam. Primum eſt non poſſum non valdè mirari R.D. Pennotum adeò mordicus oppoſitæ M. Marquez inhæſiſſe ſententiæ; cùm poſtea parùm ſui memor, non ſemel oppoſitam amplexetur, vt reſpondere poſſet argumentis. Cùm enim [a] ſatisfacere conaretur fundamentis, quæ pro antiquitate ordinis Eremitarum S. Auguſtini adducuntur ex vetuſtate cænobiorum eiuſdem ordinis, quæ ante Concilium Lateranenſe, vel paulò poſt inſtituta eſſe demonſtrantur; ſæpè reſpondet, eos conuentus Eremitarum S. Auguſtini fuiſſe Guillelmitarum. Sanè parùm ſibi conſtat, qui veritati nititur aduerſari. Modo ait Pennotus cap. 46. conuinci, ordinem Guillelmitarum non fuiſſe inſtitutum, neq; nutritũ ſub regula Auguſtini, modò verò, quia argumẽtis premitur, imò opprimitur, cænobia, de quibus conſtat tunc fuiſſe fratrum, ſeu Eremitarum S. Auguſtini, cenſet fuiſſe ordinis Guillelmitarũ. Siſte gradũ. Hæc cænobia, vel ſunt Guillelmitarum, vel non. ſi Primum. Cõtradicis tibi, dum cap. 46. docuiſti ordinẽ Guillelmitarum vel ſub nulla regula, vel ſub regula D. Benedicti fuiſſe inſtitutum; & ad minùs, ſi ſub nulla regula, ſed tamen ſub inſtitutionibus D. Guillelmi fundatus fuit, obſeruaſſe à tempore Innocentij IIII. monaſticam Benedicti regulam. Quomodo enim ea monaſteria appellarentur ordinis fratrũ, ſeu Eremitarum S. Auguſtini, niſi ſaltem obſeruarent regulam Auguſtini? ſi Secundum. Cuius ergo ordinis erant illa monaſteria fratrum, vel Eremitarum S. Auguſtini? ſanè non alterius, quàm ordinis noſtri Eremitarum S. Auguſtini, cuius nullus alius certus author aſſignari poterit præter Auguſtinum.

a lib. 1. cap. 57.

Quã conſtanter loquatur Pẽnotus oſtẽditur.

166 Et ſi inquiras, quibus in locis Pennotus conuentus fratrum, ſeu Eremitarum S. Auguſtini ante Concilium Lateranẽſe, vel paulò poſt inſtituta tribuat ordini Guillelmitarum? Reſpondeo id feciſſe nõ ſemel, vt puncto ſequenti ſpecialiùs referemus, & impugnabimus. Interim tamen, id egit lib. 1. cap. 57. num. 1. pag. 183. dum ait textum deſumptum ex cap. *Inſinuãte, Qui Clerici, vel vouentes*, in quo fit mentio cuiuſdam de fratribus S. Auguſtini poſſe intelligi de fratribus Guillelmitis. Et nu. 2. pag. 184. idem docet de Conuentu S. Antonij in Ardigneta, quem ordini Eremitarum D. Auguſtini confirmauit Innocẽtius III. Et num. 10. pag. 188. idem tradit de monaſterio S. Iuliani in promontorijs Alcobatiæ; & num. 11. eadem pag. 188. de conuentu de Pennafirma, ſeu Pegnafirme, in cliuo regionis Luſitaniæ. & nu. 12. eadem pag. 188. de monaſterio S. Andreæ Burgẽſis. & nu. 13. pag. 190. idem cenſet de omnibus monaſterijs S. Auguſtini in Luſitania; *vel enim erant*, inquit, *ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini nuncupatorum, vel Præmonſtratẽſium; vel Eremitarum S. Guillelmi, qui ſimiliter Eremitæ ordinis S. Auguſtini nuncupabantur ſecundùm aliquem.* Qui hos omnes conuentus ordinis fratrũ, vel Eremitarũ S. Auguſtini attribuit ordini Guillelmitarum, quomodo cap. 46. tam mordicus cenſorio decreto pronunciat, conuinci ordinem D. Guillelmi nũquam fuiſſe profeſſum regulam S. Auguſtini? *Hæc dicens* (vt verbis Auguſtini communis parentis vtar [b]) *parùm attendit quòd paulò ante dixerat. Hoc enim ſi ſatis attendiſſet, videret vel non potuiſſe, vel ſi etiam potuit, nõn debuiſſe conſcribi.* Et ſanè, ibi tenuit quod voluit; hic verò expreſſit, quod non potuit ſubterfugere.

Quæſitum.

Reſpõſio.

b ex lib. de Natura & Gratia cap. 38.

Secundum, quod addo, eſt. Fortè aliquæ literæ Apoſtolicæ, quæ de fratribus, ſeu Eremitis noſtri S. Guillelmi loqui creduntur, directæ ſunt ad alios Eremitas, quorum inſtitutor & author fuit alius S. Guillelmus, ſimillimus noſtro; quod fortè aliquibus eſſe potuit occaſio errandi. Vt probabilitatem huius coniecturæ, dum priuilegia ipſa non videmus, ſuadeamus, ſuppono ex Azorio [c] & Ferreolo Locrio B. Nicolai apud Attrebates parœco, in Maria Auguſta, quam prælo tradidit anno 1608. [d] quod *Guillelmitarum ordo.* (verba ſunt Ferreoli citantis in margine Azoriũ & Arnoldum Vuionem [e]) *à Guillelmo Vercellenſi, viro genere nobili originẽ ſic ducit. Guillelmus à lorica ferrea, qua capite nudo pietatis ergo vtebatur, loricatus cognominatus* (hinc emẽdabis M. Marquez, qui [f] nullum alium Eremitam præter Ducẽ Aquitaniæ Guillelmum lorica vſum fuiſſe minùs cautus aſſeruit; cùm potiùs vltra duplicem S. Guillelmum, & Aquitanum, & Vercellenſem, Eccleſia in Martyrologio die 14. Octobris meminerit S. Dominici loricati, 167

Ducus Guilelmus vercelenſis dictus loricatus ſimilis D. Guillelmo duci Aquitaniæ.

c tomo. 1. Inſtit. Moral. lib. 12. cap. 21. col. 1570.

d lib. 3. cap. 13. fol. 206.

e lib. 12. ligni vitæ cap. 51.

f cap. 13. §. 7. pag. 222.

D. Dominic' loricatus Eremita camaldulenſis.

Erc-

Eremitæ Camaldulēsis, cuius acta scripta sunt à Sancto Cardinale Petro Damiano, & habentur tomo 5. Surij; floruit circa annum 1050.) *vbi suis à B. Iacobi in Gallecia, & ad sanctum domini sepulcrum peregrinationibus, in Italiam regressus, terminum posuisset, Virgilianum montem, in quo ordinis sui prima semina iaceret, petens, oratorium, seu monasterium (vtraq; lego apud diuersos authores nomina.) Beatæ Dei genitrici, (vnde Mons Virginis deinceps dictus est) extruxit. Quò cùm multi sanctitatis illius fama allecti aduentarent, ipse sub B. Benedicti regula, quam amplexarentur fratres, ordinem instituit anno 1124. aut secundùm aliquos 1120. institutum Alexander III. confirmauit. Confirmatum tota Italia excepit. Nunc Neapolitanum solùm regnum vigentem eum habet. Hodieq; 47. monasteria ordinis dicuntur superesse à monachis circiter 500. inhabitata.* Hæc ille.

168 Huius D. Guillelmi festiuitas notatur in Martyrologio Romano die 25. Iunij, in hæc verba. *In territorio Guleti propè Nuscum S. Guillelmi cōfessoris, patris Eremitarum Montis Virginis.* In quę sic notat Baronius[a] *Habentur eius acta nuper edita à R. P. Felice Renda Priore monasterij Montis Virginis. Migrauit ex hac vita anno 1142.* Hinc etiam corriges M. Marquez[b], qui per errorem hunc ordinē vocauit, *Montis Oliueti*, cùm deberet dicere, *Montis Virginis*, & præterea, cùm hæc non vidisset, arbitratus est hunc Guillelmitarum ordinem nō fuisse eremiticum, sed purè monasticum; cùm tamen fratres illius appellentur in Martyrologio, *Eremitæ Montis Virginis*; Verum est tamē quòd sub nomine fratrum, aut Eremitarum S. Guillelmi, sic coniuncto, & compacto titulo, hucvsq; non noui alium ordinem intelligi nisi eum, quem noster Guillelmus Dux Aquitanicus, & Comes Pictauiensis instituit. Quinimò neq; sub nomine Guillelmitarum, aut fratrum S. Guillelmi appellatur in Bullis Pontificijs, aut quouis antiquo authore, quem viderim, alius ordo præter ordinem nostri S. Guillelmi. Vnde ordo institutus à S. Guillelmo Vercellensi semper intitulatur sub nomine Monachorum, seu Eremitarum Montis Virginis. Vnde prædictus ordo Montis Virginis denuo fuit confirmatus à Cælestino III. apud Laertium Cherubinum tomo 1. Bullarij, bulla 3. data Laterani 2. Nonas Nouembris, anno Incarnationis 1197. Pontificatus 7. sub titulo Monachorum Montis Virginis, & regula D. Benedicti, ad instar Alexandri III. & Lucij III. Hinc videas potuisse Sampsoaem, aut Vvadingum, aut Pennotū, aut quemuis alium doctissimum labi, & priuilegia eorum Eremitarum S. Guillelmi Vercellēsis cum priuilegijs Eremitarum S. Guillelmi Pictauiensis confundere.

a pag. 268.

b cap. 13. §. 14. pag. 234.

His ergo sic præhabitis nostra sententia & Haio, & Chopino, & Pennoto. & ipsi M. Marquez est inimica, vni tamen veritati amica vnicè. *Amicus enim*, vt aiunt *Plato, sed magis amica veritas.* Continet tres propositiones. Prima est Congregatio Guillelmitarum eremi S. Guillelmi diœcesis Vrbeuetanæ ante Gregoriū IX. non obseruauit regulam S. Benedicti; at sub illo, saltem ab anno 1238. sub Benedictina regula militauit. Secunda est. Congregatio Guillelmitarū S. Benedicti de Montefabali, vsq; ad vnionem vixit sub regula, seu institutionibus S. Guillelmi. Tertia est. Nullum est fundamentum ex Bullis Pontificijs, quas nouerim, ad credendū alias congregationes Guillelmitarum, vtpote Thusciæ, quos Innocentius IV. an. 1243. noluit comprehēdi in vnione; vel Alemaniæ, ad quos loquitur idem Innocentius Bulla data Lugduni, Nonis Ianuarij, anno 6. Pontificatus; atq; adeò Christi 1249. apud Marquez[c], vel Galliæ, Angliæ, aut Hispaniæ, vixisse ante vnionem sub regula S. Benedicti, sunt tamen maxima ad existimandum omnes D. Guillelmi congregationes ante Gregorium IX. & ab eius tempore etiam omnes, excepta congregatione eremi S. Guillelmi, obseruasse institutiones S. Guillelmi, in quibus continebatur regula S. Augustini. Supponimus autem id, quòd etiam ex ipsis probationibus constabit, nempe quòd ordo Eremitarum à S. Guillelmo institutus, à B. Alberto educatus, sic à suis primordijs virtutum, & sanctis meritis coruscauit, vt breui in eam numerositatem excreuerit, totq; prouincias lucis suæ radijs illustrauerit, vt in plures congregationes diuisus, varia sortitus sit incrementa, aut decrementa, & mutationes. Alia enim fuit congregatio Thusciæ, cuius caput erat stabulum Rhodis in territorio Senēsi; & diœcesi Grossetana; alia congregatio eremi S. Guillelmi in diœcesi Vrbeuetana; alia congregatio S. Benedicti de monte Fabali, in diœcesi Pisaurensi; alia Alemaniæ, alia Franciæ, alia Hispaniæ, & fortassis aliæ.

169 Sententia Autoris tres continet propositiones.

Prima.

Secunda.

Tertia.

c cap. 13. § 13. pag. 231.

Suppositio.

Probemus modò singulas propositiones. Primam ostendo ex duplici Bulla Gregorij IX. & Innocentij IV. vtraq; extat 170

Probatur prima propositio.

in rege-

in regesto Pontificio. Illa data est Anagniæ 3. idus Augusti, anno 12. Pontificatus, atq; adeò Christi 1238. & directa est, *Priori, & fratribus eremi S. Guillelmi, ordinis S. Benedicti, Vrbeuetanæ diæc.* In ea Pōtifex approbat concessionem, seu donationem eis factam de eremo de Massapalu à Ricardo tit. S. Mariæ Cardinale. Quis fuerit hic Cardinalis Ricardus, prorsus ignoro; quia inter Cardinales Onuphrij, & Ciaconij, etiam cum nouis additionibus, nullus per ea tempora extat Cardinalis, qui vocetur Ricardus, præter Ricardum Annibaldensem S. Angeli Diaconū Cardinalem. Alia quæ est Innocentij IV. est in regesto epistola 744. estq; tenoris huiusmodi.

171 *Innocentius episcopus seruus seruorum Dei. Priori, & fratribus eremi S. Guillelmi, &c. Exigentibus vestræ deuotionis meritis, &c. Cūq; sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, iam dudum eremiticam vitam ducere, & statuta B. Guillelmi promiseritis obseruare; ac tandem fel. rec. Gregorius Papa prædecessor noster vobis regulam B. Benedicti concedens, ipsam à vobis iuxtà instituta fratrum Cisterciensium statuerit perpetuis temporibus obseruandā, prout in eius priuilegio continetur. Nos vestris supplicationibus inclinati vos, dummodò iuxtà prædictam regulam viuatis, & Cisterciensis ordinis statuta seruetis, habitu, corrigia, & baculo, quæ defertis, duntaxat exceptis, præsentium authoritate absoluimus à prædictorum B. Guillelmi obseruantia statutorum. Nulli ergo, &c. dat. Lugduni 6. idus Aprilis, Pontificatus nostri anno 5. atq; adeò Christi 1248.*

Bulla Innocentij IV.

172 Habes ex hac Bulla. Primò congregationem eremi S Guillelmi semper pro habitu, & propria nota vsam fuisse baculo, corrigia, & tunica, qui est idemmet habitus substātialiter cum habitu ordinis Eremitarum S. Augustini; ibi. *Habitu, corrigia, & bac lo, quæ defer is, exceptis.* Secundò, vsq; ad tempora Gregorij IX. nō obseruasse regulā S. Benedicti; ab eo autem tempore sub illa, iuxtà instituta ordinis Cisterciensis vixisse. ibi. *Gregorius Papa prædecessor noster vobis regulam B. Benedicti concedens, ipsam à vobis iuxtà instituta fratrum Cisterciensium statuerit perpetuis temporibus obseruandam.* Tertiò ab anno 1248. exceptis habitu, corrigia, & baculo, dispēsatos fuisse per Innocentium IV. ab obseruātia statutorum S. Guillelmi. ibi. *absoluimus à prædictorum B. Guillelmi obseruantia statutorum.* statuta autem S. Guillelmi coniuncta erāt cum regula S. Augustini; ab ea autē manserant absoluti, & dispensati eo ipso, quod Pontifex illis concessit regulam S. Benedicti; tamen ad maiorem claritatem petierunt absolui expressè ab obseruantia statutorum S. Guillelmi, in quibus regula Augustiniana continebatur, vt constat ex tot authorum testimonios, qui referūt S. Guillelmum instituisse suam congregationem sub regula S. Augustini; & ex tot rationibus, & coniecturis quibus id persuasimus §. præcedēti; sicut fratres S. Mariæ de Murceto vniti authoritate Apostolica à Ricardo Card. Sancti Angeli ordini Fremitarum Sancti Augustini, & eo ipso dispensati super obseruantiam regulæ S. Benedicti, nihilominùs expressè, & in particulari ab Innocentio IV. petierūt ab illa absolui, & dispensari. Nisi malis dicere in hac dispensatione tantùm contineri absolutionem ab obseruantia illorum statutorum, quæ dimissa regula Augustiniana, erant compatibilia cum Benedictina.

Corollarium primum ex relata Bulla Congregat. S. Guillelmi sēper vsa est, vt propria nota baculo, corrigia, & tunica. Corollarium secundum. Eadē vsq; ad tempora Gregorij IX. non obseruauit regulam S. Benedicti. Corollarium tertium Exceptis habitu, corrigia, & baculo dispensata fuit ab obseruantia statutorū S. Guillelmi.

Secunda propositio probatur ex Bulla, quæ extat in regesto Pontificio sub anno nono Honorij III. data Tibure, 7. Idus Maij, & directa, Priori, & fratribus eremitis S. Benedicti de Monte Fabali; & incipit. *Soles annuere.* & inter alia sic habet. *Statuētes, vt regula B. Guillelmi, secundū quā, sicut asseritis, domino cupitis famulari, perpetuis temporibus ibi obseruetur.* 173

Probatur secūda propositio.

Constat ex hac bulla. Primò primordia congregationis S. Benedicti de Monte Fabali sub regula approbata incæpisse anno 1224. in quem incidit data huius bullæ. Secundò prædictam congregationē, neq; fuisse Benedictinorum, neq; Augustinianorum simpliciter, & absolutè nuncupatorum; sed Guillelmitarum, viuentium secundùm institutiones S. Guillelmi, in quibus olim includebatur regula S. Augustini; quousq. ex dispensatione Pōtificum Guillelmitæ acceperunt regulam S. Benedicti simul cum institutionibus S. Guillelmi, iam separatis à regula Augustiniana Adde. Hæc congregatio proprium habuit generalem, videturq; fuisse satis propagata, & personis illustribus aucta. Epistola enim 32. anni 9. Innocentij IV. in regesto Pontificio, hoc titulo prænotatur. *Generali Eremitarum S. Benedicti de Monte Fabali, ac cæteris Prioribus, & fratribus eremitis, ordinis S. Guillelmi.* in ea Pontifex ait, quòd cùm consuetudo, & statutū ordinis fuerit eousque suis laicis barbas nutrire, & nonnulli nobiles, & alij affectum, quem de transferendo se ad eumdem ordinē conce- 174

Primū corollariū ex bulla Honorij III. Congregatio de Monte Fabali sub regula approbata incæpit. Secundū corollarium. Dicta congregatio nō fuit nūcupata Benedictinorū, nec Augustinianorū, sed Guillelmitarū

ceperunt, propterea non deducunt ad effectum, dat eis licentiam; vt si velint, dicti fratres sibi barbam radi faciant. Dota est hæc bulla, Mediolani 6. Cal. Septembris, anno 9. Pontificatus; atque adeò Christi 1251.

175 *Tertia propositio probatur primò.* Tertia propositio ex eo est manifesta. Primò, quia nullũ assignatur priuilegium, in quo contineatur prædictas congregationes viuere secundùm regulam S. Benedicti; sed secundùm institutiones, aut regulam S. Guillelmi; in institutionibus autem S. Guillelmi non includebatur regula Benedicti, sed Augustini. *Secundò.* Secundò quia quando congregatio, aut ordo S. Guillelmi incepit obseruare regulam S. Benedicti, apponitur in eius titulo, *ordinis S. Benedicti*; secus verò antea. vnde Gregorius IX. bulla paulò ante citata, sic ait. *Priori, & fratribus eremi S. Guillelmi ordinis S. Benedicti Vrbeuet. diæc.*

176 *1. Quæsitũ Resoluitur.* Sed inquires, Primò vnde constat in statutis S. Guillelmi non includi regulam S. Benedicti? Respondeo id constare. Primò quia Guillelmitæ semper obseruarunt institutiones S. Guillelmi; & tamen Gregorius IX. de nouo concessit regulam S. Benedicti congregationi eremi S. Guillelmi diæc. Vrbeuet. & Alexander IV. anno 1256. illis Guillelmitis, qui ab vnione dissenserunt. Secundò quia quando viuebant tantùm secundùm institutiones S. Guillelmi non appellabantur in priuilegiis *ordinis S. Benedicti*; at postquam concessa illis regula demonstratur, nuncupantur, *ordinis S. Benedicti*; nempe quia secundùm regulam D. Benedicti viuebant. Ergo antea non viuebant secundùm illam, quandoquidem non appellabantur ordinis S. Benedicti; & tamen degebant secundum statuta S. Guillelmi, ergo in illis non continebatur regula S. Benedicti.

177 *2. Quæsitũ Resoluitur.* Sed inquires secundò; Et vnde constat in statutis S. Guillelmi potiùs includi regulam S. Augustini? Respondeo id colligi; quia nihil obstat, & plura iuuant. Nihil obstare patebit §. sequenti ex solutione argumentorum, & ex dictis in hoc §. quod verò plura iuuent, perspicuum est ex §. 2. 3. & 4. vbi adduximus cælitũ reuelationes, Pontificum priuilegia, grauissimorum authorum testimonia, & coniecturas non leues, quibus persuasimus non proteruis D. Guillelmum, & Augustinianũ fuisse, & sub regula Augustini adiũctis quibusdam institutionibus suam congregationem fundasse.

Ex his constat quomodò possit aliqualiter redigi in concordiam Haius, cũ Marquez; nempè si Haius tãtùm loquatur de peculiari quadam congregatione; Marquez verò de vniuerso ordine Guillelmitarum. Congregatio enim eremi S. Guillelmi, Vrbeuetanæ diæcesis, saltem ab anno 1238. obseruauit regulam S. Benedicti; at verò ordo vniuersus, conseruatus in aliquibus, qui ab vnione dissenserunt, tantùm ab anno 1256. sub Alexandro IV. at verò sententia Chopini, & Pennoti, vtraq; falsa; illius manifestiùs; Constat enim euidenter Guillelmitas non fuisse institutos, sub regula D. Benedicti; eos verò non sinè certa regula, sed sub Aug. legibus, additis à Guillelmo quibusdã statutis, si non euidenter, saltem non inefficaciter huc vsq; contendimus, & ostendimus. 178 *Redigũtur in concordiã Haius, & Marq.*

Hinc constant duo. Primum est. Ideò Alexander IV. anno 1256. non dixit, se Guillelmitis concedere ad instar alterius, regulam S. Benedicti; quia ipse illam concedebat toti ordini S. Guillelmi, quòd nullus antea fecerat. Quoniam Gregorius IX. & Innocentius IV. illam tantùm donauerant peculiari congregationi eremi Sancti Guillelmi Vrbeuetanæ diæcesis. Et ex hoc ruunt fundamenta M. Marquez, quibus nitebatur ostendere Guillelmitas non obseruasse regulam S. Benedicti ante annum 1256. Ex illis enim tantùm conuincitur intentum pro toto ordine Guillelmitarum; non pro alia cõgregatione particulari. 179 *Corollarium primum.* *Secundum.* Secundum est. Ideò Alexander IV. in eadem bulla non dixit, se concedere vniuersis Guillelmitis, vt remanerẽt in regula solita S. Benedicti, aut in institutionibus solitis S. Guillelmi; sed tantùm in habitu solito; quia eò vsq; omnes obseruarãt eumdem habitum; & ideò concedi omnibus poterat, vt remanerẽt in habitu solito. At verò regulam S. Benedicti, & institutiones S. Guillelmi non omnes vsq; tũc obseruarunt; atq; adeò concedi non poterat omnibus, quòd in regula solita S. Benedicti, vel in institutionibus solitis S. Guillelmi remanerent. Quòd autem non omnes vsq; ad illum diem regulam S. Benedicti, & institutiones S. Guillelmi obseruassent constat; quia congregatio eremi S. Guillelmi diæc. Vrbeuet. de qua egimus, absoluta fuit, vt vidimus, ab Innocẽtio IV. anno 1248. ab obseruantia statutorum S. Guillelmi, exceptis, tunica, corrigia, & baculo; & de nulla alia cõgregatione præter hanc, scitur quòd obseruauerit regulam

lam S. Benedicti; & sunt plura, quæ persuadeant vsq; ad illum annū omnes congregationes ordinis S. Guillelmi, excepta Vrbeuetana, obseruasse regulā S. Augustini. Illa autē absoluta à statutis S. Guillelmi, & nouiter subiacens regulæ Benedictinæ, licèt quodammodò dici posset ordinis S. Guillelmi; verè tamen, & propriè iam erat ordinis diuersi 3. quia mutatio regulæ est mutatio essentialis, & substantialis, quę variat substantiam, & essentiam religionis. sicut si modò aliqua congregatio Cisterciensis dimissa regula Benedictina profiteretur Augustinianam, & nihilominùs in habitu Cisterciensi remaneret, dici quodammodò posset ordinis Cisterciensis, verè tamē & propriè iam esset alterius ordinis essentialiter distincti. Et ex hoc etiam corruunt ea, quæ Pennotus contra M. Marquez obijciebat.

Mutatio regulæ variat substantiam religionis.

§. V. RESPONDETVR AD *Argumenta obiecta parragrapho primo.*

180 Responsio ad primam Sententiam

ADprimā sententiā, quæ est Sampsonis Haij, respōdeo iuxtà superiùs dicta, Priuilegium Innocentij IIIJ. non extendi ad integrum ordinem S. Guillelmi, sed tantùm ad congregat. Vrbeuetanam Eremi S. Guillelmi, cui Gregorius IX. & Innocentius IIII. concesserunt regulam S. Benedicti obseruandam iuxtà instituta fratrum Cisterciensium; & adhuc arbitror ex hoc non inferri eandem cōgregationem non fuisse professam à principijs suis regulam Augustinianam; sicut neque id inferretur de integro ordine, etiam si ad illum extenderentur priuilegia Gregorij IX. & Innocentij IIII. vt optimè aduertit Marquez. a Potuerunt enim ex aliquo motiuo dimissa Augustini norma Benedictinam amplecti, sicut congregatio Vrbeuetana statutis S. Guillelmi derelictis Benedictinę regulæ, & institutis Cisterciensibus se subiecit.

a cap. 13. §. 16. pag. 243.

181 Responsio ad secundam.

Ad Secundam sententiam, quæ est Renati Chopini, dico adeò falsum esse, ordinem Guillelmitarum fuisse à D. Guillelmo sub regula D. Benedicti institutum, vt neq; ipse Sampson Haius Guillelmita id affirmet. Hic enim, vt retulimus ex Marquez b tantùm asseruit à tempore Gregorij IX. Guillelmitas obseruasse regulam D. Benedicti, cùm antea per octoginta a os sinè certa regula Benedicti, aut Augustini, sed tantùm secundùm institutiones S. Guillelmi Eremiticam vitam egissent. vnde Chopinus in hac parte singularis assertor est, sinè vllo authore, aut fundamento, imò contra omnes authores, & grandia fundamenta.

b cap. 13. §. 11. pag. 228.

Ad Primum tertiæ sententiæ, quæ est R. D. Gabrielis Pennoti, respondeo plura. Primum est. Diuersa quæstio est, vtrum Guillelmus, & eius ordo professus fuerit ordinem & regulā D. Augustini; & à quo vbi, & quo tēpore acceperit. Potest enim constare primum, & ignorari secundum. *Hic innuitur* (inquit Bernardus c) *Apostolos esse baptizatos, sed non legimus, vbi.* & Glossa interlinearis Lucæ 24. sic ait. *Primò omnium virorum apparuit* (Christus, scilicet) *Petro; quòd, & si non dicit Euangelista quando, vel vbi factum, tamen quia factum sit, non tacet.* Et Arthmanus Schedel d de vndecim millibus virginibus loquens, hæc adiecit. *Etsi dubium extat de tempore Passionis, de martyrio tamen earum Ecclesia non dubitat.* Adde. Constat Christū instituisse omnia sacramenta nouæ legis; & tamen non constat certò de omnib°, vbi, & quo tēpore illa instituerit. 182

Solutio primi tertiæ sententiæ.

Potest constare factū absq; eo q cōster de circunstātijs.

c serm. 2. de Cœna domini cap. 13.

d In chronico sexta ætate mūdi fol. 133.

Secundum est. Hoc argumentum Pennoti nulli debet magis displicere, quā ipsi Pēnoto. Quoniam si alicuius est momenti, si cōuincit, inquiro à R. D. Pēnoto, quis, quo tempore, vbi, & in quo monasterio degebat, qui regulā D. August. & habitum Canonicorū Regulariū tribuit SS. Quodnult deo, Gaudioso, Clasio, & alijs vel martyribus, vel sanctis Africæ, quos inter Canonicos Regulares enumerat. e Rurs°. Quis, & quando Ecclesiæ Valentinæ in Hispania, & nonnullis alijs Cathedralibus, quas recēset inter regulares. f Quis, vbi, & quomodò S. Leoni I. & S. Felici III. quos inter canonicos regulares refert? g Quis, inquam, vbi, & quomodò his vel Ecclesijs, vel Personis regulam & ordinem Canonicorum Regularium tradidit obseruandum? Si ergo hæc omnia, & alia plurima eiusdem generis tradit Pēnotus & verissima existimat, cùm tamen assignari non possit, Quis, vbi, quando, & quomodò regulam Sancti Augustini, & habitum Canonicorum Regularium Ecclesijs vel personis concesserit; qua ratione conuincit Guillelmum & eius ordinem non fuisse professos regulam & ordinem Augustini; quia non possemus assignare, Quis, vbi, & in quo monasterio degebat, qui D. Guillelmo habitum, & regulam S. Augustini concessit? Quæ erit vis formæ huius demonstrationis, quæ in vna materia demonstret consequens, in alia 183

Progreditur solutio & retorquetur obiectio.

e lib. 2. cap 13. n. 4. pag. 467.

f lib. 2. cap. 31. n. 10. pag. 545.

g lib. 3. cap. 5. n. 3. pag. 776.

alia inferat consequens falsum? Equidem non obstat illas circunstantias ignorari, quando de substantia constat ex authoribus, & fundamentis allatis §. 2. 3. & 4. D. Guillelmum, & eius congregationem sub Augustini regula domino militasse.

184 Progreditur ulterius.

184 Tertium est. Fateor ingenuè, si D. Guillelmus regulam, & habitum D. Augustini à se ipso, vel à sede Apostolica, absque eo quòd vniretur Augustinianæ familiæ, suscepisset; tunc congregationem Guillelmitarum nō fuisse propagatam per continuatam successionē ab Augustino; sed ad summū incæpisse circa annum 1154. Cæterùm dicendum nobis est, D. Guillelmum accepisse regulam, & habitum D. Augustini, non ab illo Eremita solitario Galliæ, vt benè obseruauit Marquez [a], sed ab Eremitis Sancti Augustini in conuentu Montis Pruni, vt ibi existimauit Marquez, vel potiùs, vt ego autumo, & Marquez etiam admittit [b] in conuentu Syluæ Liualiæ, qui hodie dicitur Lupus Cauus, in diœcesi Lucensi, vt colligitur ex Theobaldo [c], & notauim⁹ difficultatē præced. §. 2. versic. *Peracto ergo biennio*; & versiculo, *Ex hac naratione*. Neq; hoc de suo cerebro (vt candidè, & religiosè aiebat Pennotus) nonnulli Eremitæ confingunt. Id enim, præter plurimos, & purpuratos testes Augustinianos, tradiderunt plures authores, & graues, & antiqui, quorum testimonia retulimus supra, §. 2. inter quos præcipui, qui id expresserint, sunt Pius II. & Gregorius XIII. ille circa annū 1440. hic verò anno 1576. Author appendicis ad Petrum de Natalibus anno 1493. Basilius Sanclerus circa annum 1580. Guillelmus Caualcantinus circa an. 1602. Alij verò, vel in vasta eremo, vel in loco inculto, & solitario, vel absolutè dicunt D. Guillelmum suscepisse habitum, & regulam Augustinianam ab Eremitis S. Augustini, ità inter alios docent Arthmanus Schedel anno 1493. Nauclerus an. 1500. Morigia a. 1569. Illescas an. 1573. Villegas anno 1614. & plures alij supra relati in idem consentiunt. Vnde ad argumētum Pennoti respondetur dupliciter. Primò. Accepit habitum, & ordinem Augustinianum circa an. 1154. ab Eremitis S. Augustini, in conuentu Syluæ Liualiæ, in Thuscia, in diœcesi Lucensi. Secundò, etiam si nihil horum nossemus, non inferretur Guillelmum non fuisse Augustinianum. Potest enim substantia rei optimè nosci, licèt ignorentur circumstantiæ.

a cap. 13. §. 10 pag. 237.

b §. 13. p. 233.

c cap. 18. vitæ S. Guillelmi.

185 Solutio secũda.

185 Ad secundum Pennoti dico, habitum, quem D. Guillelmus suscepit, esse eumdem quoad essentialia cum habitu, quem modo ferunt Eremitæ Augustiniani, & Guillelmitæ, qui corrigiam non dimiserunt. Et ad probationes in oppositum respondeo plura. Primum est. Verum est Guillelmitas vocatos fuisse Parisijs *Fratres albi mantelli*; hoc autem, non quia tunicâ alba cum mantello albo induerentur; sed quia in conuentu Parisiensi successerunt fratribus Dominæ nostræ de Arcno, qui mantellis albis vtebantur. Id quòd mirantur plures (vt ex Sampsone Haio [d]) refert M. Marquez [e] nempè tandiù durasse eam nomenclaturam, cum Guillelmitæ vtātur habitu nigro. Secūdum est. Verum etiam est, Alexandrum IV. concessisse Guillelmitis, vt in habitu solito remanerent; longè tamen abest à veritate; habitū solitum, vel tunc gestatū ab ipsis fuisse dissimilem Augustiniano, qui non solùm ex propria electione, & præscripto Apostolico; sed etiam ex institutione D. Augustini conueniebat suis Eremitis; cum hoc tamen discrimine, quòd à tempore Gregorij IX. pro congregatione Iambonitarum, & à tempore Alexandri IV. pro tota religione iam vnita determinatus fuit color niger; at verò ex institutione Augustini tā albus, quàm niger licebat, vt ostendimus in superioribus. Et sanè negari non potest tempore Augustini, & post illum, Monachos Africæ portasse habitum nigrum, seù album.

d lib. de vesita te vitæ, & ordi nis S. Guillelmi pag. 70.

e cap. 16. §. 8. pag. 310.

186 Progreditur solutio, & demonstratur.

186 Verùm, vt hæc clariora fiant, demonstremus in particulari vtrumq; mēbrum responsionis, & primo, quod habitus solitus Guillelmitarum tempore Alexandri IV. esset similis Augustiniano, fatetur Sāpson Haius [f] vbi D. Guillelmum describit sub habitu Augustiniano. en eius verba pag. 70. *Constat enim & patres nostros, & monasterium nostrum Alborum Mantellorum piscum nomen à priscis illius coloniis semper retinuisse, vt plerique etiam nunc mirentur, quòd cùm pullis exteriùs vestibus induamur, tamen ab albis penulis nomen sortiri videamur.* & pag. 84. *& quidem quantùm ad exteriorem vestem ab illis non multum distamus, nisi manicarum laxitate, & longitudine; quantùm verò ad interiorem Cistercensibus propiùs accedimus.* & statim. *Inter Eburones nostros, & vicinos Augustinianos in exteriori veste aliquando nihil discriminis intererat.* vt autem aliquod esset, ferè omnes dimiserunt corrigiam. Sed quicquid sit de Haio, firmiorem habemus

f lib. citato pa. 70. & 84. & vltimo.

Habit' Guillelmitarũ tempore Alexãdri IV. similis Augustiniano.

Pontificum sermonem Innocentij IV. Hic enim Pontifex in Bulla anni 1249. quam produximus §. præc. concedit quibusdam Guillelmitis relaxationem ab institutionibus S. Guillelmi, *Tunica, corrigia, & baculo exceptis*. Et in alia bulla data Lugduni, Nonis Ianuarij, anno 6. Pontificatus, atque adeo 1249. quam adducit Haius pag. 72. & extat in archiuis Guillelmitarum, sic inquit: *Cum igitur dilecti filij Prior, & fratres Eremitarum in partibus Alemaniæ, ordinis S. Guillelmi, vestiti laneis cucullis, & curtis, vsque ad cauillam seu iuncturam pedis, cum manicis bene latis, & longis, nullo alio superinducto colore, nisi quem secum lana earum causa materia primordialis ipsa contraxit; latis quoque circumcincti corrigijs, desuper cum congruis religioni galeris, & baculos deferentes in manibus, & calceis incedere teneantur secundum sui ordinis instituta*, &c. Nec Pontifex: Quantum hic habitus solitus Guillelmitarum ab Augustiniano, præsertim antequam Eremitæ Augustinenses sibi colorem nigrum præscripsissent, distet, & differat, iudicet Lector, & videat qua ratione dicatur nostros authores contra se ipsos loqui, negantes quod affirmare intendunt. Sic aduersarius loquitur, sic affirmat. Nos tacemus, & parcimus humanæ infirmitati, propter diuinam bonitatem.

187 Demonstratur vltimũ. Deinde, quod habitus modernus Guillelmitarum sit, vel idem cum nostro, vel illi simillimus, fatetur expressè Sampson Haius vbi supra, cui in hac parte potius credendũ quàm Pennoto. ille enim, Guillelmita, hic autem, Canonicus Regularis; melius autem nosse potest Guillelmita, quàm Canonicus habitum Guillelmitarum; præcipuè cum in Italia, vbi Pennotus degit, non sint, vel raro sint Guillelmitæ. Expressè ergo hic author, relatus à M. Marquez,[a] agnoscit habitum Guillelmitarum, quem extra claustra ferunt, esse eundem cum nostro: addit tamẽ habitum domesticum esse diuersum ab Augustiniano, similem autem Cisterciensi. Portant enim super tunicas albas scapularia, & capitia nigra. Hoc autem nihil obstat. Dici enim propter vnũ è tribus, nempe vel D. Guillelmum instituisse suum ordinem sub eo habitu domestico; quia fuit laicus in ordine Eremitarũ S. Augustini, in quo olim laici sic intra monasteria vestiebantur; vt constat ex antiqua imagine B. Friderici Ratisponensis, qui obijt anno 1329. licèt postea colorem nigrum scapularis, & capitis in album commutauerint, fortè vt à laicis Dominicanis differrent, seu potiùs vt omnes intra domũ vniformiter induerentur: vel si D. Guillelmus fuit sacerdos, vt ex reuelatione B. Veronicæ Mediolanensis colligitur, dici potest id factum post priuilegiũ Alexandri IV. qui eis concessit, non præcepit: vt in habitu solito remanerent, potueruntque velle manere in habitu solito extra cænobia, & aliquid immutare in habitu solito omnibus intra cænobia; forsitan in memoriam congregationis Vrbeuetanæ, quæ à Gregorio IX. regulam D. Benedicti, & instituta Cisterciensium acceperat; vel tandem dici potest congregationem Guillelmitarum eo habitu intra claustra vsã fuisse à principio; hoc tamen tollere, quod habitus Guillelmitarum fuerit, quoad essentialia idem, cum habitu Augustinensium illius temporis, in quo non habebant determinatum colorem album, vel nigrum, sed vtroque poterant vti, vt supra diximus. Adde. Nicolaus Crusenius, qui sæpè vidit Guillelmitas in Flãdria,[b] sic ait. *Euidens est vtriusque ordinis esse nunc cum cingulo eundem habitum nigrum*, &c. *Habitum domesticum habent patres Guillelmitæ differentem, sed eundem, quem olim laici ordinis S. Augustini gestabant*. Et tamen cùm hæc sint tam manifesta, contendet R. D. Pennotus Guillelmitas esse fratres albi mantelli? Mirum est ea tantum fidenter tradi ab authoribus & doctis, & grauibus, quorum opposita possunt oculata ad sensum demonstratione conuinci.

a Cap. 13. §. 3. pag. 135.

b in suo Monastico August. par. 3. cap. 32. pag. 100.

Ad tertium Pennoti respondeo, etiam plura. Primum est, si omnes communiter affirmant, vt ipse ait, & verissimum est, ordinem à D. Guillelmo institutum fuisse ab initio nuncupatum, non *Eremitarum S. Augustini*, sed *Guillelmitarũ*, quomodo ipse locis allegatis[c] tribuit ordini Guillelmitarum conuentus ante Concilium Lateranense, vel paulò post fundatos, & communiter appellatos ordinis Eremitarum S. Augustini? Sanè, non aliud responderi poterit, nisi quod illic oportebat Guillelmitas fuisse appellatos Eremitas S. Augustini; hic verò oportet quod Eremitæ S. Augustini in nulla congregatione vocati fuerint Guillelmitæ; vt sic rationum vim, per quem eo tunc premebatur, declinare posset, cùm alia non superesset via. Secundum est. Ordo à D. Guillelmo institutus, licèt sub habitu, & regula D. Augustini; non fuit tamen simpliciter, & communiter appellatus ordo D. Augustini, sed D. Guillelmi. Id autem factum ex communi appellatione 188 Solutio tertij.

c in §. præced. versiculo, & si inquiras.

populi

Propter ingens augmentum, quod ordini D. Augustini in congregatione à D. Guillelmo instituta accessit. licèt fuerit sub regula Augustini, dicta fuit ordo S. Guillelmi.

populi propter ingens augmentum, quòd ordini D. Augustini in illa congregatione accessit ex institutionibus eiusdē sancti, Insternimus exemplis. Ordo Cisterciensis, licèt à D. Bernardo non sit institutus; & sit idē ordo cū ordine D. Benedicti, (saltem, vt plures volunt.) nihilominùs propter insignem viri sanctitatem, & incrementum ordinis, quod ab illo emanauit, ordo D. Bernardi communiter appellatur. Similiter, licèt omnes congregationes Canonicorum Regularium sint vna & eadem religio, instituta, seu potiùs restituta ab Augustino; nihilominùs alia appellabatur congregatio, seu ordo S. Frigdiani Episcopi Lucensis, qui eam congregationem instituit: vt ipsemet Pennotus est author [a] si ergo congregatio hæc appellata est S. Frigdiani: quia illam instituit, quamuis ipse regulam & habitum Canonicorum regularium suscepisset in Ecclesia Lateranensi; quare non potuit congregatio S. Guillelmi sic appellari ab illo vt institutore cōgregationis, licèt ipse in Syluа Liuallia regulam & habitū S. Augustini ab eius Eremitis suscepisset? Et idem argumentum fieri posset de ordine, seu congregatione S. Ruffi: si verum est, quod quidam asserunt; nempe eam sic denominatam ab Arnulpho Auenionēsi, aut Ruffo Lugdunensi Episcopo, de quo non agimus. Crediderim tamen contra Pennotū [b] non sic denominatam ab Ecclesia S. Ruffi. Simonis Cirenæi filij, & Christi discipuli, & Episcopi Auenionensis. Ruffus enim Cirenæi filius, in nullo antiquo, aut probato authore, quem viderim, legitur fuisse Episcopus Auenionensis; à plurimis autem traditur fuisse Episcopus Dertusensis in cathalonia, imò & eius corpus ibidem quiescere; vt latè referimus in cathalogo Episcoporum Dertusensium nondum in lucem edito.

[a] lib. 2. cap. 45 num. 2.

[b] lib. 2. cap. 26. n. 2. pag. 487.

189 Ad id autem, quòd primo loco addit Pennotus, fatemur gaudentes, & in domino gloriātes, quidquid refert de sāctitate, æstimatione, & dilatatione ordinis Guillelmitarū; ea enim omnia in gloriā Augustini & Augustinianorū redundant. Guillelmitarum decus, Augustiniensium decor, illorum laus, horū encomium. Guillelmiticum enim flumen in mare Augustinianum intrauit: siuè quia ab illo exierat, & vnde exeunt flumina, illuc reuertuntur; siuè quia licèt inde non exijsset, illuc tamē intrauit. Addam & ego in gloriam Guillemitarum, etiam postquàm recesserunt ab vnione generali, duplex testimonium Honorij IV. & Nicolai IIII. Nos enim non torquet aliena laus: sed delectat. Paruulus est, quem occidit inuidia. *Nam inuidendo*, vt ait meus Thomas de Villanoua [c] *se abiectum & deffectuosum esse ostendit.* Honori⁹ ergo IIII. Epistola 431. data apud S. Sabinam 12. Cal. Maij, anno 1. Pontificatus, scribēs generali & fratribus S. Guillelmi, confirmat instrumentū à se factum, dum esset Cardinalis, anno 1282. die 21. Octobris, de monasterio S. Pauli in Albano à se extructo, & eis cōcesso sub quibusdam conditionibus, eosq; summis laudibus effert, asseritq; se tunc gessisse curam illius religionis. Nicolaus verò IIII. Epistola 451. data Vrbeueteri 2. Cal. Septemb. anno 4. Pontificatus, scribens Priori generali ordinis S. Guillelmi sic ait. *Nuper monasterium S. Antimi de Montalcino ordinis S. Benedicti, dioeces. Clusin. ordini tuo incorporauimus & cōcessimus de gratia speciali. Verùm quia aliqui monachi eiusdem ordinis S. Benedicti dicuntur adhuc in eodem monasterio commorari; discretioni tuæ districtè præcipiendo mandamus, quatenùs ipsos, quòd habitum tui ordinis assumant, studeas inducere diligenter; Si verò inductioni tuæ acquiescere noluerint, in hac parte, tu eis in dicto monasterio vel eius membris procures vitæ necessaria congruè ministrare, eos prosequendo fraterna in domino charitate. dat &c.* & epistola 452. dicit rationem huius incorporationis fuisse reformationē Benedictinorum, & subuentionem Gillelmitarum; quos ait viros esse iuxtà cor suum, nimirum viros *feruore religionis feruidos, contemplationis amicos, & castitatis candore præclaros.*

Prima Pennoti additio accipitur quoad id quod dicit de sanctitate æstimatione & dilatatione ordinis Guillelmitarum, & duplici testimonio confirmatur.

Guillelmi flumen in Augustini mare intrauit, & ab eo exierat.

Inuidens defectuosū & abiectum se ostendit.

[c] serm. fer. 6. post Dominicam passionis pag. 169.

Guillelmitarū sanctitas, & æstimatio.

Adiecimus nonnihil Guillelmitarum gloriæ. Cæterùm quòd Pennotus de suo tamquam quid nouum subijcit, nempe quòd præcipua priuilegia dicti ordinis, quæ profert Coriolan⁹ [d] ipsi ordini Guillelmitarū primitùs concessa fuerunt; hoc inquam, claudicat in vtramq; partem. Primò, quia non habemus in Secunda parte defensorij, sed chronici Augustiniani, quod Coriolanus breuissimum concinnauit: Secundò, quia ex 78. vel 79. priuilegijs, quæ enumerat, tantùm sex profert, quorum duo solis Guillelmitis ab Alexandro IIII. fuerant concessa; alia verò quatuor, nempe vnum ab Innocentio IIII. & tria ab Alexandro IIII. concessa fuerant & Eremitis S. Augustini, & Eremitis S. Guillelmi. Quibus autem primitùs data fuissent, neq; innuit Coriolanus. Alia verò 190

Reijcitur quoad id quod subdit de priuilegijs, vt dupliciter claudicans.

[d] in 2. p. sui defensorij cap. 3.

omnia solis Eremitis Augustinianis indulta retulit idem author, nulla Guillelmitarum facta mētione. Quomodò ergo stare poterit præcipua priuilegia Augustinensium adducta à Coriolano, primitùs fuisse concessa Guillelmitis? Sanè, stare non potest.

191 *Finis Pennoti.* At quorsum R.D. Pennotus extulit sanctitatem, & dilatationē monasteriorum, & priuilegia ordinis Eremitarum S. Guillelmi? Non frustra, non gratis. vt subderet hoc adeò esse verum, vt sit multorum sentētia Ordinem Guillelmitarum illum esse, quem Romani Pontifices in suis literis absolutè vocant ordinem S. Augustini; & ab hoc ordine Guillelmitarū ordinem Augustinensium prima initia sumpsisse: & in fine subiungit. *Ad hanc communem opinionem labefactandam Eremitas multipliciter, sed inutiliter laborare.*

192 *Retunditur, & refellitur quoad ea quæ dicit de Augustinensiū initijs.* Sed contra hanc additionem dico primò, si ea est communis opinio, non solū nos illam labefactamus, sed multò magis ipse Pennotus, qui mordicus defendit ordinem Guillelmitarum nunquam vixisse sub regula Augustini; & licèt ab Alexandro IIII. fuerit cum cæteris Eremitis vnitus, tamen non multò post, eundem Alexandrum illis concessisse facultatem remanendi in antiquo statu, habitu, & regula D. Benedicti, iudicet lector, vtrum author, qui hæc sentit, minùs labefactet opinionem, quàm vocat communem, quàm nos, qui credimus D. Guillelmum ab Eremitis S. Augustini habitum, & regulam Augustinianā accepisse: & postea peculiarem instituisse congregationem, quæ adeò creuit in Galliis, Germania, Hispania, & Italia, vt fratres illius congregationis dicerentur Guillelmitæ, & communiter ipse existimaretur author illius religionis: sicut communiter Cistercienses dicuntur Monachi S. Bernardi, & vulgus credit authorē illius religionis esse S. Bernardum: & hoc est, quod Bergomensis[a] refert D. Guilelmum communiter existimatū fuisse institutorem ordinis Eremitarum Augustinensium. Dico Secundò Tantùm abest vt ea, quam Pennotus vocat communem, sit communis sententia, vt rari sint qui ita senserint, & qui sic errarunt, vel omnes, vel ferè omnes expressè censuerunt D. Guillelmū instituisse suum ordinem sub regula Augustini, quòd alius constanter, vel potiùs inconstanter negat.

[a] fol. 175. & 127. in supplemento chronicorum.

193 *Quàm fideliter citētur authores ostenditur.* Sed vt probet eam esse communem sententiam, producit in testes, Belarminum, Nauclerum, Volaterranum, Vuernerum Cartusianum authorem Fasciculi temporum, Sabelicum, Vargas, D. Antoninū, & Augustinum Ticinensem. Sed bone Deus, quis credat virū doctissimum Pennotum tot authores vocaturum in testes, quorum vel vnus, vel nullus id dixerit? Hoc vnum prudenter egit, quòd loca in quibus id asseruerint, non notauit, ne & ipse notari posset, & manifestè conuinci; sed arbitraretur lector, eos alibi ita sensisse. Nihilominùs examinemus quid testes hi, & quidem purpurati, existimauerint. Belarminus, cuius verba adduximus §. 1. in relatione secūdæ Sententiæ, & fortassis infra puncto sequēti examinabimus, videtur stare pro ea parte, quam fortasis & Volateranus, quem nō vidi, amplexatus est. August. Ticinen. cuius verba supra retulimus; & Bernardus de Bargas, vt testatur Marquez[b] putār Guillelmum Scholarem Parisiēsem fuisse primum authorem ordinis Eremitarū S. Augustini. At Guillelmus hic non est institutor ordinis Eremitarum S. Guillelmi. Nauclerus dissentit ab opinione, quam communem vocat is author; vt constat ex eius verbis adductis supra[c] Vuernerus Cartusianus nihil tale commētus est, vt patet etiam ex eius verbis supra allatis[d] D. Antoninus toto tit. 24. tertiæ partis historialis cap. 14. vbi agit de ordine Eremitarum S. Augustini, neque verbum habet de S. Guillelmo, præter hoc vnum; quòd inter ordines vnitos ordini Eremitarum S. Augustini enumerat ordinem S. Guillelmi. Consultis etiam indicibus totius illius operis nullum verbum de S. Guillelmo, aut ordine Guillelmitarum potuim* inuenire. Sabellicus neq; id somniauit, tantùm abest, quòd affirmauerit. Imò, vt diximus[e] recēset D. Guillelmum inter sanctos religionis Augustinianæ. verùm vt clarius pareat, quàm longè sit ab eo placito, libet referre eius verba, quamuis non breuia. Sic enim in impressione anni 1528. in ædibus Ascensianis habet[f] *Augustinus Aurelius in Africam delatus patrimonium omne suum vēdidit, pecuniamque inde coactam in pios vsus vertit. Duplex hic opinio ad posteros manauit, fuerint ne ab eo instituti ij, quos hodie Canonicos vulgus Regulares vocat; & quibus tunica candida cum linea toga sub nigro pallio est &c. Cæterum hi ne tum primum fuerint ab Aurelio instituti, an qui ab Eremo nomē ferunt? quādo vtrique eam ad se laudem trahūt, res que in dubio adhuc est; ad fidem historiæ pertinere existimaui locum in medio relinquere. Cæterum Eremi-*

[b] cap. 13. §. 4. pag. 216.

[c] §. 1. versiculo *Iacobus Nauclerus.*

[d] difficultate 1. versiculo *ostendamus singula.*

[e] §. 2. versiculo *Antonius Sabelicus.*

[f] *Ennead.* 8. lib. 2. fol. 34. pag. 2.

Eremitica, quò satis constat, familia multò est hodie celebrior, atq; nobilis, vt inter Christianæ pietatis ordines & celebritate, & virorū fruge credatur nulla inferior. & infra *Multi mortales ab Augustino adhuc in humanis agente, sanctitatem viri; singularemque doctrinam secuti, omnibus, quæ in terris miramur, cōtemptis, in Eremum concessere, vnde Eremitarum sit nomen, vt arbitror, deductum; nam hoc quoq; parùm liquidò traditur. Cæterum, siuè ab eo, quòd est supra significatū, vt qui in desertis essent, fiat ita vnà congregati, & instituti; siuè ipsius vitam, & dogma secuti passim deserta coluerint, rem auspicatissime inchoatam, & supra fidem auctam, impia Vuandalorum arma, quæ totam inde Africam sunt peruagata, atroci infectatione propemodum extinxere.*[a] sic ait sub Innocentio III. *Per id tempus Eremitanus ordo instauratus est, cùm temporum iniuria penè ad interitum perductus esset. Instaurationis author Ioannes Bonus, Mantua natus, eiusdem vir professionis.*[b] sic repetit. *Eremitanus ordo, qui erat iam prope modum extinctus, instauratur* Iudicet modo lector, vtrū sabelicus asserat ordinem Eremitarum S. Augustini ab ordine Guillelmitarum prima initia sumpsisse; & videat & consideret, qua fide, summa confidentia tot authores gratis & frustra pro eo asserto citentur; vt discat dubitare de veritate citationum, quas in R. D. Pennoto contra nos inuenerit, cū ex octo authoribus, quos protulit in testes, duo forsitan ita sentiant, alij neque per somnia, vt aiunt, assentiant; sed expresè dissentiant: vnde dicere potero cum Augustino[c] *Et nunc ego magis admoneo, vt illa tua, & mea legant, qui volunt scire quantùm fueris à veritate deuius, & quanta sis veritate conuictus.*

[a] Et Aeneade 9. lib. 5. fol. 240. pag. 2.

[b] & lib. 6. fol. 243. pag. 1 sub eodem Innocentio.

[c] lib. 1. operis imperfecti cōtra Iulianum num. 58.

194 Ad id verò, quòd secundo locò addit Pennotus, dico plura. Primùm est. Ex dictis constat, an fabulosū sit Fratres S. Guillelmi à veris Eremitis S. Augustini discendere: An potiùs credendum aduersario, quàm tot authoribus pro nobis allegatis, tot Pontificibus, cælesti reuelationi, & nō inuallidis rationib⁹, & indicijs? Nunquid modestè, & veraciter dictū, fabulosum esse id quod Gregorius XIII. Clemēs VIII. & Paul⁹ V. in suis prigilegijs tradiderūt? Nunquid propter solū fabulosum figmentū, à tot annis cōcessere summi Pontifices vt de D. Guillelmo tāquā de sancto ordinis nostri diuinū recitaremus officiū? si ita ipse loquitur, *Gratias illis ago*, (vt ait Hieronymus ad Pammachiū, & Oceanum) *meo nomine, quod dignū me putauerunt, quem cum martyre calumniarētur*; vel dicamus cū Augustino[d] *Non sanè parua est, parùmque gloriosa consolatio cuiuscunq; nostrum, si cum ipsa Ecclesia criminamur.*

Reijcitur secunda Pennoti Additio, quo ad id quod dicit fabulosum.

[d] lib. de vnico baptismo cap. 16.

195 Secundum est. Si Guillelmitæ, vt & verum est, à veris Eremitis S. Augustini descendunt, optimè ab illis deducere etiam possunt suam antiquitatem ordinis S. Augustini Eremitæ. Et ad primam probationem in oppositum respondeo, Eremitas S Guillelmi verè vnitos fuisse ordini Eremitarum S. Augustini; & quamuis ab ea vnione aliqui resilierint, vel illi non consenserit, plurimi tamen remanserunt, vt patet de monachis Guillelmitis conuētuū Vallispeciosanæ, & Veemanshausensis in Germania an. 1263. & prætetea constat ad hominem ex monasterijs, quæ ordini nostro fuisse vnita admittit ipse Pennotus[e] si enim tot eorum loca nobis remanserunt, quo abierunt Guillelmitæ tot conuentum filij? Deinde, ex Bulla Clementis IIII. & sententia Leonis Episcopi Ratisponensis supra allegatis, constat plures Guillelmitas ad Augustinianos transijsse, & non constat ad Guillelmitas iterum fuisse reuersos. Hoc autem sufficiens esse ad continuatam successionem Eremitarum S. Augustini, si semel admittatur Giullelmitas descendere à veris Eremitis S. Augustini, probatur ad rem, & ad hominem Ad rem: quia nihil aliud est continuata successio, quàm quòd alijs ex alijs deriuātibus non defuerit aliquis illius professionis. Vnde si modò Pontifex congregationi Lateranēsi vniret omnes congregationes Canonicorum Regularium S. Augustini, non tantùm continuaretur successio per congregationem Lateranēsem sed etiam per alias congregationes, v. g. S. Ruffi, & S. Crucis, vnitas congregationi Lateranēsi. Ad hominem verò. quia ipse[f] inde defendit continuatam successionem Canonicorum Regularium in sua congregatione Lateranensi; quia primi authores reformationis Frigdionariæ fuerunt septem Canonici Regulares, tres sacerdotes: & duo nobiles laici: qui omnes in vnum institutum conuenientes nouam reformationē incepærunt. sic ergo continuata successio Eremitarum S. Augustini probari poterit: quia inter eos, qui Ordinem vnitum ab Alexandro IIII. professi sunt, fuerunt plurimi Guillelmitæ, descendētes à veris Eremitis S. Augustini: qui simul cum alijs conuenerunt vt vnam & eamdem prfessionē ordinis Eremitarum S. Augustini constituerent, seclusis dis-

Eremitæ S. Augustini optimè ab Eremitis S. Guillelmi deducunt sui ordinis antiquitatē, dū hi ab illis descēdunt.

Luitur prima Pēnoti in oppositum probatio.

[e] lib. 1. cap. 40. num. 5.

Quid sit continuata successio.

[f] lib. 3. cap. 8. n. 4. pag. 575. & cap. 21. n. 4. pag. 656.

ſeriminibus, quæ erant in varijs congregationibus Eremitarum, ſicut & modò in varijs congregationibus Canonicorū.

196 Ad ſecūdā verò probationem dico, ex tali vnione optimè probari continuatam ſucceſſionē Eremitarū S. Aug. Licèt enim authores Auguſtiniani fateātur præter cō gregationem Guillelmitarum fuiſſe aliam ſpecialiter appellatam Eremitarum S. Auguſtini, à veris D. Auguſtini Eremitis propagatam, & continuatam, cui omnes aliæ fuerunt vnitæ; falſum tamen eſt noſtros Auguſtinianos ea ſolùm ratione noſtrum inſtitutum in D. Auguſtinū referre, Neq; video quo fundamento, ſaltem apparēti, id potuerit affirmare Pennotus, cùm nouerit noſtros authores cōtendere D. Guilelmum ab Eremitis D. Auguſtini habitum & regulam Auguſtinianam accepiſſe, ipſumq; inſtituiſſe ſuam congregationem ſub eadem regula, & habitu; eamq; congregationem nobis vnitam fuiſſe in vnione generali anno 1256. Qui enim hoc aſſerunt, quomodò non etiam hac ratione referent ſuum inſtitutum in D. Auguſtinum? quid enim obſtat, vt dicamus per plures cōgregationes, quæ erant eiuſdem religionis Eremitarum S. Auguſtini, continuatam fuiſſe ſucceſſionē Eremitarum S. Auguſtini; vt patet ex adducto exemplo de congregationibus Canonicorum Regulariū; licèt enim omnes, extinctis alijs titulis, & obſeruantijs vnirentur congregationi Lateranēſi, nihilominùs ſucceſſio Canonicorum Regularium non tantùm continuaretur per Canonicos Lateranenſes; ſed etiam per Canonicos aliarum congregationum Lateranenſi vnitos?

Diluuitur ſecunda.

PVNCTVM SECVNDVM de Eremitis S. Auguſtini in Thuſcia.

197 VT rem hanc clarè aperiamus, ſuppono Innocentium IV. Eremitas quoſdam Thuſciæ ad vnum ouile reduxiſſe, illiſq; præcepiſſe vt regulam, & ordinem S. Auguſtini aſſumerēt. Primam huius vnionis bullam protulit Marquez [a], & Empuli in Bullario Auguſtiniano pag. 164 extatq; originalis in noſtro archiuo Romano, & in Regeſto Pontificio tomo 1. anni I. Innocentij IV. epiſtola 333. & eſt tenoris huiuſmodi.

Suppoſitio ad rem aperiēdā. Ab Innocen. IV. Eremitæ Thuſciæ ad vnū ouile ſub regula D. Aug reducuntur.

[a] cap. 3. §. 3. pag. 24.

198 *Innocentius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs vniuerſis Eremitis, exceptis fratribus S. Guillelmi, per Thuſciam conſtitutis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Incumbit nobis ex officij debito paſtoralis, & plantare ſacram religionem, & fouere plantatam; & quantùm in nobis eſt, vniuerſos, & ſingulos in propoſito, confirmare, ne ſi fauore fuerint Apoſtolico deſtituti, non proficiant in incepto; ſed deficiant potiùs, vel tepeſcant. Cùm enim per dilectos filios Fratres Stephanum, & Hugonem Eremitas, propoſitum veſtrum fuerit nobis expoſitum diligenter; Nos nolentes vos ſinè paſtore, ſicut oues errantes poſt gregum veſtigia euagari, vniuerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs in vnum vos regulare propoſitum conformantes, regulam B. Auguſtini, & ordinem aſſumatis, ac ſecundùm eum profiteamini; de cætero vos victuros, ſalutis obſeruantijs, ſeu conſtitutionibus faciendis à vobis, dummodò eiuſdem ordinis non obuient inſtitutis; prouiſuri vobis nihilominùs de Priore idoneo per electionem canonicam, cui præſtetis obedientiam, ac reuerentiam debitam impendatis. Si verò ſuper præmiſſis aliquid difficultatis emerſerit, ad dilectum filium noſtrum Ricardum S. Angeli diaconū Cardinalem, quem vobis correctorem, ac prouiſorem deputamus, recurratis. Dat. Laterani 17. Cal. Ianuarij.* (ſic eſt in Bulla originali Archiuij Romani, & in regeſto Pōtificio atq; adeò non legendum 17. Ianuarij, vt habet Marquez.) *Pontificatus noſtri anno 1.* & Chriſti 1243. electus enim fuit, vt [b] tradit Onuphrius, 8. Cal. Iulij an. 1243.

Bulla Innocētij IV.

Empuli ſic legit: Fr. Stephanū, H. G. & P. eremitas, &c.

[b] lib. de Pontif. & Card. p. 147

Ex hac bulla conſtat. Primò perperam quoſdam authores, de quorum numero eſt Illuſtriſs. Card. Bellarminus [c], ſub Innocentio IV. aſſeruiſſe ordinem Eremitarum S. Auguſtini hoc nomen accepiſſe; cùm antea Guillelmitæ dicerentur. Patet enim ex prędicta bulla Eremitas S. Guillelmi fuiſſe exceptos ab hac vnione, & ſub antiquo titulo Fratrū S. Guillelmi remanſiſſe. Quin imò, licèt poſtea in vnione generali an. 1256, titulus Guillelmitarū præceptus fuerit extingui, vnito ordine S. Guillelmi ordini S. Auguſtini; tamen eodem anno impetratis literis ab Alexandro IV. nonnulli ex illis exempti ſunt ab vnione, & donati regula Benedictina; ordoq; iuſſus vniri, & ex parte vnitus, manſit etiam ex parte ſeparatus, & manet adhuc; quāuis in paucis monaſterijs, quorum plura corrigiam Auguſtinianam dimiſerunt. Conſtat ſecundò ferè omnes Eremitas Thuſciæ, quos Innocentius IV. ordini S. Auguſtini vniuit, vixiſſe vſq; ad illud tēpus ſinè communi capite, ſub obedientia Priorum Conuentualiū; quorum quilibet gubernabat indepēdenter ab alio ſuperiore eiuſdem religionis. Hoc innuitur in 199

Ordo Eremitarum S. Aug. non accepit hoc nomē ſub Innoc IV.

[c] par. 2. ſua chronologiæ.

Eremitæ Thuſciæ ordinis S. Auguſtini ab Innocētio IV vniti, antea viuebāt ſinè generali.

tur in illis verbis, *Volentes vos sicut pastore*, scilicet communi,& generali, *sicut oves errantes post gregum vestigia euagari*, &c. Hæc autem diriguntur ad Eremitas Thusciæ, quos de nouo Pontifex vniebat, qui sinè Priore generali vixerāt, nōn verò ad congregationem Eremitarum S. Augustini, quibus Eremitæ Thusciæ vniebantur. Hi enim à pluribus ante annis Priores generales habuerant, vt ex infra dicendis constabit.

200 Iussit Innocētius IV. vt Eremitæ Thusciæ regulā,& ordinē S. Augustini assumerent; sed ne præcepta vnio, tantùm esset præcepta, eadem diè dedit alias literas ad eosdem, quibus illos Romam conuocabat ad præceptæ vnionis executionem. Habentur hę literæ nu.334. inter epistolas tomi 1. anni 1. Innocentij IV. & sic se habent.

Iidem conuocātur Romam ab eodem.

201 *Innocentius episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filijs vniuersis Eremitis, exceptis fratribus S. Guillelmi, per Thusciam constitutis. Præsentium vobis authoritate mandamus, quod de singulis domibus vestris vnum, vel duos in termino, quem dilectus filius R. S. Angeli Diaconus Cardinalis, quem vobis correctorem, & prouisorem deputauimus, duxerit præfigendum, ad Sedem Apostolicam transmittatis, super reformatione ordinis vestri nostris beneplacitis parituros. Dat. Laterani 17. Cal. Ianuarij, Pontificatus nostri anno 1.*

Bulla Inn. IV.

202 Venerunt Romam Thusci Eremitæ, ibiq; ordini, & regulæ S. Augustini subiecti sunt; eosq; deinceps idem Pontifex pluribus priuilegijs muniuit, eorumque constitutiones confirmauit anno 1254. Rectè hęc omnia nouerat quisquis ille est, qui anno 1259. in libro MS. in charta pecorina, qui osseruatur in Bibliotheca S. Mariæ de Populo, & continet acta Synodalia congregationis Lombardiæ, sic scriptū reliquit. *Nota, quod de anno domini 1244. de Mense Martij, Pontificatus D. Innocētij IV. anno 1. de mandato ipsius Innocentij Fratres Eremitæ de Thuscia congregati fuerunt in Vrbe, & ibi factum est primum capitulum in vrbe; ex precepto ipsius Innocentij. In quo capitulo præfuit authoritate Apostolica Reuerendissimus D. Ricardus S. Angeli Diaconus Card. Et in quo capitulo omnes susceperunt, & acceptauerunt regulam B. Augustini, & eam professi sunt. Et in quo capitulo facta sunt plures constitutiones de consilio quorumdam Cistercensium.* (nempe Abbatum de Fallera, & Fossanoua) *in quarum fine reperi ita scriptum; videlicet; Ego Ricardus S. Angeli Diaconus Card. datus corrector & prouisor dictis fratribus eremitis à dicto Summo Pontifice, ad maiorem euidentiam prædictorum, & perpetuam memoriam, hāc suprædictam scripturam mei sigilli feci munimine roborari.*

Ordini, & regulę S. Augustini subijciuntur, & priuilegijs muniuntur.

203 Ex his, quæ certa, & indubia sunt, exurgit triplex, nec parùm his temporibus controuersa difficultas. Prima vtrū prædicti Eremitæ Thusciæ, sic ab Innocentio IV. ordini S. Augustini vniti, obseruassēt antea aliquam regulam, & quam? Secunda vtrū si eremitæ Thusciæ vniti fuerint ordini Eremitarum S. Augustini, sub eo titulo, & denominatione ante ipsam vnionem præexistenti; an verò ex ipsa vnione de nouo resultauerit ordo, & denominatio Eremitarū S. Augustini. Tertia vtrum congregatio Eremitarum S. Augustini re ipsa conueniret, & solo nomine differret à congregationibus Eremitarum S. Guilelmi, B. Ioannis Boni, de Fabali, & de Brictinis? Triplex difficultas, triplex nodus. oportet singulos in particulari dissoluere, vt rei veritatem, quam alij voluerūt innodare, enodatiùs explicemus.

Triplex ex his exurgens difficultas.
Prima.
Secunda.
Tertia.

DIFFICVLTAS PRIMA.

Vtrum Eremitæ Thusciæ obseruauerint aliquam regulam ante tempora Innocentij IV.

204 PEtrus Rodulphus Tossignianensis, Franciscanus, Episcopus Senogalliensis [a] sic ait de Eremitis ab Innocentio IV. vnitis. *Cùm antea, vt luce clariùs constat, ipsi Eremitæ vagi incertiq; habitus fuissent.* Rodulphi vestigia secutus est Abrahamus Bzouius, ex Illustrissimo Prædicatorum ordine [b] & vt facilè est, inuētis addere, asseruit asperioribus verbis nostros Eremitas in vnione generali appellari maluisse titulo Eremitarum S. Augustini; *Non quòd eos* (ait ille) *S. Augustinus instituisset; sed quia Innocentius Pontifex huius nominis IV. Alexandri IV. prædecessor, ipsis indulsisset vt viuerent sub regula S. Augustini, & diuinū officium secundùm ritum Romanæ Curiæ celebrarēt, cùm ante ipsi illi Eremitæ vagi, incertiq; habitus, & ordinis fuissent.* Anteà autem [c] sic dixerat Bzouius. *Fratribus Eremitanis in Thuscia dispersis, & habitum, quem inducerentur; & S. Augustini regulam, quem profiterentur, assignauit, eorumq; religionem instar aliarum approbauit;* & in horum probationem allegat epistolā 15. & 448. Innocentij IV. eiusdem anni 1254. At quāuis verum sit in epistola 15. agi de habitu Eremitarum S. Augustini,

Prima sententia.
a lib. 2. Histor. Francisca.
b tomo 13. Anāliū an. 1254 nu. 7. col. 635.
c anno. 1254. col 615.

stini, quæ extat apud R. P. Vvadingum [a], & data est non anno 1254. vt malè aiebat Bzouius; sed 1253. quia data est Cal. Iulij anno XI. Pontificatus Innocentij IV. qui electus fuit 8. Cal. Iulij, anno 1243. & consecratus, seu coronatus 3. Cal. Iulij. Tamen de regula S. Augustini illis concessa, non solùm in ea epistola 448. quam dicit esse anni 1254. actum est; sed etiam in alijs pluribus, vt v.g. in bulla, quam in principio huius puncti adduximus, data 17. Cal. Ianuarij anno 1. Pontificatus atq; adeò 1243. & in alia, quæ adducitur in Bullario Augustiniano pag. 185. & data est Laterani, 2. Cal. Aprilis, anno 1. Pontificatus Innocentij IV. atq; adeò 1244. post factum eodem mense Martio in vrbe Capitulum generale Eremitarum Thusciæ.

a §. 4. nu. 12. pag. 51.

205 Secunda. R. P. F. Antonius Daza, ex Seraphica familia, non solùm ait Eremitas ab Innocentio IV. vnitos vixisse sine Priore generali ante eam vnionem; verùm & vult Alexandrum IV. fuisse primum, qui nostros Eremitas ad vnā religionem reduxit, sub vno capite, & Priore generali, quem eò vsq; nō habuerāt. ita refert Marquez [b].

b cap. 1. §. 1. pag. 4. & cap. 18. §. 10. pag. 327.

206 M. Marquez [c] arbitratur Eremitas Thusciæ ab Innocentio IV. vnitos regulæ, & ordini S. Augustini, vsq; ad id tempus vixisse sine certa regula, & sine generali prelato, licèt singuli conuentus proprium Priorem, seu præ atum haberent.

c cap. 18. §. 12. pag. 330.

207 Tertia. D. Gabriel Pennotus, ex Illustrissima congregatione Lateranensi Can. Reg. S. Augustini [d] post nonnulla, quæ perperam tribuit nostro B. Fr. Iordano de Saxonia, quem per errorē vocat Augustiniani ordinis generalem, sic ait. *Similiter Innocentius IV. omnes Eremitas in Thuscia existentes, exceptis Guillelmitis, sine certo habitu, sine regula, & sine titulo vagantes in vnum collegit, eosq; regula, & titulo Eremitarum D. Augustini donauit, quibus Ricardum Cardinalem Diaconum tituli* (oblitus est R.D. Pennotus Cardinales diaconos non habere titulum) *S. Angeli, vt habet ex Bulla Innocentij IV. quam supra eodem cap. 25. num. 6. pag. 72. notauimus.*

Quarta.

d lib. 1. Historiæ Tripar. ca. 45. pag. 145.

208 Quinta. Nouissimè R.P. Lucas Vvadingus, ex Seraphica Sobole, vir ingētis eruditionis, amicus, & aduersarius noster, *cuius lingua, & manus*, vt de Iacobo Amanato Cardinali Papiensi dixit Campanus episcopus Aprutinus, *felle melleq; decertat*, [e] censuit omnes Eremitas Thusciæ, præter Guillelmitas, vsq; ad vnionem factam ab Innocentio IV. anno 1. sui Pontificatus, obseruasse regulā S. Benedicti, & vt id probet, profert ex Regesto Pontificio literas, quarum in vltimo argumento præcipuæ responsionis ad numerum 1. §. 5. meminimus. Adeò distat à Rodulpho, & Daza Vvadingus. Et tamen non dicimus, *Bellè sanè sibi cohærent hi authores*, &c. Neq; *Heus, benè sibi hæc concordant*, &c. Non enim necessariò omnes religiosi eiusdem ordinis eamdem debent sequi sententiam, etiam in rebus propriæ religionis; præsertim quando antiquæ sunt, & non adest author certus, qui facem præluceat, vt dici possit cum Constantio in vita S. Germani episcopi Antisiodorensis, in prologo ad lectorem, apud Surium tomo 4. die 31. Iulij. *Tanta temporum fluxere curricula, vt obscurata per silentium vix colligatur agnitio.*

e in hoc suo Apologetico §. 5. nu. 3. pag. 82.

Mea in hac parte sententia tres continet propositiones principales. Prima est cōtra Rodulphum, Bzouium, Pennotum, Dazam, & Marquez. Eremitæ Thusciæ ab Innocentio IV. vniti ordini Eremitarū S. Augustini, si non omnes, saltem plures fuerunt verè, & propriè religiosi, professi regulam approbatam in religione approbata. Secunda est contra eosdem authores, & contra Vvadingum; quatenùs asserit omnes illos Eremitas fuisse ordinis S. Benedicti. Prædicti Eremitæ, quamuis magna ex parte fuerint ordinis S. Benedicti, aliqui verò ex alio, vel alijs ordinibus fuerunt. Tertia est contra Pennotum, & Vvadingum specialiter. In Thuscia antè prædictam vnionem Innocentij IV. præcesserunt etiam Eremitæ ordinis S. Augustini, quibus alij Eremitæ potuerunt vniri, & de facto fuerunt vniti. 209

Propriæ sententiæ, prima propositio. Secunda. Tertia.

Prima ex his propositionibus constat euidenter ex duabus bullis Innocentij IV. quas adduxit Vvadingus, [f] & earum præcipuas clausulas referemus in probatione secundæ propositionis. Expressè enim continent Pōtificiam declarationem, seu dispensationem, qua illos absoluit ab ordine S. Benedicti, vel quocunq; alio, quem fuissent professi. Hac autem dispensatione, seu declaratione nullatenùs indigerent, nisi præcedens professio continuisset vota solemnia paupertatis, obedientiæ, & castitatis; quæ esse non possunt nisi in religione, & regula approbata. Vota enim simplicia extra religionem approbatam emissa, (qualia illa vota esse deberent, si essent simplicia. Tunc enim omnes religiones approbatæ constabant votis solemnibus.) cum transitus esset ad religionem saltem 210

Probatur prima.

f §. 5. nu. 4. & 5 pag. 81. & 83

Vota simplicia per ingressum religionis approbatæ extinguuntur.

saltem tunc à Papa approbatam, nullam prorsus declarationem, aut dispensationem requirebāt; sed ipsa solenni professione manebāt extincta, vel commutata, vt constans est doctorum sententia, quos videre poterit lector apud Thomam Sanchez,[a] vnde cùm video Rodulphum asserentem Eremitas Tusciæ fuisse vagos, incertique habitus, *vt luce clariùs constat*, veniunt mihi in mentem verba Christi, quæ Marquez etiam adduxit. *Si lumen, quod in te est, tenebræ sunt; tenebræ tuæ, quantæ erunt?*

a in sūma to. 2. lib. 5. cap. 5. nu. 36. & seq.

211 Confirmatur. Sed confirmemus vltra veritatem hanc. Constat enim Eremitas de Monte Speculo, & de Sylua lacus in diœcesi Senensi, qui nunc sunt conuentus celeberrimæ quondā Ilicetanæ congregationis Eremitarum S. Augustini, ab anno 1231. obseruasse regulā approbatam; extat quippè in archiuo nostro Romano nu. 4. (ex quo illam edidit M. Empoli[b]) constitutio 4. Gregorij IX. quæ est huius tenoris.

b in Bullario Augustiniano pag. 125.

212 *Gregorius episcopus seruus seruorum Dei. Venerabili fratri episcopo Senensi salutem, & Apostolicam benedictionē. Dilecti filij de Monte Speculo, & de Sylua lacus fratrum Eremitarum Priores nobis humiliter supplicarunt, vt cùm tam ipsi, quàm fratres in eisdem locis, & alijs tuæ diœcesis Eremiticam vitam ducentes, in ingressu locorum ipsorum abrenunciēt proprijs, promittent obediētiam, & sub regulari habitu perpetuò se victuros; quia non habēt regulam specialem, secundùm quam tam in diuinis officijs, quàm in alijs viuere debeant, seu delinquentium corrigantur excessus, vel aliàs cùm expedit, ipsorum valeat prouideri saluti; eis super ijs, ne tanquam acephali promissionis facta inueniantur temerarij transgressores, prouidere misericorditer dignaremur. Nos igitur supplicationes eorum dignas fauore beneuolo reputantes, fraternitati tuæ, de qua plenam in domino fiduciam obtinemus, per Apostolica scripta mandamus, quatenùs de ipsorum salute, prout tua noscitur specialiter interesse, solicitus, habito religiosorum & aliorum virorum prudentum consilio, huiusmodi fratribus in tua diœcesi commorantibus vnam de regulis approbatis, quam ipsis secundùm Deum magis videris expedire, concedas; ac in locis eorundem fratrum officium visitationis impendas, corrigas, & reformes ibidem, quæ secundùm regulam, quam eis concesseris, correctionis & reformationis officio noueris indigere: facturus quæ statueris ab omnibus inuiolabiliter obseruari, contradictores per censuram Ecclesiasticam (appellatione postposita) compescendo. Illis quoque de prædictis fratribus, qui pro violenta manuum iniectione in canonem incidentes sententia promulgatæ, iuxtà formam Ecclesiæ beneficium absolutionis impendas; cum eisdem etiam delinquentibus, quoties opus fuerit, prouidè dispensabis, prout secundùm Deum videris dispensandum; nisi tam intellectorum manuū quàm eorum, qui gratia dispensationis eguerint, adeò fuerit enormis excessus, quòd meritò sit ad sedem Apostolicam recurrendum. Datum Lateraui 3. Nonas Ianuarij, Pontificatus nostri anno 4.* id est die 3. Ianuarij, anno 1231.

213 Eremitæ de Monte Speculo & de Sylua lacus ab anno 1231. vixerunt sub regula D. Augustini. Cōstat ergo ex hac bulla Gregorij Eremitas de Mōte Speculo, & de Sylua lacus, qui tam in vnione Innocentij IIII. quàm Alexādri IIII. comprehensi sunt & vsque nunc in ordine Eremitarum S. Augustini perseuerant: ab anno 1231. vixisse secundùm vnam de specialibus regulis approbatis. Neq; enim credibile est, eos noluisse, aut non potuisse vti concessione Pontificia, quam ipsi proprijs supplicationibus impetrarant. Quam autem ex tunc regulam obseruarint, certò non constat; credibile tamē est, obseruasse Augustinianā; quia à tempore Innocētij IIII. ad minùs professi sunt regulā Augustini, & de paruo illo tempore intermedio ab an. 1231. ad 1243. temerè assereretur sub alia regula militasse. Vnde R. P. M. F. Laurentius de Empoli[c] huius bullæ summarium costituit in hæc verba. *Fratres Eremitæ de Sylua lacus ex mandato Pontificis regulam obseruant S. Augustini.*

c in Bullario pag. 125.

214 Difficultas. Sed ex hac bulla, inquies, exurgit non leuis difficultas. Quoniam, vt infra circa tertiam propositionem repetemus, Morigia[d] asserit D. Franciscum cōmoratum fuisse cū Augustinianis ad S. Saluatorem de Sylua lacus, non procul à ciuitate Senarum. Et antiquior Morigia noster Ægidius Viterbiensis Cadinalis idem asseruerat ī Epistola Ms. ad patres Ilicetanos, quę habetur Romæ ī Bibliotheca Angelica. Et Ludouicus de Angelis[e] refert hæc verba. *Anno Domini 600. teste Hieronymo Bōcifori in loco S. Saluatoris Iliceti dabantur religiosi; &, vt ait Franciscus Thoma Chronista Senensis anno Domini 1050. ibidem fuerunt Eremitæ Augustiniani.* Hæc autem videntur stare non posse; quia conuentus S. Saluatoris est idem cum conuentu, qui dicitur de Sylua lacus, in conuentu autem de Sylua lacus, vt ex hac bulla clarè apparet, nulla specialis regula ex approbatis obseruabatur ante annum 1231. atq; adeo neq; Augustiniana, quæ multò ante erat approbata. Quomodò ergo in eo cænobio potuit Franci-

d lib. de origine religionū cap. 53.

e lib. 4. de vita & laudibus D. Augustini cap 11. fol 95. pag. 2.

Franciscus coniuere Augustinianis, cùm nondum anno 1209. neque per 20. alios annos Eremitæ illi vitam egerint secundùm aliquam ex regulis approbatis?

215 dissoluitur. Verùm non difficulter dissoluetur hic nodus. Conuetus enim, qui an. 1231. dicebatur de Sylua lacus, non erat S. Saluatoris, sed S. Leonardi, qui postea circa annum 1255. vnitus fuit conuentui S. Saluatoris de Fultignano; & ex tunc conuentus S. Saluatoris incæpit appellari de Sylua lacus. vnde monasterium, quod ab anno 1231. incæpit obseruare regulam Augustini, fuit S. Leonardi de Sylua de lacu, nō conuentus S. Saluatoris, qui tunc dicebatur S. Saluatoris de Fultignano. Clarè colligitur hæc omnia ex cōstitutione 5. Alexandri IIII. quæ extat in nostro archiuo Romano num. 5. & adducitur à M. Laurentio de Empoli [a] & est tenoris sequētis.

[a] in Bullario Augustiniano pag. 10.

216 *Alexander Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Priori & fratribus S. Saluatoris de Fulsignano, & S. Leonardi de Sylua de lacu ordinis S. Augustini, Senensis diæcesis, salutem & Apostolicam benedictionem. Ex parte vestra fuit propositum coram nobis, quòd dilectus filius Fr. Adiutus Generalis visitator Fratrum Eremitarum ordinis S. Augustini, deputatus à dilecto filio nostro R. S. Angeli diac. Card. cui eiusdē ordinis curam commisimus; Eremū S. Leonardi priore vacantem, consentientibus fratribus ibidem existentibus, habito diligenti tractatu, & prouiso, quòd ipsa, quæ plurimùm collapsa fuerat, per te fili Prior posset in meliùs reformari, Eremo S. Saluatoris de Fultignano incorporauit, & totaliter counivit, Vt vnū corpus effecta vno capite gubernentur, & vnum capitulum censeātur. Verùm cùm idem Cardinalis id, quod per eundem visitatorem super huiusmodi incorporatione ac vnione factum extitit, duxerit confirmandum, prout in instrumento, & literis exinde confectis; Cardinalis ipsius sigillo munitis plenius dicitur contineri; Nos tuis supplicationibus inclinati, quod ab eisdem Cardinali, & Visitatore factum in hac parte, ratum & gratum habentes, illud authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino &c. Datum Anagniæ 7. Cal. Iulij, pontificatus nostri anno 1.* id est; die 25. Iunij, anno 1255.

217 Manet ergo perspicuum ex bulla Gregorij IX. supra posita non inferri quod ante annum 1231. in conuentu S. Saluatoris qui postea dictus est, de Sylua lacus, non vixerint Eremitæ Augustiniani; atq; adeò testimonium Morigiæ, & Ægidij non infirmatur ex hac parte. Deducitur tamen conuentum S. Antonij de Monte Specuso & S. Leonardi de Sylua lacus sinè speciali regula approbata vixisse vsq; ad annum 1231. à quo videtur sub Augustiniana incæpisse militare. Colligitur deinde, ad minùs non omnes Eremitas Tusciæ, qui ab Innocentio IIII. sunt vniti ordini & regulæ S. Augustini, vixisse vsque ad eum annum sinè certa regula, habitu, & ordine, quòd falsò authores præcitati asserebant: sed saltem præcessisse aliquos, qui sub certa & approbata regula, atq; adeò ordine, & habitu viuerent.

Secunda propositio est expressa in ipsis bullis Innocentij IIII. in prima enim, quæ in regesto Pontificio est 587. data Laterani 7. Cal. Aprilis, anno 1. Pontificatus, atq; adeò Christi 1244. sic habetur: *Ab obseruationem regulæ S. Benedicti, quam in Eremo vestra fuisse vos professos asseritis, depnunciamus, vos authoritate præsentium non teneri.* Directa autem fuerat, *Priori & fratribus S. Mariæ de Murceto ordinis S. Augustini, Pisanæ diœcesis;* In secunda verò, quæ in regesto est 576. & dirigitur, *Priori, & fratribus Eremitis in Tuscia, ordinis S. Augustini,* & data est Laterani 5. Cal. Aprilis, anno 1. Pontificatus, atq; adeò Christi 1244. sic habetur. *Ac per dilectum filium nostrum R. S. Angeli diaconum Cardinalem à promissione, quam de obseruando ordine S. Benedicti, vel quocunq; alio feceratis, de speciali mandato nostro sitis penitùs absoluti; Nos absolutionem ipsam ratam & gratam habentes, illam authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus,* &c. 218 Probatur secunda propositio.

219 Corollaria ex citatis bullis. Duo habemus ex his bullis. Primū est, aliquos Eremitas vnitos ab Innocentio IIII. ordini Eremitarum S. Augustini, fuisse veros religiosos ordinis approbati, quandoquidem vt profiterentur regulam & ordinem S. Augustini ex ordinatione & approbatione Pontificis, indiguerunt ab hac dispensatione, seu declaratione, & ratihabitione Pontificis de dispensatione, quam eis concesserat Cardinalis Ricardus: vt ex ordine, quem profitebātur, transirent ad regulam, & ordinem S. Augustini. Secūdum est prædictos Eremitas obseruasse regulam D. Benedicti: sed non omnes; siquidem Pontifex ait dispensatos eos fuisse à Card. Ricardo, & absolutos à promissione, quam fecerāt de obseruādo ord. S. Benedicti, vel quocunq; alio. Non autem adderet, *vel quocunq; alio,* si non essent aliqui, licèt pauciores, (ideò enim videtur in particulari meminisse tantùm ordi-

Aliqui Eremitæ vniti ordini Eremit. S. Augustini ab Innoc. IV. fuere verè religiosi, observātes regulam S. Benedicti.

(ipsiusq; S. Benedicti) assumpt ordinem profitetur. Vnde, cùm scripsit ad Priorem, & Fratres S. Mariæ de Murceto, qui antea vnicam tantùm B. Benedicti regulam obseruabant, tantum dixit, *Ad obseruationem regula S. Benedicti, quam* &c. Non autem addidit, *Ad obseruationem regulę S. Benedicti, vel cuiuscunq; alterius.*

220 Tertia propositio contra Vuadingum & Pennotum, huius belli duo fulmina, Specialiter pugnans, nempe ante prædictam vnionem ab Innocentio IIII. factam anno 1243. fuisse in Tuscia Eremitas S. Augustini, quibus alij Eremitæ, qui viuebant sine priore generali, potuerint vniri, probatur. Primo ex Martino V. in sermone ad Fratres Augustinianos de translatione S. Monicæ Romam, quæ contigit anno 1430. Eius meminit Baronius in notis ad Martyrologiũ sub die 9. Aprilis, pag. 152. tribuens illum Martino V. atq; adeò agnoscens illum pro vero fœtu Martini V. alias illum nõ tribueret eidem Pontifici. Vnde quòd Pennotus ait a minùs verum esse, quòd Marquez dixit b, hunc sermonem à Baron. cognosci pro legitima prole Martini V. omninò reijciendum est, tanquam alienũ à ratione. Quoniam vt quis agnoscat opus aliquod pro vero fœtu Augustini, aut Gregorij, non requiritur quòd expressè doceat, quòd verè opus illius sit, & vnde id illi constet; satis est, quòd opus illud absolutè tribuat Augustino, vel Gregorio. Sed addit Pennotus potuisse Cardinalem Baronium decipi, sicut in multis deceptus est, præsertim cum de B. Augustino agit. Gaudemus quidem pro nobis stare Baronium, & contrà nos eũ tantùm, apud quẽ Cardinalis Baronius tam malè audiat. Cui potius credendum, Illustrissimo Cardinali Baronio, Historiarum Patri, in neutram partem affecto; an R. D. Pennoto, Can. Reg. suas partes agenti? sed his omissis, vberiorem huius sermonis defensionẽ remittentes ad librum 1. nostræ Bibliothecæ D. Augustini, referamus Baronij verba loco allegato.

221 *Translatio S. Monicæ* (ait Baronius) *facta est sub Martino Papa V. extatq; diploma in registro, anno tertio decimo sui Pontificatus. Legimus, & sermonem eiusdem Pontificis ad Fratres Augustinianos, quo etiam historia texitur de eadem tunc facta translatione, insuper & de miraculis, quæ tunc etiam contigerunt. Est eius exordium, Gaudeo mihi quoq; fratres religiosissimi, &c.* Hæc vltima verba omisit Pennotus c. Passis tuit prelo sermo hic ab Augustino Fiuizanio, Apostolici sacrarij præfecto, Summi Pontificis confessore, S. Spiritus in Saxia præceptore, & quod magis est, viro inculpatæ vitæ, simul cũ libro Vitas fratrũ Iordani de Saxonia, vt retulit Marquez d, de quo seorsim dicam. Interim tamen addo, Augustinũ Fiuizanium in epistola dedicatoria ad Iacobum Sabellum episcopum Portuensem, data 5. Idus Octobris anno 1586. testari, se hunc sermonem habuisse à Reuerendissimo Christophoro Patauino Augustinianæ familiæ generali.

222 Sed ait Pennotus e id, quòd de editione huius sermonis tradidit Marquez, minime verum esse. Quia ipse librum vitas fratrum Romæ apud Ioannem Martinellum editum anno 1587. diligentissimè lustrauit, nec sermonem reperit. *Nisi ergo eodem anno duo facti sint eiusdem libri impressiones, aut post ipsam impressionem denuò sit sublatus hic sermo, ita vt in aliquibus exemplis, quæ per Hispanias circumferuntur, hic sermo habeatur, in alijs verò Romæ, & per alias Ciuitates Romæ propinquiores vulgatis minimè reperiatur, quod esse puto.*

223 Verumtamen hæc dissidia facilè reuocabimus in concordiam. Habemus in Hispania duplicem codicẽ libri Vitas fratrum Iordani de Saxonia, & licet singuli fuerint diuerso tempore impressi; in vtroq; tamen continentur opuscula sequentia, simul à librario in vnum corpus redacta; nempe, quatuor libri Vitas fratrum Iordani de Saxonia, qui non duo primi continentur paginis 227. Duo verò posteriores paginis 88. & impressi sunt Romæ, apud Ioannem Martinellum anno 1587. Deinde vita S. Augustini ante, & post susceptũ baptisma, eius gesta complectens, ex libris Confessionum ab Augustino Fiuizanio collecta, & à Possidio Episcopo cõscripta, quæ continetur paginis 78. estq; impressa Romæ, ex officina Ioannis Martinelli ad signum Phœnicis anno 1586. Præterea, Petri Oldradi Mediolanẽsis Archiepiscopi Epistola ad Carolum magnum de translatione corporis B. Augustini ex Sardinia Papiam, & de translatione corporis S. Monicæ Ostia Romam ex verbis Martini V. ad Fratres Augustinianos sermo. Quæ duo vltima opuscula paginis 28. cõtinentur, edita Romę ex Typografia Vincentij Accolti anno 1586. En ergo causa, quare Marquez dixit eum sermonẽ fuisse simul impressum cum libro Vitas fratrum Romæ an. 1587. & quare R. Pennotus illum non

Marginal notes (left): Probatur tertia propositio. — Primo. — Obiectio. — a lib. 1. cap. 5. pag. 164. n. 1. — b cap. 9. §. 1. pag. 156. — Diluitur. — Replica. — Infringitur. — c lib. 1. cap. 10. nu. 1. pag. 164.

Marginal notes (right): d cap. 9. §. 1. pag. 156. — Obiectio. — e lib. 1. cap. 10. n. 1. pag. 164. — Diluitur.

nō inuenerit in libro Vitas fratrum; nempe quia in his, quæ habemus in Hispania, librarius omnia illa simul in vnū aptauit; secùs verò accidit in ijs, quæ Pennotus Romæ vidit, vbi tamen passim extat prædictus sermo, diuisim compactus à libro Vitas fratrum.

224 In hoc ergo sermone sic ait Summus Pontifex. *Quo medio tempore Augustinum ferunt sanctorum hominum consilia quæsiuisse, quorum præcipuè in Thuscia multi fuisse conuentus dicuntur; hodieq; apparent apud posteros illorum colloquiorum vestigia. in his vos adhuc* (id est, ab illo tempore vsq; nunc. Quid enim aliud innuit illud, *adhuc*?) *frequentibus consortijs habitatis. Ac nos, cùm ex Florentia Romam venimus, quædam vidimus in agro Senensi, nec sinè magna huius recordationis voluptate per fratres illos transiuimus, tanquam adhuc* (iterum, *adhuc*. Non casu positum est, quod bis repetitur.) *vetustissimarū cellularum, ac speluncarum vestigia spectaremus.* Hæc Pontifex. Et sanè congruum erat, & Augustini meritis non indebitum, vt eremus, quam in Italia gressibus suis, & aliquali habitatione sacrauerat, tamdiu esset in suorū Eremitarum potestate, quandiù prouincia illa in fide duraret.

Eremitæ Augustiniani cōuentus, quos Augustin[a] incoluit, adhuc inhabitant.

225 Secundò. Quia in ipso conuentu Ilicetano, super quo litem mouit istam R. P. Vvadingus, Eremitas Augustinianos ab anno 1050. vitam egisse tradit Franciscus Thomæ Chronista Senensis, relatus ab erudito viro Paulo Morigia Iesuato S. Hieronymi, cuius verba citauimus in probatione primæ propositionis, & commendātur à Cornelio Lancellotto[a] Deinde, Aubertus Miræus[b] sic ait. *Congregatio Eremitarum S. Augustini de Liceto apud Senas Italiæ vrbem anno 1050. instituta.* Audiamus etiam Aegidium Viterbiensem Cardinalem in epistola ad patres Ilicetanos, quæ extat MS. Romæ in Bibliotheca Angelica. ibi. *Extant in Monte Pisano, extant ad Centumcellas vestigia planè insignia. extant in vniuerso Thusco solo loca, quæ ille incoluit, & Monachis incolenda dedit. vestra tùnc domus sapit, &c.* Adde. Ioannes Baptista Signius[c] cuius verba transcripsit Iosephus Mozzagrugnus in narratione rerum gestarum Can. Reg. edita Venetijs anno 1622. dlicèt in pluribus erret, sic tamen ait. *Constructum extitit hoc tēplum* (loquitur de Ilicetano) *à Sanctissimis viris, qui inibi ante annos damnu sexcentos Eremiticam vitam susceperant. In quo etiam fertur postea D. Ioannē Frāciscum Petri Bernardoni Assisiensis, priusquam Minorum ordinem procreasset, aliquandiu substitisset atq; Sacellum precibus eius Gregorius Anagninus Papa IX. anno sui Pontificatus I. Domini verò 1227.* (quomodo hoc stabit, cum S. Franciscus obierit anno 1226.?) *in protectionem susceptum à Domino Bonfilio Senēsi, tūc episcopo consecrari mandauit; vbi ipsius Pontificis authoritate singulis annis in anniuersario ipsius Dedicationis, quod Calendis Maij fit, vnius anni, ac dierum 40. indulgentiam perpetuis duraturam temporibus concessit: volens, & mādās quòd in ecclesiastico obsequio officium Dedicationis Basilicæ, prout in Lateranēsi Romana Ecclesia die 9. Nouembris, prout hactenùs fecerant, continuarent.* Hæc Signius, & Mozzagrugnus, Canonici regulares, licèt hic[e], & ille[f] velint Ilicetanos, ante vnionē Alexandri IV. sub S. Guillelmi dogmate militasse. Deniq; Stephanus Vgurgerius, Ilicetanę congregationis alumnus (quem an. 1609. Salmāticę nouimus Secretar. Reuerēdiss. P. Ioannis Baptistæ de Aste, conuentus Salmanticensis filij, tunc Eremitarum ordinis generalis, postea episcopi Thagastēsis, & Apostolici sacristæ, viri maioris spei quàm fortunæ.) homo religiosus, & doctus, in oratione panegirica in laudem B. Ioannis Gucij, patricij Senensis, & Eremitæ Ilicetani, quē Episcopus Signinus[g] circa annum 1341. floruisse testatur, sic ait. *Nobis verò illud compertum, exploratumq; est, hoc nostrum monasterium iam inde ab anno 600. Dominicæ Incarnationis vsq; ad quadringentesimum supra millesimum per octingentos, & eo ampliùs annos habuisse religiosissimos, atq; adeò Sanctissimos viros; ita enim eos per antonomasiam appellare cōsueuit B. Catherina Senēsis.* Adde Siluanus Bazzi Camaldulensis[h] refert illi, antequā anno 1237. die 16. Aprilis sumpsisset habitum ordinis Prædicatorum, euentum cuiusdam tentationis contigisse: cùm iret ad Monasterium S. Augustini extrà vrbē ad tria milliaria. Hoc autem monasterium esse Ilicetanum clariùs expressit Iulius Sansedonius episcopus Grossetanus[i] ibi. *Inter alia loca solitaria, & deuota, quæ solitus erat visitare Ambrosius ad suum spirituale gaudium, erat monasterium Patrum Eremitarum S. Augustini, extra Senas ad tria milliaria, Illicetum nuncupatum; locus inter lucos situs, & remotus; aptus ad spiritualia exercitia, & bonis feruentibusq; patribus plenus,* &c. & tandem concludit narrationem[k] *Huius euentus, tanquam rei memorabilis, ab illis bonis religiosis fidelis, & diligens scriptura est facta, quam ipsi compilatores se vidisse, & legisse testantur.* Ex quibus constat sacrum

illum

Probatur secundò tertia propositio. A quo anno Eremitæ Augustiniani inhabitent conuētum Ilicetanum.

a lib. 2. de vita Augustini cap. 8.

b in lib. de originibus Can. Reg. Ord. S. Augustini ca 4. pag. 17.

c lib. de ordine. & statu canonico lib. 2. cap 1. pag. 110.

d fol 6 pag. 2

e loco citato.

f cap. 8. pag. 178.

g In chronico Aug. fol 51. pag. 2.

h In vita SS. Ethrurię in vita B. Ambrosij Sensedonij de Senis pa. 150.

i in vita eius. dē sancti lib. 1. cap. 5. pag. 24.

k pag. 28.

illum locum ante annum 1237. ab Eremitis Augustinianis fuisse habitatum.

226 Tertiò. Ex antiquis memorijs conuentuum Montis Pisani, & Centū cellarum, & Thusciæ, quæ continuata successione scripto traditę sunt à trecētis annis, quantùm inuenire potui. Primò enim B. Henricus de Alemania in tractatu de origine ordinis Eremitarum S. Augustini, edito anno 1334. sic ait de Augustino. *Cùm in eremo Thuscia multos fratres eremitas inuenisset Sancta vita, demum applicauit ad locū nostrum, qui dicitur Centumcellis; qui fuit, vt dicitur, primus locus conuentualis nostri ordinis*, &c. Secundò Bartholomæus de Vrbino, Episcopus Vrbinas, qui floruit circa an. 1340 in principio Milleloquij Augustiniani, in prologo, sic ait. *Et ideò fratres Eremita de Monte Pisano et dicebant: vt habetur in principio libri sui de cognitione vera vita*, &c. An verò liber hic sit Augustini, dicemus lib. 3. Bibliothecæ Augustini. Tertiò Franciscus Petrarcha, qui floruit etiā ad annos 1340. [a] sic inquit de Augustino. *Inter catera Pisani montis otio delectatus, illic eremitico habitu traxisse moras creditur*. & huc fortè allusit Licentius [b] cùm sic cecinit.

Probatur tertiò ex antiquis memorijs cōuentuum.

a lib. 2. de vita solitaria tract. 3. cap. 5.

b To. 2. Aug. Epist. 39.

Ocia tentantes, & candida iura bonorum,
Duximus Italia medio, montesq; per altos.

227 Neq; mirabitur id significari verbis Licentij, qui audierit Augustinū lib. 9. confess. cap. 8. *Simul eramus*, inquit, *simul habitabamus placito sancto; quarebamus quis nā locus nos vtiliùs haberet seruientes sibi; pariter remeabamus in Africam*. Qui sic affectus erat, dum in Africam remeabat, mirum erit, quòd ducens iter Italiæ medio, mōtesq; per altos, inuiseret Eremitas montis Pisani, & alios, quos in itinere obuios habere posset? Quartò B. F. Iordanus de Saxonia, qui claruit circa an. 1345. [c] de Africæ deuastatione loquens, sic habet. *Tunc & fratres illi, qui in cœnobijs sub B. Augustino nutritore degerant, hinc inde dispersi sunt. Quorum quidam deuenere in Thusciam; quia fortè B. Augustinus in trāsitu suo de Mediolano in Africam aliquos inde assumpserat*, &c. *& sic illa sancta communio per B. Augustinum instituta, & per eum semper, vt dictum est, obseruata, nō omninò disrupta fuit, neq; abolita; sed in aliquibus bonis patribus extitit conseruata, donec nouissimis temporibus illam dispersionem Deus dignatus est congregare*. Neq; hic ex Africa in Thusciam aduētus Augustinianorum erit difficilis creditu illis, qui nouerint, quot Sācti tempore persecutionis Vuandalicæ relicto Africano solo ad Thusca littora transmarini, ita fecerunt, vt ex eorum vitis inter sanctos Ethruriæ apud Siluanum Razzium Camaldulēsem constat. S. Regulus Episcopus, & matyr, S. Iustus episcopus Vulterrarum, & S. Clemens eius eius frater, & S. Octauianus, & S. Cerbonius episcopus Populonij. Agit de S. Regulo martyrologium Romanum die 1. Septembris. Vide Baronium in notis ad illud pag. 433. de S. Cerbonio verò agit die 10. Octobris. Vide Baronium pag. 502. quid ergo erit mirum, quòd quando hi sancti viri, vel alio tempore, ad exemplum illorum, Monachi etiam Africani in Thusciā deuenerint, persecutionis Vvandalicæ rabiē cuitantes. Quinto Ambrosius de Massarijs de Chora, dictus Coriolanus, (quamuis tam malè audiat, à Pennoto, audiēdus tamen benè in rebus sui temporis, quas videbat, & audiebat ex traditione aliorum; vt credamus saltem eam fuisse illius temporis communem existimationem.) in opusculis suis editis anno 1481. agens de Mōte Pisano in Commentarijs ad primam regulam Augustini, sic ait. *Pluraq; loca, sicut etiam nunc extant, & nos vidimus, ibidem cum illis erexit*. (Augustinus scilicet; dicam tamen lib. 1. Bibliothecæ D. Augustini, an hæc, & alia, quę ex eodem authore subijcimus, vera esse potuerint.) *ibidemq; plura edidit opera*. & in Commentarijs ad secundam regulam. *Edidit Augustinus iā monachus secundam regulam Centūcellis, & ibi extruxit monasterium S. Trinitatis adhuc extans*. & in Defensorio [d] *Regulam primò composuit in Monte Pisano, & dedit illam Eremitis ibidem commorantibus, vbi adhuc extant tria loca, in quibus Augustinus fuit commoratus, quorum vnus vocatur Specus, alter Lupuscanus, tertius S. Puteus; & à nostris fratribus adhuc habitantur; licèt adhuc sint alia in illo mōte plura nobis subiecta inhabitata*. & [e], agens de fratribus post mortē Augustini dispersis, sic inquit. *Venerunt in Italiam, ad illa scilicet loca, in quibus ipse B. P. N. Augustinus, antequam transiret in Africam, steterat, scilicet ad loca nostra Montis Pisani, & c. de quibus locis adhuc extant plura; & ad Centumcellas, vbi, vt plerіq; aiunt, incepit componere librum de Trinitate*. (An hoc ita fuerit, agemus lib. 3. Bibliothecæ Augustini, in notis ad libros de Trinitate.) *Qui etiam locus adhuc extat, & est noster sicut semper fuit; & in dictis locis multiplicari cæperunt. Deinde in territorio Senarum, scilicet in loco Fontani, prope montem Illicinum, & in loco S. Lucia Vallis Rusia, & in loco S. Antonij apud lacum Ambrosianum,*

c in vitas fratrum lib. 1. ca. 14. pag. 29.

d veritate prima cap. 1.

e Veritate 6. ad sextū negatur.

stanum, de quo Vener. M. Iordanus de Saxonia dixit se vidisse confirmationem Innocentij III. vbi testatur fundationem eius per multa tēpora ante & [a] sic habet de Adriano IV. *Eccles. S. Augustinus de vrbeveteri dedit indulgentiā triū annorum, & totidem quadragenas.* Et de Gregorio VIII. qui teste Onnphrio [b] electus fuit 4. Cal. Nouemb. anno 1187. & obijt eodem anno 8. Cal. Ianuarij, sic addit. *Et concessit fratribus dicti ordinis authoritatem audiendi confessiones, prædicandi, & cimiteria construendi, ac eos sepeliendi, qui in eorum cimiterijs, atq; Ecclesijs elegerint sepulturam, & priuilegiū directum fuit Priori S. Iacobi de Aquauiua Lucanæ diœcesis.* Transcripsit eadem (illo excepto, *Lucanæ*; cuius loco posuit, *Pisanæ*, & veriùs.) compendium rerū ordinis iussu Cardinalis Seripandi editū an. 1549. [c] & Hieronymus Romanus [d]. Hoc est cenobium, super quo etiam litem mouit P. Vvadingus. Meminit autem illius B. Henricus de Vrimaria lib. de origine religionis, edito an. 1334. dicens de B. Francisco, *Et quidā asserūt: qd fuit frater dicti ordinis in loco S. Iacobi de Aquauiua iuxtà Pisas.* Sextò Philippus Bergomensis [e] sic ait. *Quo in loco* (nempe, Centumcellis) *D. P. Augustinus Eremitas sanctos inuisit, & ibidē nōnullos edidit libros.* Septimò Baptista Mantu. Carmelita, poeta celebris, circa an. 1494. [f] de Augustino sic cecinit.

a In Chron. Aug. 1. par.

b de Pontif & Card. pa. 126. & 128.

c fol. 30. pag. 1.

d in Centurijs Centur. 8. fol. 45. pag. 1.

e in supplemēto chronicorū edito an. 1486 lib. 12. fol. 202

f lib. 8. de sacris diebus.

Viuendi normam instituit; memoratur Eremum
Incoluisse maris Thusci, prope littora centum
Cellarum, qua vicus erat; Tiberina petiuit
Ostia, &c.

Tandem Cardinalis Aegidius Viterbiensis in præcitata epistola ad Patres Ilicetanos, & in libro 20. sæculorum, idem testatur in hæc verba. *In Monte Pisano priùs inde ad Centumcellas, & in vniuersa maritima Eremitas statuit, Christianæ, paupertisq; simplicitatis auram obseruantes, qui vsq; ad Innocentium, & Alexandrum Quartos nihilo se ijdē ne moribus contenti perseuerare.* Mirum ergo non erit, quod in Thuscia, & tractu Pisano ante annum 1200. præcesserint Eremitæ Augustiniani. Decebat quoq; in Monte Pisano Eremitas Augustinianos perseuerare, in quo olim Augustinus moras aliquas traxit.

227 Verùm, quamuis hæc omnia missa faceremus, sacrā nihilominùs mittere possumus anchoram; non *Lucernæ spiculum lumen*, vt dixit [g] Tertullianus, *Sed totius solis lanceam. Tanta enim illic perspicuitate differitur, vt qui oppositum nouiter autumant, longe ante* (vt Augustinus [h] dixit) *reperiantur conuicti esse, quàm nati.* Testimonium est B. Iordani de Saxonia lib. 1. vitas fratrū cap. 14. pag. 30. edito circa annos 1356. vt ostendemus infra, in responsione ad nu. 2. ibi. *Hic ergo Innocentius Papa III. fuit primus Summus Pōtifex à quo ordo habuit aliquod priuilegium scriptum, quantùm ego potui indagare. Confirmauit namq; locum nostrum S. Antonij in Ardigneta, qui est in prouincia Senarum cuius priuilegij formam vidi.*

g lib. de pudicitia cap. 7.

h lib. de bono perseuer. c. 2.

Innocentius III. fuit prim⁹ à quo priuilegiū scriptū habuit ordo Eremitarū S. Augus. cōfirmās locū S. Antonij in Ardigneta.

228 *Ex hoc testimonio, certè liquet* (vt cum Augustino dicam [i] *claret, & cernitur; obscurari, obtegi nullo modo potest, quanta eloquentia is, à quo sententia illa dicta est, discreuit, illustrauit, expressit. Cur verba adhuc dantur? Cur contra lucidissimam veritatem pro manifesto errore contenditur?* *Non ait*, Iordanus, *audiuimus, fama referente cognouimus, sed vidimus*; cuius priuilegij formam vidi. vt dicamus de Iordano nostro, quod de Cipriano Augustinus [k] *Non dixit, suspicamur, opinamur, arbitramur, conijcimus, credimus; sed, cernimus, dixit. O Verbum, quo cuncta dubitatio tolleretur.*

i lib. 3. contra Cresconiū cap. 35.

k lib. 3. contra Cresconiū cap. 31.

229 Addo. vel ex hoc vno priuilegio cōstat ordinem Eremitarum S. Augustini à tempore Innocentij III. ad minus, obtinuisse approbationem Apostolicam. Audi pulchra verba Laurentij Surij [l]. Bruno obtinuit à Pontifice literas ad Abbatem Signinum, vt Carthusiæ eremum ipsis restitueret. & statim addit. *Et hæ quidem primæ fuere Romani Pontificis literæ de Carthusiano instituto; quæ magno sunt documento ab ipsis Carthusianæ religionis initijs, eam à Sede Apostolica approbatam esse.* Idem potiori iure dicimus de priuilegio Innocentij, in quo non iubet restitui domum: sed cōfirmat, & sub protectione Sedis Apostolicæ suscipit. Nec possum omittere religionem Augustinianam non parùm debere Summis Pontificibus Innocentijs. Etenim Innocentius I. (si verum est, quod nonnulli tradunt) confirmauit regulam S. Augustini. Innocētius II. meminit regulę Augustinianę tāquam approbatæ ab Ecclesia. Innocentius III. adscripsit Sanctis B. Guillelmum Ducem Aquitaniæ, & confirmauit locū nostrum S. Antonij in Ardigneta. Innocentius IV. vniuit Eremitas Thusciæ ordini Eremitarum S. Augustini, & inchoauit canonizationem S. Ioannis Boni.

l To. 5. die 6. Octob. in vita S. Brunonis.

230 Extare etiam hodie prædictum conuentum S. Antonij in Ardigneta, Marcus Antonius Massa Salermitanus, *quem dignè laudat* (verba sunt P. Vvadingi [m]) *Augustinus Fiuizanius in præliminari epistola operis*

m § 4. nu. 29. pag. 71.

Iordani

Iordani, in notis ad prædictũ testimonium testatum reliquit in hæc verba. *Locus hic hodie appellatur Vallis Aspera in maritimis Senarum, qui possidetur à fratribus congregationis Ilicetanæ.*

231 Iordani testimonium transcripsit verbatim Antoninus [a] & Iosephus Pamphilus Episcopus Signinus. [b] De eadem confirmatione S. Antonij in Ardigneta loqui Philippum Bergomensem [c] credidit M. Marquez [d] id tamen mihi minùs clarum est. Quia Bergomensis non meminit S. Antonij in Ardigneta, sed eius hæc sunt verba. *Innocentius III. primũ ordinem nostrum D. Augustini Eremiticum sua sub tutela Apostolica suscepit, sicut patet ex eius indulto, quod incipit, Solet annuere.* Expressè tamen de eodem priuilegio S. Antonij in Ardigneta loquitur Renat⁹ Chopinus, [e] vbi de Eremitis Augustinianis sic loquitur. *Queis Innocentius III. collato priuilegio gratificari capit.* & in margine sic notat. *Innocentius III. confirmauit locum S. Antonij in Ardigneta prouincia Senensis Italorum, cuius formam priuilegij vidisse se ait D. Antoninus.* Ambrosius etiam Coriolanus [f] de hoc conuentu ea protulit verba, quæ adduximus in Tertia probatione Tertiæ propositionis. vltra tamen an. 1481 in Chronico Augustiniano, de Innocentio III. hæc addidit verba. *In registro Pontificum, & actis Concilij annotari hunc ordinem sacratissimum fecit, & multas ei contulit gratias, & collatas confirmauit. inter alia confirmauit locum S. Antonij apud lacum Ambrosianũ propè Senas, sicut ego vidi & totum ipsum ordinem in protectionem sedis Apostolica suscepit.* Compendium rerum ordinis Augustiniani, editum anno 1549. [g] an. 1197. de Innocentio III sic habet. *Hic idem Pontifex pluribus Bullis confirmauit ordini nostro cœnobium S. Antonij apud lacum Ambrosianum in territorio Senẽsi; quarum bullarum vnam M. Ambrosius Coranus in quodam libello, quem de initijs ordinis nostri edidit, se vidisse asserit. Similem quoque idem Pontifex de conuentu nostri ordinis Lucensi confirmationem fecit. Qui quidem conuentus ante ipsum Innocentium de ordine nostro extiterãt.* Hieronymus Romanus, [h] de Innocentio III. sic inquit. *Confirmauit religionem pluribus bullis. Conuentui enim S. Antonij propè lacum Ambrosianum in diœcesi Senensi direxit breue, in quo confirmat priuilegia suorum prædecessorũ; & idem præstitit conuentui Lucensi in Italia. Ambrosius Coriolanus ait, se vidisse hoc priuilegium; & id magni fecerunt plures ex fratribus nostri ordinis, qui hæc in lucem edere curarunt. Nos illud sine magna difficultate vidimus Veronæ, & habebat pro signo hæc verba Psalmi: Fac mecum signũ in bonum.* Hoc autem fuisse signum Innocentij III. author est Onuphrius [i] & Alfonsus Ciaconius [k] & denique sapientissimus P. Franciscus Suarez è societate Iesu, [l] continuationem ordinis Eremitarum S. Augustini inter alia colligit ex priuilegio Innocentij III. pro conuentu S. Antonij in prouincia Senẽsi. Habeo relationem Ms. rerũ huius conuẽtus, quæ affirmat hoc priuilegium esse registratum in archiuo Conuentus Ilicetani, & incipere, *Solet annuere sedes Apostolica*; & finire, *Dat. Laterani 12. Cal. Iunij annô 1198. &c.* Sanè cùm tot, & tam certis testimonijs comprobari video ante tempora Innocentij IIII. Eremitas Augustinianos in Thuscia, & prouincia Senensi possedisse cœnobia; teq; adeò acriter conari in oppositũ, audeo dicere cũ Aug. [m] *Accusare tantum, non conuincere potuisti.*

232 Sed restat, qui solem obscurare voluerit, Gabriel Pennotus ex celeberrimo ordine Can. Reg. S. P. N. Augustini, qui in sua Historia tripartita [n] sic ait. *Cùm ex literis Innocentij IIII. ostensum sit nullos Eremitas, exceptis Guillelmitis, de quibus tamen res est valde dubia, ante ipsum Innocẽtium IIII. in Thuscia sub B. Augustini regula degisse; vnũ è duobus necessariò dicendũ est; aut illud monasterium tunc temporis non fuisse ordinis Eremitarum: sed posteà à sede Apostolica illis donatum; & fortè F. Iordanus pro Innocẽtio IIII. posuit Innocentium III. sicut pro Gregorio IX. posuit Gregorium I. aut Secundò dicendum, illud monasterium tempore Innocentij III. Eremitarum ordinis S. Guillelmi fuisse, cuius ordinis erant potissima, & præcipua monasteria, quæ nunc obtinet ordo Eremitarum, Vt ipse Marquez cap. 13. §. 14. fatetur.* Hæc Pennotus; qui hoc secundum videtur à simili desumpsisse ex Ioanne Baptista Signio Can. Reg. Scopetino [o] vbi de vnione per Innocentium IIII. (non per Alexandrum IIII. vt ipse confundit. Vnio enim Alexandri fuit anno 1256.) facta anno 1244. sic ait. *Sicq; factũ est, vt idem etiam Fultignanũ Senense de Silua lacus monasterium sub eodem S. Aug. Eremit. ordine deueniret. Quod antea, vt fertur sub S. Guillelmi dogmate militauerat.* Signij verba suis scriptis inseruit Ioseph. Mozzaguign⁹ Can. Reg. eiusd. cõg. [p]

233 Verum hęc euasio pluribus dissoluitur, & destruitur. Primum est. Doctissimus Pennotus supponit id, quod probandum erat, disputamus, vtrum ex prædicta bulla (quam puncto secundo in principio retulimus, & adducit etiam Pennotus [q])

Margin notes:

a 3. p. tit. 24. cap. 14. §. 3 circa an. 1450.

b In Chron. August. fol. 26 pag. 2.

c in suo supplemento lib. 12. an. 1198. fol. 231.

d cap. 20. §. 2. pag. 343.

e In suo monasticon lib. 2. n. 32. fol. 205.

f in defensorio ver. 6. ad sextũ negatur.

g fol. 30. pag. 2

h Centuria 9. fol. 45. pag. 2.

i de Pontif. & Card. pag. 134.

k de vitis & gestis Pontificum pag 537.

l Tomo 4. de religione lib. 2. cap. 9. nu. 1.

m lib 3. contra Cresconium cap. 37.

Euasio prima Pennoti.

n lib. 1. cap. 57. nu. 2. pag. 184.

Secunda.

o lib. 1. de ordine & statu Canonico edito Bononiæ an. 1605. cap. 8. pag. 178.

p in narratione rerum gestarum Can. Reg. edita Venetijs anno 1622. fol. 6. pag. 2.

Explodituo plurib⁹ prima. Supponit Pennotus quod erat probãdũ.

q lib. 1. cap. 55. nu. 6. pag. 78.

colligatur ante Innocentium IV. nõ extitisse Eremitas S. Augustini in Thuscia; & supponit Pennotus id ostensum esse supra. Supra autem, transcripta bulla, nullo alio modo probauerat, nisi subiungens hęc verba: *Ex hac bulla habes. Primò, &c. Secundò habes, nullos Eremitas vsq; ad tempora Innocentij IV. in Thuscia fuisse, qui sub regula B. Augustini viuerent, & Eremitæ S. Augustini vocarentur, exceptis forsan Eremitis S. Guillelmi.* Ex quibus autem verbis prædictæ Bullæ id habeas, non explicat. Ego ex nullis eius bullæ ostendi; sic demonstro. Si ex aliquibus bullæ verbis id ostenditur, maximè ex illis, *Nos volentes vos sinè pastore*, &c. Ex ijs autem nõ ostendi, conuinco ratione, & exemplo. Ratione. Quia ex ijs ad summum tantùm infertur eos vixisse sinè communi Priore Generali, non autem sinè certa regula, vt euidenter cõstat ex ijs bullis, quas adduximus pro secũda propositione. Si autem obseruabant certam regulam: quis dixit D. Pennoto eam in nullo conuentu Thusciæ fuisse Augustinianam? Exemplo etiam idem conuincitur. Quia si Pontifex prę̨ciperet vniuersis monachis Cathaloniæ (quãdo singuli cõuentus habebãt obedientias separatas, & non degebant sub communi capite;) exceptis Carthusiensibus, ne sinè pastore Vagarentur; vt regulam, & ordinem Cistercięsem assumerent, & prouiderent sibi de Priore Generali, siuè Abbate, inefficaciter, & fallaciter inferretur nullos ex monachis Cataloniæ antea obseruasse regulam, & ordinem Cisterciensium. Ergo similiter in nostro casu, in quo nulla apparet ratio disparitatis.

Ex bulla Innocentij IV. Eremitas S. Augustini in Thuscia ante vnionem non extitisse, nõ colligi: exemplo conuincitur.

234 Secundum est. Prædictam bullam ita debere intelligi, vt nõ excludat præcessisse in Thuscia aliquos Eremitas S. Augustini, conuincitur manifestè ex priuilegio citato Innocẽtij III. quod nulla ratione negari potest; nisi quis velit temerè, & audenter asserere B. F. Iordanũ de Saxonia, & alios authores, qui affirmant se illud priuilegiũ vidisse, impudenter fuisse mẽtitos. Quod an dici possit, præsertim de B. F. Iordano de Saxonia, iudicet lector. Quòd autem id conuincatur ex prædicto priuilegio, manifestum est. Quoniam Iordanus, qui testatur se vidisse priuilegiũ, loquens de ordine Augustiniano, cuius ipse erat alumnus, sic ait. *Denique ab illa dispersione multi fluxerũt anni vsq; ad tempora Innocentij Papæ III. qui fuit primus Papa, quem circa ordinem istum aliquid speciale fecisse lego.* Et rursus. *Hic ergo Innocentius Papa III. fuit primus Summus Pontifex, à quo ordo habuit aliquod priuilegium scriptum, quantùm ego potui indagare. Confirmauit namq; locum nostrum S. Antonij in Ardigneta, qui est in prouincia Senensi, cuius priuilegij formam vidi.*

Conuincitur secundò ratione.

a lib. 1. cap. 14. pag. 29. & 30.

Neq; hoc eliditur asserendo fortè illud monasterium tunc temporis nõ fuisse ordinis Eremitarum: sed postea illi donatum. Contra hoc enim est euidẽs obiectio. Iordanus enim ex prædicto priuilegio probat Innocentium III. cõcessisse ordini Eremitarum S. Augustini, aliquod priuilegium scriptum. Hoc autem neq; insipientissimus probaret ex priuilegio confirmationis conuẽtus factæ in fauorem alterius religionis: quàm ordinis Eremitarum S. Augustini. Neq; speciem vllam probabilitatis habet id, quod subdidit Pennotus, nempè fortè Iordanum pro Innocentio IV. posuisse Innocẽtium III. sicut pro Gregorio IX. posuit Gregorium I. lib. 1. cap. 15. pag. 37. Contra hoc enim est. Primò, quòd Iordanus nihil habet, quare credere non possimus errorem esse scriptoris, vt pro Gregorio IX. scripserit Gregorium I. siue potius, B. Gregorium: sic enim legitur in impressis. Præcipuè cùm potuerit Iordanus sic habere, *per B. M. Gregorium Papam*; Id est, Bonæ memoriæ, & scriptor sic trãsferre, *B. M.* id est, Beatum Gregorium Papam. Quin imò errorem esse scriptoris euidẽter cõuincitur ex originali antiquiori, quod extat Romæ in Bibliotheca Angelica, in quo expresſè haberi vidi, *per Gregorium Papam IX.* Secundò contra est, quòd Iordanus loquitur de Innocentio III. qui congregauit Concilium Lateranense, vt patet ex ipso contextu; & statim subiecit: *Hic ergo Innocentius Papa III.* &c. & prætetea, cùm dixisset Innocentium III. confirmasse ordini nostro locum S. Antonij in Ardigneta, hoc addidit. *Post hunc Honorius Papa III. qui ordines Prædicatorum, & Minorum confirmauit, etiam aliqua loca nostri ordinis sub protectione Sedis Apostolicæ suscepit: Postmodùm Innocentius Papa IV.* &c. Quomodò ergo dici poterit Iordanum posuisse Innocentium III. pro IV. cùm tam expresſè, & distinctè loquatur de Innocẽtio III. & post illum de Honorio III. & postmodum de Innocentio IV.

235 Effugium. Præcluditur.

Alia euasio. Exploditur.

Neq; dici potest, quod secũdo loco addebat Pennotus, nempe monasteriũ illud tempore Innocentij III. fuisse ordinis Eremitarum S. Guillelmi. Contra hoc enim sic obijcio ad hominem, & ad rem. Ad rem

236 Secũda Pennoti euasio. Reijcitur primò ad rem.

rem. Quoniam Iordanus loquitur de priuilegio concesso ordini Eremitarū D. Augustini sub ea denominatione. subiecit enim. *Postmodum Innocentius Papa IV. vir vtique magnæ scientiæ & industriæ, qui sedit anno* 1240. (debebat dicere, 1243.) *considerās ordines Prædicatorum & Minorum notabiliter crescere, & fructus salubres in Ecclesia Dei proferre; fratres verò Eremitarum S. Augustini sibi solis per bonam vitam prodesse*, &c. At ordo Eremitarum D. Guillelmi, licèt verè esset ordinis S. Augustini, non tamen communiter sic appellabatur; sed Eremitarum, vel Fratrum S. Guillelmi, vt constat ex ipsa Bulla Innocentij IV. de qua disputamus. ibi. *Exceptis Fratribus S. Guillelmi*. Non ergo loquitur Iordanus de confirmatione conuentus ordinis Eremitarum D. Guillelmi: inde enim non concluderet ordinem Eremitarum S. Augustini sub hac denominatione fuisse continuatum, & auctum ab Innocentio IV. per vnionem Eremitarum Thusciæ, cùm ab hac vnione excepti fuerint fratres S. Guillelmi. Ad hominem verò, sic insto. Pennotus[a] mordicus defendit ordinem Eremitarum D. Guillelmi nō militasse sub regula D. Augustini. Quomodò ergo credere potest Iordanū probasse Innocētium III. concessisse priuilegium rescriptum ordini Eremitarum D. Augustini ex eo, quòd tribuerit priuilegiū ordini, qui non viuebat sub regula Augustini. Neq; valet dicere; ideò id fuisse assertum à Iordano quia ordo D. Augustini, in vnione generali resultauit tanquā ex præcipuo membro ex ordine D. Guillelmi. Contra hoc enim est. Primò quia Pennotus num. 7. citato contendit ordinem D. Guillelmi ad vltimū non fuisse vnitum ordini S. Augustini; atq; adeo dici nō potest resultasse hunc ex illo. Totum enim non resultat ex partibus non vnitis, sed ex vnitis. Secundò quia, esto esset vnitus, vt verè fuit, saltem quoad maiorem partem illius congregationis: si ea ratione Iordanus diceret priuilegia fuisse concessa ordini Eremitarum S. Augustini, ineptissimè loqueretur. Non enim probaret intētum illius capitis decimi quarti. Intendebat enim probare ordinē Eremiticum à D. Augustino fundatum, nūquam fuisse abolitum, sed semper continuatum; quòd nullus, etiam ignorantissimus probaret ex priuilegijs ordini diuerso concessis, qualē esse ordinem Guillelmitarum contendit Pennotus. Tertiò. quia, si eo modo enumerasset priuilegia, credi non potest, quòd nunc temporis nō reperisset plura alia, & antiquiora, concessa conuentibus ordinis D. Benedicti, qui vniti fuerūt ab Innocentio IV. ordini Eremitarum D. Augustini, vt v.g. Conuentus S. Mariæ de Murceto, Pisanæ diœcesis. Quare omninò fatēdum est, Conuentum S. Antonij in Ardignetta tempore Innocētij III. fuisse ordinis Eremitarum viuētium sub regula Augustini, sic denominatorum: atq; adeò si fuisset Guillelmitarum, sequeretur contra Pennotum ex ipso Pennoto, modò asserente, & modò negante, ordinem D. Guillelmi militasse sub regula Augustini; si verò non fuit Guillelmitarum: vt necessario dicendum esse ostendimus; restat vt fuerit ordinis Eremitarum D. Augustini. Neq; id mirum erit, cùm de eodem Innocentio III. dicat Bergomensis supra citatus, *Ordinem nostrum D. Augustini Eremiticum sua sub tutela Apostolica suscepit; sicut patet ex eius indulto, quod incipit: Solet annuere.*

Reijcitur secundò ad hominem.

a lib. 2. ca. 46. nu. 5. 6. & 7. pag. 148.

Effugium.

Præcluditur primò.

Secundò.

Tertiò.

237 Quod autem dixerunt Signius, & Mozzagrunius de Conuentu Ilicetano, clariùs conuincitur, si clarius conuinci aliquid potest. Quomodò enim Conuentus S. Saluatoris de Ilieeto, si Guillelmitarum erat, dicitur vnitus Eremitis S. Augustini ab Innocentio IV. anno 1244. cùm ipse Pontifex expresse affirmet in bulla, se vnire ordini S. Augustini Eremitas Thusciæ, *Exceptis fratribus S. Guillelmi?* Neq; dici potest fuisse vnitum anno 1256. quia cōstat ex bulla supra adducta difficultate 1. versiculo, *Alexander episcopus*, &c. die 25. Iunij, anno 1255. conuentum S. Saluatoris de Fulugnano, qui nunc dicitur Ilicetanus, fuisse sub congregatione Thusciæ ordinis Eremitarum S. Augustini.

Refellitur Signius, & Mozzagrunius.

238 Ex his conuicti manēt authores in principio huius difficultatis allegati, qui minùs verè asseruerunt vniuersos Eremitas Thusciæ, quos Innocentius IV. vniuit ordini Eremitarum D. Augustini, vel fuisse vagos, incertiq; habitus, vel vixisse sinè certa regula, vel nullos ex illis fuisse ordinis Eremitarum Sancti Augustini. Dissoluta, etiam manent eorum authorum fundamenta; quorum amplior solutio constabit ex dicendis difficultate sequenti, præcipuè §. 9.

DIFFICVLTAS SECVNDA.

Vtrum ordo Eremitarum D. Augustini præextiterit in Ecclesia ante vnionem Innocentij IV.

239 Sensus quæsiti. ID est, Vtrum Innocentius IV. prædictos Eremitas ordinis S. Benedicti, & cuiuscunq; alterius ordinis, existentes in Thuscia vniuerit ordini Eremitarum S. Augustini, sub eo titulo, & denominatione ante ipsam vnionem præexistenti; an verò ex ipsa vnione de nouo resultauerit ordo, & Denominatio Eremitarum S. Augustini?

§. I. REFERVNTVR SENTENTIÆ.

240 Prima sententia Rodulphi Bzouij, & Vvadingi. Rodulphus, Bzouius, & Vvadingus in locis citatis difficultate prima affirmant ex ipsa vnione Innocentij IV. resultasse tunc primò ordinem Eremitarum S. Augustini; atq; adeò nullum præcessisse ordinem S. Augustini, cui Eremitæ Thusciæ vnirentur; sed vnitos fuisse in ordinem ex ipsa vnione resultantem cum noua denominatione Eremitarum S. Augustini absolutè dictorum. Verba R. P. Vvadingi hæc sunt. *Eremitæ Thusciæ, in qua comprehenduntur tractus Pisanus, & Senensis, vsq; ad annum 12. Innocentij IV. non fuerunt Augustiniani. Nam præterquam quòd ille omnium primus hic eos iusserit regulam S. Augustini assumere, &c. apertè asseritur eos vsq; ad illud tempus obseruasse regulam S. Benedicti.* In quibus videtur sentire hanc vnionem non fuisse accessionem factam ordini Eremitarum S. Augustini; sed nouam institutionem nouæ congregationis sub regula Augustini, cum noua denominatione Eremitarum S. Augustini; licèt enim fateatur ab anno 1233. Eremitas Fr. Ioannis Boni dictos etiam fuisse Eremitas ordinis S. Augustini; non tamen appellabantur simpliciter Eremitæ S. Augustini; sed Eremitæ F. Ioannis Boni, ordinis S. Augustini, vel alio titulo diuerso.

241 Probatur primò. Hæc ergo sententia triplici argumento, quod continetur in vltimo principali, quod nobis obiecit Vvadingus num. 1. huius parraphi, suaderi potest. Primò, Innocentius IV. iussit Eremitis Thusciæ vniuersis, exceptis Guillelmitis, vt assumerent regulam, & ordinem S. Augustini; ergo antea non habebant regulam, aut ordinem S. Augustini. Secundò. Secundò Innocentius IV. absoluit illos ab ordine S. Benedicti: ergo antea non erant ordinis S. Augustini, sed S. Benedicti, à quo absoluuntur. Et confirmatur. Quia, vt constat ex bulla secundo loco adducta à R.P. Vvadingo in vltimo argumento principali, in cuius solutione hæc omnia discutiuntur, Eremitæ Thusciæ erant ordinis S. Benedicti, ergo non erant ordinis S. Augustini. Confirmatur. Tertiò, quia ante Innocentium IV. nullibi præexistebat ordo, siuè congregatio, quæ sub hoc speciali titulo ordinis Eremitarum S. Augustini appellaretur. Tertiò.

242 Secunda sententia Pennoti duo asserens. Seunda sententia est R. D. Pennoti, qui [a] duo asserit. Primum est, ordinem Eremitarum S. Augustini non præcessisse tempora Gregorij IX. Secundum est, licèt ante Innocentium IV. fuerit in Ecclesia ordo Eremitarum S. Augustini nuncupatus: quia erat ordo Fr. Ioannis Boni, aliàs de Brittinis appellatus, quem Sedes Apostolica regula Eremitarum S. Augustini donauerat, nihilominùs Innocentium IV. non vniuisse Eremitas Thusciæ alijs Eremitis S. Augustini; sed ex Eremitis Thusciæ propriam congregationem constituisse ab alijs distinctam.

[a] in sua historia tripartita lib. 1. cap. 45. nu. 2. pag. 144 & 145.

243 Probatur primum primò. Primam partem probat. Primò, quia certo certius est inchoationem ordinis Eremitarum D. Augustini in Gregorium IX. ac etiam Innocentium IV. consumationem verò in Alexandrum IV. referendam esse. etenim Gregorius IX. primus extitit, qui Eremitas F. Ioannis Boni, aliàs de Brittinis, siuè de Fabali nuncupatos, sub certo ac determinato habitu, quem nunc etiam ferunt, viuere coegit, *vt habes, ait Pennotus, ex ipsius Bulla supra cap. 25. recitata.* similiter Innocentius IV. omnes Eremitas in Thuscia existentes, exceptis Guillelmitis, sinè capite, sinè certo habitu, sinè regula, & sinè titulo vagantes in vnum collegit, eosq; regula, & titulo Eremitarum D. Augustini donauit. Deinde, hæc apertissimè constant ex bullis Gregorij IX. & Innocentij IV. quas refert Marquez [b], & ex Bulla Alexandri IV. quam Pennotus adduxit cap. 25. Hic enim Pontifex omnes Eremitas per Italiam, & Siciliam constitutos, qui erant diuersi habitus, professionis, titulorum, & cōgregationum, per Ricardum S. R. E. Diaconum Card. tit. (errat passim Pēnotus in hoc titulo. Diaconi nō habēt titulum) S. Angeli in vnum ordinem collegit, sub vno capite, & sub regula B. Augustini; certumq; habitum, quem nunc gestant, authoritate Apostolica præfiniuit. *Res est notissima*, addit Penno-

[b] cap. 3. 4. & 13

Pennotus, *nec saltem nostris temporibus controuersa.* Secundò. Quia F. Iordanus[a] sui ordinis fundationē in Ecclesiam Romanam reicit. *Ipsa enim,* inquit, *sacrosancta mater Ecclesia fratres dispersos in vnum congregauit; quod fuit in ordinis vnione, de qua supra cap. 14. Item regulam eis tradidit, & modum profitendi eis determinauit, & constitutiones authenticauit: vt patet ibidem, & lib. 2. cap. 14. item habitum fratribus specificauit, vt supra cap. 15. item titulum eis imposuit, vt supra cap. 18.* (debet dicere. 17.) *item diuinum officium eis assignauit, vt supra cap. 14. & eodem libro 2. cap. 15. item eos ad prædicationes, & confessionis officia deputauit, vt supra cap. 16. Hæc omnia,* (ait Pennotus) *Fr. Iordanus dicti ordinis Generalis, qui primus ferè de suo ordine scripsit; quiq; omnia eiusdem ordinis archiua lustrasse, & monumenta vidisse, & priuilegia legisse fatetur, vltro confitens hunc ordinem Eremitarum, qui nunc est, ante dictos Pontifices, à quibus hæc omnia obtinuit, neque Augustini regulam, neq; titulum neque; determinatum modum profitendi, neq; constitutiones authenticas, neq; certum ac determinatum habitum habuisse; neq; verò certum modum recitādi officium diuinum; nec ad munus prædicationis, neq; ad confessiones audiendas eosdem Eremitas antea deputatos; sed hæc omnia ab Ecclesia Romana in ipsa vnione accepisse.*

Secundò a lib. 1. cap. 19.

244 Probatur secundum. Primò.

Secundam verò partem, nempe Innocentiū IIII. non vniuisse Eremitas Thusciæ alijs Eremitis S. Augustini, seu eorum congregationi, probat Primò. Quia id repugnat verbis bullæ, in qua iubentur dicti Eremitæ vnum caput sibi deligere, seu vnum Priorem, cui omnes obedientiam & reuerentiam præstarent. Hinc enim sequitur illos non fuisse vnitos alicui congregationi; sed propriā congregationem constituisse ab alijs distinctam; aliàs fuissent duo capita eiusdem congregationis; quòd monstruosum fuisset, nec in alijs cōgregationibus hactenùs visum. Secundò. Quia Innocentius IIII. dedit prædictis Eremitis protectorem, seu correctorem Ricardum Diaconū Card. tit. S. Angeli, qui nulli alij congregationi Eremitarum protector datus est ante generalem vnionem ordinis, vt apparet ex bulla protectionis ipsius Cardinalis Ricardi, quæ habetur apud Marquez[b] & data est ab Alexandro IIII. anno 3. sui Pontificatus. Tertiò. Quia conceditur ipsis Eremitis Thusciæ facere sibi proprias constitutiones, dummodò ordinis S. Augustini non obuient institutis. Quòd non concederetur, si Pontifex illos alteri congregationi, aut ordini vniuisset.

Secundò.

b cap. 3 §. 3.

Tertiò.

245 Pro huius rei clara explicatione, suppono in ordine Eremitarum S. Augustini duplicem vnionem cōtigisse. Prima præcepta fuit ab Innocentio IIII. in bulla posita in principio huius puncti, & data 17. Cal. Ianuarij, anno 1. Pontificatus, atq; adeò Christi 1243. & in ea præcepit, vt vniuersi Eremitæ Tusciæ, exceptis fratribus S. Guillelmi, in vnum se propositum conformantes, regulam & ordinem B. Augustini assumerent. & hæc vnio fuit quasi particularis. Secunda vnio, quæ generalis extitit, confirmata fuit ab Alexandro IIII. in bulla, quā affert Marquez[c] & data est Laterani 5. idus Aprilis, anno 2. Pontificatus, atq; adeò Christi 1256. Et in hac Pontifex confirmauit vnionem, quam Ricardus Cardinalis S. Angeli effecerat, vniendo ordines Eremitarum S. Guillelmi, S. Augustini, F. Ioannis Boni, & de Fabali, & Brittinensium in vnam ordinis Eremitarum S. Augustini professionem & regularem obseruātiam sub cura communis Prioris Generalis, quem illis elegerat, & confirmauerat Cardinalis Ricardus; nempe B. Lanfrancum Septalam, nobilem Mediolanensem; & præcepit vt de cetero omnes Eremitæ sic vniti, nigris duntaxat, & nullis alterius coloris cucullis vterentur: vt vniformis amictus normam eiusdem in illis professionis ostenderet. Refert hanc vnionem codex membranaceus MS. qui extat in Bibliotheca Conuentus Romani S. Mariæ de populo, in hæc verba. *Post Innocentium fuit Alexander IIII. qui reduxit, & adunauit reliquos Eremitas de Brittinis, de Fabali, Zambonitas, Guillelmitas simul cum illis de Thuscia, scribens ad eos literas præceptorias, in quibus vocat eos omnes ordinis S. Augustini sic dicens.* Alexander Episcopus seruus seruorū Dei dilectis filijs, vniuersis Eremitis sāctorum Augustini & Guillelmi ordinum &c. *& sic facta est vnio mediante R. D. Ricardo S. Angeli diacono Cardinali, qui datus fuerat pro protectore per Innocentium, & per Alexandrum ipsi ordini Eremitarum S. Augustini. Innocentius autem IIII. prædecessor Alexandri scribens ad Eremitas de Thuscia vocat eos ordinis S. Augustini.*

Pro rei explicatione supponitur primò. Duplex vnio contigit in ordine Eremitarum S. Augustini.

c cap. 4. §. 1. pag. 19.

Hinc cōstat turpiter errasse Bzouium[d] dum de Vrbano IIII. sic ait. *Ordinem Eremitarum S. Augustini, quem in Etruria, & Ticeno vigentem Innocentius IIII. Papa, Fr. Lamphranci settara, nobilis Mediolanēsis, Prio-* 246

Corollarium. Error Bzouii.

d In Annalibus tomo. 13. anno 1263. col 718.

ris Ge-

tis Generalis rogatu, aliquot Eremitarum collegijs additis, vt Guillelmitarum, F. Ioannis Boni, Brittinensium, Fabalium, pœnitentiæ Iesu Christi amplificauerat; & anno salutis 1256. 5. Idus Aprilis confirmauerat, iterum approbauit, & priuilegijs ornauit. Hæc Bzouius ex Ciaconio [a] certus quidem de Ciaconij sententia. *Quid autem huic prodest*, (vt cum Augustino dixerim [b]) *de authoris sententia certum esse, quando sibi cum, non per quem erraret, sed cum quo erraret, elegerit?*

a De vitis, & gestis Pontif. cum in Vrbano IV. pag. 357.

b lib. de vtilitate credendi cap. 4.

247 Errores Ciaconij.

In verbis quidem Ciaconij plures sunt errores quàm verba; & præter ea, quæ Bzouius transcripsit, vltra addidit. *Cuius primus protector ab Innocētio Papa IV. creatus est ipsius fratris filius Guillelmus Fliscus S. Eustachij Diaconus Cardinalis. Post cuius obitum ab eodem Pontifice ordinis corrector, & protector factus est Ricardus Hannibaldensis, Romanus, S. Angeli Diaconus Cardinalis.* Hæc Ciaconius, qui non solùm errauit, verùm, & in asserto parùm firmo inconstanter variauit. Etenim in Alexandro IV. pag. 576. Paulò ante sic dixerat. *Confirmauit Alexander IV. denuo ordinem Eremitarum S. Augustini, & vniuit eidem congregationes quasdam fratrum Eremitarum, quæ appellabantur, Ioannis de Bruttine, Saga de pænitentia Iesu Christi. Quæ vnio facta est die 11. Aprilis anno 1258. cui primò præfecit Vener. Lamphrancum Soterium Mediolanensem. Per quietem enim traditur cùm B. Augustinum vidisset suadentem illi fratrum Eremitarum vnionem à prædecessore inchoatam, impigre perfecit, totumq; illorum ordinem, relicta eremo, vrbes incolere, quo & ipsi doctrina verbo, atq; exemplo, sicut reliqui, fructum domini in horreum vberiorem adferrent, sapiēter coegit; multis congregationibus adiunctis amplificauit, & confirmauit.* Errarat quidem & in his Ciaconius, sed minùs errarat. Errauit forsan asserens vnitam fuisse cōgregationem Saccitarum de pœnitentia Iesu Christi, cuius oppositum conuincere nititur Marquez cap. 16. ferè per totum. Deinde etiam defecit in numero. Bulla enim data fuit 5. Idus Aprilis anno 2. Pontificatus Alexandri, atq; adeò non die 11. anni 1258. sed die 9. Aprilis anni 1256. quia Alexander IV. (vt tradit Onuphrius [c]) electus fuit 12. Cal. Ianuarij anno 1254. in his errarat Ciaconius pag. 576 sed minùs; sed ne parùm erraretur, adiuncta sunt alia, quæ ex pag. 578. retulimus.

c De Pōtif. & Card. pag. 151

248 Ex Ciaconio aquā turbidā hausisse Bzouium probatur primò.

Ex hoc ergo fonte Ciaconio turbidam aquam incautè Bzouius hausit, & bibit. Turbidam autem esse demōstro. Primò, quia ampliationem ordinis Eremitarum S. Augustini per vnionē Guillelmitarum, Eremitarum S. Ioānis Boni, Brittinēsium, & Fabalensium factam anno 1256. refert factam fuisse ab Innocētio IV. quòd omni veritate carere constat. Primò, quia Innocentius IV. tantùm vniuit Eremitas Thusciæ, exceptis Guillelmitis: vt patet ex ipsa bulla vnionis, quam in principio huius secundi puncti transcripsimus, & data fuit 17. Cal. Ianuarij anno 1. Pontificatus, atq; adeò Christi 1243. ad finem. Secundò, quia teste Onuphrio [d], Innocentius IV. obijt Neapoli 7. Idus Decembris anno 1254. & vnio prædicta generalis fuit executioni mandata anno 2. Pontificatus Alexandri IV. anno 1256. vt constat ex ipsa bulla vnionis, quam transcripsit Marquez [e], & P. Vvadingus [f].

d de Pont. & Card. pag. 147

e cap. 4. §. 1. pag. 19.

f in hoc Apologetico §. 4. nu. 21. pag. 65

Secundò, quia prædictam ampliationem ordinis Eremitarū S. Augustini per vnionem Guillelmitarum, &c. testatur effectam fuisse rogatu F. Lamphranci Settara Prioris Generalis. Quòd etiam falsum esse, patet. Primò, quia in vnione facta ab Innocentio IV. anno 1243. Fr. Lamphrancus nondum erat generalis. Secundò, quia tempore vnionis generalis de anno 1256. Lamphrancus non erat generalis ordinis Eremitarum S. Augustini; sed Eremitarum S. Ioannis Boni in diuersa congregatione viuentium; vt euidenter contra Pennotum demonstrabimus infra, difficultate 3. Electus autem fuerat in capitulo Bononiēsi anno 1252. cùm esset Prior Bononiensis: vt habetur expresse in decreto Guillelmi de Flisco Cardinalis protectoris eiusdem congregationis S. Ioannis Boni, dato Perusij 6. Cal. Ianuarij, anno 1252. quòd adduxit Marquez [g], & ex illo nos in responsione ad numerum 9. parraphi 4. huius Apologetici. Postea autem in vnione generali in conuentu B. Mariæ de Populo Romæ celebrata, iterum idem Lamphrācus electus, siuè datus est Prior generalis totius ordinis Eremitarum sic vniti; vt constat ex bulla vnionis toties citata. Quomodò ergo credi poterit Lamphrācum Eremitam B. Ioannis Boni rogasse à Pontifice, vt ampliaret ordinem Eremitarum S. Augustini vniendo illi Guillelmitas, & Eremitas B. Ioannis Boni, &c. vel si id creditur, quis non sibi persuadet Lamphrancum id rogasse, quia agnoscebat ordinem Eremitarum S. Augustini esse fontem, à quo aliæ congregationes, aut saltem ferè omnes tan-

249 Secundò.

g cap. 13. §. 17 pag. 245.

nes tanquam riuuli emanarant; vel mare à quo flumina egressa; & æquum erat, vt vnde exierant flumina, reuerterentur? Deinde, vnde habuit Ciaconius post ferè 400. annos, has preces Lamphranci, quas nemo alius audierat?

250 Tertiò. Tertiò, quia asserit primum protectorem ordinis Eremitarum S. Augustini fuisse Guillelmum de Flisco Cardinalem S. Eustachij. Quòd etiam falsitatis côuincitur ex duplici capite. Primò, quia Ricardus Cardinalis datus est ab Innocêtio IV. anno 1. Pontificatus 17. Cal. Ianuarij, atq; adeò anno 1243. protector ordini Eremitarum S. Augustini. Tunc autem Guillelmus nondum erat Cardinalis, vt statim dicemus. Secûdò, quia ex eiusdem Cardinalis Guillelmi decreto paulò ante citato euidens est, illû fuisse protectorem ordinis Eremitarum S. Ioannis Boni, non verò ordinis Eremitarum S. Augustini: vt optimè obseruauit Marquez [a]. Erât enim illæ duæ congregationes obedientiarum Separatarum: Eremitarum S. Ioannis Boni protector erat Guillelmus nepos Innocentij; at verò Eremitarum S. Augustini protector erat eodem tempore Ricardus Hannibaldensis S. Angeli Diaconus Cardinalis.

[a] cap. 13. §. 18 pag. 249.

251 Quartò. Quartò, quia ait post obitum Cardinalis Guillelmi ab Innocentio IIII. datum fuisse ordini Eremitarum S. Augustini in protectorem, & correctorem Cardinalem Ricardum. Et hoc etiam longe à veritate abesse demonstratur. Primò Quia Ricardus erat protector ordinis Eremitarum S. Augustini, quando Guillelmus non solùm nô erat protector alicuius religionis, verùm nec erat Cardinalis. Patet enim ex Bulla Innocentij IV. adducta in principio huius puncti 2. Ricardum Cardinalem ab Innocentio IV. fuisse assignatum in protectorem ordinis Eremitarum S. Augustini anno 1. Pontificatus. sic enim ibi habetur. *Si verò super præmissis aliquid difficultatis emerserit, ad dilectum filiû nostrum Ricardum S. Angeli Diac. Card. quem vobis correctorem, ac prouisorem deputamus, recurratis. Dat. Laterani, 17. Cal. Ianuarij, Pontificatus nostri anno 1.* & tamen Guillelmus de Flisco, teste Onuphrio [b] creatus est ab Innocentio IV. patruo suo Diaconus Card. S. Eustachij in prima creatione 12. Cardinalium, Lugduni in Concilio generali, in quatuor temporibus aduentus, anno 2. Pontificatus, & Christi 1244. Quomodò ergo Cardinalis Ricardus successit Guillelmo post obitum in protectione ordinis Eremitarum S. Augustini? Deinde, quomodò successit ex decreto Innocêtij IV. qui obijt anno 1254. & tamen Guillelm' eius nepos obijt an. 1256. vt tradit Onuphrius? [c] Secundò, quia vt diximus, Guillelmus Card. obijt anno 1256. At ante hoc tempus Cardinalê Ricardum fuisse protectorem ordinis Eremitarum S. Augustini, saltem congregationis Thusciæ, patet vltra euidenter ex alijs duabus bullis. Prima adducitur à P. Vvadingo [d], & est Innocentij IV. data Assisij Cal. Iulij, anno 2. Pontificatus, atq; adeò Christi 1253. ibi cum ordine Eremitarum S. Augustini loquens, sic ait. *Sanè dilectus filius noster R. S. Angeli Diaconus Card. cui ordo vester a Sede Apostolica est commissus*, &c. Secunda affertur à Marquez [e], & est Alexandri IV. data Laterani 4. Cal. Aprilis, anno 3. Pontificatus; atq; adeò Christi 1257. & in ea Pontifex Cardinalê Ricardum denuo eligit in protectorê ordinis Eremitarum S. Augustini post vnionem generalem; & sic ait. *Sanè meminimus, quòd Fel. Rec. Innocentius Papa prædecessor noster dudum iniunxit tibi: vt priores, & fratres Eremitas Thusciæ, quos tuæ curæ, & gubernationi commiserat, ad suam præsentiam euocares*, &c. & rursus. *Non itaq; considerantes, quòd ipsi fratres ab olim te in patrem beneuolum habuerunt, tuq; ipsos amplexatus fuisti sincera in domino charitate*, &c. His adde Bullam Alexandri IV. quam supra difficultate 1. transcripsimus datâ anno 1255. & in qua Pontifex agens de vnione Conuentus S. Leonardi de Sylua lacus, cum conuentu S. Saluatoris de Fultignano ordinis Eremitarum S. Augustini, sic inquit. *Dilectus filius F. Adiutus Generalis visitator fratrum Eremitarum ordinis S. Augustini, deputatus à dilecto filio nostro R. S. Angeli Diacono Cardinali, cui eiusdem ordinis curam commisimus*, &c. & idem manifestum est ex alijs bullis supra adductis puncto 2. in principio. Quomodò ergo Ricardus est datus protector ab Innocentio IV. post mortem Guillelmi de Flisco Cardinalis, & non antea? Tantùm à veritate aberrauit Ciaconius, vt dicere cum Augustino [f] possimus ad Brouium: *Vide in his verbis quantùm tibi ... errant ...*

[b] de Pontif. & Card. pag. 148

[c] vbi sup. pag. 132.

[d] §. 4. nu. 12. pag. 51.

[e] cap. 3. §. 3. pag. 24.

[f] lib. 2. de anima, & eius origine cap. 7.

252 Cardo quæstionis. His ergo positis, difficultas nô procedit de vnione generali facta ab Alexâdro IV. anno 1256. Ad hanc enim præcessisse ordinem Eremitarum S. Augustini, ipsa bulla vnionis demonstrat, ibi. *Propterea dudum mandatum Apostolicum à nobis emanauit, vt*

nis, vt de singulis domibus vestris, quarum quadam S. Guillelmi, quadã S. Augustini ordinum, nonnullæ autem Fr. Ioannis Boni, aliqua verò de Fabali, aliæ verò de Brittinis censebatur &c. difficultas ergo tantùm remanet de vnione facta ab Innocentio IIII. anno 1243. in fine, & in principio anni 1244. An scilicet ante illam præextiterit in Ecclesia ordo Eremitarum S. Augustini, cui Eremitæ Thusciæ vniti fuerint, vel potuerint vniri.

253 Mea in hac parte Sententia plures continet propositiones. Prima est: ordo, seu congregatio Eremitarum S. Augustini, siuè sit eadem cum congregatione S. Ioannis Boni, siuè diuersa ab illa; nihilominùs Gregorium IX. præcessit. Secũda est. Congregatio, seu ordo Eremitarum S. Augustini, sub hoc speciali titulo, Eremitarum, seu fratrum, seu Monachorum S. Augustini, non solùm præcessit Gregorium IX. sed etiam initia congregationis B. Ioannis Boni, atq; adeò distincta fuit ab illa. Tertia est: Eremitæ Thusciæ vniri potuerunt, & de facto sunt vniti ordini Eremitarũ S. Augustini ipsam vnionem antecedenti, & diuerso à congregatione Eremitarum S. Ioannis Boni. Quarta est. Eremitæ Thusciæ vniri potuerunt, & de facto sunt vniti ordini Eremitarum S. Augustini iam habenti priores generales diuersos à generalibus congregationis Eremitarum B. Ioannis Boni. Has ergo propositiones, claritatis gratia, sub diuersis paraphis ostendamus.

Sententia authoris plures complectens propositiones Prima. Secunda. Tertia. Quarta.

§. 2. ORDO EREMITARVM S. AVGVST. *etiam si confundatur cum ordine Eremitarum B. Ioannis Boni, præcessit Gregorium IX.*

254 HÆc veritas probatur cõtra Pennotum, ad hominem, & ad rem. Ad hominem, quia ipse [a] sic ait. *Secũda est Sententia verissima congregationem S. Augustini in bullis Gregorij IX. Innocentij IIII. & Alexandri IIII. nuncupatam, eandem secundùm rem fuisse cum congregatione Fr. Ioannis Boni.* ex quo sic argumentor ad hominem. Congregatio Eremitarum S. Augustini, iuxta Pennotum, eadem fuit cum cõgregatione Eremitarum S. Ioannis Boni. sed congregatio Eremitarum S. Ioannis Boni: vt supra [b] ex firmissimis fundamentis ostendimus, præcessit Gregorium IX. Ergo & congregatio Eremitarũ S. Augustini præcessit Gregorium IX.

Probatur ad hominẽ contra Pennotũ.

a lib. 2 cap 48. n. 2. pag. 156.

b in respõ. ad num. 5. §. 3. in enodatione 2. difficultatis versiculo Tertium est peculiariter.

255 Ad rem vero sic ostenditur. Ordo Eremitarum S. Augustini præcessit Gregorium IX. ergo siuè illum confundas cum ordine Eremitarum S. Ioannis Boni, siuè non; (quòd est ipsa veritas, vt difficultate sequenti demonstrabim⁹, vbi ostendemus eas fuisse duas Congregationes, non solo nomine, vt malè volebat Pennotus, sed re ipsa diuersas) ordo Eremitarum S. Augustini non est inchoatus sub Gregorio IX. Antecedens, in quo est difficultas, probatur efficacissimis fundamentis, quorum aliqua simul etiam conuincent congregationem Eremitarum S. Ioannis Boni fuisse re ipsa diuersam à congregatione Eremitarum S. Augustini.

Probatur ad rẽ contra eundem.

256 Primum fundamentum desumitur ex cap. *Religionum* de Religionis domibus, in 6. quod desumptum est ex Concilio Lugdunensi sub Gregorio X. anno 1274. ibi. *Cæterum Eremitarum S. Augustini, & Carmelitarum ordines, quorum institutio dictum Concilium generale præcessit, in solido statu volumus permanere.* Ergo ordo Eremitarum S. Augustini præcessit Gregorium IX. qui electus fuit Pontifex 12. annis post Concilium generale Lateranense.

Primum pro Antecedenti fundamentũ.

257 Circa verba huius Canonis, prætermittentes omnia, vel ferè omnia, quæ M. Marquez doctè, & eruditè cõgessit [c], hæc de nouo addimus in primis, Ioãnes Monachi concilio Lugdunensi coætaneus, vtpotè quẽ Cælestinus V. in prima creatione 12. Cardinalium, (vt testatur Onuphrius [d]) facta Neapoli in quatuor temporibus Septembris an. 1294. presbyterũ Card. SS. Marcellini & Petri creauit, quiq; obijt Auenione anno 1307. vel, vt alij habent, die 22. Augusti anno 1313. sic ad eum canonem numero 1. reliquit notatum. *Eremitarum, & Carmelitarum ordines consolidat.* & numero 8. *Solido, non dico, solito; quia hic aliquid detrahitur, & mutatur concilio præsenti. Quia Gregorius in antiquo istos duos ordines in suo statu remanere concessit. vnde & Glosa sic ait: in solido, alias solito. & hoc detrahit Bonifacius de concilio Gregorij: sic enim dicebat litera, in suo statu volumus permanere* &c. vt videas in originali haberi, in suo; aliquos illa verba malè interpretãtes de suo, loco illorum apposuisse, in solito; Bonifacium verò præcepisse vt scriberetur, in solido, declarando illa verba, in suo, æquiualere ijs, in solido. & meritò ita declarauit Bonifacius. Quoniam religiones iam approbatę, & confirmatæ solemniter ab Ecclesia, quales erant ordines Carmelitarum, & Eremitarum S. Augustinini, tal-

Explicatur.

c cap. 2. §. 1. pag. 7. & seq. & cap. 14 §. 4. pag. 139. & seq.

d de pontif. & Card. pag. 189.

tem

tem tempore Concilij Lugdunensis, si iubebantur manere in suo statu, inbebātur manere in statu solido; quia status illarum saltem tunc iam erat solidus ex confirmatione Ecclesiæ, etiam scripta, & solenni.

258 Deinde, Dominicus de Sancto Geminiano, Iuriscōsultus præstantissimus, qui iuxtà Trithemium [a] circa annum 1420. floruit, explicans concilij mētem in prędicto capite circa finem sic notat. *Quia isti ordines quatuor, de quibus hic fit mentio, videbantur posse includi, & declarat, quod non. Primi duo non includuntur: quia approbati. Secundi duo ordines non includuntur; quia fuerunt approbati ante Cōcilium.* & meritò Dominicus ita iudicauit, cùm concilium de illis dixerit, *Quorum institutio concilium generale praecessit.* Institutio enim religionis, licèt vulgariter significet inceptionem religionis, etiam sinè approbatione, tamen in prædicto concilij capite, ni me fallo, significat firmam, & solennem approbationem, vel scriptam, & expressam, vel tacitā ex consēsu interpretatiuo Sedis Apostolicæ per multorum annorum curricula, sufficientem ad proponendnm Ecclesiæ illum ordinem vt firmum, & perpetuum. Et propter hoc non dixit ordinum Prædicatorum, & Minorum institutionem præcessisse Concilium generale. Licet enim ante illud incæpti essent, non tamen tanto tempore ante, vt approbatio tacita sufficiens præsumeretur: & similiter propter idem, eos ordines, qui nullam confirmationem à Sede Apostolica meruerāt, non appellauit Concilium institutos, sed adinuentos; neq; præcepit, ne quis de cætero nouam religionem instituat; sed inueniat, atq; adeò Concilium egit de ordinibus Mendicantibus inuentis post Concilium, de confirmatis post Cōcilium, & de confirmatis ante Concilium. Neq; nouum est nomine institutionis intelligi approbationem, & confirmationem. Eo enim in sensu loquitur D. Thomas opusculo 19. contra impugnātes religionem [b] cùm ait. *Cùm aliqua religio per Sedem Apostolicam instituta est,* &c. & Vrbanus II. Thoma antiquior apud Emanuelem Rodriquez [c] in priuilegio directo ad Abbatem Cauēsem 18. Cal. Octobris, anno 1092. ibi. *Canobiū cui summa religio viget, quod ipse* (scilicet Gregorius VII.) *singulariter dilexit, & sup in stitutionis priuilegio communiuit.* sed de hoc forsan agemus latiùs lib. 1. Bibliothecæ D. Augustini.

459 Sed ad prædictum fundamentum respondet Gabriel Pennotus [d], hunc textum nullam difficultatem ingerere. Fuerunt enim ante Concilium Lateranēse multæ domus Eremitarum, ac etiam congregationes, ex quibus ordo, qui nunc est, postea fuit conflatus; at non erat idem ordo sub certo titulo, regula, & habitu, qualis nunc cernitur, constitutus.

Cæterum contra hanc expositionē est. Primò, quia si ordo Eremitarum D. Augustini ante Concilium Lateranēse non habebat certum titulum, regulam, & habitum, erat omninò in substantia diuersus ab eo ordine, qui nunc est: substantia enim cuiuscunq; ordinis ex his dependet essentialiter. si autem sunt ordines diuersi essentialiter, dici non potest, quòd ordo Eremitarū S. Augustini præcesserit Concilium Lateranense, licèt conflatus sit ex alio ordine, qui præcessit dictum Concilium. Quòd sic ostendo. Vt aliquid simpliciter, & absolutè dicatur præcedere aliud non sufficit quod id ex quo (pręcipuè vt ex termino à quo, vt contingit in præsenti secundùm hunc modū respondendi, Destructus est enim ordo, qui præcessit Concilium Lateranēse: vt de nouo incipiperet alius ordo.) fructum est, præcedat; sed illud ipsum secundùm suum esse peculiare debet præcedere. Hinc est, quod quando ex frigido factum est calidum, non dicimus, productio calidi pręcessit approximationem calidi; licèt frigidum, ex quo factum est calidum, præcesserit approximationem calidi. Hinc etiam est: quòd nemò dixerit fundationem Venetiarum præcessisse aduentum Attilæ in Italiam, quāuis illum præcesserit Adria, vel locus quispiam alius, ex cuius ruinis factæ sunt Venetiæ. Hinc etiam nemo dixit institutionem ordinis militaris Montesiæ sub regula Cisterciensi præcessisse Concilium Lateranēse sub Innocentio III. & tamen illud præcessit ordo militaris S. Georgij de Alfama in Catalonia sub regula D. Augustini institutus, ex quo factus, siue conflatus est ordo Montessiæ circa annos 1318. Quomodò ergo dici poterit de ordine Eremitarum S. Augustini, qui erat tempore Cōcilij Lugdunensis, quod præcesserit Concilium Lateranense, ex eo solùm quòd illud pręcesserunt alij ordines, ex quibus conflatus esset ordo Eremitarum S. Augustini, qui tunc erat? Quis hæc non videat, nisi inuideat, aut videre nolit?

Secundò, quia licèt nonnulli dubitauerint,

Marginal notes: Progreditur explicatio. | a fol. 136. p. 1. | b cap. 14. col. 13. | c in compēd. priuil. regul. | Responsio Pennoti. | d lib. 1. cap. 57 nu 2. pag. 184. | 260 Infringitur primò. | 261 Secūdò infringitur, & singularitatis conuincitur.

uerint, imò negauerint eūdem esse ordinem Eremitarum D. Augustini post vnionem Alexandri IV. cum eo, qui erat antea; tamen contra tam manifestum concilij testimonium asserere ordinem Eremitarum S. Augustini non præcessisse illud sub certo titulo, regula, & habitu, planè fateor, audax mihi videtur assertio; & quam nullus, quem viderim, vsq; modò ausus est effutire. Vt enim responderent tā apertis verbis, ad minùs fatentur ordinem Eremitarū S. Augustini præcessisse quidem sub titulo, & regula S. Augustini, & habitu religioso, scilicet conueniente ipsis secundùm propria statuta; Neq; iudicarunt aliter posse satisfieri verbis Concilij. Audiamus Antoninum, Nauarrum, & Azorium, qui quantumcunq; nobis aduersentur; hoc tamen non sunt ausi negare.

262 D. Antoninus [a] sic ait ex persona cuiusdam religiosi Augustiniani. *Quòd sit hic* (scilicet, ordo Eremitarum S. Augustini) *antiquior ordinibus Mendicantium scilicet Prædicatorum, & Minorum, patet. Nam in decre. quæ incipit*, Religionum. *De religiosis domibus lib. 6. dicitur, quod institutio fratrum Eremitarum S. Augustini præcessit Concilium Lateranense, quod celebratum fuit sub Innocentio III. quo tempore nondum erant ordines Mendicantium instituti; sed successore Innocentij III. immediato, scilicet Honorio III. fuerunt Mendicantes ordines approbati. & sic ordo Eremitarum S. Augustini, qui videtur nouus propter nouam in ciuitatibus inhabitationem; sed non est nouus propter antiquam eius institutionem.* Fortè hæc desumpta sunt ex B. Henrico de Vrimaria, qui in tractatu de origine ordinis Eremitarum S. Augustini, hæc habet. *Sexta veritas est, q. d. ordo fratrū Eremitarum S. Augustini ex sui institutione multò est antiquior ordinibus Prædicatorum, & Minorum; licèt ex sui habitatione in ciuitatibus, quæ facta est per Dominum Alexādrū Papam IV. tempore sit posterior. Quòd patet expressè per decretalem, quæ incipit*, Religionum. *lib. 6. de Religiosis domibus, vbi dicitur in textu, quòd institutio ordinis fratrum Eremitarum S. Augustini præcessit Concilium generale Lateranense. Quod quidem concilium celebratum fuit sub Innocentio III. quo tempore nondum ordines Prædicatorum, & Minorum fuerant instituti; licèt tempore Honorij fuit successoris dicti ordines inceperint*, &c. Ad hæc autem non est ausus dicere D. Antoninus, ante Cōcilium Lateranense non præcessisse ordinē Eremitarum S. Augustini sub certo titulo, & regula, quantumcunq; vellet aduersari, sed in hunc modum respondit. *Sed declaratio ista nō sufficienter probat propositum. Nam & si*, &c. Et infra. *Et etiam aliqui Eremitæ viuētes religiosè in locis solitarijs potuerūt esse, qui viuerent secūdùm regulam Augustini, & fortè illi, ad quos sermones editi dicūtur ad Eremitas; sed non erant illi propriè loquendo illius ordinis, & modi vitæ, cuius nūc sūt, qui dicūtur Eremitani, & habitant in ciuitatibus, villis, & castris. Similiter, & si fuerūt aliqui ante ordines Mendicantiū, qui viuerent in eremis secundùm regulam Augustini, non tamen erant talis ordinis, nec habebant vnum caput, nec illas ordinationes, quas habent Eremitani nunc. Vnde potest dici, quòd qui dicūtur Eremitani nūc, non fuerūt ante Mendicantes; sed postea, vt patebit infra.*

[a] 3 p. historia. lit. 24. cap. 14. in princip.

Responsio D. Antonini.

263 Sapientissimus, etiam doctor Nauarrus, Can. Reg. [b] sic inquit. *Sed, & neutri parti præiudicare videntur, qui aiūt cap. 1. §. finali, de Relig. domib. in 6. non probare B. Augustinū instituisse regulam Eremitarū ante Concilium generale de quo in cap. finali, de Relig. domibus; sed quòd regula Eremitarū S. Augustini, id est, quæ sic appellatur, præcessit dictū Concilium. Quòd est verissimum; sed longè aliud ab illo.* Deniq; Ioannes Azorius è Societate Iesu, quem Pennotus [c] contra nos esse cōtendit; nihilominùs [d] hæc asseruit. *Respondeo eas religiones non eo ordine, quo in iure commumi numerantur, institutas fuisse. Nam in Cap.* Religionum. *de Religiosis domibus, in 6. apertè dicitur, ordines Eremitarum S. Augustini, & Carmelitarum ante generale Concilium Lateranense sub Innoc. III. coactum fuisse, cùm tamen Dominicanorum, & Franciscanorū ordines, aut post illud Concilium, aut saltem sub id temporis fuerint constituti.* & infra. *Postea ab Alexandro IV Eremitarum S. Augustini ordo solennem scripto traditam approbationem impetrauit*, [e] inquirens quare in Cap. *Nimis*, de excessibus Prælatorum, & Cap. *In his*; de priuilegijs, tantùm fiat mentio duorum ordinum Mendicantium, nempe Prædicatorum, & Minorum? sic respondet. *Per ea enim tempora nondū authoritate Pontificia, & publico scripto Augustinianorum, & Carmelitarum ordines confirmati fuerant, quamuis multò ante instituti erant, etiam episcoporum authoritate, & ipso etiam vsu, & more in multis terrarum orbis partibus approbati.* & [f] ni me fallo, iuxtà sententiam illorum, quibus verisimiliùs videbatur ordinem Eremitarum non fuisse institutū à D. Augustino, sic subdit. *Fuerunt igitur longè ante Innocētij III. & Concilij Lateranensis tempora, per Occidentem Eremitæ;*

Responsio Nauarri.
[b] Comment. 4. de regularibus nu. 8.

Responsio Azorij.
[c] lib. 1. cap. 43. pag. 138.
[d] To. 1. instit. moral. lib. 12. cap. 13. q. 3.
[e] ibidem q. 4.
[f] ibidem q. 5.

mitæ fuerunt, & cœnobia S. Augustini nomine dicta, vt quæ sub eius, vti diximus, regula militabant, & viuebant exemplo, & imitatione eorũ, quos B. Augustinus moribus, & præceptis ac legibus informauit; sed nondum ordo Eremitarum, qualis nunc cernitur (hæc tria vltima verba suppressit Pennotus [a] *Hæc verba ipse cur non addiderit*, vt cũ Augustino [b] loquar, *quis non intelligat?*) *fuerat constitutus.*

a lib. 1. cap. 43. nu. 9. pag. 140
b li. de natura, & gratia c. 63.

264 Hinc videas etiam eos, qui dubitãt, vel negãt originem Eremitarum ab ipso Augustino, nihilominùs ausos nõ fuisse contra apertum Concilij Lugdunensis testimonium defendere, quòd ante Cõcilium Lateranense nõ præcesserit ordo Eremitarum sub titulo, & nomine, & regula S. Augustini; licèt dixerint illos primos Eremitas non fuisse propriè loquendo, talis ordinis, & modi vitæ, qualis nũc cernitur; nempè, quia antea habitabant in eremis, modò in ciuitatibus; antea non habebant vnum caput generale, & commune omnibus, qui verè erant Eremitæ S. Augustini, licèt alio titulo appellarentur; antea non habebant eãdem omninò formam habitus communem omnibus cõgregationibus; sed vnaquæq; congregatio variabat habitum in aliquibus accidentalibus. quæ omnia in vnione generali remedium, & ordinem à Sede Apostolica acceperunt, inuariata substantialiter essẽtia religionis. Atq; adeò in hac parte, vnicus, & singularis assertor est Pennotus, sinè authore, sinè fundamento, imò efficacissimis fundamentis conuincendus, asserẽs contra testimonium euidentissimũ Concilij Lugdunensis, ordinem Eremitarum S. Augustini sub titulo, & regula S. Augustini nõ præcessisse in sua institutione Cõcilium Lateranense; sed alios ordines, vel diuersæ regulæ, & tituli; vel sinè certa regula, & titulo; ex quibus postea sub Alexandro IV. cõflatus sit ordo Eremitarum S. Augustini, præcessisse Concilium Lateranense; & eã solum ratione, sinè ratione defendit, dictum fuisse institutionem ordinis Eremitarum S. Augustini præcessisse Concilium Lateranense.

265 Secundum fundamentum principale habetur ex consensu authorum, qui testantur Innocentiũ III. vel etiã Honorium III. confirmasse ordinem Eremitarum S. Augustini, seu concessisse illi priuilegia. Hi sunt ex ijs, quos ad manum habere potuimus. B. Henricus de Vrimania in tractatu de origine ordinis fratrũ Eremitarũ S. Augustini, edito anno 1334. ibi. *Per Innocentium III. idem ordo registratur, & eis regula Augustini confirmatur, & ordo fratrum Eremitarum S. Augustini nuncupatur. & hoc, anno M.CC.XV.* B. Iordanus de Saxonia lib. vitas fratrum [c], quem scripsit circa annum 1356. ibi. *Deniq; ab illa dispersione multi fluxerunt anni vsq; ad tempora Innocentij Papæ III. qui fuit primus Papa, quem circa ordinem istum aliquid speciale fecisse legi.* & subdit ea, quæ supra retulimus de confirmatione conuentus S. Antonij in Ardigneta; ex qua euidẽter deducitur ordinem Eremitarũ sub titulo, & regula S. Augustini præcessisse Greg. IX. Addit vltra Iordanus [d] *Post hunc* (scilicet Innocentium III.) *Honorius Papa III. qui ord. Prædicat. & Minorum cõfirmauit, etiã aliqua loca nostri ordinis sub protectione Sedis Apost. suscepit.* Iordani verba Antõ. [e], & Ioseph. Pãphil. [f] transcripserũt.

Secundũ fundamentum.

c cap. 4. pag. 4
d pag. 30.
e 3. p. tit. 24. c. 14. §. 3. fol. 255
f In chrõ. Augus. fol. 26.

266 Philippus Bergomensis in supplemento Chronicorum euulgato an. 1486. [g] hęc à nobis supra allata, verba habet. *Innocentius III. primum ordinem nostrum D. Augustini Eremiticum suã sub tutela suscepit, sicut patet ex eius indulto, quod incipit;* Solet annuere. & infra [h] *Honorius III. cũ ordinem nostrum Eremitarum, prout Innocentius fecerat, protegendum suscepisset, etiam ordines Prædicatorũ, & Minorum confirmare voluit.* quæ ipsissima verba transcripsit Arthmanus Schedel. [i]

g lib. 12 anno 1198. fol. 231.
h lib. 13. fol. 233.
i in suo opere ętatũ mundi, ętate 6. fol. 206. pag. 2. & fol. 208. pag. 2

267 Vvernerus Carthusiensis, author fasciculi temporum, vt tradunt Bergomẽsis [k] Trithemius [l] Possevin⁹ [m] & Belarminus [n] ex quibus Belarmin⁹ ait, & verè, eũ scripsisse vsque ad annum 1484. & Trithemius, viuere an. 1494. Hic ergo author, cuius testimonia de ordine Guillelmitarũ adduxim⁹, & explicuimus supra pũcto 1. difficul. 1. §. *ostẽdamus singula* de Honor. III. sic loquitur. *Quatuor ordines Mendicantium, videlicet, Prædicatores, Minores, Carmelitæ, & Augustinienses cõfirmantur ab Honorio.*

k in supplemento supplementi lib. 16. ad an. 1490.
l de scriptoribus Ecclesiasticis fol. 170. pag. 2.
m in apparatu sacro tomo 3.
n de scriptor. Ecclesiasticis.

268 Ioannes Naucleros [o] *Volumine 2. generatione 41.* anno 1215. sic habet. *Ordo Eremitarum sub Innocentio & Honorio sub titulo fratrum Eremitarum S. Augustini & appellari, & nominari iussus est, & confirmatus.* Eadem verba suis scriptis inseruit, & probauit Ioannes Trullus, Can. Reg. [p]

o in suo chrõ. deducto vsq; ad ann. 1500. volum. 2. generatione 41. anno 1215.
p lib. 1. ordinis Canonici cap. 3.

269 Renatus Chopinus [q] hæc tradit. *Quis* (agebat de Eremitis S. Augustini) *Innocentius III. collato priuilegio gratificari capit.* P. P. Ioannes Pineda, Franciscanus [r] Innocentium III. nostris Eremitis fauisse testatur. Ioannes Tarcaghota [s] sic inquit. *Idem accidit in ordine S. Augustini, qui cùm iam esset quasi extinctus, tempore Innocentij III. quasi*

q in suo Monastico, lib. 2. n. 12. fol. 205.
r lib. 22. Monarchię Ecclesiæ. c. 23. 264.
s 2. p. historiæ mundi, lib 13. fol. 323.

quamdam nouam vitam recuperauit. Dominicus Grauina, Dominicanus [a] agens de ordine Eremitarum S. Augustini, hęc habet. *Sancta verò ista propagine vsq; ad Concilium Lateranense sub Innocentio III. producta, cùm in concilio de ordinibus singulis tractaretur, ordo Eremitarum tunc annotatus est, atq; solemnitate confirmationis. Postea ab Honorio confirmatus, ab Innocentio IIII. promotus, ab Alexandro IIII. cui & ipse S. Augustinus in visione apparere visus est, insigniter auctus.* Iacobus deniq; Gordonus, Iesuita, [b] sic ait sub anno 1215. *Eremitarum ordo nunc tandem à Papa approbatus, nomen ab Augustino accepit.*

a in voce Turturis seu de florenti religionum statu par. 2. cap. 14. pag. 133.

b Tom. 2. operis cronologici editi anno 1614.

270 Tertium fundamētum principale desumitur ex chirographo authentico, approbato in iudicio contradictorio, & rogato in fauorem conuentus Augustiniani Pennæfirmæ, siuè Turrium Veterum, vulgo Torres vedras, in prouincia Lusitaniæ, quod extat in archiuo eiusdē monasterij, & affertur ad verbum à M. Marquez [c] & est tenoris huiusmodi.

Tertium fundamentum.

c cap. 17. §. 3. pag 314.

271 *Nouerint vniuersi præsentes literas inspecturi: quòd nos Prætor, & Aluaziles, & Consiliarij de Turribus Veteribus interrogauimus, dedimus, & concessimus Fratri Gabitino* (alij legūt *Fr. Guillelmo*) *Eremitano ordinis S. Augustini, & omnib⁹ alijs fratribus dicti ordinis, tam præsentibus quàm futuris pro mādato & voluntate domini Ioannis Gondisalui Almoxarife domini Regis Portugaliæ, & Pelagij Gondisalui tabellionis domini Regis, illam hæreditatem, quam habemus in territorio de Pennafirme; quæ dicitur Paul de Monadaros cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis; promittentes in nostro concilio quòd non fecissēt, neq; facerent contra dictam donationem, quòd non valeret, & quòd nec per se, neq; per aliquem venisse, nec venire facerent; & hoc promiserūt sub hyppotecha omnium rerum suarum. Vnde nos Prætor, & Alvaziles, & consiliarij dedimus etiam dictis fratribus alterā hæreditatem, quā habebamus in ipso territorio, quæ cum ipsa coniungitur ab Oriente, Mata de Cōcelio vsq; Riuumfactis; ab Occidente, Mare; ab Africo, Touea; à Meridiano, prout habetur cum terminis S. Iuliani. in cuius rei testimonium ad preces dictorum virorum S. D. & A. I.* (verba, quæ iam non leguntur.) *iam pro illis, quàm pro nobis concedimus prædictis fratribus perpetuò præsentes literas sigilli nostri munimine roboratas. Datum Turribus Veteribus II. idus Aprilis, era. 1264.* atque adeò anno Christi 1226.

272 Sunt in eodē conuentu alia instrumenta, etiam antiquiora, sed quæ præ vetustate legi non possunt. Ceterum ex hoc vel solo demōstratur ordinem Eremitarum S. Augustini, atq; adeò sub certo titulo, regula, & habitu præcessisse saltem tempora Gregorij IX. An autem prædictum monasterium à Sancto martyre Anciradо ædificatum fuerit nec ne, agit eruditè & prudenter M. Marquez [d] id tantùm tamquam probabile adstruēs ex indicijs, & coniecturis.

Monasterium de Pignafirma à S. martyre Ancirado fuisse fundatū, vt probabile astruitur à M. Marquez.

d cap. 17. pag. 310. & seq.

Sed cōtra fundationem Anciradi obijcit Primò Pennotus [e] verba Eutrandi esse, si tamen illius historiæ fides adhibenda est: *S. Anciradus Eremita ex Germania venit in Hispaniam, Lusitaniam, & in ripa fluminis Tagi prope ciuitatem Scalabitanam aliquot annos sanctè degit. Reuersus autē ad Alpes, non procul à lacu Tigurino, vulneribus latronum confossus martyrio coronatur. Remanent vestigia huius sancti Abbatis in Lusitania in oppidis huius prouinciæ Aragia, & Monardi. Vbi vides,* ait Pennotus, *quæ Marquez de monasterio de Pignafirme per illum fundato addit, de suo cogitasse.* Secundò, quia communis illius Prouinciæ est traditio, quam Theobaldus in vita S. Guillelmi cap. 18. & officia ordinis Guillelmitarum firmant, vel ipso Marquez referente [f] illud monasterium de Pignafirme à S. Guilelmo fuisse an. 1040. fundatum. Tertiò, quia non desunt, qui affirment hunc Anciradum fuisse monachum S. Benedicti, & eundem cum S. Meinrado, cuius Trithemius, & Molanus, ac nouissimè Cardinalis Baronius meminerunt. Quartò, quia non refert, quòd profert Marquez, concessionem eidem monasterio de anno 1226. sub titulo Eremitarum ordinis S. Augustini factā; quia Eremitæ, qui in Lusitania olim vocabantur ordinis S. Augustini, erant Guillelmitæ. Hæc Pennotus vbi supra.

273 Obiectio prima contra dictam fundationem.

e lib. 1. cap. 57. num. 11. pag. 188.

Secunda.

f cap. 17 §. 2.

Tertia.

Quarta.

Verùm hæc omnia nihil obstant fini præintento à M. Marquez, & à nobis: tantùm enim modò contendimus ante Concilium Lateranense, vel saltem ante Gregorium IX. præcessisse ordinem Eremitarum sub titulo, & regula S. Augustini. Hoc autem non eliditur obiectionibus, vel responsionibus Pennoti: qui fortè, vel potiùs certè, minùs fideliter testimonia refert, inmemoriter respondet, & inefficaciter arguit, vt ex solutione clarebit. 274

Igitur ad primum dico plura. Primum est. Historiæ Eutrandi, siuè Luitprandi fides est adhibenda. Primò ex notitia authoris. Iulianus enim Archipresbyter S. Iustæ Toletanæ, in Chronico edito vsq; ad an. 1135. & ampliùs, quòd apud me habeo Ms. 275

Eliditur prima.

Historiæ Eutrandi est adhibēda fides.

bco Ms. ex Bibliotheca Comitis Ducis de Oliuares, dono eruditissimi D. Thomę de Tamaio, & Bargas, Regij Cronographi, sic ait: sub anno 946. *Florebat per id tempus, & Toleti Presbyter Trasdemundus, post Illiberritanus episcopus, vir sanctus, ad quem Eutrandus, seu Luitprandus scripsit subdiaconus Toletanus, post Ticinensis Diaconus*, & sub an. 973. *Eodem anno venit Toletum Eutrandus Subdiaconus, qui aliàs ibi fuerat, nobilis historicus; nec multò post moritur, & in Ecclesia S. Iusta honorificè à Felice sepelitur*. Secundò, ex notitia historiæ. Eadem enim ferè verba repetit Iulianus Archipresbyter in chronico citato, atq; habet Eutrandus, prout refertur à Marquez[a] Ecce verba Iuliani sub era 888. hoc est anno 850. *S. Ancarardus* (Eutrãdus apud Marquez, *Anciradus*) *Eremita ex Germania venit in Hispaniam Lusitaneam* (præpositio, *in*, deest apud Marquez) *& in ripa fluminis Tagi prope ciuitatem Scalabitanam* (apud Marquez *Scabilitanam*) *aliquot annos sanctè degit. Reuersus autem ad Alpes, non procul à loco Tigurino*, (apud Marquez, *à lacu Tugurino*) *vulneribus latronum confossus martyrio coronatur. Agitur eius dies natalis 4. Februarij. Manent aliqua vestigia aduentus huius sancti Abbatis in Lusitaniam in oppidis eiusdem Prouinciæ, Ataugia, & Meinardo* (apud Marquez, *Manent vestigia huius sancti Abbatis in Lusitania, in oppidis huius prouinciæ Ataoguia, & Monardo*,) Hinc videas testimonium Eutrandi mereri etiã fidem ptopter authoritatem Iuliani, referriq; ab aduersarijs diminutè, & minus fideliter. Secundum est. Ea, quæ Marquez de fundatione huius conuentus à S. Anciràdo tradit, non de suo cogitauit; sed indicijs, & coniecturis ex historia Eutrandi, & traditione desumptis conatus est ostendere rei probabilitatem, & nõ amplius. Vnde[b] sic ait. *Creditur, vt valdè probabile fuisse ædificatũ à glorioso martyre S. Anciràdo, eremita nostra religionis*[c] *Hæc omnia dixi de fundatione huius monasterij de Pennafirme, ea probabilitate, & verisimilitudine, quam patiuntur materiæ adeò remota, & quarum cum difficultate inueniuntur vestigia*.

a cap. 17. in princ. pag. 311.

b cap. 17. in princ. pag. 311

c & §. 3. pag. 313.

276 Ad secundum respondeo. Conuẽtus de Pennafirma, seu Turribus veteribus, fundari non potuit à D. Guillelmo, vt optimè vidit, & probauit Marquez[d] tum, quia D. Guillelmus non venit in Lusitaniam; tum, quia licèt venerit; tũc tamen non erat religiosus ordinis D. Augustini. Postquam enim in Sylua Liuallia semel indutus est habitum religionis Augustinianæ, non legitur egressus è Thuscia. Traditio autem communis illius prouinciæ fidem non facit indubiã, cùm apud nullum antiquum authorem reperiatur memoria huius traditionis.

Eluitur secunda.

d §. 2. pag. 313. Conuẽtus de Pennafirma nõ poterit fundari à D. Guillelmo.

Sed ait Pennotus hanc antiquam traditionẽ firmari à Theobaldo in vita S. Guillelmi cap. 18. & ab officijs ordinis Guillelmitarum, vel ipso Marquez[e] referente. Adhoc respondeo. Tria ait Pennotus in his verbis. Primum est, Theobaldũ cap. 18. & officia ordinis Guillelmitarum affirmare, seu firmare B. Guillelmum fundasse conuentum de Pignafirme. Secundùm est, Marquez ita referre. Tertium est, officia illa esse ordinis Guillelmitarũ, cùm tamen Marquez tantùm dicat esse officia prouinciarum Galliæ, eo ipso ostendens eas prouincias Galliæ esse ordinis Augustiniani. Si enim essent alteriùs religionis debuisset exprimere. Voluit autẽ Pennotus addere ea officia esse ordinis Guillelmitarum, vt sic Eremitas Augustinianos vocet Guillelmitas. Ab hoc, quod per iniuriam dicitur, abstinemus, & verba, & animũ agnoscentes, verbis, & animo ex animo, & verbis ignoscimus. At verò duo priora discutiamus; & sanè omni prorsus veritate destituuntur. Et in primis Theobaldus in tota vita D. Guillelmi de aduentu eius in Hispaniam hæc tantùm habet. cap. 18. *Deliberauit B. Iacobi Apostoli limina visitare, & sauento nauigio per Dei misericordiam, qui in oculis nautarum sinè naulo contulit et gratiam, transfretauit, & venit in Hispaniam; & ingressus Compostellanam ciuitatem, cum omni deuotione tanti Apostoli visitauit Ecclesiam*, &c. *vbi cùm aliquandiù apud quasdam personas religiosas, eũ charitatiuè detinentes, fuisset demoratus, in Thusciã reuertitur*, &c. Ecce verba Theobaldi. Si ex his firmatur traditio de fundatione conuentus de Pignafirme, vera dicit Pennotus. Quis tamen ex ijs verbis illam traditionem firmari contendat? cùm in eis neq; sit mentio de aduentu in Lusitaniam? sed saltem firmabitur ea traditio ex officijs Guillelmitarum (ita ille vocat Augustinianos Prouinciarum Galliç.) impressis Brugis anno 1610? Nihil minùs. Ecce verba transcripta ex Marquez. *Sed vir Dei nimiam suorum infestationẽ illic ferẽs, naugio Compostellam redijt, vbi nouæ vitæ initium sumpserat; ac S. Iacobi Ecclesiam summa deuotione visitauit. Ibi cùm apud pios quosdam aliquandiu demoratus esset, relicto illic Sanctæ Cõuersationis odore, inde recessit*. Hęc ibi. Est ne in his verbis aliqua mentio, aut insinuatio aduentus D. Guillelmi in Lusitaniam, aut

277 Instantia.

e cap. 17. § 1.

Reijciunt quo ad duo priora

fundationis conuentus de Pignafirme?

278 Reijcitur quo ad tertium. Sed dices, quamuis neq; in Theobaldo, neq; in officijs Guillelmitarū id côtineatur; tamen M. Marquez retulit contineri, & ex illo desumpsit Pēnotus; vt ad hominem argueret. Sed neq; hoc vllo colore, aut specie veritatis, aut probabilitatis nititur. Cùm enim Marquez retulisset ab aliquibus tribui fundationem eius conuentus D. Guillelmo circa annum 1140. (non 1040. vt forsan per errorem impressoris habet Pennotus) subiungit [a] *Verum ego non inuenio rem, qua id probet; neq; authorem antiquum, qui id dicat; neq; huius est aliud fundamentum, quàm traditio communis, quæ ita illud habet.* & [b] deinde cùm adduxisset verba ex officijs prouinciarum Galliæ, quæ aliqui sic interpretabantur, vt sibi persuaderent D. Guillelmum aliquot diebus in eo conuentu cum religiosis vixisse, subdit non constare D. Guillelmum tunc temporis fuisse religiosum Augustinianum; imò potiùs constare oppositum. *Et ita videtur*, ait, *res incredibilis, quod hac vice fundauerit monasterium nostri ordinis.* Et cùm attulisset quædam verba ex ijs, quæ transcripsimus ex Theobaldo cap. 18. sic concludit. *Verum ego intelligo, quòd Episcopus Theobaldus, & officium relatum, (quod ex eius historia desumptum est) loquūtur de tempore, quo sanctus immoratus est in ipsa ciuitate Compostellana, sinè vlla insinuatione alterius loci.* Non miraris lector, non stupes, virum celebrem, qui in alios euulgat scripta, eaq; mordentia, sic referre authorum testimonia? Quam fidem adhibere poteris eius allegationibus?

a § 2. pag. 313.

279 Eluitur tertia. primò. Ad Tertium respondeo. Præuidit Marquez eam obectionē [b] & duplici via adhuc viam aperit probabilitati rei. Prima est. Quia dici potest S. Anciradum, & S. Meinradum esse duos diuersos sanctos; illum, Augustinianum; & hunc Benedictinum. Eaq; diuersitas suadetur, quia Meinradus non legitur venisse in Hispaniam, obijtq; anno 860. eiusq; dies colitur 21. Ianuarij; at Anciradus, ex relatione Eutrandi, & Iuliani, venit in Hispaniam Lusitanam, obijt anno 850. eiusque dies natalis agitur 4. Februarij. Secūda est. Quia dici potest probabiliter, ab eo tempore, quo venit in Hispaniam, professum fuisse religionem Augustinianam; & coniunctum Eremitis S. Augustini fundasse illum conuentum. Eo enim tempore id passim contingebat, nempè, vt ex vna religione facilis transitus pateret ad aliam.

b § 3. pag. 313.

Secundò.

Addit denique Marquez id, quod & nos supra dicebamus; quidquid sit de SS. Anciradо, & Meinrado, & de fundatione illius conuentus ab Anciradо; nihilominùs euidens est illum conuentum iam fuisse fundatum anno 1226. Atq; adeò, vt credere est, ante Concilium Lateranense; & vt credi debet, ante pontificatum Gregorij IX. cuius electio incidit in anum 1227.

250 Soluitur quarta. Ad Quartū dico duo. Primū est ad hominem. Oportebat R. D. Gabrielem Pennotum memorem esse eorum, quæ dixerat [c] ibi. *Sed quod caput est*, ait, *& Guillelmitas ante Alexandrum IIII. sub regula S. Benedicti militasse planè cōuincit, est bulla Innocētij IIII.* &c. & [d] plura alia addit mordicus defendens ordinem Guillelmitarum non vixisse sub regula D. Augustini. Quomodò ergo, si id conuincitur [e] ex sententia Pennoti, modo [f] ex sententia eiusdē Pennoti pro constanti asseritur, quod anno 1226. Eremitæ, qui in Lusitaniam olim ordinis S. Augustini vocabātur, erant Guillelmitæ? Concordet lector hæc duo, si poterit. Secundum est. Ordo Guillelmitarum, licèt verè esset religio S. Augustini, & eius regulam obseruaret; tamen appellabatur vsq; ad vnionem generalem speciali titulo Eremitarum, vel Fratrum S. Guillelmi: vt manifestum est ex his, quæ diximus puncto 1. difficultate 1. & 2. & ex bullis, quas citauimus prædicta difficultate Prima §. *Hoc ergo recto*, in quibus Pontifices Innocentius, Alexander, & Clemens IIII. semper appellarūt hunc ordinem S. Guillelmi. Dici ergo non potest, quòd conuentus, qui an. 1226. appellatur ordinis Eremitarum S. Augustini, esset Guillelmitarū. Denique, eo admisso, duo sequuntur in fauorem religionis Augustinianæ. Primum est. Quòd religio sub titulo, & regula Eremitarum S. Augustini Gregorium IX. præcessit. Secundum est. Quòd religio Guillelmitarum ante Alexandrum IIII. obseruauit regulam S. Augustini, & verè erat ordo Eremitarum S. Augustini; quæ duo negabat Pennotus. [g]

c lib. 1. cap. 47 n. 3. pag. 147

d nu. 4. & 5.

e cap. 47.

f cap. 57. eiusd. libri.

g cap. 47. citato.

§. 3. ORDO EREMITARVM S. Augustini præcessit Annum 1200.

Probauimus §. præcedenti ordinem Eremitarum S. Augustini, siuè esset eadem congregatio cum congregatione Eremitarum S. Ioannis Boni, siuè diuersa ab illa, nihilominùs præcessisse Pontificatum Gregorij IX. Modò intendimus probare

bare ordinem Eremitarum S. Augustini etiam præcessisse annum 1200. Ex quo euidens fiet ordinem Eremitarum S. Augustini esse cōgregationem re ipsa distinctam à congregatione Eremitarum B. Ioannis Boni, quæ sine dubio erecta est post annum 1200. vt patet ex ijs, quæ supra diximus in respōsione ad §. 1. & Secundum Apologetici P. Vvadingi. Hanc autem veritatem omissis aliquibus testimonijs, quæ longiorem cùm R. D. Pennoto disputationem postulant, & examinabuntur à nobis lib. 1. Bibliothecæ D. Augustini, confirmabimus nonnullis, ijsque maiori ex parte efficacissimis fundamentis.

282 Primum fundamentum.

Primum est, Antiqua fundatio conuentus S. Andreæ olim, nunc S. Augustini Burgensis, in quo colitur imago Christi domini; dequo audiamus quid dicat Lucius Marineus Siculus tomo 1. Hispaniæ illustratæ, lib. 5. regum Hispaniæ, Carolo & Elisabethe regibus sacro pag. 349. *Apud Aucam vrbem, quam Burgensem nunc appellant templum est ordinis S. Augustini venerabile, magnæ deuotionis, in quo Christi saluatoris imaginem crucifixam adoramus, quæ à Nicodemo facta perhibetur. Hanc imaginem inuenisse mercatorem quendam commemorant in arca maris fluctibus agitata; cuius imaginis inuocato nomine multos infirmos conualuisse nobis affirmarunt plures homines fide digni.* Nec dissimilia habet Aluarus Gomezius.[a] Loquens n. de imagine Christi crucifixi, quę venerationi est in vrbe Auriēsi Gallæciæ, sic ait. *Iam olim miraculis clarum, eiusdēq; (vt ferebatur) artificis, qui Burgis huiusmodi signū in Augustiniano cœnobio dicauit, hominū cultu celeberrimum* &c. de hoc cōuentu Burgēsi, inter alia plura, dixit Marquez[b] etiam Azorium[c] fateri fundatum fuisse an. 1149.

a lib. 3. Historię Cardinalis Ximenes Archiepiscopi Toletani.
b cap. 17. §. 5. pag. 315.
c lib. 12. cap. 23. q. 5.

283 Responsio prima Pennoti.

Sed respondet duo R. Pennotus[d] Primum est. *Millies dictum, ac decantatum ea omnia, quæ Azorius toto eo libro de ordine Eremitarum scribit, fateri se vltro ex illorum relatione narrare. Quam relationē in multis apertè reijcit; & quod ad antiquitatem attinet, omninò suspectam habet, dum inquit, probabiliorem sibi videri contrariam opinionē, quòd ordo, qui nunc est, à D. Augustino originem non habuerit, sicut dicit D. Antoninus tit. 24. cap. 14.* Secundum est. *Si monasterium Burgense prætensam antiquitatem habet, extra dubium asserendum est, illud à Guillelmitis fundatum.*

d lib. 1. cap. 37. n. 12. pag. 188.
Secunda.

284 Antiquitas Conuentus Burgēsis ostēditur.

Verùm antequam huius monstri capita Herculeo gladio iugulemus, de eius conuentus antiquitate dicamus nonnulla, partim à Marquez vbi supra adducta, partim à nobis aliunde conquisita: vt lectori constet, vtrum huic fundamento satisfiat Azorij testimonium infirmando. Et in primis, quo tempore fuerit extructus, non constat. Non leue magnæ illius antiquitatis indicium. Extat tamen illius memoria ante annū 1050. Sanctus enim Dominicus Silensis, ordinis D. Benedicti, qui obijt anno 1073. cùm esset Abbas S. Æmiliani, in exilium missus, sub Ferdinando I. Castellæ Rege (qui iuxtà supputationem Garibaij regnare incepit an. 1030. & obijt 1050.) Burgos veniens, domunculam quamdam ædificauit propè monasterium Eremitarum S. Augustini extra muros vrbis, quæ postea sub titulo S. Dominici de Silos consecrata fuit à D. Gundisaluo episcopo Aucensi; & circa annum 1534. præ vetustate corruit, vt refertur in historia S. Crucifixi Burgensis[e] quæ primò fuit edita anno 1554. Huius aduentus S. Dominici de Silos propè monasteriū Burgense, iam tunc ordinis Eremitarum S. Augustini, meminerunt Alphonsus de Villegas[f] Hieronymus Roman.[g] Hist. S. Crucifixi Brugensis[h] Marias Lusitanus[i] & M. Marquez,[k] qui refert id cōtineri in historia eiusdem sancti, quæ asseruatur in monast. S. Sebast. de Gouarrubias, in quo sacrū eius corp⁹ requiescit.

e pag. 1. cap. 3. fol. 9. pag. 1.
f in vita S. Dominici de Silos.
g Centuria 8. an. 1149. fol. 43. pag. 1.
h par. 1. cap. 3. fol. 5. pag. 1.
i in vita S. Ioannis de Sahagū.
k cap. 17. §. 5. pag. 316.

285 Progreditur.

Clariorem huius cœnobij notitiam habemus sequenti sæculo. Eo enim tempore, ante annum 1169. (vt refert historia S. Crucifixi[l] vel 1179. vt vult Marquez vbi supra, in quo S. Iulianus in episcopum Conchēsem fuit promotus) vixerat idem sanctus in ædicula à se constructa propè eandem domum Eremitarum S. Augustini, cum quibus conuersabatur: quæ postea sub inuocatione S. Iuliani in Eremitoriū fuit dedicata, & nunc diruta iacet. Testantur hæc inter alios Alphonsus Villegas[m] Histor. S. Crucifixi,[n] Marias Lusitanus[o] Hieronymus Roman.[p] M. Marquez[q] P. Petrus de Ribadeneira è societate Iesu[r] & Stephan⁹ de Garibai, regius & nobilis chronista[s] (Hunc vltimum audiamus de S. Iuliano loquentem. *Semper*, ait, *magno cum feruore spiritus docuit verbum Dei, non solùm Christicolas, sed & Mauros, qui inter illos degebāt; cùm eius ordinaria colloquia essent cum religiosis Eremitis ordinis S. Augustini, monasterij illius ciuitatis, in quo est sanctus Crucifixus, in cuius altari, quod tunc erat sacellum maius, quotidie solebat missam celebrare ea deuotione, vt omnes audiētes domino agentes gratias mirarentur: eius habitatio & domi-*

l 1. par. cap. 3. fol. 9. pag. 1.
m in vita S. Iuliani 1. p. Floris sāctorum.
n 1. par. cap. 3. fol. 1. pag. 2.
o in vita S. Ioannis de Sahagun.
p Centuria 8. anno 1149. fol. 43. pag. 1.
q cap. 17. §. 5. pag. 316.
r tomo. 2. Floris sanctorum in vita S. Iuliani, pag. 98.
s lib. 12. cap. 31 suæ historiæ.

ellium erat prope ipsum monasterium, in adicula parua, &c. quo autem anno acciderit delatio S. Crucifixi ad prædictum monasterium, obscurum, & incertum. Aliqui id accidisse senserunt sub rege Castellæ Alphonso XII. quem alij vocant XI. atq; adeò circa an. 1340. Hoc autem sic censentes carpit Garibaius in hæc verba. *Gloriosus prælatus S. Iulianus occasio nobis fuit loquendi in hoc loco de Sancto Crucifixo Monasterij S. Augustini, cuius inuentio cùm sit, vt verisimile, & probabile est, antiquior his temporibus, nescio quare ab aliquibus authoribus assignatur sub temporibus regis D. Alfonsi XII. Natus hic error ex æquiuocatione nominis, Alphonsi, iudicantibus illis inuentionem fuisse sub temporibus XII. quia intellexerant eam contigisse tempore alicuius regis vocati Ildefonsi; inde fit eius antiquitas adhuc anterior his diebus quamuis tempus, & annus, in quo sancta inuentio contigit, ignoretur. sufficit nobis constare eã esse vnam ex rebus maioris deuotionis, quæ sunt in regnis Hispaniæ.*

286] *Imago S. Crucifixi Burgẽsis primò tradita fuit Eremitis S. Augustini.*

Vtcunq; tamen sit, sacra imago in mari inuenta; primò tradita fuit Eremitis S. Augustini ibi degentibus, vt tradunt D. F. Rodericus de Sancto Martino, nobilis Burgensis Eremita Augustinianus, Castellæ Prouincialis, & Episcopus Sebastiæ circa annum 1488.[a] M. Marquez[b] liber Historiæ Sancti Crucifixi prælo traditus anno 1554.[c] & contestantur septem elogia linguis septem scripta ante claustrum Sancti Crucifixi, ex quibus latinum, & Lusitanicum (alia enim præ vetustate legi non possunt) sunt huiusmodi.

[a] in relatione Ms. hist. S. Crucifixi.
[b] Vbi supra pag. 317.
[c] par. 1. cap. 1. fol. 5. pag. 2.

In mari Sanctum Crucifixum inuenit, qui quidem est in huius claustri .... igitur illũ quinque religiosis diui Augustini tunc ibi existentibus ..... paruum erat templum,

Lusitanicum verò sic se habet.

Achou en a mar a imagen ..... san to Crucifixo, que esta en la capela de este claustro, e o deu à cinque religios Augustines que aqui morauan en vna ermida.

Postmodum regia hæc domus redditibus aucta, & ædificijs, in pulchriorẽ formam redacta, fidelium eleemosynis ex paupere diues, ingentem Eremitarũ numerum alit. illã prima ditauit Blanca infans Lusitaniæ, ex Alphonso III. Rege, & Beatrice Regina eius coniuge, Alphonsi X. Castellæ regis filia genita; Abbatissa religiosissimi, & ditissimi, simulq; nobilissimi Monasterij Regij Burgensis, dicti de las Huelgas, ordinis Cisterciensis. Hęc enim pro ampliatione cænobij, siti in valle Semella, à Sancio IV. Castellæ rege quandam emit hæreditatem, eamq; apprehẽdit ex facultate, & beneplacito Regis, datis litteris apud vrbem Taurum die 14. Augusti, era 1305. atq; adeò anno Christi 1267. & ipse Sancius Rex aquam quam dicunt, Cardeñuela, fratribus Eremitis ordinis S. Augustini habitantibus in vico, dicto Semella, dono dedit, expedito priuilegio Vallisoleti die 15. Februarij, era 1322. atq; adeò anno Christi 1294. quę priuilegia verbatim referuntur in historia S. Crucifixi & habentur originalia in archiuo conuentus.

287 *Infringitur 1. Pẽnoti responsio, & plures errores illius aperiuntur. primus.*

His sic statutis, circa primam responsionem Pennoti noto, in ea vnica plures vel errores, vel deceptiones contineri. Errat enim. Primò, quatenùs contentus manet infringendo testimonium Azorij, quasi vel Marquez illud solum citasset, vel totalis, & tota causa verteretur in vnico cardine Azorij, cùm tamen, vt vidimus, & Marquez magna ex parte retulit, altioribus, & firmioribus fundamentis innitatur. Errat secundò quatenus millies decãtauit Azorium fateri se scribere ex relatione Eremitarum ea omnia, quæ toto illo libro 12. scribit. Contra hoc enim est. Quia opportuisset assignare vbi id Azorius dixerit: id autem omisit Pennotus; quia re vera Azorius nihil tale habet. Quin imò ex propria sententia docet ea, quę ex ipso,[d] transcripsimus §. præcedenti, versiculo; *Denique; Ioannes Azorius.* illud tamen verum est, quod ea, quæ de ordine Augustiniano adducit[e] inter quæ est relatio de fundatione conuentus Burgensis, refert ex relatione Augustinianorum sic enim ibi ait. *Namq; Augustiniani ordinem suum in B. Augustinum, vt in primũ institutorem, ac parentem referre contendũt; testanturq; Eremitas (quorum ille, secundùm ipsos, caput extitit.) sæuiente Vvandalorum perfidia*, &c. vsq; ad illa verba, *Ioannes cognomento Bonus.* Vnde opportet, vt quæ ita generaliter millies decantauit Pennotus, saltem aliquando recantet. Errat tertiò, dum sic de Azorio refert. *Dum inquit probabiliorem sibi videri cõtrariam opinionem.* Azorius enim nihil tale dicit. Ecce eius verba vbi supra post versiculum citatum. *Alijs autem similiùs vero videtur.* (Hoc ne est dicere probabiliorem sibi videri cõtrariam opinionem? Pulchra allegatio, verax relatio.) *Eremitas ante Augustinum in Aegypto, Palestina, Siria, Thebaide, Antonio, Hilario*

Secundus.

[d] lib. 12. cap. 5. q. 3. & 4.
[e] lib. 12. ca. 28 q. 5. versiculo *de Augustinianorum, & Carmelitarum ordinibus.*

Tertius.

Hilarione, Machario, Pachomio, magistris ac ducibus esse institutos; nec forsitan B. Augustinum Eremitam fuisse; sed in Africa Eremitas salutaribus monitis, consilijs, doctrina, & praeceptis imbuisse. Vbi duo aduerto. Primum est, ea omnia, quæ in hoc versiculo addit Azorius, non esse ex illius sententia; sed eorum, quibus dixit verisimilius videri D. Augustinum non instituisse Eremitas Augustinianos; sed tantùm eos in Africa præceptis, & doctrinis imbuisse. Et in hoc parrapho continentur ea omnia, quæ aduersantur fundationi ordinis Eremitici ab Augustino. Et sanè, quod in hac parte non loquatur ex propria sententia, vltra est argumento non paruo, quod[a] cùm retulisset litē inter Canonicos, & Eremitas Augustinianos, de institutione ab Augustino, subiecit hæc verba. *De qua lite nihil est, quod ego iudicem.* Iudicasset autem, si in prædicto parrapho ex propria sētentia loqueretur. Secundum est, Azorium tantùm meminisse duarum opinionum, quarum prima asserit D. Augustinū esse institutorem Eremitarum; secūda id negat: sed nihilominùs affirmat Eremitas in Africa ab August. doctrina, & præceptis imbutos, eosq; tādem ab Alexandro IV. vnitos ordini Eremitarum S. Augustini.

a eodem libro 11. q. 11. versiculo ex Eremitis, pa. 115.

Quartus. Errat quartò, dum ait Azorium citare Antoninum titul. 19. cap. 14. pro eo, quòd ordo, qui nunc est, à D. Augustino, originem non habuerit. id enim nō extat in Azorio. solùm citauit Antoninum vbi supra ex §. 3. vbi nihil tale habetur. Addo, Azorius falsò citauit Antoninum, dum sic ait. *Atq; ita, vt D. Antoninus scripsit reliquit loco citato* (nempè 3. p. tit. 24. cap. 14. §. 3.) *vnus è multis, Eremitarum S. Augustini nomine, conflatus est ordo.* Quæ verba nullatenùs in Antonino reperiūtur. Quin imò totus ille parraphus tertius verbatim desumptus est ex nostro Iordano[b] qui nihil tale dixit, neq; diceret; sed asseruit varias congregationes Eremitarum vnitas fuisse ordini Eremitarum D. Augustini.

b lib. 1. vitas fratrum c. 14. pag. 30.

288 Hinc videas plures in vnica responsione lapsus; vt aduertas qua fiducia, qui proprium tectum tam vitreum habet, in alienum tam frequenter lapides mittat. Sed peto, ne mireris. Mirum enim non est, quòd in alienis negligenter labatur, qui oscitanter errat in proprijs. Notabimus, Deo volente, lib. 1. Bibliothecæ D. Augustini nonnullas D. Pennoti deceptiones, easq; crassissimas, in relationib⁹ suæ propriæ religionis, vt aliqualiter dicere possimus, quòd Duardus Nonius[c] in F. Iosephum Tenera, Lusitanū, minùs verè de regibus Galliæ loquentem. *Condonare autem, ait, debent Galli Iosepho huic, homini scilicet in Portugallia nato & enutrito, de Gallorū regum serie imperitiam: qui de regibus Portugallia tanta ineditorum portenta nobis inculcat.*

c Tom. 1. Hispaniæ illustratæ censura 1.

Sed ad secundam Pennoti responsionem trāseamus. Breuior quidem est; sed neq; minores, neq; pauciores defectus habet. Primò enim asserit conuentum, scilicet qui tunc etiam dicebatur Eremitarū S. Augustini, fuisse Guillelmitarum; & hoc citra dubium asserendum, si conuentus prætensam antiquitatem habet. Hęc enim est immediatè contra id, quòd ipse docuit[d] nempè ex Bulla Innocentij IV. conuinci Guillelmitas ante Alexandrum IV. sub regula S. Benedicti militasse; & Bullam Alexandri IV. non infringere; sed confirmare sententiam Chopini asserētis ordinem Guillelmitarum à principio institutum sub regula D. Benedicti; atq; adeò in sententia Pennoti eo in loco ordo D. Guillelmi non obseruauit regulam Augustini. Tunc ego sic argumētor ad hominem; ergo si conuentus Burgēsis prætensam antiquitatem habet, dantur duę contradictorię simul veræ, nempè, *Anno 1149. ordo S. Guillelmi obseruabat regulam S. Augustini*; ita habet cap. 57. citato: & *Anno 1149. ordo S. Guillelmi non obseruabat regulā S. Augustini*. ita cap. 46. citato cùm autem dari non possint duæ cōtradictoriæ simul veræ, necessariò fatendum erit Pennotum in aliqua illarū pati deceptionem. Secundò, quia si conuentus habet prætensam antiquitatem, nullatenùs potuit pro eo tempore esse ordinis Guillelmitarum. Quod sic demonstro. Vel loquitur de antiquitate prætensa à M. Marquez, vel de assignata è P. Azorio. Si primum res est clarior, quàm vt probatione indigeat. Contendit enim Marquez in eo conuentu vixisse Eremitas S. Augustini, etiam ante annum 1050. quādo D. Guillelmus nondum erat natus. Si secundum. Probatur manifestè; quia, vt supra fusè[?] 1. difficultate 1. conuicimus ex vita D. Guillelmi per Theobaldum scripta, D. Guillelmus adhuc secularis adijt Eugenium III. in Concilio Remensi celebrato anno 1148. & ab eodem Pontifice remissus est ad patriarchā Hierosolymitanum, sub cuius obedientia, & disciplina vixit aliquot annos antequā veniret in Syluam Liualliam,

289 Infringitur secunda responsio eiusdē pri mo.

d lib. 1. cap. 46 nu. 3. pag. 147

Secundò.

Linalliam, vbi habitum Eremitarum D. Augustini suscepit. Quomodò ergo dici, imò nec somniari potest D. Guillelmum, adhuc anachoretam, Hierosolymis degentem, iam fundasse, seu instituisse congregationē Eremitarum sub regula Augustini, eamq; in Hispanias dilatatam fixisse Sedem Burgis in Capella veteri? Hec cogitur admittere, quià veritatē semel nititur deuiare.

290 Secundò fundamentum. Secundum fundamentum desumitur ex monasterio S. Engratiæ de Caruaxales, oppido quatuor leucis distante à Sentica, seu Numantia, nunc Zamora; in quo diximus supra in responsione ad nu. 8. paragraphi 4. olim repertum fuisse priuilegium quoddam Innocentij IV. concessum ordini Eremitarum S. Augustini anno 1244. Hoc ergo monasterium, vt ait Marquez *a cap. 57. § 6. pag. 317.* circa tempora Ferdinandi I. Castellæ regis, ad minùs, ædificatum præexistebat. Per id enim tempus accidit martyrium S. Engratiæ, siuè Encratidis, virginis Lusitanæ, ex territorio Braccarensi, cuius truncum corpus Eremitæ S. Augustini, tunc apud S. Engratiam veterem viuentes, ad suum cænobium adduxerūt. Antiquæ altaris imagines, quæ præ antiquitate vix discernuntur, totam rei historiā, nempe virginis martyrium, & Eremitarū Augustinensium pium munus patefaciunt. Hæc omnia ex authentico Chirographo continēte iurisdictionem temporalem termini, seu limitis cōuentus constabant. Illud tamen productum in lite, quæ vertebatur inter Excellentissimos Comites de Alua de Alisbe, & conuentū, super prædicta iurisdictione, nescio quo fato periit. At eius cenobij memoria conseruatur in Ecclesia Braccarensi lib. 1. quem vocant Primatus, vulgò, de la Primacia. Dum enim ibi fieret mentio Benigni & S. Ausberti Archiepiscoporum Braccarensium, tempore infidelium sub lege Mahometi viuentium, hæc verba subduntur. *Hæc Sancta* (nempè Engratia, siuè Encratis, vt antiquiores loquuntur) *è patria fugiens, peruenit vsq; ad môtes de Caruaxales prope legionem, vbi martyrium subijt; ibiq; est quædam Ecclesia sic intitulata, & dedicata in honorem sanctæ, quam antiquitùs incoluerunt Fratres Augustiniani, qui vitam Eremiticam agebant, & postea translati sūt ad oppidū de Caruaxales, in quo pauperem conuētum construxerūt.* Extat adhuc Ecclesia supradicta, quamuis domus Fratrum iam sit destructa. Et in eodem libro Primatus habetur Epistola cuiusdam monachi Benedictini hanc historiam eodem modo narrantis. Ex quibus habemus hunc conuentum extitisse eo etiam tempore, quo Sarraceni in Hispania dominabātur: tūc enim Encratidis sanctæ martyrium contigit; Atq; adeò, vt rectè ait M. Marquez vbi suprà, ad minùs sub rege Ferdinando I. ante annum 1050.

Cæterum huic fundamēto respondet Pennotus, *lib. 1. cap. 17. num. 12. pag. 138.* cùm de tempore illius scripturæ non constet, non opus esse in ea examinanda diutiùs immemorari. Sed contra hoc est. Primò, quia quamuis non constet de tem pore scripturæ, tamē credi nō potest authores siuè scripturæ, siuè epistolæ, id de suo cerebro confinxisse; sed potiùs dicendum ita illos inuenisse in antiquis monumentis. Quo enim prætextu authores non Augustiniani rē hanc malitiosè componerent, & scripturis publicis in archiuo Ecclesiæ Braccarēsis insererent? Secundò, quia quidquid sit de scripturis, picturæ, & imagines antiquæ Ecclesiæ S. Engratiæ maximam præseferunt antiquitatem, & in illis depicti sunt Eremitæ Augustiniani, sacrum Encratidis corpus ad suam Ecclesiā è loco martyrij transferentes. — 291 Responsio Penn. / Impugnatur primò. / Secundò.

292 Tertium fundamentum. Tertium fundamētum habetur ex vetusta fundatione cōuentus S. Thomę, Ordinis Eremitarum S. Augustini, in minori ciuitate Pragensi, de quo sic ait F. Felix Milentius, Cæsaris consiliarius, & visitator generalis prouinciarum Alemanniæ, in suo Alphabeto de monachis & monasterijs Germaniæ, ac Sarmatiæ citerioris, ordinis Eremitarum S. Augustini, Edito Pragæ, an. 1613. litera P. verbo, *Praga ibi. Quinimò in eadē vrbis regione sub eodē titulo Ecclesię S. Thomę fuisse monasteriū nostrū multis ante prædictam fundationem annis, nōn solùm coniectura moueor ex erectione monasterij Stokesis* (scilicet Pinoniensis, à Bretislao Rege circa annum 1040. fundati, in quo in sacello S. Ioannis Baptistæ quiescit corpus B. Chulmani Eremitę) *verùm etiam ex testimonio firmissimo, atq; irrefragabili tabularum regni Boemiæ, in quibus anno 1086. in vigilia S. Laurētij, Vance K de Blajan coram Beneficiarijs Pragensibus protestatus est sevendidisse hæreditatem suam in Teflrziefyn, id est, vndecim sexogenarum grossorum census annui cum curijs rusticalibus, agris, pratis, & omnibus libertate ad ea pertinente, conuentui S. Thomæ, ordinis Eremitarum S. Augustini in minori ciuitate Pragensi.* Fateor ingenuè voluissem, vt pro maiori

maiori rei claritate easdē tabulas de verbo ad verbum Milentius transcripsisset; ne quis suspicetur tabulas loqui non de anno 1086. sed 1286. quando conuentus, qui nunc est à Primislao Bohemorum principe anno 1285. inceptus est.

§. 4. OSTENDITVR EADEM *Veritas ex alijs fundamentis.*

293 Quartum fundamentum. Antiquitas Conuentus S. Mariæ de Populo. QVartum fundamentum pro eadem veritate stabilienda desumitur ex conuentu Romano S. Mariæ de populo. Primam huius ecclesiæ constructionem refert Philippus Bergomēsis [a] ad tempora Paschalis I. electi (iuxta Onuphrium [b]) anno 817. *Eius corpus* (nempè, Neronis, ait Bergomensis) *vt ex priuilegio ord. nostri habemus, intra vrbem delatum, ad portam Flaminiam sepultum est; vbi 45. supra 700. annos, vsq; ad Paschalis I. Pontificis Maximi tempora permansit* &c. & infra. *Quem sanè locum, & Ecclesiam fratres ordinis nostri Eremitarum D. Augustini deinceps incoluere.* & infra. *Demum Sixtus IIII. Pauli Bergomensis ibidem dignissimè præsidentis hortatu, & industria ecclesiam à fundamentis maxima eum impensa instaurauit.* At reliqui omnes authores hunc euētum exumationis Neronis ad tempora Paschalis II. electi anno 1099. reijciunt; & ab eo tempore conuentum illum ab Eremitis S. Augustini adstruūt fuisse inhabitatum. Ita Ambrosius Coriolanus, [c] vbi & addit sub Alexandro III. obtentum fuisse ab ordine Eremitarū S. Augustini locum Suriani in patrimonio per F. Guidonem. Ea omnia tradidit Commētarium rerum ordinis editum anno 1549. iussu Cardinalis Seripandi, sub anno 1100. & de F. Guidone fol. 30. anno 1159. sic habet. *Hoc tempore quidam nostri ordinis pater, cui nomen erat F. Guido, inter montes Ciminos locum Suriani obtinuit.* Hieronymus Roman circa annum 1565. in Defensorio, & Centuria octaua anno 1101. fol. 40. pag. 2. liber intitulatus, Mirabilia Romæ fol. 21. qui prodijt in lucem anno 1600. Ludouicus de Angelis [d] Iacobus de Albericis de Sarnico Bergomensis, Prior eiusdem conuentus, in compēdio rerum illustrium Ecclesiæ S. Mariæ de Populo, edito anno 1599. pag. 2. & 79. & quòd non parùm iuuat, in Registro an. 1458. curiæ episcopalis Dertusen. inueni quādam impetrant-cōuentus B. Mariç virginis de Migaran, diœcesis Conceñarum, ordinis S. Augustini, tenoris sequentis.

a in supplemento chronicorum lib. 8. fol. 144.

b lib. de Pōtif. & Card. pag. 44.

c in defensorio p. 1. & in Chronico ordinis edito an. 1481.

d lib. 4. de vita & laudibus D. August. cap. 23. fol. 118. pag. 2.

Ioannes Fanegua &c. *dilectis* &c. *Cùm igitur monasterium gloriosissimæ virginis Mariæ de Migaran, ordinis S. Augustini, diœcesis Conceñarum, bis non longè effluxis diebus guerrarum impetu per Gallorum gentem, humanæ naturæ inimico procurante, combustum, deuastatum, & solo adunatū extitit; ipsiusq; monasterij ad eius reparationem propriæ non suppetunt facultates, nisi vestris, & alterum Christi fidelium eleemosynis adiuuetur, & succursu; & efficiemini participes iu nonullis gratijs, & indulgentijs, quibus prædictum monasterium, ob eius ordinem prædictum, insignitum est. Inter quas, sequentes contineri videntur. Nam recol. mem. Pontifex Innocentius in Natiuitate, Epiphania, Resurrectione, Ascensione, Pentecoste; nec non in ipsius diuæ genitricis Natiuitatis, Assumptionis; & à Dominica septuagesima vsque in diem Ramorum, Christi fidelibus confessis & contritis, dicto ordini & eius membris manus suas adiutrices porrigentibus, mille annos, & mille Quadragenas de indulgentia concessit. Item confratribus ipsius ordinis, & eius membris, de eorum peccatis absolutionem plenariam à pœna & culpa tribus vicibus quodlibet anno, videlicet diebus Mercurij, Iouis, & Veneris hebdomadæ sanctæ conuersiit; & in duodecim Apostolorum, Natiuitate D. Baptistæ Ioannis, sanctorumque quatuor Euangelistarum, & ipsius Aurelij, Augustini, omnium que Sanctorum festiuitatibus, mille annos, & mille Quadragenas fauorabiliter concessit; volu itque eos fieri participes* (omnes aliæ concessiones continentur in priuilegio Innocentij IIII. dato anno 1244. quod suprà adduximus [e] At hæc vltima concessio non habetur in illo. Atque adeò hoc Innocentij priuilegium videtur ab illo diuersum) *in omnibus indulgentijs concessis ecclesiæ virginis Mariæ de Populo. Etiamq; papa Paseasius* (id est, Paschalis, vel I. vel II. potius verò II.) *in ipsius diuæ Genitricis honorem concessit à sexta feria post tertiā Dominicam Quadragesimæ vsq; ad octauas Paschæ, qualibet ipsarum octauarum die, mille annos, & mille Quadragenas, ipseq; etiam Pontifex, & nonnulli Patriarchæ, Cardinales, Archiepiscopi, & episcopi concedunt alios mille annos, & mille Quadragenas de vera indulgentia; & alij multi sanctæ matris ecclesiæ prælati concedūt annum vnum, & Quadragenam quandam de eadem indulgentia.* Deinde refert alia priuilegia Gregorij IX. Clemētis IIII. Bonifacij VIII. Clementis V. & sic concludit. *Dertusæ, die 6. mensis Februarij, anno à Natiuitate domini 1506.*

294 Impetra cōuentus S. Mariç de Migarā.

e in resposione ad num. 8. §. 4.

295 Horum priuilegiorum meminit F. Arcāgelus Giani [f] vbi refert circa an. 1426. suum

f in historia Seruitarum Cētur. 2. lib. 5. cap. 10. fol. 143.

ſuum ordinem ex conceſſione Bonifacij IX. & Martini V. incœpiſſe frui, *antiquis illis indulgentijs Fratrum Eremitarum.* Quæ autem inter alias eſſent prædictæ indulgentiæ, ſic explicat. *Paſchalis Pontifex cõſecrans Eccleſiam S. Mariæ de Populo nũcupatam, conceſſit viſitantibus dictũ templum à quarto veneris Quadrageſimæ vſq; ad Octauã Paſchæ mille annos indulgentiarum, & totidem quadragenas. Decem verò Cardinales ei aſſiſtentes, de ipſius authoritate, centum annos, ac centum quarantenas. Inſuper Gregorius IX. eamdem Eccleſiam viſitantibus in omnibus ſolennitatibus B.M.V. & in illarum octauis, ac in feſto S. Auguſtini; in Natiuitate, Reſurrectione, Aſcenſione Domini, in feſto Penthecoſtes, in die conſecrationis eiuſdem Eccleſiæ, ſeptingentos annos, ac totidem Quadragenas Indulgentiarum. Vicarius præterea Apoſtolicus iuſſu eiuſdem Pontificis concedit ſingulis viſitãtibus idẽ templum in ſecũda Dominica Iunij, ac in die S. Auguſtini ſeptem annos, & ſeptem quadragenas. Bonifacius VIII. verò in die S. Catharinæ, ac S. Aegidij 40. annos, ac totidem Quadragenas. Clemens tandem V. in die conſecrationis vſq; ad octauas Paſchæ 17. annos, an totidem quarantenas.*

296 Ex hac igitur conceſſione Paſchalis II. ad minùs, patet eum fuiſſe erectorẽ prædictæ Eccleſiæ S. Mariæ de Populo, & cõſequenter conuentus ipſius ordinis Eremitarum S. Auguſtini, de cuius diuerſo initio neq; veſtigium apparet. Continuatio autem Eremitarũ S. Auguſtini in eodem cœnobio, conſtat. Primò, quia, vt referunt Ludouicus de Agnetis [a] & M. Marquez [b] dum tẽpore Sixti IV. ordinis ſeraphici alumni (qui anno 1471. 5. Idus Aug. electus fuit, vt tradit Onuphrius [c]) præfata Eccleſia à fundamentis pontificijs ſumptibus de nouo inſtauraretur, ſepulcrum quodam, iam deperditum, repertum eſt cum hac inſcriptione.

Paſchalis II. erexit Eccleſiam S. Mariæ de populo, & conuentũ ordinis Eremitarũ S. Auguſtini.

[a] lib. 4. de vit. & laud. D. Aug. cap. 23. fol. 118 pag. 2

[b] cap. 18. §. 8. pag. 526.

[c] de Pontif. & Card pag. 318

Continuatio Erem. S. Aug. in eo conuentu conſtat primò.

Anno D.M.CC.XXVI. Hic iacet corpus fratris Ioannis de ordine Fratrum Eremitarũ S. Auſtini, qui vixit pro ordine annos duos, menſes quatuor, dies duodecim.

Secundò.

Conſtat ſecundò. Quia anno 1227. Gregorius IX. eidem conuentui conceſſit indulgentias pro omnibus feſtiuitatibus S. Auguſtini, inter alias. Huius conceſſionis meminit Ioãnes Fanegua Vicarius Generalis Dertuſẽſis in litteris paulò ante citatis, datis die 6. Februarij, an. 1506. ibi. *Illeq; immortalis memoriæ Gregorius Pontifex IX. in ipſius Diuæ Genitricis, Beatiq; Auguſtini feſtiuitatibus, & in Natiuitate, Reſurrectione, Aſſumptione, Pentecoſte, & Paſchæ feſtis cum octauis, in ipſarum qualibet ſexaginta annos, & totidem quadragenas nõ immeritò conceſſit.* Verùm hoc priuilegium multò expreſſiùs, & clariùs cõtinetur in eodem Regiſtro an. 1458. curiæ Epiſcopalis Dertuſenſis, in quodam inſtrumento authentico, continente plura priuilegia cõceſſa ordini Eremitarum S. Auguſtini, & legalizato à tribus Notarijs, Petro de Soto, Portionario Eccleſiæ Oſcenſis, Notario Apoſtolico, & Secretario epiſcopi Oſcẽſis, Garſia Affuent, & Iacobo de la Raga, & de Puertolas. Inſtrumentum autem eſt huiuſmodi.

In Dei nomine, Amen. Vniuerſis, & ſin- 297
gulis hoc præſens traſſumptum exemplar ſeu vidimus, ac publicum inſtrumentum viſuris, lecturis, & audituris. Nos Ioannes de Aragonia, & de Nauarra miſeratione Diuina epiſcopus Oſcenſis, & Iaccenſis, notum facimus quòd vidimus, tenuimus, legimus, inſpeximus, & diligenter palpauimus, ac de verbo ad verbũ per Notarium Apoſtolicum, & Secretariũ noſtrum tranſcriptũ, & coram teſtibus, legere fecimus, & mandauimus quaſdam literas Apoſtolicas, ſeu bullas originales cum quodam Mare magnũ à Summis Pontificibus emanatas, conceſſaſq; in fauorem totius religionis S. Auguſtini, ſigilliſq; plumbeis, & ſtanneis in filis ſericeis crocei rubeiq; coloris, more Romanæ curiæ, in pendenti ſigillatas, ſanas & integras, non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas; ſed omni prorſus vitio, & ſuſpicione carentes, nobis per R.P.F. Petrum de Viana, Bacalarium in Sancta Theologia, & priorem domus, ſiue Monaſterij S. Auguſtini ciuitatis Oſcenſis præſentatas. Quæ quidem viſa, examinata, & approbata fuerunt in Ciuitate Vigen. (fortè, Vicen. id eſt, Vicenſi) *de mandato domini, ac Domini noſtri Sereniſſimi Regis Ferdinãdi nunc feliciter regnantis, prout in Mare magnum diuerſarum indulgentiarum, & in bulla Innocentij IV. apparebat per fidem diſcreti viri Martini de Montaluan, Apoſtolica, & regia authoritatibus Notarium, à Reuerendiſſimis Dominis, ſcilicet Domino, ac Domino F. Didaco de Deza, Archiepiſcopo Hiſpalenſi, & Domino Ioanne Daza Epiſcopo Cordubenſi, & Domino Petro de Ortega Epiſcopo Calagurritano, & Calciatenſi, Conſiliarijs ſuis. Quarum quidem litterarum Apoſtolicarum tenores, ſeu tranſumptum, vt apparet in eiſdem, ſequuntur, & ſunt tales.* ſubdit immediatè Bullam Innocentij IV. quam ſuprà in reſponſione ad numerum 8. parraphi 4. de verbo ad verbum tranſcripſimus; & deinde ſubijcit.

Sequitur

298 *Sequitur Maremagnum quarundam indulgentiarum concessarum monasterio B. Mariæ de Populo ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini, & alijs domibus dictæ religionis. Primò, Gregorius IX. concessit omnibus ad dictas Ecclesias venientibus, verè pœnitentibus, & confessis, in omnibus festiuitatibus D. N. Iesu Christi, & B. Mariæ matris eius, & per octauas ipsarum; & in omnibus festiuitatibus Apostolorum, & Euangelistarum, & B. Ioannis Baptistæ, & in festo B. Augustini doctoris Ecclesiæ, & per octauam eius, & in cõsecratione ipsius Ecclesiæ, septuaginta annos, & totidem quadragenas indulgẽtiæ. Et hoc in primo anno sui Pontificatus.* atq; adeò Christi 1227. vel in principio anni 1228. quia Gregorius IX teste Onuphrio a electus fuit 13. Cal. Aprilis, anno 1227.) Refert deinde priuilegia Alexandri IV. Martini IV. Nicolai IV. Sixti IV. Iulij II. & Leonis X. & tandem concludit.

a de Pontif. & Card. pag. 143.

299 *Quibus quidem literis diligenter inspectis; & quia, vt superiùs diximus, omnia, & singula supradicta, sana, & integra, non vitiata, non cancellata, non corrupta, nec in aliqua eorum parte suspecta; sed omni prorsus vitio, & suspicione carentia inuenimus; idcirco ad requisitionẽ dicti R. P. Domini F. Petri de Vlana, Prioris dicti Monasterij S. Augustini Ciuitatis Oscensis, illa per prouidum virum Petrum de Soto Clericum, Portionarium Sedis Oscensis, Notarium Apostolicum, & Secretarium nostrum, & alios Notarios trassumi, & exẽplari, ac in publicam trassumpti formam, & trassumptorum formas redigi fecimus, & mãdauimus, prout Nos Ioannes episcopus præfatus trassumi, & exemplari mandamus per præsentes, & in registro nostri officij registrari ad futuram rei memoriam. Volentes, & decernẽtes, quòd præsenti trassumpto, & trassumptis de cætero, & in antea, tam in nostro episcopatu Oscensi, & Iaccensi, quã extra, vbicunque extent, illiq; detur, & adhibeatur talis, & tanta fides, qualis, & quanta dictis originalibus superiùs insertis data fuit, & adhibita, datur, & adhibetur, si in medium exhibita fuissent, & ostensa. Quibus omnibus, & singulis supradictis tanquàm ritè, & legitimè factis authoritatem nostram ordinariam, & decretum interponimus præsentium per tenorem. In quorum omnium, & singulorum fidem, & testimonium præmissorum præsentes litteras, siuè præsens publicum trassumpti instrumentum exinde fieri subscribi, & publicari mãdauimus, sigilliq; nostri iussimus, & fecimus appensione communiri. Datum, & actum Oscæ in nostro Palatio Episcopali sub anno à Natiuitate Domini 1523 die verò 21. Mensis Octobris, præsentibus testibus ad prædicta honorabilibus viris Dominis D. Ioanne Capa, & Gaspare Errich de Spersa, familiaribus, & continuis con mensalibus dicti Reuerendissimi Domini Episcopi, vocatis atq; rogatis. Nos Ioannes Episcopus prædictus.*

Quintum fundamentum habetur ex conuentu S. Christophori, in diœcesi Visensi in Lusitania, eius memoria extat à tempore Henrici Comitis Lusitaniæ. In eo enim per id temporis habitum Eremitarum S. Augustini suscepit B. F. Ioannes Cirita, antea nobilis & strenuus miles cõtra infideles, postea Eremitarum Sanctissimus Dux contra aereas potestates. Ad eum dedit epistolam (quam trãscripsit P. F. Bernardus Brito, Cistercië. Lusitanus b) S. Bernardus Abbas Claræuallensis, cùm suos Cistercienses in Hispaniam mitteret. His Ioãnes Cirita adeò fauit, vt nõ solùm ab Alfõso 1. rege Lusitaniæ licẽtiam construendi monasterij, datam Guimarani die 1. Martij, Era 1158. id est, anno Christi 1120. impetrauerit, verùm & paulò post, se ipsum relicta eremo Augustiniana, ordini Cisterciensi de licentia Episcopi dederit. Ioannem in eo deuoto transitu secuti sunt alij Eremitæ eiusdem monasterij, nempè Petrus, Froilanus, Pelagius, Aluarus, Andreas, Luiba, Germanus, Rosendus, Hermanus, qui in Augustiniana, & Cisterciensi familia sanctè Deo vixerũt. Rem hanc post M. Marquez enarrat P. M. F. Antonius Iepes, c vbi & ait prædictum Ioannem Cirita sepultum esse in conuentu S. Christophori de Foes cũ hoc elogio. 300

Quintum fundamentum.

Antiquitas Conuentus S. Christophori

b lib. 2. chron. S. Bernar. cap. 2. & 3.

c Tom. 7. Historiæ Benedictinæ centur. 7 anno 1120. cap. 4. fol. 181. pag. 2.

Ioannes Abbas Cirita rexit monasterium S. Ioannis, S. Christophori Salcedæ, S. Petri Clarus vita, Clarus meritis, clarus miraculis, claret in cælis, obijt 10. Cal. Ian. era M.CC.II. 301

Atq; adeò an. Christi 1164. d sic addit. 302 *congruit quòd totus orbis intelligat ad quantam perfectionem per hæc tempora deuenerit sacer ordo Cisterciensis, quandoquidem, licèt profiteretur Ioannes Cirita ordinem Eremitarum S. Augustini, clarum in orbe ab eo tẽpore, quo sanctus doctor eum fundauit in Africa, vsq; ad nostra tempora, in quibus eum videmus adeò dilatatũ per Europam, nihilominùs susceperit habitum Cisterciensium, & illum per totam vitam conseruauerit.*

d & fol. 182. pag. 2.

Sed respondet R. D. Gabriel Pẽnotus e quod *hoc monasterium Marquez cap. 15. §. 9. inter monasteria, sui ordinis ponit; quòd tamen non probat nisi ex eo; quia ille erat locus Eremitarũ. Quæ ratio nimis frigida est. Supponit enim rem manifestè falsam, quod nulli in Hispania* 303

Responsio Penoti.

e lib 1 cap. 57. num. 10 pag. 187.

Eremi-

Eremita præter Augustinenses esse potuerint.)

304 In hac parte dicam quod Senio: Non possum adduci vt credam virum doctissimum Pennotum legisse ea, quæ M. Marquez habet [a] de prædicto cõuẽtu S. Christophori, licèt illum ex eodem loco citauerit. Qomodò enim videre potuit illa, & asserere tanta fiducia M. Marquez probare illud cænobium fuisse Eremitarum S. Augustini, ex eo solùm, quòd ille locus erat Eremitarum? in principio enim illius parraphi citat Hieronymum Romanum id expresè asserentem [b] quòd opus non parùm commẽdat M. F. Antonius Iepes [c] Rursus idem Marquez [d] sic ait *Hæc omnia constãt ex archiuis, & scripturis monasteriorum S. Ioannis de Tarouca, & S. Christophori de Ju Foes ordinis S. Benedicti; & de illis agit M. F. Bernardus Brito, insignis Chronographus illius, & regni lusitaniæ, lib. 2. Chronici Cisterciensis cap. 14. 15. & 16.*) mihi, lib. 2. cap. 3. fol. 65. pag. 2. vbi narrat Ioannem. Ciritam, & eius discipulos Eremitas fuisse an. 1123. indutos habitu Cisterciensi.) *Et quamuis in his locis non explicet hoc monasterium S. Christophori fuisse nostrorum Eremitarũ, constat ex ipsis scripturis fundationis horum duorum monasteriorum, in quibus originaliter videri potest; & ipse M. F. Bernardus Brito id refert alibi, & specialiter in quadam epistola, quam scripsit ad dominum Archiepiscopum Braccarensem D. F. Alexium de Meneses die 1. Iuly anni præteriti 1616. in qua in hanc formam ait. Obseruationes, quas habeo, inter quasdam alias, quæ deseruire possunt Chronicæ S. Augustini, sunt de nouem Eremitis, qui viuebat prope flumen Barrosum, non longe ab eo loco, in quo ingreditur in fluuium Painam, quibus Abbas Ioannes Cirita, cum fundauit monasterium S. Christophori de Fos, contulit habitum ordinis Cisterciensis, & fuerunt ex primis incolis illius domus. Eorum nomina erant. Petrus, Froilanus, Pelagius Aluarus, Andreas, Luba, Germanus Rosendus, Hemanus. In libro antiquo, ex quo eorum nomina extraxi, breuia quadam elogia de vitis ipsorum continentur, quæ Vlissippone tribuam. Et de ijs dubium non est, esse ordinis S. Augustini; quia asserit id liber, qui eiusdem temporis est, quòd ex Eremitis S. Augustini transierint ad ordinẽ Cisterciensem.*)

305 Vidisti lector ex quibus fundamentis probat Marquez conuentum S. Christophori fuisse ordinis Eremitarum D. Augustini; nempe; quia insignis Chronista Cisterciensis ait, *de ijs dubium non est, esse ordinis S. Augustini; quia asserit id liber.* (nempe Ms. qui asseruatur in eodem conuentu, & in quo continẽtur elogia eorundem nouem Eremitarum, & est scriptus ab authore coætaneo.) *qui eiusdem temporis est, quod ex Eremitis S. Augustini transierint ad ordinem Cisterciensem:* Rursus id probat: quia *ita constat ex ipsis scripturis fundationis horum duorum monasteriorum, in quibus originaliter videri potest*. Hinc probauit rem hanc M. Marquez [e] ex quo illum citauit Pennotus & nihilominus testatur hic author ex eo solùm ponere Marquez illud cænobium inter monasteria sui ordinis: quia erat locus Eremitarum. Quæ fides danda authori, qui sic refert testimonia aduersarij, & non timet tam euidenter posse cõuinci deceptionis? Sanè vidit nõ aliter responderi posse testimonio adeò manifesto. Sed hæc responsio non eneruat argumentum, sed confirmat. Ostendit enim aduersariũ veritate conuictum, quandoquidem timuit referre veraciter testimoniũ. Atqui metuit aliena veritate iugulari, propria falsitate truncatur. Neq; dici potest eum conuentum fuisse Eremitarum S. Guillelmi; quod est commune asylum Pennoti. Verùm ecclesiæ immunitas non prodest delinquentibus in ecclesiam. Ordo enim Eremitarum S. Guillelmi nec dum erat in rerũ natura. Dux enim Guillelmus, fautor Schismatis, à Bernardo reductus est ad vnitatem ecclesiæ anno 1135. at B. F. Ioannes Cirita an. 1120. vel 1125. iam egerat Eremitam Augustinianum.

306 Sextum fundamentum constat ex conuentu S. Iuliani de Pescaria, in Lusitania. Prima huius cænobij memoria est sub era 1191. atq; adeò anno Christi 1153. Cùm enim eo anno Alfonsus I. lusitaniæ Rex monasterio de Alcobaza ordinis Cisterciensis donasset terminos; quos hodie possidet, & lingua Lusitana vocantur, *los cotos de alcobaza*. id est, limites, seu terminis Religiosi Cistercienses inuenerunt prædictum monasterium Eremitarum ordinis S. Augustini intra prędictos limites ædificatum. At ex peste, quæ sub Rege Sancio I. circa annum 1193. Lusitaniam depopulata est, omnes eius domus Religiosi extincti sunt. Ex quibus septem, Laurentius, Gosẽdus, Simõ, Lodericus, Saluator, Suerus, & Iupus obierunt, & iacent cum opinione sanctitatis, quinque in Eremitorio S. Iuliani, & duo in loco quodam eminenti, à conuentu Alcobaziæ dissito per spatiũ mediæ leucæ; dum ad eum deferrent B. Mariæ deuotissimam imaginem, quam ibidem sepelierunt; & postea inuenta est successu temporum;

modo

Refellitur.

a prędicto cap. 15. §. 9. pag. 294.

b In historia Ecclesiastica Hispana Ms. lib 6. cap. 44.

c tom. 1. Chrõ. D. Benedicti, Cent. 1. anno 563. cap. 1. & tom. 3. Cent. 3. anno 750. cap. 3. & alibi.

d in hoc citati §. 9. pag. 294.

e cap. 15. §. 9.

Evasio.

Infringitur.

Sextum fundamentum.

Antiquitas Conuentus S. Iuliani de Pescaria.

modoq; colitur sub titulo dominæ nostræ *de Aiuda*, id est, de Auxilio, siuè Adiutorio. Hæc omnia, vt testatur M. Marquez [a] fideliter scripta sunt in archiuo regij monasterij de Alcobaza, in confrontationibus terrarum, quas possidet; & referũtur à P. F. Bernardo Brito, Chromographo ordinis Cisterciensis, & regni Lusitani [b], qui de eis certiorem fecit D. F. Alexiũ de Meneses Archiepiscopum Braccarensem epistola data die 1. Iulij anno 1616. ibi. *In terminis Alcobaza inter mare, & terram, quam vocant, de Pescaria, est quodam Eremitorium S. Iuliani, quòd gentilium tempore fuit fanum Neptuno sacrum, fabrica extraordinaria; in quo viuebant quidam Eremitæ S. Augustini eo tempore, quo regnabat Rex D. Alfonsus Enriquez. Et cùm subsequenti tempore pestis generalis grassaretur, quæ magnam orbis partem infecit; qui ibi degebant, obierunt, qui septẽ erant Duo ex quibus, vocati Laurentius, & Gosendus, imaginem Dominæ nostræ ex Eremitorio S. Iuliani deportarunt, vt illam deponerent in monasterio Alcobaza; & ægritudine deserti, quia infecti exierant, diem clauserunt extremũ, antequam illuc peruenirent, in loco excelso, media leuca distante à monasterio; quæ succedente tempore inuenta est, & miraculis celebris fuit, & Domina nostra De aiuda vocitatur. Nomina horum Eremitarũ erant, Simon, Laderigus, Saluator, Suerus, Lupus, Gosendus, & Laurentius. In quadam autem scriptura prædicti monasterij Alcobaza prædictos Eremites fuisse ordinis S. Augustini declaratur his verbis; Illius magni doctoris Africani normam secuti.* Eodem ferè modo ad finem operum S. Brunonis Carthusiæ institutoris, P. Zacharias Benedictus, Vicentinus, Carthusianus, in carmine de origine sacri Carthusiensis ordinis, significauit duos ex primis socijs B. Brunonis, regulam Augustini priùs obseruasse. ibi.

Stephanus Burgensis, itemq; Diensis.
Hi duo postremi Libici doctoris alumni,
& Canonum effecla magni de calibe Ruffi
cænobio, mira, & pollebant dogmatis arte.

a cap. 15 §. 11. pag. 196.

b in lib. MS. de inuẽtione, & miraculis dominæ nostræ de Nazareth.

307 Responsio Pennoti.

Huic euidenti fundamento non vt satisfaciat, sed vt non respondeat, respondet Pennotus [c] in hæc verba. *Bernardus Brito recens est, & adhuc in viuis forsan agit. & probabiliter credi potest, quòd de illo monasterio scribit, ex suggestione Eremitarum Augustinensium scripsisse; quibus quòd solida documenta deficiant, nullum non mouent lapidem, vt saltem istis adminiculis suam causam tueantur. Et potuit illud monasterium antiquum Eremitarum domicilium fuisse, non tamen Augustinensium. Sed hunc authorem, vel de suo, vel ex illorum suggestione titulum ordinis S. Augustini addidisse, quod in historia Dextri, & Maximi non semel factum supraindicauimus; aut tand m dicendum illos Eremitas S. Guillelmi fuisse, quorum institutum in illis promontorijs sedem posuerat, vt statim dicemus.* Hæc Pennotus.

c lib. 1. cap. 57 n. 10. pag. 188

In hac responsione duo sunt. Verba conuiciosa in Eremitas Augustinianos & argumenti inutiles fugæ. Verba omittimus, offensam remittamus, & dimittamus; quia Deo fauente, quieto pacatoq; animo, nobis religiosè præliandum est, non verbo, neq; lingua, sed opere, & veritate; vias tamen aduersario fugienti, & conuiciãti pluribus assertis præcludimus. Primum est. Non negamus Bernardum Britum esse authorem recentem, vtpote qui anno 1616. ad Braccarẽsem Archiepiscopum literas dedit; & ab hinc paucos annos naturæ debitum exoluisse fatemur. Recentior tamen est Pennotus, & credi sibi vult, quandò etiam in causa propria ex aliquo chirographo antiquo rem veterem nouiter ostendit. Quare ergo non credet in causa aliena Bernardo Brito, viro licèt ætate nouiori, doctrina tamen, & authoritate magistro, in historijs excultissimo, qui rem hanc à Pennoto non visam, imò ipsi inuisam, ex antiquis monumentis Ms. sui conuentus Alcobaziensis in publicum propalauit? Secundum est. improbaliter, imò temerè dicitur eã historiam à Brito scriptam ex suggestione Eremitarum Augustinensium. Improbabiliter quidem; quia ipse Britus testatur se id inuenisse in antiquis scripturis Monasterij Alcobaziensis, in confrontationibus ferrarum; & in vna earũ dicitur quòd Eremitæ illi sequebãtur normam magni illius doctoris Africani; & cùm ipse primus id reperisset, de eo certiorem fecit D. F. Alexium Archiepiscopum Braccarensem. Temerè autem, quia nullum extat fundamentum ad suspicandum de Eremitis Augustinensibus, quòd ea mendaciorum portenta confingant. Neque, vt credo, erit vllus, qui hac via argumento satisfactum arbitretur. Facillimus quidem modus eludendi argumẽta, respondere, omnia testimonia ab aduersarijs per imposturam esse conficta. Facillimus quidem; sed præ debilitate infirmissimus. Quis enim credat de viris religiosis, eos cõuenisse in toto orbe, vt antiquas scripturas, & antiquos authores, etiam in alienis bibliothecis latentes inficerent, & tam 308

Impugnatur

fundationis conuentus de Pignafirme?

278 Reijcitur quo ad tertium. Sed dices, quamuis neq; in Theobaldo, neq; in officijs Guillelmitarũ id cõtineatur; tamen M. Marquez retulit contineri, & ex illo deſumpſit Pẽnotus; vt ad hominem argueret. Sed neq; hoc vllo colore, aut ſpecie veritatis, aut probabilitatis nititur. Cùm enim Marquez retuliſſet ab aliquibus tribui fundationem eius conuentus D. Guillelmo circa annum 1140. (non 1040. vt forſan per errorem impreſſoris habet Pennotus) ſubiungit [a] *Verum ego non inuenio rem, qua id probet; neq; authorem antiquum, qui id dicat; neq; huius eſt aliud fundamentum, quàm traditio communis, quæ ita illud habet.* & deinde cùm adduxiſſet verba ex officijs prouinciarum Galliæ, quæ aliqui ſic interpretabantur, vt ſibi perſuaderent D. Guillelmum aliquot diebus in eo conuentu cum religioſis vixiſſe, ſubdit non conſtare D. Guillelmum tunc temporis fuiſſe religioſum Auguſtinianum; imò potiùs conſtare oppoſitum. *Et ita videtur,* ait, *res incredibilis, quod hac vice fundauerit monaſterium noſtri ordinis.* Et cùm attuliſſet quædam verba ex ijs, quæ tranſcripſimus ex Theobaldo cap. 18. ſic concludit. *Verum ego intelligo, quòd Epiſcopus Theobaldus, & officium relatum, (quod ex eius hiſtoria deſumptum eſt) loquũtur de tempore, quo ſanctus immoratus eſt in ipſa ciuitate Compoſtellana, ſinè vlla inſinuatione alterius loci.* Non miraris lector, non ſtupes, virum celebrem, qui in alios euulgat ſcripta, eaq; mordentia, ſic referre authorum teſtimonia? Quam fidem adhibere poteris eius allegationibus?

[a] § 2. pag. 313.

279 Eluitur tertia. primò. Ad Tertium reſpondeo. Præuidit Marquez eam obiectionẽ [b] & duplici via adhuc viam aperit probabilitati rei. Prima eſt. Quia dici poteſt S. Anciradum, & S. Meinradum eſſe duos diuerſos ſanctos; illum, Auguſtinianum; & hunc Benedictinum. Eaq; diuerſitas ſuadetur, quia Meinradus non legitur veniſſe in Hiſpaniam, obijtq; anno 860. eiuſq; dies colitur 21. Ianuarij; at Anciradus, ex relatione Eutrandi, & Iuliani, venit in Hiſpaniam Luſitanam, obij t anno 850. ciuſque dies natalis agitur 4. Februarij. Secundò. Secũda eſt. Quia dici poteſt probabiliter, ab eo tempore, quo venit in Hiſpaniam, profeſſum fuiſſe religionem Auguſtinianam; & coniunctum Eremitis S. Auguſtini fundaſſe illum conuentum. Eo enim tempore id paſſim contingebat, nempè, vt ex vna religione facilis tranſitus pateret ad aliam.

[b] § 3. pag. 313.

Addit denique Marquez id, quod & nos ſupra dicebamus; quidquid ſit de SS. Ancirado, & Meinrado, & de fundatione illius conuentus ab Ancirado; nihilominùs euidens eſt illum conuentum iam fuiſſe fundatum anno 1226. Atq; adeò, vt credere eſt, ante Concilium Lateranenſe; & vt credi debet, ante pontificatum Gregorij IX. cuius electio incidit in anum 1227.

Ad Quartũ dico duo. Primũ eſt ad hominem. Oportebat R. D. Gabrielem Pennotum memorem eſſe eorum, quæ dixerat [c] ibi. *Sed quod caput eſt, ait, & Guillelmitas ante Alexandrum IIII. ſub regula S. Benedicti militaſſe planè cõuincit, eſt bulla Innocẽtij IIII.* &c. & [d] plura alia addit mordicus defendens ordinem Guillelmitarum non vixiſſe ſub regula D. Auguſtini. Quomodò ergo, ſi id conuincitur [e] ex ſententia Pennoti, modo [f] ex ſententia eiuſdẽ Pennoti pro conſtanti aſſeritur, quod anno 1226. Eremitæ, qui in Luſitaniam olim ordinis S. Auguſtini vocabãtur, erant Guillelmitæ? Concordet lector hæc duo, ſi poterit. Secundum eſt. Ordo Guillelmitarum, licèt verè eſſet religio S. Auguſtini, & eius regulam obſeruaret; tamen appellabatur vſq; ad vnionem generalem ſpeciali titulo Eremitarum, vel Fratrum S. Guillelmi: vt manifeſtum eſt ex his, quæ diximus puncto 1. difficultate 1. & 2. & ex bullis, quas citauimus prædicta difficultate Prima §. *Hoc ergo reſtat*, in quibus Pontifices Innocentius, Alexander, & Clemens IIII. ſemper appellarũt hunc ordinem S. Guillelmi. Dici ergo non poteſt, quòd conuentus, qui an. 1226. appellatur ordinis Eremitarum S. Auguſtini, eſſet Guillelmitarũ. Denique, eo admiſſo, duo ſequuntur in fauorem religionis Auguſtinianæ. Primum eſt. Quòd religio ſub titulo, & regula Eremitarum S. Auguſtini Gregorium IX. præceſſit. Secundum eſt. Quòd religio Guillelmitarum ante Alexandrum IIII. obſeruauit regulam S. Auguſtini, & verè erat ordo Eremitarum S. Auguſtini; quæ duo negabat Pennotus. [g]

280 Soluitur quarto.

[c] lib. 1. cap. 47 n. 3. pag. 147

[d] nu. 4. & 5.

[e] cap. 47.

[f] cap. 57. eiuſd. libri.

[g] cap. 47. citato.

§. 3. ORDO EREMITARVM S. AVguſtini præceſſit Annum 1200.

PRobauimus §. præcedenti ordinem Eremitarum S. Auguſtini, ſiuè eſſet eadem congregatio cum congregatione Eremitarum S. Ioannis Boni, ſiuè diuerſa ab illa, nihilominùs præceſſiſſe Pontificatum Gregorij IX. Modò intendimus probare

bare, ordinem Eremitarum S. Augustini etiam præcessisse annum 1200. Ex quo euidens fiet ordinem Eremitarum S. Augustini esse cõgregationem re ipsa distinctam à congregatione Eremitarum B. Ioannis Boni, quæ sinè dubio erecta est post annum 1200. vt patet ex ijs, quæ supra diximus in respõsione ad §. 1. & Secundum Apologetici P. Vvadingi. Hanc autem veritatem omissis aliquibus testimonijs, quæ longiorem cùm R. D. Pennoto disputationem postulant, & examinabuntur à nobis lib. 1. Bibliothecæ D. Augustini, confirmabimus nonnullis, ijsque maiori ex parte efficacissimis fundamentis.

282 Primum fundamentum.

Primum est, Antiqua fundatio conuentus S. Andreæ olim, nunc S. Augustini Burgensis, in quo colitur imago Christi domini; de quo audiamus quid dicat Lucius Marineus Siculus tomo 1. Hispaniæ illustratæ, lib. 5. regum Hispaniæ, Carolo & Elisabethe regibus sacro pag. 349. *Apud Aucam. vrbem, quam Burgensem nunc appellant templum est ordinis S. Augustini venerabile, magnæ deuotionis, in quo Christi saluatoris imaginem crucifixam adoramus, quæ à Nicodemo facta perhibetur. Hanc imaginem inuenisse mercatorem quendam commemorant in arca maris fluctibus agitata; cuius imaginis inuocato nomine multos infirmos conualuisse nobis affirmarunt plures homines fide digni.* Nec dissimilia habet Aluarus Gomezius.[a] Loquens n. de imagine Christi crucifixi, quæ venerationi est in vrbe Auriẽsi Gallæciæ, sic ait. *Iam olim miraculis clarum, eiusdẽq; (vt ferebatur) artificis, qui Burgis huiusmodi signũ in Augustiniano cænobio dicauit, hominũ cultu celeberrimum* &c. de hoc cõuentu Burgẽsi inter alia plura, dixit Marquez[b] etiam Azorium[c] fateri fundatum fuisse an. 1149.

[a] lib. 3. Historię Cardinalis Ximenez Archiepiscopi Toletani.
[b] cap. 17 §. 5. pag. 315.
[c] lib. 12. cap. 23. q. 5.

283 Respõsio prima Pennoti.

Sed respondet duo R. Pennotus[d] Primum est. *Millies dictum, ac decantatum ea omnia, quæ Azorius toto eo libro de ordine Eremitarum scribit, fateri se vltro ex illorum relatione narrare. Quam relationẽ in multis apertè reijcit; & quod ad antiquitatem attinet, omninò suspectam habet, dum inquit, probabiliorem sibi videri contrariam opinionẽ, quòd ordo, qui nunc est, à D. Augustino originem non habuerit; sicut dicit D. Antoninus tit. 24. cap. 14.* Secunda. Secundum est. *Si monasterium Burgense prætensam antiquitatem habet, citra dubium asserendum est, illud à Guillelmitis fundatum.*

[d] lib. 1. cap. 37. n. 12. pag. 188.

284 Antiquitas Conuentus Burgẽsis ostẽditur.

Verùm antequam huius monstri capita Herculeo gladio iugulemus, de eius conuentus antiquitate dicamus nonnulla, partim à Marquez vbi supra adducta, partim à nobis aliunde conquisita: vt lectori constet, vtrum huic fundamento satisfiat Azorij testimonium infirmando. Et in primis, quo tempore fuerit extructus, non constat. Non leue magnæ illius antiquitatis indicium. Extat tamen illius memoria ante annũ 1050. Sanctus enim Dominicus Silensis, ordinis D. Benedicti, qui obijt anno 1073. cùm esset Abbas S. Æmiliani, in exilium missus, sub Ferdinando I. Castellæ Rege (qui iuxtà supputationem Garibaij regnare incepit an. 1030. & obijt 1050.) Burgos veniens, domunculam quamdam ædificauit propè monasterium Eremitarum S. Augustini extra muros vrbis, quæ postea sub titulo S. Dominici de Silos consecrata fuit à D. Gundisaluo episcopo Aucensi; & circa annum 1534. præ vetustate corruit: vt refertur in historia S. Crucifixi Burgensis[e] quæ primò fuit edita anno 1554. Huius aduentus S. Dominici de Silos propè monasteriũ Burgense, iam tunc ordinis Eremitarum S. Augustini, meminerunt Alphonsus de Villegas[f] Hieronymus Roman[g] Hist. S. Crucifixi Burgensis[h] Maria Lusitanus[i] & M. Marquez,[k] qui refert id cõtineri in historia eiusdem sancti, quæ asseruatur in monast. S. Sebast. de Couarrubias, in quo sacrũ eius corpus requiescit.

Clariorem huius cænobij notitiam habemus sequenti sæculo. Eo enim tempore, ante annum 1169. (vt refert historia S. Crucifixi[l] vel 1179. vt vult Marquez vbi supra, in quo S. Iulianus in episcopum Conchẽsem fuit promotus) vixerat idem sanctus in ædicula à se constructa propè eandem domum Eremitarum S. Augustini, cum quibus conuersabatur: quæ postea sub inuocatione S. Iuliani in Eremitoriũ fuit dedicata, & nunc diruta iacet. Testantur hæc inter alios Alphonsus Villegas[m] Histor. S. Crucifixi,[n] Maria Lusitanus[o] Hieronymus Roman.[p] M. Marquez[q] P. Petrus de Ribadeneira è societate Iesu[r] & Stephanus de Garibai, regius & nobilis chronista.[s] Hunc vltimum audiamus de S. Iuliano loquentem. *Semper,* ait, *magno cum feruore spiritus docuit verbum Dei, non solùm Christicolas, sed & Mauros, qui inter illos degebãt; cùm eius ordinaria colloquia essent cum religiosis Eremitis ordinis S. Augustini, monasterij illius ciuitatis, in quo est sanctus Crucifixus, in cuius altari, quod tunc erat sacellum maius, quotidie solebat missam celebrare ea deuotione; vt omnes audiẽtes domino agentes gratias mirarentur: eius habitatio & domicilium*

285 Progreditur.

[e] pag. 1. cap. 3. fol 9. pag. 2.
[f] in vita S. Dominici de Silos.
[g] Centuria 8. an. 1149. fol. 43. pag. 1.
[h] par. 1. cap. [illegible] fol. 2. pag. [illegible]
[i] in vita S. Ioannis de Sahagũ.
[k] cap. 17. §. 5. pag. 316.
[l] 1. par. cap. 3. fol. 9. pag. 1.
[m] in vita S. Iuliani 1. p. Floris sãctorum.
[n] 1. par. cap. 3. fol 8. pag 2.
[o] in vita S. Ioannis de Sahagun.
[p] Centuria 8. anno 1149. fol. 43. pag. 1.
[q] cap. 17. §. 5. pag. 316.
[r] tomo. 2. Floris sanctorum in vita S. Iuliani, pag. 98.
[s] lib. 12. cap. 21 suæ historię.

Hilarione, Machario, Pachomio, magistris ac ducibus esse institutos; nec forsitan B. Augustinum Eremitam fuisse; sed in Africa Eremitas salutaribus monitis, consilijs, doctrina, & preceptis imbuisse. Vbi duo aduerto. Primum est, ea omnia, quæ in hoc versiculo addit Azorius, non esse ex illius sententia; sed eorum, quibus dixit verisimiliùs videri D. Augustinum non instituisse Eremitas Augustinianos; sed tantùm eos in Africa præceptis, & doctrinis imbuisse. Et in hoc parrapho continentur ea omnia, quæ aduersantur fundationi ordinis Eremitici ab Augustino. Et sanè, quod in hac parte non loquatur ex propria sententia, vltra est argumento non paruo, quod [a] cùm retulisset litẽ inter Canonicos, & Eremitas Augustinianos, de institutione ab Augustino, subiecit hæc verba. *De qua lite nihil est, quod ego iudicem.* Iudicasset autem, si in prædicto parrapho ex propria sẽtentia loqueretur. Secundum est, Azorium tantùm meminisse duarum opinionum, quarum prima asserit D. Augustinũ esse institutorem Eremitarum; secũda id negat: sed nihilominùs affirmat Eremitas in Africa ab August. doctrina, & præceptis imbutos, eosq; tãdem ab Alexandro IV. vnitos ordini Eremitarum S. Augustini.

a eodem libro 12. q. 22. versiculo ex ijs omnibus. pa. 885.

Quartus. Errat quartò, dum ait Azorium citare Antoninum titul. 19. cap. 14. pro eo, quòd ordo, qui nunc est, à D. Augustino, originem non habuerit. id enim nõ extat in Azorio. solùm citauit Antoninum vbi supra ex §. 3. vbi nihil tale habetur. Addo, Azorius falsò citauit Antoninum, dum sic ait. *Atq; ita, vt D. Antoninus scripsit reliquit loco citato* (nempè 3. p. tit. 24. cap. 14. §. 3.) *vnus è multis, Eremitarum S. Augustini nomine, conflatus est ordo.* Quæ verba nullatenùs in Antonino reperiũtur. Quin imò totus ille parraphus tertius verbatim desumptus est ex nostro Iordano [b] qui nihil tale dixit, neq; diceret; sed asseruit varias congregationes Eremitarum vnitas fuisse ordini Eremitarum D. Augustini.

b lib. 1. vitas fratrum c. 24. pag. 36.

288 Hinc videas plures in vnica responsione lapsus; vt aduertas qua fiducia, qui proprium tectum tam vitreum habet, in alienum tam frequenter lapides mittat. Sed peto, ne mireris. Mirum enim non est, quòd in alienis negligenter labatur, qui oscitanter errat in proprijs. Notabimus, Deo volente, lib. 3. Bibliothecæ D. Augustini nonnullas D. Pennoti deceptiones, easq; crassissimas, in relationib⁹ suæ propriæ religionis, vt aliqualiter dicere possi-mus, quòd Duardus Nonius [c] in F. Iosephum Tenera, Lusitanũ, minùs verè de regibus Galliæ loquentem. *Condonare autem,* ait, *debent Galli Iosepho huic, homini scilicet in Portugallia nato & enutrito, de Gallorũ regum serie imperitiam: qui de regibus Portugallia tanta mendaciorum portenta nobis inculcat.*

c Tom. 1. Hispaniæ illustratæ censura 2.

289 Sed ad secundam Pennoti responsionem trãseamus. Breuior quidem est; sed neq; minores, neq; pauciores deffectus habet. Primò enim asserit conuentum, scilicet qui tunc etiam dicebatur Eremitarũ S. Augustini, fuisse Guillelmitarum; & hoc citra dubium asserendum, si conuentus prætensam antiquitatem habet. Hęc enim est immediatè contra id, quòd ipse docuit [d] nempè ex Bulla Innocentij IV. conuinci Guillelmitas ante Alexandrum IV. sub regula S. Benedicti militasse; & Bullam Alexandri IV. non infringere; sed confirmare sententiam Chopini asserẽtis ordinem Guillelmitarum à principio institutum sub regula D. Benedicti; atq; adeò in sententia Pennoti eo in loco ordo D. Guillelmi non obseruauit regulam Augustini. Tunc ego sic argumẽtor ad hominem; ergo si conuentus Burgẽsis prætensam antiquitatem habet, dantur duę contradictorię simul veræ, nempè, *Anno 1149. ordo S. Guillelmi obseruabat regulam S. Augustini;* ita habet cap. 57. citato: & *Anno 1149. ordo S. Guillelmi non obseruabat regulã S. Augustini.* ita cap. 46. citato cùm autem dari non possint duæ cõtradictoriæ simul veræ, necessariò fatendum erit Pennotum in aliqua illarũ pati deceptionem. Secundo, quia si conuentus habet prætensam antiquitatem, nullatenùs potuit pro eo tempore esse ordinis Guillelmitarum. Quod sic demonstro. Vel loquitur de antiquitate prætensa à M. Marquez, vel de assignata è P. Azorio. Si primum res est clarior, quàm vt probatione indigeat. Contendit enim Marquez in eo conuentu vixisse Eremitas S. Augustini, etiam ante annum 1050. quãdo D. Guilelmus nondum erat natus. Si secundum. Probatur manifestè; quia, vt supra §. 1. difficultate 1. conuicimus ex vita D. Guillelmi per Theobaldum scripta, D. Guillelmus adhuc sæcularis adijt Eugenium III. in Concilio Remensi celebrato anno 1148. & ab eodem Pontifice remissus est ad patriarchã Hierosolymitanum, sub cuius obedientia, & disciplina vixit aliquot annos antequã veniret in Syluam

Infringitur secunda responsio eiusdẽ primo.

d lib. 1. cap. 46. nu. 3. pag. 107

Secundò.

Litualiam, vbi habitum Eremitarum D. Augustini suscepit. Quomodò ergo dici, imò nec somniari potest D. Guillelmum, adhuc anachoretam, Hierosolymis degentem, iam fundasse, seu instituisse congregationẽ Eremitarum sub regula Augustini, eamq; in Hispanias dilatatam fixisse Sedem Burgis in Capella veteri? Hec cogitur admittere, quià veritate semel nititur deuiare.

290 Secundũ fundamentum. Secundum fundamentum desumitur ex monasterio S. Engratiæ de Caruaxales, oppido quatuor leucis distante à Sentica, seu Numantia, nunc Zamora; in quo diximus supra in responsione ad nu. 8. paragraphi 4. olim repertum fuisse priuilegium quoddam Innocentij IV. concessum ordini Eremitarum S. Augustini anno 1244. Hoc ergo monasteriũ, vt ait Marquez a circa tempora Ferdinandi I. Capellæ regis, ad minùs, ædificatum præexistebat. Per id enim tempus accidit martyrium S. Engratiæ, siuè Encratidis, virginis Lusitanæ, ex territorio Braccarensi, cuius truncum corpus Eremitæ S. Augustini, tunc apud S. Engratiam veterem viuentes, ad suum cænobium adduxerũt. Antiquæ altaris imagines, quæ præ antiquitate vix discernuntur, totam rei historiã, nempe virginis martyrium, & Eremitarũ Augustinensium pium munus patefaciunt. Hæc omnia ex authentico Chirographo continẽte iurisdictionem temporalem termini, seu limitis cõuentus constabant. Illud tamen productum in lite, quæ vertebatur inter Excellentissimos Comites de Alua de Aliste, & conuentũ, super prædicta iurisdictione, nescio quo fato perijt. At eius cenobij memoria conseruatur in Ecclesia Braccarensi lib. 1. quem vocant Primatus, vulgò, de la Primacia. Dum enim ibi fieret mentio Benigni, & S. Ausberti Archiepiscoporum Braccarensium, tempore infidelium sub lege Mahometi viuẽtium, hæc verba subduntur. *Hæc Sancta* (nempè Engratia, siuè Encratis, vt antiquiores loquuntur) *è patria fugiens, peruenit vsq; ad mõtes de Caruaxales prope legionem, vbi martyrium subijt; ibiq; est quædam Ecclesia sic intitulata, & dedicata in honorem sanctæ, quam antiquitùs incoluerunt Fratres Augustiniani, qui vitam Eremiticam agebant, & postea transtulerunt se ad oppidũ de Caruaxales, in quo pauperem conuẽtum construxerũt.* Extat adhuc Ecclesia supradicta, quamuis domus Fratrum iam sit destructa. Et in eodem libro Primatus habetur Epistola cuiusdam monachi Benedictini hanc historiam eodem modo narrantis. Ex quibus habemus hunc conuentum extitisse eo etiam tempore, quo Sarraceni in Hispania dominabãtur: tũc enim Encratidis sanctæ martyrium contigit; Atq; adeò, vt rectè ait M. Marquez vbi suprà, ad minùs sub rege Ferdinando I. ante annum 1050.

a cap. 57. §. 6. pag. 317.

Cæterum huic fundamẽto respondet Pennotus, b cùm de tempore illius scripturæ non constet, non opus esse in ea examinanda diutiùs immemorari. Sed contra hoc est. Primò, quia quamuis non constet de tempore scripturæ, tamẽ credi nõ potest authores siuè scripturæ, siuè epistolæ, id de suo cerebro confinxisse; sed potiùs dicendum ita illos inuenisse in antiquis monumentis. Quo enim prætextu authores non Augustiniani rẽ hanc malitiosè componerent, & scripturis publicis in archiuo Ecclesiæ Braccarẽsis insererent? Secundò, quia quidquid sit de scripturis, picturæ, & imagines antiquæ Ecclesiæ S. Engratiæ maximam præseferunt antiquitatem, & in illis depicti sunt Eremitæ Augustiniani, sacrum Encratidis corpus ad suam Ecclesiã è loco martyrij transferentes. 291 Respõsio Penoti. b lib. 1. cap. 17. num. 12. pag. 138. Impugnatur primò. Secundò.

Tertium fundamẽtum habetur ex vetusta fundatione cõuentus S. Thomę, Ordinis Eremitarum S. Augustini, in minori ciuitate Pragensi, de quo sic ait F. Felix Milentius, Cæsaris consiliarius, & visitator generalis prouinciarum Alemanniæ, in suo Alphabeto de monachis & monasterijs Germaniæ, ac Sarmatiæ citerioris, ordinis Eremitarum S. Augustini, Edito Pragæ, an. 1613. litera P. verbo, *Praga* ibi. *Quinimò in eadẽ vrbis regione sub eodẽ titulo Ecclesię S. Thomę fuisse monasteriũ nostrũ multis ante prædictam fundationem annis, nõ solùm coniectura moueor ex erectione monasterij Stokĕsis* (scilicet Pinoniensis, à Bretislao Rege circa annum 1040. fundati, in quo in sacello S. Ioannis Baptistæ quiescit corpus B. Chulmani Eremitę) *verùm etiam ex testimonio firmissimo, atq; irrefragabili tabularum regni Boemiæ, in quibus anno 1086. in vigilia S. Laurẽtij, Kanik de Blajan coram Beneficiarijs Pragensibus protestatus est se vendidisse hæreditatem suam in Postrziesyn, id est, vndecim sexagenatum grossorum census annui cum curijs rusticalibus, agris, pratis, & omni libertate ad ea pertinente, conuentui S. Thomæ, ordinis Eremitarum S. Augustini in minori ciuitate Pragensi.* Fateor ingenuè voluissem, vt pro 292 Tertium fundamentum.

maiori

maiori rei claritate easdē tabulas de verbo ad verbum Milentius transcripsisset; ne quis suspicetur tabulas loqui non de anno 1086. sed 1286. quando conuentus, qui nunc est à Primislao Bohemorum principe anno 1285. incæptus est.

§. 4. *OSTENDITVR EADEM Veritas ex alijs fundamentis.*

293 QVartum fundamentum pro eadem veritate stabilienda desumitur ex conuentu Romano S. Mariæ de populo. Primam huius ecclesiæ constructionem refert Philippus Bergomēsis [a] ad tempora Paschalis I. electi (iuxta Onuphrium [b]) anno 817. *Eius corpus* (nempè, Neronis, ait Bergomensis) *vt ex priuilegio ord. nostri habemus, intra vrbem delatum, ad portam Flaminiam sepultum est; vbi 45. supra 700. annos, vsq; ad Paschalis I. Pontificis Maximi tempora permansit* &c. & infra. *Quem sanè locum, & Ecclesiam fratres ordinis nostri Eremitarum D. Augustini deinceps incoluere.* & infra. *Demum Sixtus IIII. Pauli Bergomensis ibidem dignissimè præsidentis hortatu, & industria ecclesiam à fundamentis maxima cum impensa instaurauit.* At reliqui omnes authores hunc euētum exumationis Neronis ad tempora Paschalis II. electi anno 1099. reijciunt; & ab eo tempore conuentum illum ab Eremitis S. Augustini adstruūt fuisse inhabitatum. Ita Ambrosius Coriolanus, [c] vbi & addit sub Alexandro III. obtentum fuisse ab ordine Eremitarū S. Augustini locum Suriani in patrimonio per F. Guidonem. Ea omnia tradidit Commētarium rerum ordinis editum anno 1549. iussu Cardinalis Scripandi, sub anno 1100. & de F. Guidone fol. 30. anno 1159. sic habet. *Hoc tempore quidam nostri ordinis pater, cui nomen erat F. Guido, inter montes Ciminos locum Suriani obtinuit.* Hieronymus Roman circa annum 1565. in Defensorio, & Centuria octaua anno 1101. fol. 40. pag. 2. liber intitulatus, Mirabilia Romæ fol. 21. qui prodijt in lucem anno 1600. Ludouicus de Angelis [d] Iacobus de Albericis de Sarnico Bergomensis, Prior eiusdem conuentus, in compēdio rerum illustrium Ecclesiæ S. Mariæ de Populo, edito anno 1599. pag. 2. & 79. & quòd non parum iuuat, in Registro an. 1458. curiæ episcopalis Dertusen. inueni quādam impetram cōuentus B. Mariç virginis de Migaran, diçcesis Conneñarum, ordinis S. Augustini, tenoris sequentis.

Quartum fundamentum.

Antiquitas Conuentus S. Mariçde Populo.

a in supplemento chronicorum lib. 8. fol. 144.

b lib. de Pōtif. & Card. pag. 44.

c in defensorio p. 1. & in Chronico ordinis edito an. 1481.

d lib. 4. de vita & laudibs D. August. cap. 23. fol. 118. pag. 2.

Ioannes Fanegua &c. *dilectis* &c. *Cùm igitur monasterium gloriosissimæ virginis Mariæ de Migaran, ordinis S. Augustini, diæcesis Conneñarum, his non longè effluxis diebus guerrarum impetu per Gallorum gentem, humanæ naturæ inimico procurante, combustum; deuastatum, & solo adæquatū extitit; ipsiusq; monasterij ad eius reparationem propria non suppetunt, facultates, nisi vestris, & aliorum Christi fidelium eleemosynis adiuuetur, & succursu; & efficiemini participes in nonnullis gratijs, & indulgentijs, quibus prædictum monasterium, ob eius ordinem prædictum, insignitum est. Inter quas, sequentes contineri videntur. Nam recol. mem. Pontifex Innocentius in Natiuitate, Epiphania, Resurrectione Ascensione, Penthecoste; nec non in ipsius diuæ genitricis Natiuitatis, Assumptionis; & à Dominica septuagesima vsque in diem Ramorum, Christi fidelibus confessis & contritis, dicto ordini & eius membris manus suas adiutrices porrigentibus, mille annos, & mille Quadragenas de indulgentia concessit. Item confratribus ipsius ordinis, & eius membris, de eorum peccatis absolutionem plenariam à pœna & culpa tribus vicibus quodlibet anno, videlicet diebus Mercurij, Iouis, & Veneris hebdomadæ sanctæ concessit; & in duodecim Apostolorum, Natiuitate D. Baptistæ Ioannis, sanctorumque quatuor Euangelistarum, & ipsius Aurelij, Augustini, omniumque Sanctorum festiuitatibus, mille annos, & mille Quadragenas fauorabiliter concessit; voluitque eos fieri participes* (omnes aliæ concessiones continentur in priuilegio Innocentij IIII. dato anno 1244. quòd suprà adduximus [e] At hæc vltima concessio non habetur in illo. Atque adeò hoc Innocentij priuilegium videtur ab illo diuersum.) *in omnibus indulgentijs concessis ecclesiæ virginis Mariæ de Populo. Etiamq; papa Pascasius* (id est, Paschalis, vel I. vel II. potius verò II.) *in ipsius diuæ Genitricis honorem concessit à sexta feria post tertiā Dominicam Quadragesimæ vsq; ad octauas Paschæ, qualibet ipsarum octauarum die, mille annos, & mille Quadragenas, ipseq; etiam Pontifex, & nonnulli Patriarchæ, Cardinales, Archiepiscopi, & episcopi concedunt alios mille annos, & mille Quadragenas de vera indulgentia; & alij multi sanctæ matris ecclesiæ prælatè concedūt annum vnum, & Quadragenam quandam de eadem indulgentia.* Deinde refert alia priuilegia Gregorij IX. Clemētis IIII. Bonifacij VIII. Clementis V. & sic concludit. *Dertusæ, die 6. mensis Februarij, anno à Natiuitate domini 1506.*

Horum priuilegiorum meminit F. Arcāgelus Giani [f] vbi refert circa an. 1426. 295

suum

294 Impetra Cōuentus S. Mariç de Migarā.

e in responsione ad num. 8. §. 4.

f in historia Seruitarum Cētur. 2. lib. 1. cap. 10. fol. 143.

ſuum ordinem ex conceſſione Bonifacij IX. & Martini V. incæpiſſe frui, *antiquis illis indulgentijs Fratrum Eremitarum.* Quæ autem inter alias eſſent prædictæ indulgentiæ, ſic explicat. *Paſchalis Pontifex cõſecrans Eccleſiam S. Mariæ de Populo nũcupatam, conceſſit viſitantibus dictũ templum à quarto venere Quadrageſimæ vſq; ad Octauã Paſchæ mille annos indulgentiarum, & totidem quadragenas. Decem verò Cardinales ei aſſiſtentes, de ipſius authoritate, centum annos, ac centum quarantenas. Inſuper Gregorius IX. eamdem Eccleſiam viſitantibus in omnibus ſolennitatibus B.M.V. & in illarum octauis, ac in feſto S. Auguſtini; in Natiuitate, Reſurrectione, Aſcenſione Domini, in feſto Penthecoſtes, in die conſecrationis eiuſdem Eccleſiæ, ſeptingentos annos, ac totidem Quadragenas Indulgentiarum. Vicarius præterea Apoſtolicus iuſſu eiuſdem Pontificis concedit ſingulis viſitãtibus idẽ templum in ſecũda Dominica Iunij, ac in die S. Auguſtini ſeptem annos, & ſeptem quadragenas. Bonifacius VIII. verò in die S. Catharinæ, ac S. Aegidij 40. annos, ac totidem Quadragenas. Clemens tandem V. in die conſecrationis vſq; ad octauas Paſchæ 17. annos, ac totidem quarantenas.*

296 Ex hac igitur conceſſione Paſchalis II. ad minùs, patet eum fuiſſe erectorẽ prædictæ Eccleſiæ S. Mariæ de Populo, & cõſequenter conuentus ipſius ordinis Eremitarum S. Auguſtini, de cuius diuerſo initio neq; veſtigium apparet. Continuatio autem Eremitarũ S. Auguſtini in eodem cænobio, conſtat. Primò, quia, vt referunt Ludouicus de Agnetis [a] & M. Marquez [b] dum tẽpore Sixti IV. ordinis ſeraphici alumni (qui anno 1471. 5. Idus Aug. electus fuit, vt tradit Onuphrius [c]) præfata Eccleſia à fundamentis pontificijs ſumptibus de nouo inſtauraretur, ſepulcrum quodam, iam deperditum, repertum eſt cum hac inſcriptione.

Paſchalis II. erexit Eccleſiam S. Mariæ de populo, & conuentũ ordinis Eremitarũ S. Auguſtini.

a lib. 4. de vit. & laud. D. Aug. cap. 13. fol. 319 pag. 2. b cap. 28. §. 8. pag. 526. c de Pontif. & Card. pag. 318.

Continuatio Erem. S. Aug. in eo conuentu conſtat primò.

Anno D.M.CC.XXVI. Hic iacet corpus fratris Ioannis de ordine Fratrum Eremitarũ S. Auguſtini, qui vixit pro ordine annos duos, menſes quatuor, dies duodecim.

Secundò.

Conſtat ſecundò. Quia anno 1227. Gregorius IX. eidem conuentui conceſſit indulgentias pro omnibus feſtiuitatibus S. Auguſtini, inter alias. Huius conceſſionis meminit Ioãnes Fanegua Vicarius Generalis Dertuſẽſis in litteris paulò ante citatis, datis die 6. Februarij, an. 1506. ibi. *Illeq; immortalis memoriæ Gregorius Pontifex IX. in ipſius Diuæ Genitricis, Beatiq; Auguſtini feſtiuitatibus, & in Natiuitate, Reſurrectione, Aſſumptione, Pentecoſte, & Paſchæ feſtis cum octauis, in ipſarum qualibet ſexaginta annos, & totidem quadragenas nõ immeritò conceſſit.* Verùm hoc priuilegium multò expreſſiùs, & clariùs cõtinetur in eodem Regiſtro an. 1458. curiæ Epiſcopalis Dertuſenſis, in quodam inſtrumento authentico, continente plura priuilegia cõceſſa ordini Eremitarum S. Auguſtini, & legalizato à tribus Notarijs, Petro de Soto, Portionario Eccleſiæ Oſcenſis, Notario Apoſtolico, & Secretario epiſcopi Oſcẽſis, Garſia Affuent, & Iacobo de la Raga, & de Puertolas. Inſtrumentum autem eſt huiuſmodi.

In Dei nomine, Amen. Vniuerſis, & ſin- 297
gulis hoc præſens traſſumptum exemplar ceu vidimus, ac publicum inſtrumentum viſuris, lecturis, & audituris. Nos Ioannes de Aragonia, & de Nauarra miſeratione Diuina epiſcopus Oſcenſis, & Iacetenſis, notum facimus quòd vidimus, tenuimus, legimus, inſpeximus, & diligenter palpauimus, ac de verbo ad verbũ per Notarium Apoſtolicum, & Secretariũ noſtrum infraſcriptũ, & coram teſtibus, legere fecimus, & mandauimus quaſdam literas Apoſtolicas, ſeu bullas originales cum quodam Mare magnũ à Summis Pontificibus emanatas, conceſſaſq; in fauorem totius religionis S. Auguſtini, ſigilliſq; plumbeis, & ſtanneis in filis ſericeis crocei rubiiq; coloris, more Romanæ curiæ, in pendenti ſigillatas, ſanas & integras, non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas; ſed omni prorſus vitio, & ſuſpicione carentes, nobis per R.P.F. Petrum de Viana, Baccalarium in Sancta Theologia, & priorem domus, ſiue Monaſterij S. Auguſtini ciuitatis Oſcenſis præſentatas. Quæ quidem viſæ, examinatæ, & approbatæ fuerunt in Ciuitate Vicen. (fortè, Vicen. id eſt, Vicenſi) *de mandato domini, ac Domini noſtri Sereniſſimi Regis Ferdinãdi nunc feliciter regnantis, prout in Mare magnum diuerſarum indulgentiarum, & in bulla Innocentij IV. apparebat per fidem diſcreti viri Martini de Montaluan, Apoſtolica, & regia authoritatibus Notarium, à Reuerendiſſimis Dominis, ſcilicet Domino, ac Domino F. Didaco de Deza, Archiepiſcopo Hiſpalenſi, & Domino Ioanne Daza Epiſcopo Cordubenſi, & Domino Petro de Ortega Epiſcopo Calagurritano, & Calceatenſi, Conſiliarijs ſuis. Quarum quidem litterarum Apoſtolicarum tenores, ſeu vniuſcuiuſq; vt apparet in eiſdem, ſequuntur, & ſunt tales.* ſubdit immediatè Bullam Innocentij IV. quam ſuprà in reſponſione ad numerum 8. parraphi 4. de verbo ad verbum tranſcripſimus; & deinde ſubijcit.

Sequitur

298 *Sequitur Maremagnum quorundam indulgentiarum concessarum monasterio B. Mariæ de Populo ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini, & alijs domibus dictæ religionis. Primò, Gregorius IX. cõcessit omnibus ad dictas Ecclesias venientibus, verè pœnitentibus, & confessis, in omnibus festiuitatibus D.N. Iesu Christi, & B. Mariæ matris eius, & per octauas ipsarum; & in omnibus festiuitatibus Apostolorum, & Euangelistarum, & B. Ioannis Baptistæ, & in festo B. Augustini doctoris Ecclesiæ, & per octauam eius, & in cõsecratione ipsius Ecclesiæ, septuaginta annos, & totidem quadragenas indulgẽtiæ. Et hoc in primo anno sui Pontificatus.* atq; adeò Christi 1227. vel in principio anni 1228. quia Gregorius IX teste Onuphrio a electus fuit 13. Cal. Aprilis, anno 1227.) Refert deinde priuilegia Alexandri IV. Martini IV. Nicolai IV. Sixti IV. Iulij II. & Leonis X. & tandem concludit.

a de Pontif. & Card. pag. 14u.

299 *Quibus quidem literis diligenter inspectis; & quia, vt superiùs diximus, omnia, & singula supradicta, sana, & integra, non vitiata, non cancellata, non corrupta, nec in aliqua eorum parte suspecta; sed omni prorsus vitio, & suspicione carentia inuenimus; idcirco ad requisitionẽ dicti R. P. Domini F. Petri de Viana, Prioris dicti Monasterij S. Augustini Ciuitatis Oscensis, illa per prouidum virum Petrum de Soto Clericum, Portionarium Sedis Oscensis, Notarium Apostolicum, & Secretarium nostrum, & alios Notarios trassumi, & exẽplari, ac in publicam trassumpti formam, & trassumptorum formas redigi fecimus, & mãdauimus, prout Nos Ioannes episcopus præfatus trassumi, & exemplari mandamus per præsentes, & in registro nostri officij registrari ad futuram rei memoriam. Volentes, & decernẽtes, quòd præsenti trassumpto, & trassumptis de cætero, & in antea, tam in nostro episcopatu Oscensi, & Iacensi, quã extra, vbicunque extent, illiq; detur, & adhibeatur talis, & tanta fides, qualis, & quanta dictis originalibus superiùs insertis data fuit, & adhibita, datur, & adhibetur, si in medium exhibita fuissent, & ostensa. Quibus omnibus, & singulis supradictis tanquàm ritè, & legitimè factis authoritatem nostram ordinariam, & decretum interponimus præsentium per tenorem. In quorum omnium, & singulorum fidem, & testimonium præmissorum præsentes litteras, siuè præsens publicum trassumpti instrumentum exinde fieri subscribi, & publicari mãdauimus, sigilliq; nostri iussimus, & fecimus appensione communiri. Datum, & actum Osca in nostro Palatio Episcopali sub anno à Natiuitate Domini 1513 die verò 21. Mensis Octobris, præsentibus testibus ad prædicta honorabilibus viris Dominis D. Ioanne Capa, & Gaspare Enrich de Spersa, familiaribus, & continuis con. mensalibus dicti Reuerendissimi Domini Episcopi, vocatis atq: rogatis. Nos Ioannes Episcopus prædictus.*

Quintum fundamentum habetur ex conuentu S. Christophori, in diœcesi Visensi in Lusitania, eius memoria extat à tempore Henrici Comitis Lusitaniæ. In eo enim per id temporis habitum Eremitarum S. Augustini suscepit B. F. Ioannes Cirita, antea nobilis & strenuus miles cõtra infideles, postea Eremitarum Sanctissimus Dux contra aereas potestates. Ad eum dedit epistolam (quam trascripsit P. F. Bernardus Brito, Cistereiẽ. Lusitanus b) S. Bernardus Abbas Claræuallensis, cùm suos Cistercienses in Hispaniam mitteret. His Ioãnes Cirita adeò fauit, vt nõ solùm ab Alfõo 1. rege Lusitaniæ licẽtiam construendi monasterij, datam Guimarani die 1. Martij, Era 1158. id est, anno Christi 1120. impetrauerit, verùm & paulò post, se ipsum relictà eremo Augustiniana, ordini Cisterciensi de licentia Episcopi dederit. Ioannem in eo deuoto transitu secuti sunt alij Eremitæ eiusdem monasterij, nempè Petrus, Froilanus, Pelagius, Aluarus, Andreas, Luiba, Germanus, Rosendus, Hermanus, qui in Augustiniana, & Cisterciensi familia sanctè Deo vixerũt. Rem hanc post M. Marquez enarrat P. M. F. Antonius Iepes, c vbi & ait prædictum Ioannem Cirita sepultum esse in conuentu S. Christophori de Foes cũ hoc elogio. 300

Quintum fundamentum. Antiquitas Conuentus S. Christophori

b lib. 2. chron. S. Bernar. cap. 2. & 3.

c Tom. 7. Historiæ Benedictionis ceorut. 7 anno 1120. cap. 4. fol. 181. pag. 2.

Ioannes Abbas Cirita rexit monasterium S. Ioannis, S. Christophori Salcedæ, S. Petri Clarus vita, Clarus meritis, clarus miraculis, claret in cælis, obijt 10. Cal. Ian. era M.CC.II. 301

Atq; adeò an. Christi 1164. d sic addit. *congruit quòd totus orbis intelligat ad quantam perfectionem per hæc tempora deuenerit sacer ordo Cisterciensis, quandoquidem, licèt profiteretur Ioannes Cirita ordinem Eremitarum S. Augustini, clarum in orbe ab eo tẽpore, quo sanctus doctor eum fundauit in Africa, vsq; ad nostra tempora, in quibus eum videmus adeò dilatatũ per Europam, nihilominùs susceperit habitum Cisterciensium, & illum per totam vitam conseruauerit.* 302

d & fol. 182. pag. 2.

Sed respondet R. D. Gabriel Pẽnotus e quod *hoc monasterium Marquez cap. 35. §. 9. inter monasteria sui ordinis ponit, quòd tamen non probat nisi ex eo; quia ille erat locus Eremitarũ. Quæ ratio nimis frigida est. Supponit enim rem manifestè falsam, quod nulli in Hispania* 303

Responsio Pẽnoti.

e lib 1 cap. 57. num. 10 pag. 187.

Eremi-

Eremita præter Augustinenses esse potuerint.

304 Refellitur.

In hac parte dicam quod sentio: Non possum adduci vt credam virum doctissimum Pennotum legisse ea, quæ M. Marquez habet [a] de prædicto cõuẽtu S. Christophori, licèt illum ex eodem loco citauerit. Qomodò enim videre potuit illa, & asserere tanta fiducia M. Marquez probare illud cænobium fuisse Eremitarum S. Augustini, ex eo solùm, quòd ille locus erat Eremitarum? in principio enim illius parraphi citat Hieronymum Romanum id expresse asserentem [b] quòd opus non parùm commẽdat M. F. Antonius Iepes [c] Rursus idem Marquez [d] sic ait *Hæc omnia constãt ex archiuis, & scripturis monasteriorum S. Ioannis de Tarouca, & S. Christophori de In Fos ordinis S. Benedicti; & de illis agit M. F. Bernardus Brito, insignis Chronographus illius, & regni lusitaniæ, lib. 2. Chronici Cisterciensis cap. 14. 15. & 16.)* mihi, lib. 2. cap. 3. fol. 65. pag. 2. vbi narrat Ioannem Ciritam; & eius discipulos Eremitas fuisse an. 1123. indutos habitu Cisterciensi.) *Et quamuis in his locis non explicet hoc monasterium S. Christophori fuisse nostrorum Eremitarũ, constat ex ipsis scripturis fundationis horum duorum monasteriorum, in quibus originaliter videri potest; & ipse M. F. Bernardus Brito id refert alibi, & peculiariter in quadam epistola, quam scripsit ad dominum Archiepiscopum Braccarensem D. F. Alexium de Meneses die 1. Iuly anni præteriti 1616. in qua in hanc formam ait. Obseruationes, quas habeo, inter quasdam alias, quæ deseruire possunt Chronicæ S. Augustini, sunt de nouem Eremitis, qui viuebat prope flumen Barrosum, non longe ab eo loco, in quo ingreditur in fluuium Paiuam, quibus Abbas Ioannes Cirita, cum fundauit monasterium S. Christophori de Fos, contulit habitum ordinis Cisterciensis, & fuerunt ex primis incolis illius domus. Eorum nomina erant. Petrus, Froilanus, Pelagius Aluarus, Andreas, Luba, Germanus Rosendus, Hermanus. In libro antiquo, ex quo eorum nomina extraxi, breuia quædam elogia de vitis ipsorum continentur, quæ Vlissippone tribuam. Et de ijs dubium non est, esse ordinis S. Augustini; quia asserit id liber, qui eiusdem temporis est, quòd ex Eremitis S. Augustini transierint ad ordinẽ Cisterciensem.*

a prędicto cap. 15. §. 9. pag. 294.

b In historia Ecclesiastica Hispana Ms. lib 6. cap. 44.

c tom. 2. Chrõ. D. Benedicti, Cent. 1. anno 563. cap. 1. & tom. 3. Cent. 3. anno 750. cap. 3. & alibi.

d in fine citati §. 9. pag. 294.

305 Vidisti lector ex quibus fundamentis probat Marquez conuentum S. Christophori fuisse ordinis Eremitarum D. Augustini; nempe; quia insignis Chronista Cisterciensis ait, *de ijs dubium non est, esse ordinis S. Augustini; quia asserit id liber.* (nempe Ms. qui asseruatur in eodem conuentu, & in quo continẽtur elogia eorundem nouem Eremitarum, & est scriptus ab authore coætaneo.) *qui eiusdem temporis est, quod ex Eremitis S. Augustini transierint ad ordinem Cisterciensem.* Rursus id probat: quia *ita constat ex ipsis scripturis fundationis horum duorum monasteriorum, in quibus originaliter videri potest* Hinc probauit rem hanc M. Marquez [e] ex quo illum citauit Pennotus & nihilominùs testatur hic author, ex eo solùm ponere Marquez illud cænobium inter monasteria sui ordinis: quia erat locus Eremitarum. Quæ fides danda authori, qui sic refert testimonia aduersarij, & non timet tam euidenter posse cõuinci deceptionis? Sanè vidit nõ aliter responderi posse testimonio adeò manifesto. Sed hæc responsio non eneruat argumentum, sed confirmat. Ostendit enim aduersariũ veritate conuictum, quandoquidem timuit referre veraciter testimoniũ. At qui metuit aliena veritate iugulari, propria falsitate truncatur. Neq; dici potest cum conuentum fuisse Eremitarum S. Guillelmi; quod est commune asylum Pennoti. Verùm ecclesiæ immunitas non prodest delinquentibus in ecclesiam. Ordo enim Eremitarum S. Guillelmi nec dum erat in rerũ natura. Dux enim Guillelmus, fautor Schismatis, à Bernardo reductus est ad vnitatem ecclesiæ, anno 1135. at B. F. Ioannes Cirita an. 1120. vel 1123. iam egerat Eremitam Augustinianum.

e cap. 15. § 9.

Euasio.

Infringitur.

306 Sextum fundamentum. Antiquitas Conuentus S. Iuliani de Pescaria.

Sextum fundamentum constat ex conuentu S. Iuliani de Pescaria, in Lusitania. Prima huius cænobij memoria est sub era 1191. atq; adeò anno Christi 1153. Cùm enim eo anno Alfonsus I. lusitaniæ Rex monasterio de Alcobaza ordinis Cisterciensis donasset terminos, quos hodie possidet, & lingua Lusitana vocantur, *los cotos de alcobaza* id est, limites, seu terminis Religiosi Cistercienses inuenerunt prędictum monasterium Eremitarum ordinis S. Augustini intra prędictos limites ædificatum. At ex peste, quæ sub Rege Sancio I. circa annum 1193. Lusitaniam depopulata est, omnes eius domus Religiosi extincti sunt: Ex quibus septem, Laurentius, Gosẽdus, Simõ, Lodericus, Saluator, Suerus, & lupus obierunt, & iacent cum opinione sanctitatis, quinque in Eremitorio S. Iuliani, & duo in loco quodam eminenti, à conuentu Alcobaziæ dissito per spatiũ mediæ leucæ; dum ad eum deferrent B. Mariæ deuotissimam imaginem, quam ibidem sepelierunt; & postea inuenta est successu temporum

modo

modoq; colitur sub titulo dominæ nostræ *de Ainda*, id est, de Auxilio, siuè Adiutorio. Hæc omnia, vt testatur M. Marquez [a] fideliter scripta sunt in archiuo regij monasterij de Alcobaza, in confrontationibus terrarum, quas possidet; & referũtur à P. F. Bernardo Brito, Chronographo ordinis Cisterciensis, & regni Lusitani [b], qui de eis certiorem fecit D. F. Alexiũ de Meneses Archiepiscopum Braccarensem epistola data die 1. Iulij anno 1616. ibi. *In terminis Alcobazæ inter mare, & terram, quam vocant, de Pescaria, est quedam Eremitorium S. Iuliani, quòd gentilium tempore fuit factum Neptuno sacrum, fabrica extraordinaria: in quo viuebant quidam Eremitæ S. Augustini eo tempore, quo regnabat Rex D. Alfonsus Enriquez. Et cùm subsequenti tempore pestis generalis grassaretur, quæ magnam orbis partem infecit; qui ibi degebant, obierunt, qui septẽ erant Duo ex quibus, vocati Laurentius, & Gosendus, imaginem Dominæ nostræ ex Eremitorio S. Iuliani deportarunt, vt illam deponerent in monasterio Alcobazæ; & ægritudine deserti, quia infecti exierant, diem clauserunt extremũ, antequam illuc peruenirent, in loco excelso, media leuca distante à monasterio; quæ succedente tempore inuenta est, & miraculis celebris fuit, & Domina nostra De aiuda vocitatur. Nomina horum Eremitarũ erant, Simon, Ladarigus, Saluator, Suerus, Lupus, Gosendus, & Laurentius. In quadam autem scriptura prædicti monasterij Alcobazæ prædictos Eremitas fuisse ordinis S. Augustini declaratur his verbis; Illius magni doctoris Africani normam secuti.* Eodem ferè modo ad finem operum S. Brunonis Carthusiæ institutoris, P. Zacharias Benedictus, Vicentinus, Carthusianus, in carmine de origine sacri Carthusiensis ordinis, significauit duos ex primis sociis B. Brunonis, regulam Augustini priùs obseruasse. ibi.

Stephanus Burgensis, itemq; Diensis.
Hi duo postremi Libici doctoris alumni,
& Canonum assecla magni de calibe Ruffi
cœnobio, mira, & pollebant dogmatis arte.

[a] cap. 15. §. 11. pag. 296.

[b] in lib. MS. de inuentione, & miraculis dominæ nostræ de Nazareth.

307 Huic euidenti fundamento non vt satisfaciat, sed vt non respondeat, respondet Pennotus [c] in hæc verba. *Bernardus Brito recens est, & adhuc in viuis forsan agit. & probabiliter credi potest, quòd de illo monasterio scribis, ex suggestione Eremitarum Augustinensium scripsisse; quibus quòd solida documenta deficiant, nullum non mouent lapidem, vt saltem istis adminiculis suam causam tueantur. Et potuit illud monasterium antiquum Eremitarum domicilium fuisse, non tamen Augustinensium. Sed hunc authorem, vel de suo, vel ex illorum suggestione titulum ordinis S. Augustini addidisse, quod in historia Dextri, & Maximi non semel factum supra indicauimus; aut eand m dicendum illos Eremitas S. Guillelmi fuisse, quorum institutum in illis promontorijs sedem posuerat, vt statim dicemus.* Hæc Pennotus.

Responsio Pennoti.

[c] lib. 2. cap. 57 n. 10. pag. 188

In hac responsione duo sunt. Verba conuiciosa in Eremitas Augustinianos & argumenti inutiles fugæ. Verba omittimus, offensam remittamus, & dimittamus; quia Deo fauente, quieto pacatoq; animo, nobis religiosè præliandum est, non verbo, neq; lingua, sed opere, & veritate; vias tamen aduersario fugienti, & cõuiciãti pluribus assertis præcludimus. 308

Primum est. Non negamus Bernardum Britum esse authorem recentem, vtpote qui anno 1616. ad Braccarẽsem Archiepiscopum literas dedit; & ab hinc paucos annos naturæ debitum exoluisse fatemur. Recentior tamen est Pennotus, & credi sibi vult, quandò etiam in causa propria ex aliquo chirographo antiquo rem veterem nouiter ostendit. Quare ergo non credet in causa aliena Bernardo Brito, viro licèt ætate nouiori, doctrina tamen, & authoritate magistro, in historijs excultissimo, qui rem hanc à Pennoto non visam, imò ipsi inuisam, ex antiquis monumentis Ms. sui conuentus Alcobaziensis in publicum propalauit? Secundum est. improbaliter, imò temerè dicitur eã historiam à Brito scriptam ex suggestione Eremitarum Augustinensium. Improbabiliter quidem; quia ipse Britus testatur se id inuenisse in antiquis scripturis Monasterij Alcobaziensis, in confrontationibus terrarum; & in vna earũ dicitur quòd Eremitæ illi sequebãtur normam magni illius doctoris Africani; & cùm ipse primus id reperisset, de eo certiorem fecit D. F. Alexium Archiepiscopum Braccarensem. Temerè autem, quia nullum extat fundamentum ad suspicandum de Eremitis Augustinensibus, quòd ea mendaciorum portenta confingant. Neque, vt credo, erit vllus, qui hac via argumento satisfactum arbitretur. Facillimus quidem modus eludendi argumẽta, respondere, omnia testimonia ab aduersarijs per imposturam esse conficta. Facillimus quidem; sed præ debilitate infirmissimus. Quis enim credat de viris religiosis, eos cõuenisse in toto orbe, vt antiquas scripturas, & antiquos authores, etiam in alienis bibliothecis latentes inficerent, & tam

Impugnatur

curiosè inficerent, quòd nullũ vestigium additæ infectionis saltem in ipsis caracteribus remaneret? Tertium est. Potuit quidem antiquum monasteriũ esse Eremitarum, & non Augustinensium. Cæterum antiquæ scripturæ conuentus Alcobaziensis ordinis Cisterciensis, testante Brito etiam Cisterciensi, manifestant expressè eos Eremitas fuisse ordinis S. Augustini, vtpote qui illius magni Doctoris Africani normam secuti fuerant. Cui ergo potiùs credendũ, antiquis manuscriptis archiui conuẽtus antiquissimi, & sanctissimi, quæ affirmãt istos Eremitas fuisse Augustinianos; an P. Pẽnoto, qui vult non fuisse Augustinianos; quia potuit ille conuentus esse Eremitarum, & non Augustinensium; quasi hac via explosa manerent testimonia scripturarum, quæ asserũt, cœnobium illud fuisse Eremitarum Augustinensium? Quartum est. Nullatenus potuit conuentus ille esse ordinis Guillelmitarum. Quod sic demonstro. D. Guillelmus, vt constat ex dictis pũcto 1. difficultate 1. ex vita ipsius per Episcopum Theobaldum scripta, vel suscepit, vel nondum habitum religionis in Sylua Etualia susceperat anno 1153. quomodò ergo antequam ipse esset religiosus cœnobita, iam instituerat ordinẽ Eremitarum sub regula Augustini, & ordo ipse tam altas radices egerat, vt ex Italia in Hispanias transmigrans, nouam in Lusitania Coloniam, non quasi nuperũm inuentũ, sed quasi fundationẽ antiquam anno 1153. possideret? Eo enim tempore Cistercienses in terminis sui conuentus religiosum illum Eremitarum cœtum inuenerunt. Addo. Si Pẽnotus iudicat dici posse conuentum, qui anno 1153. dicebatur Eremitarum S. Augustini, fuisse Guillelmitarum; iam ergo habemus contra ipsum, quòd ordo D. Guillelmi à principio fundatus fuit sub regula Augustini, & nõ Benedicti. Cuius oppositum docuit conuinci ex bulla quadam Innocentij IV. cuius meminerat Renatus Chopinus a vt retulimus. b

a in suo Monastico.
b supra pũcto 1. difficul. 2.

§. V. CONVINCITVR EADEM Veritas ex Bulla Gregorij IX. & priuilegio Alfonsi X. regis Castellæ.

309 Septimũ fundamentum. c cap. 14. §. 8. pag. 267.

SEptimum fundamentum desumitur ex Bulla Gregorij IX. quæ in eius Regesto habetur. nu. 9. & illius meminit M. Marquez. c Ex ea constat Alexãdrum III. (qui teste Onuphrio d electus fuit Nonis Septembris anno 1159. & obijt 6. Cal. Decembris anno 1181.) conuentui Beneuẽtano Augustinianæ religionis Eremitarum concessisse, vt ad habitum posset nouitios admittere, & eorum bona possidere. Dum enim Gregorius IX. idẽ priuilegium conuentui nostro Beneuentano concederet, sic ait. *Cùm in Ecclesia vestra sit ordo Canonicus secundùm Deum, & B. Augustini regulam nouiter institutus, ad exemplar fel. rec. Alexandri Papæ prædecessoris nostri, vobis concedimus, vt qui de Ciuitate Beneuẽto, siuè sint indigenæ, siuè aduenæ, se & sua in vita, vel in morte Ecclesiæ vestræ duxerint cõferenda de authoritate nostra recipiendi, & retinẽdi habeatis liberam facultatem. Datum Laterani 13. Cal. Decembris, Pontificatus nostri anno* 6. atque adeò Christi 1232.

d de Pontif. & Card pag. 116 & 120.

Antiquitas Cõuentus Beneuentani.

Verum huic priuilegio Gregorij IX. R. D. Gabriel Pennotus e in hæc verba respondet. 310 Responsio Pennoti.

Respondeo pace tanti viri, mirum esse, quòd cùm intelligat, an priuilegium ordini Canonico, & illius monasterio concessum, dici possit cõcessum ordini Eremitarum; nõ vereatur monasteria, quæ Pontifices Canonici ordinis esse dicũt, ad ordinem Eremitarum velle traducere. Eodem modo responderat ibidẽ ad verba cuiusdam priuilegij Innocentij IV. quod de Eremitis loqui cõtendebat Marquez, cùm tamen Pontifex diceret, *Ordo Canonicus, qui secũdùm Deum, & B. Augustini regulam in domibus vestris institutus esse dignoscitur*, &c. vt suprà retulimus f vbi in locum hunc remisimus vberiorem solutionem huius obiectionis, qua Pennotus non tam respondet, quàm hostiliter satis inuehitur in Marquez, eò quòd ordini Eremitico attribuat quasdam domos, in quibus dicunt Pontifices institutum esse ordinem Canonicum secundùm Deum, & B. Augustini regulam. Vnde vides Pennotum pro irrefragabili argumẽto assumere; *Pontifex dicit in hac domo, v. g. Beneuentana, institutũ esse ordinem Canonicum secundùm Deum, & B. Augustini regulam. Ergo ea domus non erat ordinis Eremitarum, sed Canonicorum Regularium S. Augustini.*

e lib. 1. cap. 57 nu. 7. pag. 186

f pũcto 1. difficul. 2. §. 3.

Huic fundamento innituntur verba aspera, quibus Pennotus carpit M. Marquez. Verba quidem grauia, sed fundamentum leue, & viro docto prorsus indignum. Etsi iocari libet, sicut de quodam asserto M. Marquez dixit Pennotus, illum esse facillimum modũ procreandi Eremitas Augustinianos, non minùs facilis est modus iste procreandi Canonicos Re- 311 Refellitur.

cos Re-

cos Regulares. Hæc enim via Canonicos Regulares efficiet non solùm ipſos Canonicos Regulares, verùm & ipſos Eremitas congregationis F. Ioannis Boni ante vnionem generalem, & Eremitas Auguſtinianos poſt vnionem; imò, & alios religioſos diuerſorum ordinum profitentium regulam B. Auguſtini. Do his enim omnibus dicunt Pontifices in eorũ domibus institutum eſſe ordinem Canonicum ſecundùm Deum, & B. Auguſtini regulam. Oſtendamus veritatem hanc: Et in primis, de ordine, ſiuè congregatione Eremitarum B. Ioannis Boni id conſtat manifeſtè ex Bulla Innocentij IV. cuius quaſdam clauſulas adduxim[9] ſuprà [a]. Habetur ea bulla apud Emanuelem Rodriquez Franciſcanum [b] vbi tranſcribit bullam Sixti IV. Frãciſcani, quæ eſt Mare magnum pro Eremitis S. Auguſtini, & habetur in libro Compendij priuilegiorum ordinis pag. 26. & eius traſſumptum authenticum aſſeruatur Romæ in archiuo S. Mariæ de Populo; & in bibliotheca Conuentus Recanatẽſis, & data eſt anno 1474. die 7. Februarij. Et in ea Sixtus IV. adducit bullam Eugenij IV. datam Florentiæ anno 1439. 3. Cal. Aprilis, anno 9. Pontificatus, in qua inter alia confirmauit prædictam bullam Innocentij IV. datam Anagniæ, per manũ Guillelmi Magiſtri Scholarum Parmen. S. R. E. Vicecancellarij, 7. Idus Septembris, indictione 12. incarnationis Dominicæ an. 1254. Pontificatus verò Innocentij Papæ IV. an. 12. incipit autem ſic prædicta bulla. *Innocentius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Priori Generali ordinis Eremitarum, ac alijs Prouincialibus; & Conuentualibus prioribus, conuentibuſq; ac alijs fratribus vniuerſis ſibi ſubiectis, tàm præſentibus, quàm futuris, Eremiticam vitam profeſſis, in perpetuam ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.* & infra inter alia ſic habet. *In primis quidem ſtatuimus, vt ordo Canonicus, qui ſecundũ Deũ, & B. Auguſtini regulam in domibus ipſis inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidẽ temporibus inuiolabiliter obſeruetur.*

Quilibet ordo profitẽtũ regulã D. Auguſtini vocatur à Põtificib[9] ordo Canonicus.

[a] in reſpõſione ad num. 5. Paragraphi 3. in ſolutione ſecundæ obiectionis.

[b] in cõpendio priuilegiorũ Regularium pag. 396.

Bulla Innoc. IV.

312 De ordine autem Eremitarum S. Auguſtini poſt vnionem generalem, patet ex priuilegio Alexãdri IV. & Vrbani IV. cuius meminit Coriolanus [c] vbi ſic habet: *Alexander IV. concedit ordini noſtro infraſcripta. Primò. vt ordo Canonicus, ſecundùm B. Auguſtini regulam perpetuò obſeruetur, &c. & inc ipit. Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicè conuenit adeſſe præſidiũ. Traſſumptũ eſt in Herben. ſub ſigillo Domini Iringi eiuſdẽ Eccleſiæ epiſcopi. Traſſumptũ eiuſdem etiam habemus in Nuremberges ſub ſigillo Domini Babergis Epiſcopi. Et notandũ, quòd conſimilem tenorem, ſcilicet Maris Magni, habemus ſub Bulla in Magdeburch Papa Vrbani IV.*

[c] in chrõ. Auguſt. p. 2. c. 3. pag. 41.

De ordine Prædicatorum Mendicãti, facit Honorij III. bulla 2. apud Laertium Cherubinũ [d] in qua approbát nouũ, & ſpecialem ordinem Fratrum Prædicatorum, data 11. Cal. Ianuarij anno 1216. §. 1. *In primis ſiquidem ſtatuentes, vt ordo Canonicus, qui ſecũdùm Deum, & B. Auguſtini regulam in eadem Eccleſia inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur.* 313

[d] tom. 1. Bullarij pag. 41.

De Hoſpitali Pragenſi S. Franciſci, R. P. Lucas Vvadingus [e] refert ex Regeſto Põtificio epiſtolam 35. regiſtri Vaticani, quæ eſt 38. in ordine, directam Magiſtro Hoſpitalis S. Franciſci Pragenſis, datam Viterbij per manum M. Guillelmi S. R. E. Vicecancellarij 18. Cal. Maij, indictione 9. incarnationis Dominicæ anno 1237. Pontificatus verò Gregorij IX. anno 2. in qua ſic habetur. *In primis ſiquidem ſtatuentes, vt ordo Canonicus, qui ſecundùm Deum, & B. Auguſtini regulam in eodem Hoſpitali de mandato noſtro inſtitutus eſſe dignoſcitur, &c.* 314

[e] tomo 1. Annalium Minorum ad finem pag. 37.

Sed poſtquam hæc reſpõderamus, venit in manus noſtras Bullarium Auguſtinianum opera R. P. M. Fr. Laurentij de Empoli impreſſum Romæ anno 1628. in quo plures aliæ bullæ extant, quæ eodem modo loquũtur de Eremitis Auguſtinianis Thuſciæ, Hungariæ, Vltramontanis, Brictinenſibus, & Auguſtinianis iam vnitis; quin imò, & apud alios nonnulla ad idem propoſitum reperimus teſtimonia, quæ ſuo ordine referemus. 315

Pag. 166. Innocentius IV. conſtitutione 4. data Laterani per manum F. Iacobi de ordine Fratrum Prędicatorum S. R. E. Vicecancellarij; 6. Cal. Maij (id eſt 26. Aprilis indictione 2. anno 1244. in qua ſubſcribunt ſex Cardinales, & habetur Romæ originalis in archiuo ordinis, nu. 4. ſic habet. *Dilectis filijs Priori, & Fratribus Eremitis in Thuſcia conſtitutis, &c. In primis ſiquidem ſtatuentes, vt ordo Canonicus, qui ſecundùm Deum, & B. Auguſtini regulam in domibus ipſis authoritate Apoſtolica inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur.* 316

Pag. 181. Idem Innocentius IV. conſtitutione 16. data Aſſiſij per manum Guillelmi Magiſtri Scholarum Parmẽſis S. 317

Ordinẽ Eremitarũ nõ resultasse ex vnione, sed præextitisse, & auctum esse sentiunt Pontifices.

Thusciæ anno 1244. atq; adeò duodecim annis ante vnionem generalẽ anni 1256. vnde colliges summos Pontifices non sensisse, aut existimasse, quòd per vnionẽ generalem nouus quidam tertius ordo resultauerit; sed quòd idem ordo Eremitarum S. Augustini simpliciter dictus permanserit, licèt per vnionem auctus, & dilatatus. Aduerto, etiam in his omnibus priuilegijs, confirmari omnes libertates, & immunitates locis nostris concessas à Pontificibus Romanis. Vnde constat in eisdem priuilegijs supponi prędictas congregationes tunc non esse nouitias; sed à prædecessoribus communitas priuilegijs, saltem quoad aliquos conuentus in particulari.

325 Ex ijs omnibus videas, quàm rectè succenseat Pennotus, quàmque verè censeat de ordine Canonicorum Regularium loqui ea omnia priuilegia, in quibus prædicta clausula cõtinetur. Vnde patet, quàm immeritò a inter alia, quæ ait, Magistrum Marquez perperam, aut falso allegasse, sic habeat. *Ad probandum, quòd Eremitæ Augustinenses in Ciuitate Beneuento haberent monasterium tempore Alexandri III. allegas priuilegium Gregorij IX. concessum eidem monasterio cùm tamen in eodem priuilegio habeantur hæc expressa verba. Cùm in Ecclesia vestra sit ordo Canonicus secundùm Deum, & B. Augustini regulam noniter institutus.* Hæc tota Pennoti moles. Quasi ea dici non possint nisi de monasterio ordinis Can. Reg. & tamen adduximus Bullas Honorij III. Gregorij IX. Innocentij IV. Alexandri IV. Clementis IV. & Vrbani IV. eodẽ modo loquentium de Eremitis Augustinianis, Thusciæ, Hungariæ, Vltramontanis, Brictinẽsibus, & F. Ioannis Boni; & de Fratribus Illustrissimi ordinis Prædicatorum, & de Hospitalarijs S. Francisci Pragensis. Addo clausulam illam esse generalem per ea tempora, & quasi ex stilo curiæ, respectu eorum ordinum, qui Augustini regulam obseruabant. Hæc enim appellabatur regula Canonica, sicut & regula D. Benedicti appellabatur Monastica, à principaliori parte, quæ sub illa militabat. Licèt enim sub regula Benedictina viuerent, etiam Canonici nonnulli, dicebatur tamẽ Monastica: quia maior pars sub illa degens erat Monastica: sic ergo regula D. Augustini antiquis temporibus post annũ millesimum, licèt sub illa viuerent etiam Eremitæ; quia maior pars sub illa militantium erat Canonica, ideò per antonomasiam dicebatur potiùs Canonica, quàm Eremitica, aut Monastica.

a lib. 1. cap. 35 pag. 101.

324 Octauum fundamẽtum desumitur ex priuilegio fundationis conuentus nostri Toletani, in cuius archiuo extat originalis, & est huiusmodi. *Sepan quantos este priuilegio vieren, e oieren, cuemo nos D. Alfonso por la gracia de Dios Rey de Castiella, de Toledo, de Leon, de Galicia, de Seuilla, de Cordoua, de Murzia, de Iaen, de Algarue, en vno con la Reina D. Iolant mi muger, & con nuestros fixos el Infante D. Ferrando Primero, e heredero, e con el Infante D. Sancho, por sabor que hauemos de fazer bien, e merced à los fraires Hermitaños de la orden de S. Augustin, que moran en S. Gines de Carthagena; & por las almas del muy noble, e del muy honrrado Rey D. Ferrando nuestro padre, & de la muy noble Reina D. Beatriz nuestra madre, e por las almas de los otros Reies onde nos venimos, o per remission de sus peccados, e de los nuestros, damosles, & otorgamosles la casa, e el Eglesia de S. Estevan, que es fuera de la Cibdad de Toledo, allende de Taxo, cerca de la puente de S. Martin, con vna Viña, que es cerca de ella, e con toda la heredad, que nos dieron con ella el Abadesa, e el Conuento de S. Clemente. E esta casa, e esta viña, e esta heredad es en ribera de Taxo, cerca la carrera, que va à Polan, e la otra carrera, que va a las viñas. E todo esto subredicho les damos con todos los derechos, que en ello hauien el Abadesa, e el Conuento de S. Clemente, quando à nos lo dieron; que lo aian libre y quito por iuro de heredad para siempre xamas, con todas sus entradas, e con todas sus salidas, e con todas las pertenẽcias, assi cuemo las han, e las deuen haber la casa, e la viña, e la heredad sobre dicha. E por este bien, e por esta merced, que les fazemos, an de fazer conuento en esta casa, en que aia de doze fraires arriba, que siruan en ella à Dios para siempre Iamas, & ruegen por nos, e por los otros Reies de nuestro linage. E este conuento deue ser fecho del era deste priuilegio faga en vn año. E cada que alguno destos fraires finaren, o se fueren desta casa à otra parte, que luego metan à otros en sus logares, assique siempre sean doze fraires, o dende arriba. E deuen dezir cada dia dos Missas, la vna por nos, e por los otros Reies, que descenderan de nos, e regnaran en nuestro logar; e la otra, por los Reies finados, onde nos venimos. E an de fazer cada año la fiesta de S. Clemẽte por honrra del, en cuio dia nos nascimos; e demas desto han de fazer anniuersario cada año por el alma del Rey D. Ferrando en tal dia cuemo el fino. Tanbien los fraires, que seran moradores en este conuento, como todos los otros de su orden, que son, o seran moradores en todo nuestro Señorio, este anniuersario deuen fazer para siempre*

Octauum fundamentum.

Antiquitas Conuẽtus Toletani.

Priuilegium Alfonsi X Castellæ regis.

jamas en quantas casas oviere frayres de esta orden en todos nuestros Reinos. Por todo esto sobredicho les damos con tal condition, que no lo puedan dar, ni vender, ni empeñar, ni camuiar; ni enagenar, ni meter so poderio de ningun prelado, ni de otro home, que sia de orden, ni seglar, de manera que se perdiesse, o se menoscabasse este nuestro derecho. E retenemos el Senñorio, e el patronazgo para nos, & para totos aquellos, que regnaran despues de nos en nuestro logar. E todo esto, que sobredicho es, que sean tenudos de lo guardar, e de lo cumplir tambien los primeros fraires, que a este conuento venran, commo todos los otros, que moraren en el para siempre jamas. E si por auentura assi no lo cumpliessen, o fiziessen alguna cosa contra lo que en este priuilegio dize, que nos, o qualquiera de los que regnarã despues de nos, que gelo podamos toller, e darlo a quiẽ nos quisieremos. E aun para fazerles mas de bien, e merced, otorgamosles que lo que les dieren, o les mandaren los buenos homes, e las buenas mugeres por sus almas en su vida, o en sus finamientos, que lo puedan haber, placiendo a los de Toledo. E esto fazemos por guardarles los priuilegios, que tienen de nos, E DE LOS OTROS REIES QVE FVERON ANTE QVE NOS. E mandamos, e defendemos que ninguno no sea osado de ir contra este nuestro priuilegio, ni de crebantarlo, ni de menguarlo en ninguna cosa. E si alguna contra el fiziere, e le crebantare en alguna manera, si fuere de nuestro linage, aia la ira de Dios, e lo que fiziere, no vala; e si fuere otro home, aia nuestra ira, e peche a nos, o al que regnara en nuestro logar, mil maravedis; e a los fraires sobredichos todo el danno doblado. E porque este priuilegio sea firme, e stable, mandamoslo sellar con nuestro sello de plomo. Fecho el priuilegio en Toledo por nuestro mandado, sabado postero dia del mes de Henero, en era del mil è dozientos è nouenta è ocho annos. E nos sobredicho Rey D. Alfonso regnando en vno con la Reina D. Iolant mi muger, & con nuestros fixos, el Infante D. Fernando primero, e heredero, e con el Infante D. Sancho, en Castilla, en Toledo, en Leon, en Galizia, en Sevilla, en Cordoua, en Murcia, en Iaẽ, en Baeza, en Badalloz, y en Algarue otorgamos esse priuilegio, & confirmamoslo, &c.

Reges Castellæ regnantes ante Alfonsũ X. concesserant Religioni Eremitarũ S. Augustini priuilegia.

325 Notatio. In hoc regis Alfonsi priuilegio illud notandum, quod ait se ita concedere Fratribus Eremitis ordinis S. Augustini; vt illis conseruet priuilegia, quæ obtinuerant, & habebant ab ipso Rege Alfonso, & ab alijs regibus, qui fuerant ante ipsum. Ergo non solũ Rex Alfonsus X. anno 1260. sed etiam duo (ad minus, vt sint alij Reges, qui fuerint ante ipsũ.) alij reges ante ipsum concesserunt in Hispania priuilegia fratribus Eremitis ordinis S. Augustini. Sed eius immediati antecessores fuerunt Ferrandus III. & Henricus I. ergo saltem hi duo Reges concesserant prædicta priuilegia. At Ferrandus III. incepit regnare anno 1217. in quo obijt Henricus I. ergo ad minus ab anno 1217. habebant Eremitæ S. Augustini priuilegia concessa à Regibus Castellæ. vnde colligere possumus, quandoquidem primum principium ignoratur, etiam ante annum 1200. Eremitas Augustinianos præcessisse in regnis Hispaniarum.

Ad minùs anno 1217. habebãt Eremitę S. August. priuilegia concessa à regibus Castellæ.

§. VI. OSTENDITVR EADEM Veritas ex fundatione Conuentus Vllyssipponensis.

NOnum fundamentum desumimus ex instrumento authẽtico conuentus Vllyssipponẽsis ordinis Eremitarum S. Augustini, quòd in eius archiuo asseruatur, & adducitur à M. Marquez, [a] in quo Ludouicus Alfonsi Portionarius Ecclesiæ S. Mariæ de Ouseiro die 30. Augusti anno 1423. ad requisitionem F. Aluari fratris ordinis, & Monasterij S. Augustini, præsentauit coram Christophoro Ioannis, in decretis Baccalario, Vicario Generali Archiepiscopatus sede vacante, quandam literã verbis latinis in pergamineo scriptã, sanam, & integram, omni vitio, & suspicione carentem, & sigillatam quatuor sigillis ceræ rubræ. Hoc instrumentum sic præsentatum continet sententiam arbitrariam inter Fr. Ioannẽ Lombardum Priorem Fratrum Eremitarum S. Augustini, & conuentum eiusdem, & Vincentiũ Martini executorem testamenti Dominę Susannæ, datam Vlyssipponę mẽse Ianuario, era 1309. atq; adeò an. Christi 1271. per compromissum factum in Gõdisaluum Ferdinandi Canonicum Vlixiboneum, & Nicolaum Dominici Canonicum Elboreum. In hac ergo scriptura sic habetur. *Dictus executor dicebat cum Stephano Enino, quòd domina Susanna dederat dictis Priori, & conuentui quemdam campum ..... Ioannis dicto Tabellario, Vicario perpetuo Ecclesiæ S. ✠. prædictæ ciuitatis. Qui campus erat contiguus loco dictorum fratrum; & medietatem cuiusdam hæreditatis, quæ est iuxtà cortinalo Monasterij S. Vincentij de foris, quæ fuerat prædictorum Ioannis Quiueni, & Dominæ Susannæ; & fecerat, & de nouo construxerat Ecclesiam in dicto cãpo ad honorem Dei, & Sanctorum eiusdem ordinis supradicti; & pro anima dicta defuncta; tali conditione apposita; quòd prædicti Prior, & Conuentus tenerentur quolibet mense*

326 Nonum fundamentum. Antiquitas conuentus Vlyssipponensis.

a. c. p. 18. §. 6. pag. 324.

mense pro anima dicta defuncta anniuersarium celebrare, & quotidie vnam missam cantare, siuè celebrare, ædificare monasteriū eiusdem ordinis in dicto loco, & ibidem super dictum monasterium habitare; & si prædictus Prior & Conuentus, & horum successores mutarint alibi monasterium, id ipsum monasterium, & totus fundus, in quo fundatum est, ad dictum executorem Vincentium Martini, & Stephanum Eanes, vel eorum successores, cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis, liberè, & sinè contradictione aliqua reuerteretur. Ad quod ipse Prior nomine suo, & successorum suorum, & nomine religiosi viri Fr. Laurentij Prioris Prouincialis ordinis supradicti, & eius Generalis . . . . nominatus . . . . nomine suo, & Fr. Paschasi⁹ de Dareta visitator dicti ordinis se obligauerunt, & promiserunt bona fide seruare, tenere & complere benè, & fideliter omnia, & singula supradicta, prout in quibusdam instrumentis per Alphabetum diuisis super hoc confectis per manum Petri Ferrarij quondam Tabellionis era 1281. (atq; adeò anno Christi 1243.) *pleniùs continetur. Et quia dicti Prior & Conuentus volebant se transferre ad locum, qui dicitur Almafala, & ibidem monasterium & ecclesiam ædificare, ideò dictus Vincentius Martini dicebat quòd omnia, quæ dictis Priori & Conuentui . . . . dederat ad dictum monasterium situm in dicto loco, qui vocatur S. Genesius, debebant eidem liberè remanere, prout inter ipsos extiterat ordinatum &c.*

327 Ex hoc testimonio constat Primò ordinem Eremitarum S. Augustini præextitisse in Lusitania etiam ante vnionem, quæ ab Innocentio IIII. facta, siuè potiùs præcepta fuit 17. Cal. Ianuarij, anno 1. Pontificatus, atque adeò ad finem anni 1243. Quia, teste Onuphrio a electus fuit 8. Cal. Iulij, anno 1243. impossibile autem est, quòd post vnionem fieri præceptam 17. Cal. Ianuarij anni 1243. fratres Eremitæ celebrauerint vnionē, & in Lusitaniam venerint, & inuenerint locum, in quo monasterium ædificauerint adhuc currente eodē anno 1243. Cū hoc ergo ex instrumento constet ordinem Eremitarum S. Augustini ad minùs ab anno 1243. conuentum habuisse Vlyssippone, fit consequēs prædictum ordinem præextitisse in ecclesia ante vnionem Innocentij IIII. factam, imò potiùs præceptam in fine anni 1243. & executam in principio an. 1244.

Corollarium primū ex adducto testimonio.
Ordo Eremitarum præextitit in Lusitania ante vnionem.
a de Pontif. & Card. pag. 147.

328 Constat Secundò, ordinem Eremitarum S. Augustini præcessisse in Ecclesia eum ante annum 1200. dicitur enim in hoc instrumēto, qd domina Susanna an. 1243: vel antea fecit ædificari ecclesiam *in honorem Dei, & sanctorum eiusdem ordinis supradicti*. At assignari non poterunt sancti ex ordine Eremitarum S. Augustini, in quorum honorē ecclesia potuerint ædificari anno 1243. nisi asseramus eum ordinem præcessisse ante annum 1200.

Corollarium Secundum.
Ordo Eremitarum præcessit in ecclesia ante an. 1200.

329 Constat Tertiò, conuentum Augustinianorum Vlyssipponensiū è loco S. Genesij ad locum de Almafala fuisse trāslatum anno 1271. postquam fratres in loco S. Genesij ad verticem montis habitassent per 28. annos, scilicet ab anno 1243. in quo opibus & expensis dominæ Susannæ conuentus ibi fuerat ędificatus. Quinimò ea constructio anni 1243. videtur etiam fuisse per translationem conuentus, qui priùs erat situs in inferiori parte eiusdem montis S. Genesij. Et ob hoc forsan dicitur in scriptura dominam Susannam dedisse fratribus quemdam campum, qui *campus erat contiguus loco dictorum Fratrum*; in quo campo ædificata fuit ecclesia S. Genesij.

Corollarium Tertium.
Constructio conuentus S. Genesij Eremitarū facta an. 1243. fuit per trāslationem conuētus antiquioris.

330 Et si inquiras, à quo tempore iste primus, & antiquior conuentus in inferiori parte mōtis S. Genesij fuerit ædificatus? Respondet M. Marquez b fundatum fuisse à duobus fratribus ordinis S. Augustini, qui circa annum 1148. Vlissipponem venerant cum Gualtero Abbate ordinis Præmonstratensis. Hi enim, cùm Gualterus in patriam repedaret cum alijs duobus, construxerunt cęnobium in parte inferiori montis S. Genesij. Id autem probat Primò; Quia in testimonio antiquissimo, quod inter alia testimonia Ms. dum historiam ordinis Augustiniani scriberet, habebat P. F. Ioannes de sancto Iosepho; quodq; sæpè se legisse testatus est illustriss. D. F. Alexius de Meneses, Archiepiscopus Braccarensis, hæc verba continebantur. *Despues q; el Rey D. Alfonso Enrriquez se desamina con los frailes, que vinieron de Flandes, determinaron de boluerse para sus tierras. Mas los moradores de la ciudad teniendo deuocion con ellos, y con su habito, les ofrezieron vna morada en lo mas alto y apartado de la ciudad, en el otero de frente del Castillo; porq; ellos decian q; auian de viuir apartados de la ciudad. Con esto fundaron vna iglesia al pie del dicho otero de la banda del Norte, adonde seruian à Dios.* Secundò ex libro de fundatione Conuentus S. Vincentij, latinè scripto, & in archiuo eiusdem cōuentus asseruato, vbi sic habetur. *Cogitante interea Rege, vt prædiximus, de construendo ibi collegio, Ecce quidam Summa sanctitatis Abbas, nomine Gualterus, Flamingus*

Quæsitum.
Resoluitur.
b 1 lib. de Origine Eremitarum S. Augustini cap. 16. & 19. ferè per tota, à pag. 319.
Antequiorem conuentum in inferiori parte montis S. Genesij ædificatū fuisse circa annū 1148. probatur primò.

Secundò.

natione

uatione, Vlyxibonam aduenit, comitantibus se quatuor ordinis S. Augustini fratribus, cuius numeris causa esset, nouam velle edificare congregationem. & infra, dum assignãtur prælati eiusdem conuenius. *Deinde venit Abbas Gualterius, qui, vt prædiximus, Rege constituente primo prælatus est ei. Sed cùm vellet eam subdere Præmonstratensi monasterio, vt esset filia eius Rex verò non acquieuisset, dimissa ea, cum pace reuersus est ad suos.* Et infra. *Quo mortuo* (scilicet Mundo, qui annis 8. gubernauit) *regimen eius suscepit dominus Pelagius, qui adhuc superstes Deo authore curam illius agit satis strenuè, Rege Sancio præfati Regis Alfonsi filio, tertium regni sui annũ agente.* ex quo constat antiquitas authoris huius libri.

331 Hinc colligit M. Marquez contra Otã, siuè authorẽ libri, qui circumfertur sub nomine Otæ, Gualterũ non esse eiusdem ordinis cum suis socijs. Socij enim erant Eremitæ Augustiniani, cùm in libro S. Vincentij dicatur de illis, *Comitantibus se quatuor ordinis S. Augustini fratribus.* Gualterus verò erat Canonicus ordinis Præmonstratensis, sic enim de illo subditur. *Sed cùm vellet eam subdere Præmõstratensi monasterio vt esset filia eius* &c. Neq; inconueniens est (aduertit Marquez [a]) quòd quatuor Eremitæ S. Augustini vellent fundare conuentũ sub Abbate alterius religionis, præcipuè cùm essent eiusdem patriæ, & regulæ Augustinianæ. Quia tunc Episcopi moderabantur monasteria Religiosorum, & pro arbitrio religiosum v. g. huius monasterij eligebãt in Abbatem, seu prælatum alterius, quamuis instituti diuersi, vt & ipse Marquez notauit, [b] vnde idem dici potest tunc accidisse, cùm donationi factæ à Rege pro Gualtero & eius socijs interfuerit Gilbertus episcopus Vlyssipponensis. sic enim ait prædictus liber S. Vincentij. *Quòd scriptum vobis ego Rex Alphonsus proprijs manibus roboro, meoque sigillo communio, assistentibus mihi, & subscribentibus Gilberto Vlyxibonensis Ecclesiæ Episcopo, & Gonsaluo de Souta meo Maiore domus, & Petro Pelagij meo Alferez.* In cuius veritatis confirmationẽ addere possumus quòd in Clement. *Cum rationi, De electione, & electi potestate,* Pontifex sic de nouo statuit. *Cùm rationi non congruat, vt homines disparis professionis, vel habitus, simul in eisdem monasterijs socientur, prohibemus ne religiosus aliquis in Abbatem, vel prælatum alterius religionis, vel habitus de cætero eligatur.* Super quæ verba sic ait glossa. *Prima pars corrigit communem opinionem iure fultam, & cõsuetudine approbatam, quæ habeat quòd professus vnius religionis in prælatum alterius posset assumi. Et licèt quidam distinguerent religionem maiorem à minori, ego putabam quòd satis esset eligendum esse professum tria substantialia regulæ, vt maiori, vel minori religioni præfici posset. Quod etiam placebat Archidiacono 16. Quæstione 1. Qui verò. Et eo titulo, Nullus, lib. 6. per quam decretalem apertè hoc probatur. ibi, dum dicit, vel alterius. Probabam etiam hac ratione. Quia si præfici potest religiosus ecclesiæ regulari propter curam, vt probatur 16. Quæstione 1. Doctos. & cap. se, de statu monachorum, Quod Dei. Fortius ergo regulari, licèt minoris religionis, vt dicere soleo in Decret. Cum ad monasterium, eodem titulo.* Sic ergo quatuor illi fratres, licèt fuissent ordinis Eremitarum S. Augustini, potuerunt fundare congregationem sub Abbate Præmonstratensi, qui eamdem regulam Augustini obseruabat; & cùm hic vellet domum subdere conuentul Præmonstratensi, vt esset filia eius; Rex verò non acquieuisset, dimissa ea cum pace reuersus est ad suos. Fratres verò S. Augustini, duo saltem illorum, videntur in ciuitate Vlyssipponensi remansisse.

Gualterus nõ erat eiusdem ordinis cum suis socijs.

[a] cap. 18. §. 3. pag. 326.

Olim religiosus vnius instituti eligebatur in prælatũ monasterij alterius ordinis & instituti.

[b] cap. 12. §. 2. pag. 192.

Tertiò probat M. Marquez suam responsionem. Quia in libro Congregatio- 332 Tertiò.
nis S. Ruffi, qui extat in archiuo conuentus S. Vincentij Vlyssipponẽsis Can. Reg. Armario 3. fol. 84. sic habetur. *Rex Alphonsus capta Vlyxibona, & cogitãs de ponendis religiosis in S. Vincentio, accersiri iussit Gualterũ, & alios duos fratres ordinis Eremitarum; & noluerunt ibi manere. Tunc euocauit Canonicos S. Augustini.* Et hinc constat, quando in citato libro latino dicitur, *comitantibus se quatuor ordinis S. Augustini fratribus,* sermonem esse de Eremitis Augustinianis: quia ijdem in præsenti appellantur, *Ordinis Eremitarum.* Quartò, Quia non multò post extat memoria Ioannis, & Odorij Priorum ordinis Eremitarum. Hoc autem intelligi debet de ordine Eremitarũ S. Augustini, vel assignetur de quo alio ordine sermo sit. Eam autem memoriam haberi, patet ex donatione Sancij I. Regis Portugaliæ, filij Regis Alphonsi, facta monasterio S. Vincentij, in qua illi dono dedit Eremitorium quoddam, seu Sanctuariolũ B. Saturnini de monte de Sintra. Huius donationis instrumẽtum Originalem habebatur in archiuo S. Vincentij, & rogatum fuit mense Iulio, era. 1230. id est, anno 1192. eique subscribunt vt testes (ita refert Ludouicus de Angelis [c] & M. Marquez [d]) *Ioannes Prior Eremitarum, & Ferdinandus*

Quartò.

[c] lib. 4. de vita & laudibus D. Augustini cap. 20. fol. 107.

[d] cap. 18. §. 5. pag. 323.

rardus Canonicus S. Vincentij. Patet, etiam ex alia donatione eiusdem Regis Sancij I. facta monasterio de Leiza ordinis Cisterciensis, die 24. Septembris, era 1234. id est, anno 1196. cui inter alios testes, vt refert M. Marquez [a] subscribit, *Odorius Prior Fratrum Eremitarum.*

[a] cap. 18. §. 7. pag. 325.

333 Verùm in hanc Magistri Marquez sententiam doctissimus Pennotus in vehitur nescio an minùs cautè quàm par erat, & decebat virum adeò doctum, & religiosum de doctissimo, & religiosissimo viro loquentem: Primò enim obijcit [b], quod historiam fundationis conuentus S. Vincentij duobus in locis ex industria corrupit Marquez, ne detegeretur quod illi, de quibus historia loquitur, essent Canonici Regulares. Nam primò, vbi in historia dicitur, *Quòd Gualterus natione Flamengus, Canonicus Regularis Premõstratensis Vlyssipponam venit comitantibus se quatuor Socijs sui ordinis*, Marquez ponit hæc verba. *Quidam summæ sanctitatis Abbas nomine Gualterus, Flamingus natione, Vlyssipponam venit comitantibus se quatuor S. Augustini fratribus.* Secundò vbi dicitur inferiùs, *sed cùm vellet eam subdere Præmonstratensi monasterio Canonicorum Regularium*, ille nomen Canonicorum Regularium ex industria omisit. Hæc Pennotus, qui [c] eamdem historiam fundationis conuentus S. Vincentij, opera Reuerendissimi D. Antonij à Cruce Illustrissimæ Congregationis S. ✠. Colimbricensis Can. Reg. ordinis S. Augustini Abbatis generalis per manum publici Notarij in forma authentica, & probante nuper extractũ ex cartophilatio, siuè archiuo eiusdem monasterij S. Vincentij testatur se in lucem proferre; idq; facere; *Quoniam Marquez non solùm alienis opibus se ipsum ditare non erubescit, verùm etiam Canonicos Regulares ad falsum testimonium ferẽdum inducit.* Quæ historia in prædictis duobus differt ab ea, quã M. Marquez produxit. Ex ea autem, prout à Pennoto adducitur, ait ipse; *Falsitatis apertissimè conuinces ea omnia, quæ de monasterio ordinis Eremitarum per Socios Abbatis Gualteri Vlyssippone ædificato duobus illis capitibus idem author scribit.* Et lib. 2. [d] sic ait. *De hoc Monasterio, nonnulla lib. 1. cap. 35. in fine annotauimus, quæ omnia videnda erunt. Nam ex illis habebis, vnde plures errores Ioannis Marquez Eremitæ Augustinensis emendes in suo libro de origine Fratrum Eremitarum.*

[b] lib. 1. cap. 35. nu. 8. pag. 1.

1. Obiectio Pennoti.

[c] eod. lib. 1. cap. 57. nu. 13. pag. 189.

[d] cap. 60. nu. 9. pag. 505.

334 Secundò obijcit D. Pennotus [e] falsum esse ordinarium congregationis S. Rufi dicere Gualterum, & eius socios fuisse Eremitas ordinis S. Augustini; & si ordinarium per errorem id dixisset, corrigendum esset, cùm constet, ipso Marquez concedente, Gualterum Præmonstratensis ordinis fuisse. Et similiter ait falsum esse, Monasterium à Socijs Abbatis Gualteri fundatum, fuisse Eremitarum Augustinensium: erant enim ordinis Premonstratẽsis, quorum institutum loca ab hominum conuersatione remota requirebat. Id quòd clariùs notauit [f] ait; idem ordinarium S. Rufi à Reuerendissimo P. D. Antonio à Cruce Priore Generali repertum nullibi habere verba allegata; imò nec sensum, nec aliquid eiusmodi. Addit, etiam falsum esse, monasterium, quod de præcedentia contendere voluit, cum Canonicis S. Vincentij, fuisse à Socijs Gualteri fundatum; nam illud fuit monasteriũ Eremitarum ordinis S. Guilelmi, vt ipse dixit lib. 1. cap. 35. in fine, vbi adducit relationem cuiusdam Canonici Regularis scriptam Romæ 19. Augusti, anno 1500. qui ait de anno 1493. dũ conuentus S. Vincentij Prior esset D. Didacus Ortiz, sede vacante, gubernante Archiepiscopatum Petro à Sousa eiusdem Sedis Decano, Guilelmitas, vulgò D. P. Augustini Eremitas vocatos Canonicis vno in loco compares, seu æquales ire voluisse.

Secunda.

[e] lib. 1. cap. 35. nu. 13. pag. 190.

[f] lib. 1. cap. 35. nu. 8. pag. 101.

335 Tertiò obijcit [g], quia donatio, quam citat, de quodam eremitorio existente in monte, qui dicitur Sintra, sub inuocatione B. Saturnini, cui subscribit Ioannes Prior Eremitarum, & Ferdinandus Canonicus S. Vincentij, non reperitur in archiuo S. Vincentij: inuenitur autem carta donationis factæ à Rege Sancio anno 1192. era 1230. & confirmatæ per D. Alphonsum III. Portugaliæ Regẽ era 1299. id est, anno 1261. quorum priuilegiorum trassumptum authẽticum ibidẽ pag. 186. adducit; *Vt videas, ait, an eremitoriũ S. Saturnini de Sintra, vel an prædictus Petrus Eremita fuerit ordinis, qui nunc Eremitarum S. Augustini vocatur; & vtrum ex dicta carta donationis habeatur tempore prædicti Sancij Regis Portugallensis fratres Eremitas Augustinẽses habuisse Monasteria sui ordinis in ciuitate, aut in comitatu Vlyssippone.*

Tertia.

[g] lib. eod. pag. 31. nu. 8. pag. 102. Solutio; prima.

346 His obiectionibus in fauorem M. Marquez respondentes, antequam nostrum sensum liberè, & ingenuè aperiamus, verba iterum dimittimus, & remittimus, ne inutiliter, & irreligiosè verbis contendamus.

Soluitur primus. mus. Ad primam ergo obiectionem respondeo plura. Primum est. Quis credet Magistrum Marquez ex industria textum corrupisse, & omisisse verba, præcipuè cùm citaret instrumenta existentia apud eos, qui volunt esse aduersarij, & illa quæsituri erant, & inuenturi? Quis adeò sit hebes, & stupidus? Deinde, quo fine supprimeret nomen Canonicorū Regularium, dum de Gualtero, & Monasterio Præmōstratensi sermo esset, qui[a] expressè ait Gualterum fuisse ordinis Præmonstratensis? Quòd autem ordo Præmonstratensis sit ordo Canonicorum, id quid vel quomodò negaret Marquez? Secundum est. Si in prædicta historia essent ea verba, quæ refert Pennotus, scilicet, *Gualterus Canonicus Regularis Præmōstratēsis ex Flamēgis natione Vlyssipponē aduenit comitantibus sex quatuor sui ordinis fratribus*, M. Marquez nō immutaret verba, qui[b] ex Chronica Regis Alfōsi cap. 40. & ex libro Ortici 25. refert ea, ex quibus suadetur Gualterum, & socios illius esse eiusdem religionis. Id quòd clariùs expressit Ota. Taanreh, qui inuenit in antiquiori libro latino ea verba, *Comitantibus se quatuor ordinis S. Augustini fratribus*, qui modus loquendi videbatur, innuere Gualterum esse ordinis diuersi, vt pote Præmonstratensem Canonicū, illos verò ordinis Eremitarum Augustinēsium, qui communiori acceptione dicuntur fratres S. Augustini; credidit socios Gualteri fuisse Eremitas Augustinianos, præcipuè cùm videret ordinariū S. Ruffi eos appellasse ordinis Eremitarum. Tertium est. Si aliqua ex parte posset esse suspicio alicuius immutationis, maximè ex parte aduersariorum, qui ea, quæ sibi nocerent, mutare potuerunt, aut supprimere; cùm apud se haberent prædicta instrumenta; quàm ex parte nostra, de quibus nemo credet, ni sit præ affectu cæcus, falso allegasse testimonia apud alios existentia, de quibus dubitari nō posset, statim illa visuros, & reuisuros. Neq; obstat trāssumptū fuisse extractum in forma authentica ex Carthopilazio, opera Reuerēdissimi Abbatis Generalis. Potuit enī immutatio præcessisse in Carthopilazio, vnde postea in forma authentica per manum Notarij publici trāssumptum extraheretur. Neq; enim testatur Notarius nullam in originali immutationem præcessisse.

[a] cap. 8. §. 3. pag. 312.

[b] ca. 18. 1 principio capitis, & §. 1. pag 319

337 Soluitur secunda. Ex his ad secundam obiectionem respondeo duo. Primum est. Credi non potest adeò imprudenter hominem aliquem religiosum desipuisse, vt falsò diceret in ordinario S. Ruffi, quòd apud aduersarios existebat, reperiri ea verba. Faciliùs creditu est aliquem extraxisse folium illud, in quo ea reperiebantur. Quo dato, verissimè Reuerendissimus Prior generalis testatur modò illa nō extare in ordinario S. Ruffi, neq; sensum illorum; & verissimè ille alius dixit suo tempore ea cōtineri in illo. Si enī distinguas tempora, concordabis iura; & vtrumq; erit verum pro diuerso tempore. Vel etiam potuit esse duplex ordinarium, vnum cum illis verbis, & aliud sinè illis. Primum perijt, secundum viuit. Quo admisso, verè potuit citare Marquez ex ordinario, scilicet iam deperdito; & modò testari generalis non reperiri in ordinario, quòd modò extat. Si autem ita extabat in ordinario S. Ruffi, non leue fundamentum est, vt credamus monasterium fundatum à Socijs Gualteri fuisse ordinis Eremitarum. Secundum est. Per iniuriam asserit R. D. Pennotus monasterium, quod cum Canonicis S. Vincentij de præcedentia contendere voluit, nō fuisse fundatum à Socijs Gualteri, sed fuisse ordinis Eremitarū S. Guillelmi. Licèt enim dubitari possit, vtrum illud monasterium esset constructum à Socijs Gualteri, necne; secundū tamen dici nullo modo potest nisi ab illis, qui nostris etiam temporibus velint ordinem Eremitarum S. Augustini appellare titulo Eremitarum S. Guillelmi. Ex ipsa enim relatione, quam Pennotus allegat, constat litem intercessisse inter Canonicos Regulares, & fratres dominæ nostræ de gratia ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini, & compositam fuisse per F. Paulum de Spoleto nomine Reuerendissimi generalis Vicarij, & Rectoris ordinis Fratrum Eremitarū S. Augustini. Quàm rectè autem author eius relationis anno 1500. & modo Pennotus, vterq; Canonicus Regularis, ordinem Eremitarum S. Augustini appellet ordinem Guillelmitarum, vel Eremitarum S. Guillelmi, quilibet poterit iudicare.

Ad tertiam obiectionem dico tria. Primum est. Pennotus tantùm allegat donationem Regis Sancij inclusam in confirmatione Regis Alfonsi, in qua prætermissæ fuit aliquæ subscriptiones, sicut regulariter fit in omnibus instrumentis, quæ includuntur in alijs. Quærat originalem donationem Regis Sancij, & fortè ibi inueniet 338 Soluitur tertia.

ueniet subscriptiones citatas. Difficile enim est creditu id per imposturam allegatum, præsertim cùm instrumentum existeret apud aduersarios, à quibus propter eam subscriptionem potuit supprimi donatio originalis, vel casu deperdi. Secundum est. Frustra obseruat Pennotus Petrum Eremitam, aut Eremitorium B. Saturnini de Sintra non fuisse ordinis Eremitarum S. Augustini; nemo enim id asseruerat, imò nec leuiter indicauerat. Quòd verò ex ea carta donationis nō colligatur tempore Regis Sancij Fratres Eremitas Augustinenses habuisse monasteria in Lusitania, falsum est, & nihil interest, etiam si inde non colligeretur. Falsum est; quoniam ibi extabat subscriptio Ioannis Prioris ordinis Eremitarum, quæ intelligi nō potest nisi de Priore ordinis Eremitarum S. Augustini. Non interest; quia licèt ex ea non colligatur, infertur ex alia, quam Marquez allegauit[a] in qua subscribit *Odorius Prior Fratrum Eremitarum*; & ex alijs authenticis testimonijs, quibus probauimus in hac difficultate ordinem Eremitarum S. Augustini ante annum 1200. præcessisse. Tertium est. Miror quòd sanctuariolum à Rege Sancio appellatum Pennotus pag. 101. semel & iterum vocet Eremitorium. Eremitorium enim in eius sententia significat Eremitarū cænobium. Audiamus eius verba lib. 1. cap. 57. nu 6. pag. 186. vbi de monasterio Toletano Sislæ loquens, sic ait. *Et quòd illud Monasterium non Eremitarum, sed Clericorum fuerit, suadet testimonium Iuliani Toletani ab ipso Marquez cap. 11. §. 3. relatum, in hunc modum scribentis. Item, Monasterium S. Mariæ Sislæ tempore Gothorum ab Augustinianis possessum, nūc Eremitorium. Hæc enim verba apertè indicant illos monachos Eremitas non fuisse; nam aliàs verè dicere non potuisset illud monasterium priùs monachorū fuisse, & postea Eremitarum.* Quis hæc redigat in cōcordiam? Sane Pennotus non poterit. At in re vtrumq; verum est, nempè & sanctuariolum B. Saturnini, & Sislam esse Eremitoriū. Eremitorium enim verè significat id, quod Hispanicæ dicimus, *Ermita*, vt & ipse accepit pag. 101. sanctuariolum B. Saturnini vocans Eremitorium. Et ita esse dicendum satis patet ex bulla 95. Pij IV. apud Laertium tomo 2. pag. 137. anno 1565. vbi Pōtifex §. 125. sic inquit. *Indulta præsentia quibusuis prioratibus, Ecclesijs, Capellis, Hospitalibus, Leprosarijs, Oratorijs, Eremitorijs, ac eiusdem S. Lazari confraternitatum Confratribus, membris, & alijs locis*, &c. vbi negari nō potest nomine Eremitoriorum non intelligi cænobia Eremitarum, sed Ecclesias extra oppida cōstructa, quas Hispani vocant *Hermitas*. Hoc autem supposito constat sensus Iuliani Toletani. Non enim ait suo tempore Sislam esse Monasterium Eremitarum; quòd etiam nobis faueret; quia Iulianus edidit illud opus circa annum 1150. sed asserit suo tempore fuisse Ecclesiam Eremam, id est, *Hermita*. Vrgeamus hæc omnia. Vel Eremitorium significat cænobium Eremitarum; vel non. Si primum vt volebat Pennotus pag. 186. ergo Eremitorium B. Saturnini erat cænobium Eremitarū, quod pag. 101. nolebat idem Pennotus. Si secundum, ergo quando Iulianus dicit Sislam suo tēpore esse Eremitorium, non dicit esse cænobium Eremitarum. Adde. Si id affirmaret Iulianus, iam haberemus ab anno 1150. monasterium Eremitarum in Hispania in vrbe Toletana, quod etiam debuisset aduertere Pennotus, ne toties sibi esset contrarius.

a pag. 321.

Adhuc tamen, vt ingenuè fatear, quod sentio, duo dicam. Primum est. Monasterium Vlyssiponense ordinis Eremitarum S. Augustini nō videtur fuisse fundatum à Socijs Gualteri. Fundamentum mihi est. Primò: quia Socij Abbatis Gualteri erant Canonici Regulares Præmonstratenses, id quòd suadetur: quia ita expressit Chronicum Alfonsi I. Portugaliæ Regis cap. 40. & clarius Oiha cap. 13. suæ historiæ, vt fatetur Marquez; & liber historiæ monasterij S. Vincentij, vt refertur à Pennoto[b] sic habet. *Commitantibus se quatuor sui ordinis fratribus*. Neq; contra hoc est, quod hic liber, vt tradit Marquez, sic habeat; *Comitantibus se quatuor ordinis S. Augustini fratribus*. Potuit enim author ille, vel libri trāscriptor sic appellare eos, qui erant Canonici Regulares Premonstratenses: Canonici enim Regulares rectè dici possunt Fratres ordinis S. Augustini; pręcipuè cùm ex eadem relatione cōstaret, eos non simpliciter, & absolutè dici fratres ordinis S. Augustini, sed postquam appellati fuerant Canonici Regulares ordinis Præmonstratensis. A multis autem annis hęc denominatio in acceptione cōmuni significat Eremitas Augustinianos; neq; aliquē dices esse Fratrem ordinis S. Augustini, absolutè, & simpliciter loquēdo, quem non credant omnes esse Eremitam Augustinianum. Neq; etiam obstat

339 De fūdatione Conuentus Vlyssipponensis mens authoris.
Prima conclusio.
Conuentus Vlyssipponensis non fuit fundatus à socijs Gualteri.
Probatur primò.

b lib. 1. cap. 57. num. 13. pag. 189.

aut. o-

authoritas ordinarij S. Ruffi. Potiùs enim videtur standum alijs libris, de quorum antiquitate constat, quàm relationi repertæ in ordinario S. Ruffi, de cuius antiquitate nihil est certum.

340 Secundò. Secundò probatur. Quoniam Gualterus, & eius Socij venerunt ex Flandria, vt nouam ædificarent congregationem. Sic enim ait liber antiquus S. Vincentij. *Cuius itineris causa erat nouam velle ædificare congregationem.* Quis autem credat Abbatem Pręmonstratensem è patria sua egressum ad nouam congregationem ædificãdam, & non adduxisse secum Socios sui ordinis, sed alterius? Deinde, quia vel volebant ædificare congregationem Eremiticam, vel Canonicam. Si primum. Non voluisset Gualterus, vt voluit, subdere domum S. Vincentij monasterio Præmonstratensi, vt esset filia eius. Si secundum, ergo Socij Gualteri, cùm ingressi sũt monasterium S. Vincentij, relicto ordine Eremitico in Canonicum transierunt. Ergo quando reliquerunt domum S. Vincentij, non construxerunt conuentũ Eremitarum Augustinensiũ, vtpote qui iam erant Canonici; nisi velis dicere illos ex Eremitis in Canonicos, & rursus ex Canonicis in Eremitas fuisse mutatos, cuius iteratæ mutationis non extat sufficiens fundamentum.

341 Tertiò. Tertiò, quia Socij Abbatis Gualteri, cum illo reuersi sunt in patriam, neque aliquod monasteriũ ędificauerunt. Quòd patet. Primò, quia nulla memoria authentica habetur monasterij ab illis ædificati. Secundò, quia Chronicõ Regis D. Alphonsi Enriquez expresśe refert ca. 40. Gualterum cum Socijs reuersum fuisse in patriam; & licèt Otha cap. 13. & liber antiquus S. Vincentij tantùm exprimant Gualterum redijsse ad suos; idem tamen iudicium de Socijs faciendum videtur, aliàs ibidem explicaretur illo abeunte socios remansisse. Adde, si Gualteri Sodales remãsissent, & non essent Præmõstratenses, non contenderent subdere domum illam monasterio Præmõstratensi. Si autem id non contenderent, Rex non auferret ab illis monasterium S. Vincẽtij; sed ad summum superinduceret nouum Abbatem, seu Priorem ex eadem, vel ex diuersa religione, iuxtà illorum temporum morem.

342 Secunda conclusio. Secundum, quòd dico, est. Monasterium Vlyssipponense Eremitarum Augustinensium, adhuc est antiquiùs anno 1200. Hoc autem persuadetur. Primò, ex subscriptionibus Ioannis Prioris Eremitarum anno 1192. & Odorij Prioris Fratrum Eremitarum anno 1196. Secundò ex cap. Insinuante, de quo §. sequenti latius agemus. Tertiò, Ex donatione D. Susannæ in principio huius §. adducta, & facta an. 1243. in fauorem Eremitarum ordinis S. Augustini de quodam campo contiguo loco dictorum fratrum; in quo scilicet ante eam donationem habitabãt. Neque credendum est eum locum post annum 1200. fuisse ædificatum, cùm ex alijs fundamentis, nempè. Primò & Secundò constet in eadem ciuitate vel regno, aut saltem in Hispania ante annum 1200. præextitisse Priores, seu fratres ordinis Fratum Eremitarum S. Augustini. Vnde meritò Damian⁹ de Goes [a] ad Hẽricum Cardinalem infantem, postea Regem Portugaliæ, sic ait. *Statim obuium fit templum vetustissimum Augustinensium monachorũ, D. Virgini gratiarum sacrum, introrsum eidem vrbis muro adhærens.*

Monasterium Vlyssipponense antiquiùs esse an. 1200. probatur. Primò. Secundò. Tertiò.

[a] in descriptione Vlyssipponis tomo 2. Hispaniæ illustratæ pag. 885.

§. VII. OSTENDITVR EADEM VEritas ex Cap. Insinuante.

343 Vltimum fundamentum. Vltimum fundamentum, quod in præsẽti adducimus ad probãdum quòd ordo Eremitarũ S. Augustini præcessit in ecclesia ante annum 1200. desumitur ex Cap. *Insinuante*, lib. 4. decretaliũ, titulo, Qui Clerici, vel vouentes matrimonium contrahere possunt; & est constitutio 12. folio mihi 332. extatque Ms. in nostro archiuo Romano, & in editione Conciliorum Coloniensi anni 1575. habetur lib. 2. pag. 527. inter Epistolas anni 2. Pontificatus, sub dat. Laterani Cal. Decembris; & affertur à M. Empoli in suo Bullario Augustiniano pag. 163. & sic se habet.

Innocentius III. Vlyssipponensi & Conimbricensi Episcopis. Insinuante V. (alia exemplaria habent, I.) *nobili muliere, nostro est Apostolatui rescriptũ, quòd à quibusdam curialibus suis Regi Legionensi pro ipsius copula supplicatum, quòd cùm ad consanguineorum eius notitiam peruenisset, vt maritum acciperet, ei sub ostentatione regia suggesserunt. Ipsa verò quòd tunc nollet nubere protestans, consilium accepit ab eis, quòd votum emitteret castitatis. Quòd in manibus cuiusdam de fratribus S. Augustini fecit, eo adiecto tenore, vt in domo propria cum omni substantia sua remaneret. Sanè in eiusdem ordinis habitu biennio post permãsit,* 344

litèt id se inuitam fecisse asserat & coactam, non tàm metu regio, quàm parentum. Et infrà. *Tandem attendens quòd inuita votum emiserit, eo dimisso, de parentum consilio, T. Michaeli publicè fuit matrimonialiter copulata; de quo quatuor sustulit filios tempore procedente.* Et infrà. *Nos igitur attendentes, quòd in emissione voti, quòd praecessit, nulla, vel modica coactio fuisset, quàm patientia & perseuerantia sequentis temporis penitùs profligauit; & quòd sequẽs coniunctio potiùs iniqua fuit, & violenter extorta; mandamus quatenùs si praemissis veritas suffragatur, praefatam mulierẽ ad malè dimissum religionis habitum resumendum, & seruandum quod vouit monere & inducere procuretis, & (si opus fuerit) per censuram ecclesiasticam coercere. Quòd si ambo, alter vestrum &c. datum Laterani Cal. Decembris, Pontificatus nostri anno 2.* id est, die 1. Decembris anno 1199.

345 Ex data huius decretalis cõstat, votum huius foeminae emitti debuisse circa annum 1193. Requiruntur enim ad minùs quinq; vel sex anni, vt duo anni intercesserint inter votum emissum, & matrimonium contractum, & foemina potuerit ex viro quatuor liberos procreare. Quae omnia facta fuisse continetur in narratiua Pontificis. Ex eadem data colliges deceptum fuisse M. Marquez [a] dum asserit, vel admittit epistolam illam fuisse scriptam circa annum 1210. & cap. 2. in principio pag. 6. dum eodem modo admittit datam fuisse circa annum 1214. vel 1215.

[a] cap. 15. §. 12. pag. 198.

346 Ex hoc pontificio decreto plura habemus, quae intulit etiam Marquez. [b] Primum est. Votum praedictae foeminae fuit solẽne. Aliàs Pontifex non declararet irritum fuisse matrimonium subsequutum. Tunc enim non erat vota simplicia in religione approbata, quae subsequens matrimonium irritarent. Secundum est. Religio illa fratrum S. Augustini, de qua ibi est sermo, iam tunc per ecclesiam erat approbata; quia in religione non approbata nullum potest esse votum solenne, vt Bonifacius VIII. cap. vnico, de voto & voti redemptione in 6. definiuit. Tertium est. Religiosus ille de fratribus S. Augustini, fuit ex Eremitis Augustinianis.

Corollaria ex praeadducto Decreto.

[b] cap. 2. in principio pag. 6. & cap. 14. §. 8. p. 266. & cap. 15. §. 12 pag. 297.

Primũ quòd votum fuit solemne.

Secundũ quòd religio fratrũ S. Augustini erat tunc approbata.

Tertium quòd illi fratres erãt Eremitae Augustiniani.

347 Sed rogabis, hoc vltimum, de quo tota lis est, vnde constat? R. D. Gabriel Pennotus [c] refert id probari à Marquez; quia textus de fratrib' Eremitis ordinis S. Augustini expresse loquitur, vt glossa, Azorius, & Benedictus Capra insignis legum doct. aiunt. Huic autem fundamento, ad votum proposito, vt faciliùs & plausibiliùs dissolueretur, respondet dupliciter. Primò, Non constat textum de fratribus Eremitis Augustinensibus intelligi oportere. Secundò, Neq; glossa, neq; Azorius hoc dicunt. Et si Benedictus Capra hoc sensit, salua illius in reliquis aestimatione, in hoc deceptus fuit. Quinimò Azorius [d] expresse fatetur nullam in decretali Gregoriano istius ordinis mentionem haberi.

Quaesitum. Resoluitur.

[c] in sua historia tripartita lib. 1. cap. 57. pag. 183.

Resp. duplex sententia.

[d] tomo 1. lib. 12. cap. 23. q. 4.

348 Et si à Pennoto inquiras, cuius ergo instituti professores erãt illi fratres S. Augustini, de quibus Innocentius in textu loquitur? Respondet tripliciter. Primò probabiliter exponi potest textus de Canonicis Regularibus, quorũ institutum tunc temporis per totam Lusitaniam summopere florebat. Secundò verosimiliùs videtur illos fuisse fratres, seu Canonicos ordinis Praemonstratensis; qui ordo eo tempore in regno Portugalliae valdè erat dilatatus; quòd etiam Ioãnes Marquez [e] fatetur. imò tunc temporis Praemonstratenses vocabantur Fratres ordinis S. Augustini; vt colligitur ex historia fundationis monasterij S. Vincẽtij Vlyssipponẽsis quam ille ibi refert. Tertiò, dici potest illos fuisse fratres Guillelmitas. Nã si Theobaldo fides adhibenda est, qui S. Guillelmi vitam describit, ille S. Guillelmum Portugalliae partes penetrasse ibique sui ordinis monasteria extruxisse refert. Idque etiam Ioannes Marquez [f] fatetur in eodem regno ex antiquissima traditione haberi. Quomodò verò fratres Guillelmitae ante Concilium Lateranense fratres S. Augustini dicti fuerint, dicit à se explicatum supra; non tamen assignat, quo in loco id explicauerit.

Quaesitum. Triplex eiusdem resp̃sio. Prima.

Secunda.

[e] cap. 18. §. 3.

Tertia.

[f] cap. 17. § 2.

349 Haec monstra peperit (si partus hic non abortus) animus contradicendi. Sed vt eorum capita singillatim gladio veritatis resecemus, plura praestabimus. Primò ostẽdemus textũ intelligi oportere de Eremitis Augustinensibus, secùs de Canonicis Regularibus, aut Praemonstratensibus. Secundò, nil nobis nocere, quòd intelligatur de fratribus Eremitis S. Guillelmi. Tertiò minus fideliter referri fundamẽta, quibus M. Marquez, & religio Augustiniana contendit fratrem illũ S. Augustini fuisse vnum ex suis Eremitis.

Vt refellantur responsa, tria praestari promittuntur. Primum.

Secundum.

Tertium.

350 Et vt ab hoc vltimo, ex quo reliqua constabunt, incipiamus; M. Marquez textum illum de Eremita Augustiniano esse intelligendum, colligit [g] ex triplici fundamento. Primò, quia semper, vbi in iure fit mentio ordinis S. Augustini, sinè alte-

[g] cap. 2. in principio, pag. 7.

Vt praestetur tertium referuntur fundam. ex quibus M. Marquez caput *Insinuante* de Eremita Augustiniano intelligendum esse colligit.

rius verbi additione, sermo est de Eremitico, non de Canonico. Quòd ipse a latè probat. Secundò quia votum illud emissum est in manibus cuiusdam de fratribus S. Augustini. At Canonici, ex ipsorum confessione, non intelliguntur nomine fratrum S. Augustini simpliciter & absolutè dictorum. Quod etiam ipse b pluribus nititur ostẽdere. Tertiò, quia glossa in prędicto capite eum fratrem appellat Monacum. verba Glossæ hæc sunt. *Et ita solennizauit votum continentiæ tradendo se ordini S. August. in manibus illius monachi.* Et Claudius Spenceus c sic ait. *Restat Augustinianorum fratrem habuisse potestatem incorporandi monachismo.* Vnde Azorius d & Coriolanus e contra veritatem secundam, pro se allegans Benedictum Capram Perusinum, insignem iurisconsultum, affirmãt eum fratrem fuisse Augustinianum Eremitam. Quoniam Canonici non sunt Monachi.

a cap. 7. §. 3. pag. 103.

b cap. 5. § 8. pag. 72.

c lib. 4. de Cõtinentia cap. 31. in fine.

d lib. 12. instit. Moral. cap. 23 quæst. 5.

e 1. p. defen. in respons. ad 8.

351 Hæc sunt fundamenta, quibus Marquez innititur, vt probet illum fratrem S. August. fuisse Eremitam. Ex his vide quã falsò Pennotus illi tribuat. Primò, quod senserit textum expressè loqui de Eremitis S. Augustini. Quod nec somniauit Marquez; nec dicere posset vel stupidissimus homuncio, cùm ibi non exprimatur nomen Eremitarum. Adde si ibi expressè agi de Eremitis docuisset Marquez vt quid conatur varijs argumentis comprobare textũ esse de Augustinianis Eremitis intelligendum. Quod enim expressum est, non indiget probatione ad indagandum & eruendum sensum. Aliud est, affirmare textum expressè loqui; aliud verò, contendere non posse loqui de alio ordine quàm Eremitico. Primum neque innuitur à Marquez, & tamẽ tribuitur illi à Pennoto; secundũ affirmatur & probatur à Marquez. Secũdò illi tribuit, quòd vt probaret textum loqui expressè de Eremitis S. Augustini, allegauit Glossã, Azorium, & Benedictum Capram: & tamen Marquez nullatenùs asserit glossam sensisse ibi agi expressè de Eremitis; sed ex eo quòd Glossa fratrẽ illum appellauit Monachum, infert fuisse Eremitam Augustinianum. Quia frater S. Augustini, qui sit monachus, nullus est nisi Eremita Augustinianus. Quòd & pro certo habuit Benedictus Capra. De Azorio verò dicam duo. Primum est. in loco à Marquez allegato non explicat quid ipse sentiat, sed refert opiniones aliorum, vt & nos supra notauimus. Secundum est. In loco citato à Pennoto non negat in decretali Gregoriano haberi mentionem religionis Eremiticæ Augustinianæ; sed tantum non reperiri expressam mentionẽ sub nomine Eremitarum S. Augustini; quòd & nos fatemur. Et quamuis primũ sensisset Azorius, dicere de illo possemus potiori iure, quod de Benedicto Capra, antiquiore, & fortè doctiore, dixit Pennotus; nempè, *si id sensit, salua illius in reliquis æstimatione, in hoc deceptus fuit*; & meliùs quàm ipse sensit doctissimus P. Frãciscus Suarez ex eadem societate Iesu f vbi ex hoc textu probat continuationem ordinis Eremitarum S. Augustini.

Ostẽditur falsò tribui Marquez quòd dixerit textũ loqui expressè de Eremita Augustiniano & quòd ad hoc allegauerit Glossam.

f tomo. 4. de religione lib. 2 cap 9. nu. 2.

352 Sed oportet explicare, quam vim habeant à M. Marquez adducta ad probandum in eo textu sermonem esse de Eremita Augustiniano, vt inde dissoluantur Pennoti euasiones, qui illum de Canonicis Regularibus, aut Pręmonstratensibus, vel de Eremitis S. Guillelmi explicauit. Id vt præstemus, Suppono primò cum Ioanne Molano g nomen, *Frater*, olim conuenisse etiam Canonicis Regularibus, vt aduertimus lib. 3. Bibliothecæ D. August. in notis ad plures Epistolas, quarum titulus est, *Augustinus, & qui mecum sunt fratres* &c. & in Cathalago Episcoporum Dertusensium sub Guafredo I. post vrbis Dertusæ expugnationem. is enim in antiquis instrumentis sæpè sic loquitur. *Gaufredus, & qui mecum sunt fratres.* Et ab eodem tempore Canonici Regulares ecclesię Dertusensis professionem suam sic incipiunt. *Ego Frater N.* &c.

Ad Aprien: dam vim rationũ M. Mar. quæ ad probandum primum suppositio primæ.

Nomen frater olim conueniebat Canonicis.

g lib. 1. de Canonicis cap. 3.

353 Sed vltra probatur hoc suppositum. Primò ex Bulla 2. Paschalis 2. apud Cherubinum h data Laterani 6. Cal. Ianuarij, anno 1106. ibi. *Dilectis filys Roeio Priori Venerabilis Basilicæ Saluatoris, eiusq; fratribus tam præsentibus quàm futuris, regularem vitam professis.* Secundò ex instrumẽto adducto à Carolo Scribanio è societate Iesu, i confecto anno 1124. in fauorem S. Northberti, suique ordinis Præmonstratensis. ibi. *Eique (Northberto scilicet) ac suis fratribus regulam B. Augustini seruantibus, suamque institutionem exequentibus.* Tertiò ex Clem. III. electo anno 1187. in cap. *super quedam*, lib. 3. Decretalium, tit. 35. de statu Monachorum, & Canonicorum Regularium; vbi loquens de quodam Canonico in monasterio Canonicorum sepulto, sic inquit. *Et fuit inter alios fratres traditus sepulturæ.* Quartò Ex Innocentio IIII. Cap. *Quod Dei timorem*, eodem titulo 35. vbi de Canonicis lo-

Probatur primò.

h tomo. 1. bullarij pag 16.

Secundò.

i in lib. Origi num Antuerpiensium cap. 21. pag. 91.

Tertiò.

Quartò.

cis loquens, sic habet. *Coram fratribus S. victoris Bononiensis.* Et rursus, Cap. *venerabili*, de verborum significatione, idem Innocentius scribens ad Abbatem & monachos Alcobaziæ, sic ait. *Quòd cùm fratres S. &c. quodam de Canonicis suis sinè suo cõsensu ibi facto Priore.* loquebatur autem de Canonicis monasterij Conimbricẽsis sanctę Crucis. Quintò Ex bulla. 5. Bonifacij VIII. apud Cherubinum [a] data Vrbeueteri 5. Cal. Iunij, anno 1297. pro ordine S. Antonij de Vienna. ibi. *Quodque in eodem monasterio S. Antonij, & hospitali, ac mẽbris eiusdem, B. Augustini regula seruaretur, & secundùm eam dicti Abbas, & Canonici, seu fratres perpetuò viuere teneretur.* & quater rursus repetit illa verba, Canonici seu fratres.

Quintò.

a tomo. 1. Bullarij pag. 141.

354 Ex his reijcies Magistrũ Marquez [b] Augustinum Ticinensem [c] Basilium Serenium [d] Ioannem Trullum [e] qui censent nomen, *Frater*, absolutè dictum nũquam propriè conuenisse Canonico Regulari. *Hæc fateor* (vt verbis vtar S. Petri Damiani [f]) *nunquam potuit mihi placere sententia. Non enim à quo dicitur, sed quid dicatur, attendo.* Fratris nomen propriè indicat vnum ex illis, qui speciali quodam titulo, fraternitatis vinculo vniuntur. Hoc autem omnibus religiosis propriè conuenit. vnde D. Thomas [g] ait. *omnes Christianos, fratres vocat. Nondum Enim tunc temporis religiones instituta.* Non dixit, *Monachi*, sed, *Religiones*, quales, etiam sunt familiæ religiosæ Canonicorum, & Clericorum.

Reijciuntur Contrarium sentientes.

b cap 5. §. 8. pag. 72.

c 4. par. propugnaculi cap 12. & 13.

d pag. 450. §. poteram.

e lib. 1. ordinis Can. cap. 15. pag. 48. & cap. 29. n. 10. pag. 317.

f Epist. 4. de Omnipotantia ad Desiderijũ cap 1. fol. 483. in Appendice Bibliothecæ veterũ patrum.

g 22. q 187. artic. 3. ad Secundũ.

355 Adhuc tamen Verum est, quòd aliquibus retro sæculis (vt ergo suspicor, à temporibus Innocẽtij III. sub quo ex quatuor ordinibus Mendicantiũ, duo sunt in meliùs restituti, & alij duo denouo instituti, seu incæpti, vel potiùs aliquantò ante Innocentium III. quando multiplicari cæperunt religiones Monasticæ, & Mendicantes, quarum nouam inuentionem Concilium Lateranense prohibuit) nomen, *Frater*, ex communi acceptione plebis, & populi, & per antonomasiam, significat Religiosos Monachos, non Canonicos, vel Clericos Regulares. Vnde sicut nomen Apostoli absolutè dictum, propter hanc populi antonomasticam acceptionem, intelligitur de Paulo, nisi ex contextu, aut circumstantijs probetur oppositum; quia, vt notauit Helias Ragnier in Cap. *Etsi pignorationes* De iniurijs, & damno dato; quod est Gregorij X. in Concilio Lugdunensi, *vulgaris locutio est attendenda, seu consideranda; & debet præferri propria significato, maximè quando verbum profertur ab habente imperium. Et dicitur vulgaris locutio illud, quòd dicitur à plebe, & populo:* ità similiter, quando de aliquo religioso profertur absolutè hoc nomẽ, *Frater*, explicari debet de Monacho, non de Canonico, vel Clerico Regulari propter prædictam populi antonomasticam acceptionem, nisi ex contextu, aut circumstantijs conuincatur oppositum.

Quando nomen Frater incæpit significare religiosos Monachos non Canonicos ex communi acceptione plebis.

Hinc ortum est, quod notauit ex Augustino Ticinẽsi Ioannes Trullus [h], quod cùm Canonici Scopetini à F. Stephano (quem Cardinalis Gabriel Paleottus [i] inter Beatos Bononienses commemorat in hæc verba. *Anno 1444. B. Stephanus instaurator Religionis Canonicorum S. Saluatoris.*) ordinis Eremitarũ instituti circa annum 1407. (eo enim anno Gregorius XII. Bulla 2. apud Cherubinum [k] data Lucæ, Nonis Aprilis, Pontificatus anno 2. atq; adeò veriùs anno 1408. vt alij authores adnotarunt, Canonicis postea dictis Scopetinis tradidit conuentum S. Saluatoris Syluæ lacus, Senensis diæcesis. ibi. *Nos motu proprio, non ad dilectorum filiorum fratrũ dicta Domus, quæ hactenùs ordinis Fratrum Eremitarũ dicti S. Augustini extitit, &c.*) retinuisset scapulare album, voluissentq; inuicem vocari fratres secundùm priores consuetudines ordinis Eremitarum; cùm in dubium verteretur, an essent veri Canonici, propter nomen, & habitum superindutum, denuo impetrarunt ex priuilegio Iulij II. Pontificis Meximi esse seu declarari esse Canonici Regulares. 356

h Vbi supra.

i in lib. Administrationis Ecclesię Bononiẽsis fol. 595.

Canonici Scopetini instituti à F. Stephano Eremita Augustiniano circa annũ 1407.

k tom. 1. bul. pag 242.

Suppono Secundò, quòd quãuis fortè antiquitùs, etiam Canonici Regulares alicubi appellentur, *Fratres S. Augustini*, non secùs atq; Eremitæ, qui passim vocitantur, *Fratres S. Augustini, Fratres Augustiniani, Fratres Augustinenses*; vt in decreto, Leonis Episcopi Ratisponensis apud Marquez [l] dato Ratisponæ 7. Idus Februarij, anno 1263. ibi. *Adiudicanimus fratrum S. Augustini authentica litteris partis contrariæ præualere, ipsis fratribus S. Guillelmi nostra diæcesis dãdo consilium, & fauorem, vt se submitterent vnioni*; & in donatione Simonis Episcopi Parisiensis, quæ extat in archiuo nostro Parisiẽsi, & affertur à Marquez [m], & data est apud Tiliacum, anno 1293. die Martis post Natiuitatem Domini, & in ea donatur nobis conuentus, qui fuerat Fratrum Saccatorum de Pœnitentia Iesu Christi. ibi. *Eosdem Augustinianos fratres*; & rursus, *prædictis Augustinensi-* 357

Suppositio secunda.

A tẽpore quo per Antonomasiã Monachi appellati sũt fratres nomine fratrum S August. peculiariter intelligũtur Eremitę nõ Canonici nisi aliter constet ex circunstantijs.

l cap. 13. §. 15. pag. 240.

m cap. 16. §. 3. pag. 303.

nensibus fratribus: Quamuis, inquam, fortè alicubi Canonici olim fuerint appellati, *Fratres S. Augustini*; tamen ab eo tempore, quo Monachi per Antonomasiam, seu communem acceptionem specialiter appellati sunt Fratres, secùs verò Canonici, & Clerici; ex tunc etiam nomine Fratrum S. Augustini peculiariter intelliguntur Monachi, non Canonici, aut Clerici. Vnde quando absolutè ponitur, *Fratres S. Augustini*, debet de Eremitis, non de Canonicis intelligi; secùs verò, quando ex contextu, vel adiunctis Circũstantijs constet sermonem esse de Canonicis, siuè de alijs religiosis. Hac ratione Bonifacius IX. Bulla 5. apud Cherubinũ a quæ est de Canonizatione S. Brigittę, data Romæ, Nonis Octobris anno 1391. §. 34. sic ait. *Vnum venerabilẽ monasterium canonicè construi fecit pro 60. monialibus sub clausura viuentibus, & 25. fratribus ordinis S. Augustini* (sed de quibus fratribus loqueretur, expressit per sequentem adiectionem) *S. Saluatoris nuncupati; qui tam Moniales, quàm Fratres, certas constitutiones per ipsam beatam viduam editas, & postea per sedẽ Apostolicam approbatas obseruare tenentur*, &c.

a to. 1. Bullarij pag. 235.

358 Probatur. Itaq; quando absolutè ponitur, à prædicto tempore vsq; ad nostra, *Fratres S. Augustini*, intelliguntur Eremitæ S. Augustini. Ita loquitur Frãciscus Petrarcha in suo testamento confecto Patauij anno 1370. pridie Nonas Aprilis. ibi. *Siu Papiæ* (scilicet, moriar, mando sepeliri corpus meum) *In Ecclesia S. Augustini, vbi fratribus visum fuerit*. vbi expresè condistinguit fratres à Canonicis; ita etiam Guillelmus Episcopus Papiensis in sententia, quam Papiæ, die Veneris 18. Augusti an. 1392. sub Pontificatu Bonifacij IX. tulit inter Canonicos, & Eremitas Papienses. In ea enim semper sic ait: apud Pennotum b *dictos Priorem, & Fratres, & conuentum S. Augustini*, &c. *dictis D. Abbati, Canonicis, & cõuentui Monasterij S. Petri*, &c. ita etiam Nuncij, quos Petrus de Fox, Cardinalis Legatus misit ad Alphonsum Regẽ Aragoniæ (vt habet Bzoui⁹ c in schedula Regi tradita die Dominica 21. Aprilis anno 1425. vbi sic habebant. *Qui die Sabbati, qua computabatur 13. dies huius mensis Aprilis, & in claustro Ecclesiæ, seu conuentus Fratrum Augustinensium præfatæ Ciuitatis Valentiæ eidẽ vestræ Regiæ maiestati post recessum à sua missa litteras præfati Domini legati præsentarunt, &c. Et Martinus V. in Bulla* translationis S. Monicæ apud Bzouium d sic ait. *Nuper siquidem Vener. Fratre nostro Petro Episcopo Electensi, Apostolicæ Cameræ Sacrista, & Confessore nostro, pro parte dilectorum filiorum Augustini de Roma Prioris Generalis, & vniuersorum Fratrum ordinis S. Augustini, cuius ipse Episcopus, etiã professor existit*, &c. *Guillelmus quoq; Pepin, Dominicanus* e sic ait. *Hodie Fratres Augustinenses, & Carmelitæ eodem priuilegio gaudent*. Et tandem Hieronymus Puiades, f sic habet. *Nidigue de S. Maurici, natural de Castellò de Empurias, fraire del orden de S. Augusti*. Nunc Maioricæ obijsse refert P. Fr. Bernardus Nauarro Coronę Aragoniæ Prouincialis in vita S. Nicolai de Toldntino.

b lib. 1. cap. 62. pag. 235.

c to. 15. nu. 7. pag. 672.

d to. 15. nu. 24. pag. 759. anno 1430.

e in quadragesimali super Euãg. impresso Parisijs anno 1521. in feria 3. post Dñ. 3. quadragesimæ fol. 106.

f In chrõ. Cataloniæ lib. 4. ca. 83. fol. 239. pag. 2.

359 Suppositio tertia. Suppono Tertiò. cum M. Marquez g quòd quamuis tã ordo Canonicus, quàm Eremiticus sit verè, & propriè ordo S. Augustini; tamen quando in iure fit mentio ordinis S. Augustini, sinè alterius verbi additione, aut alia circunstantia, sermo est de ordine Eremitarum S. Augustini. Probauit M. Marquez rem hãc plurimis exemplis, addamus & nos nonnulla alia ex Concilijs, Bullis Pontificum, & probatis authoribus. Et primo ex S. Antonino h, qui ex Vincentio Beluacensi, qui circa annũ 1244. scripsit, hæc verba desumpsit agens de obitu S. Stephani, fundatoris ordinis Grandimotensis. *Monachi S. Augustini locum prędictum Mureti, in quo Deo seruiebant* (nempe Grandimõtenses) *ceperunt calumniare, prætendentes ad ius suum pertinere*. Eadem refert Arthmanus Schedelius i quæ Vincentij, & Antonini verba dũ explicat, & vrget R. P. M. F. Antonius Iepes k contendens prędictũ Stephanum non fuisse Augustinianum (in quo planè illi subscribo contra Hieronymum Romanum l sic ait. *Vnos religiosos de S. Augustin, que viuian alli zerca, dixeron que aquel Monte Mureto era suio*, &c. *Y en acabando boluierõ de aquel lugar*, &c. & m *Poner pleito los religiosos de S. Augustin, diziendo que a quel puesto de Mureto era suio, y becharlos de aquel lugar, y lleuar nuestros monges à S. Esteuan à Grandimonte, no arguie que sean de la orden de S. Augustin, sino antes que siguen lo contrario*. Eodem modo loquitur Siluester Maurolicus, Abbas ordinis Cisterciensis n ibi. *I Frati Agostiniani incominciorno à pretendere questo luogo di Mureto*, &c. & P. Franciscus Suarez o eodem modo admittit conuentum litigantem super loco Mureti fuisse Fratrum Augustinianorum.

Quãdo in iure fit mentio ord. S. August. sinè alia additiona, & circũstantia, est sermo de ordine Eremitarũ.

g cap. 17. §. 3. pag. 105.

Probatur primò.

h 3. p. tit. 15. cap. 31.

i in chronico ætatũ mundi fol. 192. pag. 2.

k to. 6. Histor. Benedictinæ cent. 6. anno 1079. cap. 4. fol. 327.

l 2. p. defēsorij cap. 14. & cent. 7. anno 1088. & lib. 6. rerũ publicarum mundi cap. 12.

m fol. 328.

n in mari Oceano religionũ pag. 186.

o to. 4. de religione lib. 2. cap. 5. num. 3. & 4.

360 Probatur secundò. Secundò, ex donatione in superioribus adducta D. Mariæ Reginæ Castellæ,

vxoris Regis Sancij, dicti el Brauo, facta D. Gundisaluo Ruyz de Toleto, quam refert in historia MS. Toletana D. Thomas de Tamaio, & Vargas, Regius Chronographus. ibi. *Sepan quantos esta carta vieren, como yo D. Maria, Reina de Castilla, & a vos D. Gonzalo Ruiz de Toledo, Notario maior de Castilla, y aio de la Infanta D. Beatriz mi hija, dono las casas, que yo he en Toledo en la colazion de S. Martin; las quales casas fueron de D. Fadrique, para que fagades en ellas monasterio de la orden de Sancto Augustin*, &c. *dada en Valladolid a 30. dias de Dezi mbre, era de* 1349. (id est, anno Christi 1311.) in his domibus extat ab eo tempore Regius noster conuentus Toletanus S. Augustini. Adde. Extat etiam in conuentu nostro Cordubensi priuilegium Fernãdi IV. Regis Castellæ, datum 15. Maij, era 1348. id est, anno 1310. in quo sic Rex ait. *Por fazer bien, e merced al Conuento de los frailes de S. Augustin de Cordoua*. & aliud Regis Ildefonsi XI. datum Cordubæ die 16. Februarij, era 1367. id est, anno 1329. in quo sic dicitur. *Por grand voluntad, que auemos de leuar adelante lo dela orden de los frailes de S. Augustin, por deuozion, que en ella auemos*. & infra. *E puedan fazer monasterio de la dicha su orden de S. Augustin*. Et aliud eiusdem Regis Ildefõsi datũ Hispali die 16. Septẽb. era 1371. Id est an. 1333 vbi sic habetur. *Et agora los frailes de la dicha orden de S. Augustin*. Et aliud antiquiùs Regis Fernãdi IV. concessum ordini S. Augustini, & quinq; illius conuentibus, nempe Burgensi, Toletano, Hispalensi, Cordubensi, & Pacẽsi, quæ in terris eius pertinebant ad Prouinciam Hispaniæ. Datum est autem Burgis die 8. Septembris, era 1345. id est, anno 1307. ibi. *Vimos vn traslado de vn priuilegio del Papa Vrbano IV. sellado con el sello de D. Sancho, Arzobispo que fue de Toledo, que nos mostraron los frailes de la orden de S. Augustin*. Et infra. *E sobre todo esto confirma por autoridad Apostolica, e enfortaleze por el dicho priuilegio todos las libertades, franquezas, que a la dicha orden fueron otorgadas de los sus antecessores obispos de Roma*, &c. & infra. *E nos el sobredicho Rey D. Fernando, porque auemos muy grande deuozion de seruir à S. Augustin, que como quier que los Padres sanctos Apostolicos de la Iglesia de Roma, y los muy nobles Reies, onde nos venimos, honoraron, & seruieron a S. Augustin, & defendieron, & dieron muchas franquezas à los de la su orden, porque aquellos, que le ouiessen de seruir, mas honradamente fiziessen seruizio à Dios, & a S. Augustin. Nos queriẽdo acresentar en los sus buenos fechos à seruizio de Dios, y de S. Maria, y à honra de la orden de S. Augustin, y por el alma del muy noble Rey D. Sancho nuestro Padre, que Dios perdone, y de los nuestros parientes, y porque ellos sean tenudos espezialmente de rogar à Dios, y à S. Augustin por nos*, &c. In quibus omnibus manifestè ostenditur, quid eo tempore nomine ordinis S. Augustini intelligeretur; constatq; beneficia à Regibus conferri ordini S. Augustini tãquam veris eius filijs, vt eo titulo paternam voluntatem sibi deuincirent. Supponunt, etiã nomine ordinis S. Augustini nostrũ intelligi, in confirmatione eiusdem priuilegij Fernandi IV. Rex Alfonsus XI. anno 1340. Henricus II. anno 1374. Ioãnes I. anno 1379. & Fernandus V. & Elisabetha Reges Catholici an. 1497. & alij Reges eorum successores. Adde. Cùm dicitur à Rege, quod alij reges, *onde nos venimos*, plura priuilegia ob honorẽ S. Augustini eius ordini concesserunt; manifestè indicatur, iuxtà communem priuilegiorum stilum, non solum auum, sed & abauum Regis, ad minùs, priuilegia concessisse. Abauus autem Fernandi IV. fuit Fernandus III. qui incæpit regnare anno 1217.

Tertiò, ex relatione Caroli IV. Imperatoris, quam adducit Bzouius a in qua Carolus sic habet. *Ego autem manebam illo tempore in monasterio S. Augustini, vbi corpus suum iacet in Papia. De quo monasterio expulerat Ludouicus de Bauaria Abbatem, & Canonicos Regulares illius monasterij. Quos ego reuocans, in prædictum monasterium introduxi. Quòd monasterium post obitũ illorum fratrum Papa Ioannes Augustinianis, quorum ordo hodierna die possidet, contulit, dominante patre meo* (scilicet Ioanne Rege Bohemiæ) *quibus pater meus possessionem tradidit*. 361

Probatur tertiò.

a to. 15. anno 1378. num. 44. pag. 19.

Quartò. Ex sessione 20. Concilij Constantiensis b habita anno 1416. die Martis 4. Februarij, in qua inter alios subscribunt; *Guillelmus de Forliuio Rector Conuentus fratrum Eremitarum S. Augustini de Forliuijs, Procurator Domini Georgij de Ordelaffe Domini Forliuij. Ioannes de Boues, procurator Regis Franciæ, & procurator monasterij S. Augustini. Ioannes de Pratis Monasterij ordinis Augustini, Madoniensis diœcesis*; quos nemo, quem viderim, negauit fuisse ordinis Eremitarum. Canonici enim Regulares, vel ordinem non expresserunt, vel in hunc modum. *Petrus præpositus Canonicorum Regularium monasterij in Legingẽ, pro monasterio suo,* 362

Quartò.

b to. 3. Cõcilio rũ impressio. Coloniæ an. 1551. p. 1121.

& Ioanne Burgranio Nurbergensi.

363 Quintò, ex Bulla 1. Martini V. apud Cherubinum [a] data Romæ 17. Cal. Aprilis an. 1424. in qua confirmans quasdam ordinationes religionis Seruorum B. Mariæ, sic ait. *Demum, quemadmodum in constitutionibus ordinis S. Augustini continetur, item volumus, & ordinamus*, &c. *ad culpam nullatenus obligentur, sed solùm ad pœnam.* Hæc autẽ est dispositio expressa nostrarum constitutionum.

Quintò.
a tom. 3. Bullarij in appendice.

364 Sextò, ex Cõcilio Florentino, [b] in quo, pridie Nonas Iulij anno 1439. inter alias extat hæc subscriptio. *Ego Gerardus frater Generalis Augustinensium me subscripsi.* Hic erat M. Fr. Gerardus de Arimino, tunc noster Generalis.

Sextò.
b to. 3. Cõcil. impressionis Coloniæ an. 1551. pag 438

365 Septimò, ex testimonio Pij II. quod refert Ambrosius Coriolanus [c]. Cùm enim Pius II. ad Arahumetẽ Tuccarum principem de singulis sanctorũ patrum institutis loqueretur, ac de singularibus Augustinianæ religionis laudibus, soli nostro ordini titulũ Augustinianum apposuit, sic inquiens. *Scripturi ad te aliqua pro tua salute, & gloria*, &c. Et infra. *Et in ordine D. Augustini Nicolaus Tolentinas paulò ante inter cælestia relatus est sanctorum agmina.*

Septimò.
c in principio veritatis 3. in Apologia ad Sixtum IV.

366 Octauò, ex bulla 3. Alexandri VI. apud Cherubinum [d] data Romæ, apud S. Petrum anno 1496. 7. idus Ianuarij, pro Congregatione Fratrum Apostolorum pauperis vitæ. ibi. *Statuimus, & ordinamus, quòd tota ipsa Congregatio, ac vniuersi illius fratres, tum præsentes, quàm futuri (illis tamen in suo primo habitu, & sub obedientia suorum superiorum, & iuxtà eorum instituta permanentibus) ordini S. Augustini, & illius regulæ subsint; & tam quoad professionem, quàm cætera ipsius religionis vota substantialia emittẽda, pariformiter veluti ipsius ordinis S. Augustini religiosi, sint astricti (ita tamen quòd præsentes adhoc inuiti arctari non possint) ac congrẽgationem ipsam, & illius fratres huiusmodi præfata religioni S. Augustini bariũ ferie aggregamus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus ordinis S. Augustini*, &c.

Octauò.
d to. 1. bullar. pag. 393.

367 Nonò, ex titulo orationis Aegydij Viterbiensis, tunc Generalis Augustiniani, postea Cardinalis, & Hispaniarum legati habita in æde Lateranẽsis S. Nonas Maij, anno 1512. in principio Conciiij Lateranensis sub Iulio II. quæ [e] hunc titulũ præfert. *Oratio prima Synodi Lateranensis, habita per Aegidium Viterbiensem Augustinianum ordinis Generalem.* Huius sic meminit Petrus Martyr de Angleria, Prior Ecclesiæ Granatensis lib. 25. epistola 486. data 4. Cal. Iunij, anno 1512. *Quarta Nonarum Maij Lateranensi Cõcilio edicto per Iuliũ Summum Pontificem initium dedit. Ea primu sessione pulpituriam habuit orationẽ F. Aegidius, Augustinæ institutionis Generalis, vir eloquens & eruditus.*

Nonò.
e to. 3. Concil. impressionis 1551. pa. anni Coloniæ 1524

368 Decimò, ex bulla 38. Leonis X. apud Emanuelẽ Rodriquez [f] quæ est in fauorem Cõgregationis S. Benedicti Vallisoletani, data Romæ, die 22. Maij, an. 1515. Pontificatus III. in qua vnũ è tribus executoribus designat. *Priorem S. Augustini ordinis eiusdem Sancti Vallisoleti, Palentinæ diœcesis.* & eodem modo loquitur bulla 39. data Romæ die 22. Martij, an. 1521. Pontificatus IX.

Decimò.
f in cõpendio priuilegiorũ Regularium pa. 697. & 699

369 Vndecimò, ex eodem Leone X. apud Petrum Bembum lib. 15. epistola 1. & 27. quarum prima est ad Ludouicum Pannoniæ Regem, data 16. Cal. Aprilis, anno 1517. ibi. *Itaq; nunc ad te mitto Nicolaũ Scombergium, Germanum, qui est ex Societate Augustinianorum eum, qui sibi has litteras reddidit, & prudentem sanè hominem, maximisque tractãdis rebus exercitatum, & mihi summoperè, & probatum, & gratum.* Secunda verò ad ipsum Nicolaum data 12. Cal. Quintilis, anno 5. Pontificatus, atq; adeò Christi 1517. sic intitulatur. *Nicolao Scombergio Augustiniano.* In eaq; ei præcipit, vt cum Carolo Rege ageret de matrimonio filiæ sororis suæ Magdalenæ de Medicis, cum Principe Bisiniani. An autem hic Nicolaus Scambergius postea transierit ad Prædicatorum ordinem, vel in illo habuerit cõsanguineum eiusdem nominis, & eodem tempore (difficile enim est creditu in omnibus editionibus Typographum bis errasse, & posuisse, Augustinianum, pro dominicanum) non noui inclinor tamen, vt credam duplicem fuisse Nicolaum Scombergium; alium, Augustinianum; & aliũ Dominicanum, Archiepiscopum, & Cardinalem. & fanè ita esse didici postea ex Seraphino Razzio Dominicano [g], qui asserit Cardinalẽ Scambergium religionẽ dominicanam fuisse ingressum anno 1497. in Conuentu S. Marci Florentiæ. Reperio apud nostrum Onuphrium [h] Paulum III. in secunda creatione septem Cardinalium, Romæ 12. Cal. Iulij anno 1535. creasse M. F. Nicolaum Ascombergh (quẽ Ciaconius [i] appellat à Scambergh) & Leãder Alber-

Vndecimò.

g De viris illustribus ordinis Prædicatorum.

h lib. de Pont. & Card. pag. 376.

i in lib. de vitis Pontif. & Card. pag. 1115.

[a] in descript. Italiæ fol. 148. pag. 2.

Albertus [a] Nicolaũ de Saxonia) Misnensem, sueuum Germanum, ordinis Prædicatorum Theologum, Archiepiscopũ. Capuanum, in Cardinalẽ presbyterum S. Sixti; qui Romæ 5. idus Septembris, iuxtà Ciaconium [b] anno 1535. iuxtà Onuphrium vero [c] anno 1537. diem egit extremum. Erat autem Archiepiscopus Capuanus ab anno 1524. Eius enim sic meminit Petrus martir de Angleria epistola 798. quę est ad Marchiones data 4. Nonas Maij, anno 1524. *Fr. Nicolaus Capuanus Archiepiscopus, S. Dominicus cucullatus ab vrbe venit nomine Pontificis ad Cæsarem de pace locuturus.*

[b] pag. 1134.

[c] pag 384.

370 Duodecimò.

[d] tomo 1. Bullar pag. 604.

12. Ex bulla 30. Clementis VII. apud Cherubinum [d] data Bononiæ, pridie Cal. Februarij anno 1532. pro Iesuatis S. Hieronymi. ibi. *Sanè pro parte vestra nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd postquam Fel. Rec. Iulius Papa II. prædecessor noster, ex certis tũc expressis causis, fratres tam tunc existentes congregationis S. Hieronymi Iesuatorũ nuncupatorum, quàm illam pro tempore ingredientes, professionem per religiosos ordinis S. Augustini emitti solitã, expresse emittere, & in eorũ habitu & statu, in quibus tunc existebant, remanere, ac sub eorum regularibus institutis viuere tenerentur; statuerat & ordinauerat; Vos professionem per religiosos S. Augustini huiusmodi emitti solitam expressè emittere consueuistis. Quare pro parte Vestra nobis fuit humiliter supplicatum, vt vobis propterea omnibus, & singulis priuilegijs & indulgentijs, prærogatiuis, exemptionibus, immunitatibus, gratijs, & indultis ordinis Fratrum Eremitarum eiusdem sancti concessis vti potiri, & gaudere possitis, & debeatis.* &c. Et Pius V. bulla 24. apud Emanuelem Rodriquez [e] data Romæ 19. Nouembris anno 1567. sic habet. *Cuius fratres illam pro tempore ingredientes professionem per religiosos ordinis S. Augustini emitti solitam expressè emittere, & in communi viuere soliti sunt.*

[e] in compẽd. priuileg. Regul. pag. 939.

371 Decimotertiò.

[f] tomo 1. Bullarij pag. 619. §. 3.

13. Ex bulla 7. Pauli III. damnantis Henricum VIII. Regẽ Angliæ, apud Cherubinum [f] in qua præcipit omnibus ecclesiasticis, vt è regno discedant. ibi. *Omnium, & singularum Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium, caeterarumque inferiorum ecclesiarum, & monasteriorum, domorum, & locorum Religiosorum, & piorum quorumcunque, etiã S. August. S. Benedicti, Cluniacen. Cistercië. Præmonstraten. ac Prædicatorũ, Minorũ, Carmelitarum, aliorum quorumcunq; ordinum, & Militiarum, etiam Hierosolymitani, Prælatis, Abbati?, Prioribus, præceptoribus, præpositis, Ministris, Custodibus, Guardianis, Cõuentibus, Monachis, & Canonicis &c.* vbi nomine ordinis S. Augustini non potest non intelligi ordo Eremitarum, aliàs postea numeraretur cum alijs tribus odinibus Mendicantibus.

372 Vltimò.

[g] in Chronic. Vuindesemeß lib 1. cap. 13. pag. 56.

Vltimò, Ex vsu authorum, ex quibus tres, vel quatuor tantũ referemus. Ij sint, Ioannes Buschius Can. Reg. [g] dum enumerat duodecim ordines sub Augustini regula militantes. ibi. *Canonicos vid. licet Regulares, Præmonstratenses, Augustinenses, Ioannitas* &c. Ioannes Brunellus [h] qui ait. *Et à Ioanne XX.* (debet dicere XXII.) *in Extrau. incipiente, Vas electionis, prerogatum est istud ad Carmelitas, & Augustinenses.* Aubertus Miræus [i] loquens de Belgio, sic ait. *Præter Societatis Iesu patres, habent insuper Patres Augustiniani, & Dominicani insignes scholas, in quibus iuuentus & literis, & pietate informatur.* [l] agens de Georgianis, sic habet. *Habent ijdem suos hodie episcopos, ac monachos, vt ex relationibus Augustinianorum à Persia missis didici.* Platina in Eugenio IV. [m] sic inquit. *Interea verò Eugenius, ne rem bellicam solùm curare videretur, Nicolaum Tolentinatem Ordinis S. Augustini, miraculis clarum in sanctos referẽs, à S. Petro cum omni clero supplicando ad S. Augustinum profectus, solemnia ipse celebrat, astante populo Romano, Cardinaliumque omnium cœtu.* Ludouicus de Paramo in rebus fidei Censor, [n] qui ait. *Michael Salon, ex Augustiniana familia.* Et rursus [o] sermonem instituens de Cardinali Quiroga, Archiepiscopo Toletano, & Inquisitore generali, sic ait. *Ac primum Inquisitionis concilium apud S. Philippum Augustinianæ familiæ cœnobium celebrauit Matriti anno 1594.* Et rursus [p] *Obijt Matriti, 12. Cal. Decembris, anno 1594. & in oppido de Madrigal, in cœnobio Augustinianæ familiæ, quod ipse suis sumptibus, & impensis extruxit, ac redditibus dotauit amplissimis, feliciter conquiescit.*

[h] tom. 13. tractatuum Iuris par. 2. fol. 23. in tract. de dignit. & potest. Legati eccl. 1.

[i] in politica Eccles lib. 1. cap. 31. pag. 117.

[l] lib 2. cap. 10. pag 235.

[m] pag 179.

[n] de orig. sanctæ Inquisit. lib 3. quest 3. opert 4. pag. 426.

[o] lib 2. tit. 2. c. 5. pag 361.

[p] ibidem pag. 362.

373 Præstantia.

[q] tomo. 3. Concil impressionis Coloniæ an 1551. pag. 137.

Eluitur.

Neque contra hanc suppositionem est quòd in conciliabulo Basileensi [q] inter alios custodes cõclauis assignatur 3. Cal. Nouembris anno 1439. sessione 38. *Franciscus Abundantia ordinis S. Augustini*, & tamen erat Canonicus Regularis. Hoc, inquam, non obstat: quia non habetur simpliciter & absolutè, sed addito verbo, quod restringit ordinem S. Augustini ad Canonicum. sic. n. habetur. *Ioannes, S. Michaelis de Clussa, ordinis S. Benedicti, Taurinẽsis diœcesis; Franciscus, Abundantia, ordinis S. Augustini, Gebennensis diœcesis, monasterio-*

rum

rũ Abbates. At in ordine Eremitico tunc tẽporis prælati nõ vocabantur Abbates. sic etiã Helias Regnier super Clementinas in editione Parisiensi anni 1511. in Clementina, *vt professores*, de Regularibus, & transeuntibus ad religionẽ, editam in Cõcilio Viennẽsi, sic ait. *Est aliquis religiosus de ordine Mendicantium, qui tractu temporis de licentia Papæ transiuit ad ordinem non Mendicantium, videlicet ad ordinem S. Benedicti, vel S. Augustini.* Cùm enim dixit, *non Mendicantiũ*, determinauit, & limitauit ordinem S. Augustini, quasi diceret, *ad ordinem S. Augustini non Mendicantem*; talem autem esse, & dici optimè ordinẽ Canonicum non negamus. Tantùm enim asserimus à multis iam retro annis, *ordinẽ S. Augustini*, simpliciter & sinè vllo addito acceptũ antonomasticæ, siuè communiter significare religionem Eremitarum.

374 Sed ecce adest in oppositum Gabriel Pennotus, ex Illustrissimo Can. Reg. ordine [a] vbi frigidum esse ait, quod in hac parte docuit Marquez [b], & obijcit. Primò, quod in Decreto, ac etiam in Decretalibus nulla prorsus de isto ordine mentio habeatur. Secundò, quòd in 6. Decretalium duabus tãtùm vicibus nominantur Eremitæ sub hoc titulo *Eremitarũ*, & non absolutè sub titulo *ordinis S. Augustini*. Tertiò, quia in Concilijs vsq; ad generale Concilium Lugdunense sub Gregorio X. celebratum, nullus reperitur locus, in quo de Eremitis Augustinẽsibus, vel vnũ verbum habeatur. Quartò, quia quòd attinet ad literas Pontificum, & stilum Cancellariæ Apostolicæ, in tantùm abest vt nomine ordinis S. Augustini absolutè prolati veniant Eremitæ, vt nõ nisi ab homine huius rei ignaro affirmari possit. vnde in libro, qui vocatur, Practica Cancellariæ Apostolicæ, in quo formularia traduntur, secundùm quæ scriptores Apostolici literas Apostolicas extendunt, ita legimus. *Et primo de non Mendicantibus, Monachi. ordo S. Basilij, & caput vocatur Archimandrita. Canonici vocatur ordo S. Augustini. Fratres, ordo S. Mariæ Cruciferorum*, &c. & infra. *Mendicantium ordines hi sunt, videlicet, ordo Prædicatorum. Ordo Fratrum Eremitarum S. Augustini; Priori Generali ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini.*

a in sua historia tripartita lib. 2. cap. 64. nu 17. pag 221
b cap. 2. pag. 6. fol. 1.
Contra suppositum obijcit Pennotus primò.
Secundò.
Tertiò.
Quartò.

375 Sed hæc facili negotio dissoluuntur. Ad primum enim, & secundum respondetur, nos non asserere in decreto, aut in sextò Decretaliũ ordinem Eremitarum S. Augustini appellari ordinem S. Augustini simpliciter, & absolutè in nullo enim horum locorum agitur de ordine S. Augustini simpliciter, & absolutè dicto; atq; adeò in hoc pares sunt Canonici, & Eremitæ. Cæterum in præsenti cõtendimus in Decretalibus, in Cap. *Insinuante*, sub nomine Fratrum S. Augustini haberi mẽtionem de Eremitis; quia ab illis temporibus, licèt non semper ordo Eremiticus appelletur ordo S. Augustini simpliciter & absolutè; tamen, quando simpliciter, & absolutè ponitur ordo S. Augustini, sinè aliqua particula, aut circunstantia restringente, semper intelligitur generaliter loquendo, de ordine Eremitarum.

Soluuntur primum, & secundum.

376 Ad tertium admittimus libenter nullum verbum haberi expressum in Concilijs de ordine Eremitarum Augustinensium vsq; ad generale concilium Lugdunense; addimus tamen, ex tunc in concilio Constantiensi, Florentino, Lateranẽsi sub Iulio II. & Leone X. & tandem in Tridentino, & in bullis, & epistolis Pontificum, tam adductis à nobis in præsenti, quam à M. Marquez [c] sub nomine ordinis D. Augustini, vel Augustinianorum, seu Augustinensium intelligi ordinem Eremitarum D. Augustini.

Soluitur tertium.
c cap. 7. §. 3. pag 105.

377 Ad quartum respondeo dupliciter. Primò cum M. Marquez [d], quòd in libris taxarum Cameræ, & Cancellariæ Apostolicæ mirũ non est, quòd in titulo prouisionum Beneficiorum regularium ordinis Canonicorum, nude apponatur, *ordinis S. Augustini*: quia eo ipso, quòd agitur de Beneficijs, quæ in ordine Eremitico non habentur, limitatur ordo S. Augustini, vt necessariò supponat pro ordine Canonico; nõ quidem ex vi communis acceptionis, & significationis; sed ratione materiæ, de qua agitur, quę conuenit ordini Canonico; non verò Eremitico. Secundò in practica Cancellariæ non dicitur absolutè, & simpliciter ordinem S. Augustini supponere pro Canonico; sed inter ordines non Mẽdicantes, Canonicos vocari ordinem S. Augustini. Dictum enim fuerat, *Et primo de non Mendicantibus*, &c. Hoc autem verissimum est: quia inter non Mendicantes nullus alius est ordo S. Augustini nisi Canonicus qui etiam verè, & propriè est ordo S. Augustini, licèt in communi acceptione non intelligatur sub nomine ordinis S. Augustini simpliciter, & absolutè dicti.

Soluitur quartum primò.
d cap. 7. §. 2. pag. 103.
Secundò.

Suppo-

Suppositio quarta.

Nomen Monachi propriè nō conuenit Canon.

a Cap. 5. §. 3. pag. 62.

377 Suppono quartò, cum Augustino Ticinensi, Basilio Serenio, & Ioanne Trullo, Canonicis Regularibus, allegatis in primo supposito, nomen *Monachi* propriè, & absolutè acceptum non cōuenire Canonicis. Ita etiam docet, & probat efficaciter M. Marquez [a], ex pluribus capitibus iuris, & ex grauibus, & antiquis authoribus. Nos, Deo dante, idem conuincemus lib. 1. Bibliothecæ D. Augustini, ex testimonijs ipsius Augustini, & antiquorum authorum. Pro nunc tamen placet etiàm aliqua addere. Et primo ex authore vitæ S. Fulgentij, ipsi coætaneo, circa annum 530. cōstat monachos diuersę professionis, & nominis esse à Clericis Religiosis, nempe Canonicis Regularibus. Ibi ca. 19. *Ne suscepta regendorum Sarcina Clericorum consolationem perderet Monachorum*. Et cap. 20. *Quibus vnico feruens charitatis affectu, similitudinem magni cuiusdam monasterij, monachis, & Clericis adunatis, sapienter effecit. Erat quippe eis communis mensa, commune cellariū, communis oratio simul, & lectio*, (ecce, omnia hæc sunt regulæ Augustinianæ conformia; vt videas sub ea vixisse in Africa, & Sardinia tā Clericos, quàm Monachos.) *Nullus se super alterum violenter efferebat; neque proprijs fratribus amplius, aut peculiariùs consulebat; nisi quòd magis illi Monachi, qui B. Fulgentium sequebantur, districtioris abstinentia regulam custodientes, nihil omninò propriū possidebant, nec inter alios Clericos Clericorum more viuebant*. Ex rursus cap. 29. *Clericorū verò, siqua defuerunt, monasteria reparans, probatos sibi multos ex fratribus Monachis ad ecclesiasticam militiam transtulit. Ibi quoq; charitati consulens, vt dum penè omnes Clericos ex illo monasterio ordinat, antiqua familiaritatis monente notitia, nulla lis aliquando inter Monachos, & Clericos ventilaretur.*

Probatur 1.

Corollaria ex prædicto testimonio.

378 Ex hoc testimonio colliges duo contra R. D. Pennotum, de quibus peculiariter agemus lib. 1. Bibliothecæ D. Augustini. Primum est, ex Monachis in Africa passim eligi consueuisse, antiquis illis temporibus, in Clericos ecclesiarum Cathedralium, de quibus ibi præcipuè erat sermo. Secundum est, Monachos electos in ministros ecclesiarum, proprio monasterio (vt pote eremitico, & in solitudine constructo) deserto, ad vrbes, & ad monasteria, & ordinem Canonicorum Regularium, vt in plurimum transijsse, postquam Augustinus factus Episcopus Hipponensis ordinem Canonicorum Regularium reformauit. Et fundamentum huius est. Quoniam aliàs non diceretur, *vt antiqua familiaritatis monente notitia nulla lis aliquando inter Monachos, & Clericos ventilaretur*. Hæc enim manifestè supponunt monacos in militiam Clericalem à Fulgentio translatos, & monasterium, & monasticū habitum, & vitam reliquisse.

Primum. Ex Monachis in Africa eligebantur in Clericos Cathedralium.

Secundum. Ex Eremitis transibant ad ordinē Can. Regularium.

379 Secundò probatur idem suppositum. Quia si Canonici Regulares comprehēderentur sub generali nominæ Monachi propriè, & absolutè accepti, ipsi etiam in materia odiosa venirent intelligendi sub nomine Monachi: Nulla enim esset ratio discriminis, si vtriq; propriè, & absolutè essent Monachi. Ideò enim Nouitij in materia odiosa non veniūt sub nomine Religiosorum: quia propriè, & absolutè non sunt Religiosi. At Canonici Regulares nō veniunt in materia odiosa sub nomine Monachorum, vt ostendit Summa Armilla, [b] ex Clementina 1. de statu Monachorum, vbi textus, postquam excommunicationem protulit in Monachos, subiunxit, *aut Canonicos Regulares*. Quòd frustrà fuisset appositum, si sub nomine Monachorum venirent omnes Religiosi, etiā Clerici, & Canonici. Non ergo comprehenduntur Canonici sub nomine Monachi propriè, & absolutè accepti.

Probatur secundò.

b Verbo, Monachus, nu. 2. fol. 316. pa. 2.

380 Tertiò quia distingunt communiter authores. Glossa in Cap. *Religiosus*, de Testamentis in 6. sic notat. *Religiosus, intelligam indistinctè, siuè sit Monachus, vel Regularis Canonicus*. Summa Armilla [c] sic ait. *Canicus Regularis ad religionem Monachorum transire potest, & non è contra, nisi sint laici, secundùm Thomam.* [d] *intellige tamen, superioris petita licentia.* Martinus Perez de Aiala, ex ordine S. Iacobi de Spatha, Archiepiscopus Valentinus, & vir doctissimus [e], sic inquit. *D. Augustinus cænobia quoque constituit Monachorum, & Clericorum.*

Probatur tertiò.

c Verbo Canonicatus, nu. 8 fol. 63.

d 2. 2. q. 189. art. 8. ad secundum.

e In lib. de Diuinis traditionibus titulo de Sancta Cōtinentia ar. 2. in fine fo. 290

381 Vltimò, quia id præcipuè verum habet in Hispania, vt docet [f] Ioannes Trullus Canonicus Regularis. Audiamus illum. *Canonicis, ait, regularibus Monachi, aut Fratris nomen propriè nōn conuenit*. Et explicans quomodò Canonici aliquando dicantur Monachi, sic subdit. *Potest quoque de Italis Canonicis alia ratio reddi. Quoniam ipsi in erigendis nouis congregationibus habitum Clericalem in Monachalem aliquantulùm transformarunt. Et iura Canonica, quæ Canonicos Regulares, Monachos appellauerunt, de Frigionarijs, alijsq; id genus Canonicis apertè loquuntur. At verò, quoniam Hispani Canonici Regulares habitum Clericalem, talarem, & benedictum*

Vltimò probatur.

f Lib. 1. ord. Canon. cap. 29. pag. 117.

cum

cum pileo Clericali, quo caput contegitur, cũque toga linea semper retinuerant, nunquam aut verbo, aut scripto Monachi appellantur; sed Canonici; aut alio honorifico titulo, quo & Clerici Saeculares honoris causa nominantur.

382 Confirmatur.

Sed & in huius veritatis confirmationem habemus insigne testimonium, & eiusdem temporis cum cap. *insinuante*, & eorundem Canonicorum Regularium in Hispania. Etenim Innocentius III. (vt & retulit Ioãnes Trullus [a]) in Cap. ex parte, de postulando, sic scribit ad Archiepiscopũ Cõpostellanũ. *Ex parte tua nobis fuit propositum, quòd quidam Canonici Regulares* (non dixit, quidam fratres S. Augustini.) *non solùm in Ecclesiasticis, verùm etiam in forensibus causis praesumunt aduocati officiũ exercere. Cumque obijcitur eis, quòd non debent esse Forensis, vel ecclesiastici negotij susceptores, vel executores, nisi fortè id monasterij exposcat vtilitas, Abbate nihilominùs imperante; ad suã proponunt insolentiam excusandam, quòd capitulum illud, per quod praedicta prohiberi videntur, de Monachis, nõ de Canonicis Regularibus loquitur manifestè. Vnde cõsultationi tuae taliter respondemus; quòd idem iudicium de Canonicis Regularibus, quòd & de Monachis quantũm ad supradicta credimus obseruandum, licèt de Monachis in canone specialiter sit expressũ.* Quod clariùs ad probandum, etiam ex ore ipsorum Canonicorum Regularium; Innocentij III. temporibus sub nomine Monachorum simpliciter, & absolutè dictorũ non comprehendi Canonicos Regulares, praesertim Hispanos.

[a] Vbi supra pag. 115.

383 Probatur quòd in capite insinuante sub nomine fratris S. August. intelligitur Eremita Augustinianus.

His suppositis, arbitror in praedicto Cap. *Insinuante*, de quo erat controuersia, sub nomine. Cuiusdam de fratribus S. Augustini, intelligi Eremitam Ordinis S. Augustini. Et ratio huius est. Quoniam vel ibi est sermo de Canonico Regulari, vel de Praemonstratensi, vel de Eremita: De alijs enim certissimum est, non dici simpliciter, & sinè addito, *Fratres S. Augustini.* At sermo esse non potest de Canonico Regulari, neq; de Praemonstratensi. Ergo necessario debet esse de Eremita: Minor quoad primam partem probatur primò quia Canonici Regulares simpliciter, & absolutè loquendo, & secundùm communem acceptionem neq; appellantur Fratres, neq; Fratres S. Augustini. Haec enim nomina, à temporibus Innocentij III. ad minus, per Antonomasiam conueniũt Monachis, non Canonicis. Secundò: Quia Canonici simpliciter, & absolutè loquendo nõ dicuntur Monachi. Quae omnia constant ex suppositionibus factis. At ille, in cuius manibus foemina illa professionem solemnem emisit, simpliciter, & absolutè loquendo appellatur, *Frater S. Augustini*; & ab authoribus ferè coaetaneis, & antiquis dicitur absolutè *Monachus*. Ergo ibi non est sermo de Canonico Regulari. Et ex his reijcies primam expositionem Pennoti supra relatam asserentis textum illum probabiliter exponi posse de Canonicis Regularibus.

Probatur minor quoad primam partem.

Reijcitur prima Pennoti expositio relata num. 348.

384 Quaesitum Resoluitur.

Sed dices, vnde constat illum Fratrem S. Augustini fuisse Monachum? Respondeo. Praeter alios authores, quos adduxit Marquez,[b] id tradunt sequentes. Bernardus de Botono, cuius est glossa in Decretales circa annum 1240. Hic in praedictũ cap. *Insinuante*, sic ait. *Et ita solennizauit votum continentiae tradendo se ordini S. Augustini in manibus illius Monachi.* Hẽricus Boich (quẽ Trithemicus[c] testatur floruisse an. 1390.) in idem caput sic habet. *Non propter istud votum continentiae dirimitur matrimonium sequens; sed propter hoc, quòd tradidit se ordini S. Augustini in manibus illius Monachi, & habitum religionis suscepit, & ibi per biennium mortua fuit, vt notat Bernardus hic in glossa secunda.* Alexander de Neuo (qui, vt constat ex epistola dedicatoria ad Hieronymum Ragazzonium, floruit circa annum 1485. supra idem caput, num. 6. sic inquit. *Religio S. Augustini reperitur tam in monasterijs Monialium, quàm in monasterijs Masculorum; quia reperiuntur Moniales ordinis S. Augustini, quemadmodum reperiuntur fratres illius ordinis. Ista enim mulier recepit habitum S. Augustini congruentem sexui ipsius mulieris in manu Monachi. Et ipse Monachus vel habuit mandatum ab Abbatissa; vel erat consuetudo quòd Moniales reciperentur ad professionem per monachos illius ordinis.*

[b] Cap. 2. in principio pe. 7.

[c] Lib. de scriptoribus Ecclesiasticis fol. 121.

385 Instantia.

Neque contra est, quod Henricus Segusius, dictus communiter Ostiensis (quẽ Vrbanus IIII. in prima creatione 7. Cardinalium, teste Onuphrio,[d] ex Archiepiscopo Ebredunensi, Viterbij anno. 1261. creauit Episcopum Cardinalem Ostiensem, & obijt anno 1267. vel, vt[e] Ciaconius habet, 8. idus Nouẽb. anno 1281. in idẽ Cap. *Insinuante*, sic habeat. *Et hoc est verum, cùm certa religioni se deuouit, puta B. Augustini, vel B. Benedicti*, & infra. *Ita solennizauit votum Continentiae tradendo se ordini S. Augustini in manibus illius Monachi, siuè Canonici, secundùm B.* Hoc, inquam, non obstat. Primò: Quia Bernardus de Botono, primus, & antiquior glossator Decretalium expresse

[d] de pontif. & Card pag. 154. & 157.

[e] Col. 718.

Eluitur.

presse

precisè dixit, *in manibus illius Monachi*, neq; addita disiunctione illa, *vel Canonici*, rem in suspenso reliquit. Secundò quia ad minùs admittit Henricus illa verba, *de Fratribus S. Augustini*, verificari siuè de Monacho, siuè de Canonico; atq; adeò tempore illius casus, nempe circa annum 1193. extitisse in Ecclesia religionem approbatam nō solùm Canonicorū Regularium S. Augustini; sed etiam Monachorum S. Augustini: atq; adeò Eremitarum eiusdem Sancti. Id quòd principaliter intendimus in hac difficultate.

386 Minor verò quoad secundam partem probatur. Quia eadem est ratio de Præmonstratensibus, atq; de alijs Canonicis Regularibus. Præmonstratenses enim simpliciter, & absolutè loquendo sunt Canonici, non Monachi, non fratres, atque adeò neq; Fratres S. Augustini; Vnde, & Pennotus[a] inter ordines Canonicorum Regularium enumerat ordinem Præmonstratensium; & continuator Chronici Sigeberti sub anno 1120. sic scribit de B. Northberto. *Secundùm Canonicæ institutionis normam ad tenorem regulæ B. Augustini militare cæpit.* Et quidem Præmonstratenses non esse Monachos, neque fratres, sed Canonicos, data opera ostendit M. F. Antonius Iepes,[b] idq; probat ex testimonio vitæ ipsius apud Surium tomo 3. die 6. Iunij, & ex bulla Honorij II. data anno 1194. (fortè error est Typographi, & dicere debet 1124.) ibi. *Honorius dilectis filijs Northberto fratri, & Canonicis Præmonstratensis Ecclesiæ*; & eodem modo loquuntur plures alij Summi Pontifices in bullis cōcessis huic religioni.

Probatur quo ad secundam, & reijcitur secunda Pennoti respon. sio relata nu. 348.

a Lib. 2. cap. 70. numer. 1. pag. 525.

b Tom. 6. Historiæ Benedictinæ, Cent. 6. ann. 1064. fol. 224.

387 Neque contra est id, quod obiecit Pennotus, nempe tunc temporis Præmonstratenses appellatos fuisse Fratres S. Augustini, vt colligitur ex historia monasterij S. Vincentij. Contra hoc enim est primò quòd M. Marquez[c] contendit in ea historia nomine Fratrum S. Augustini nō intelligi Canonicos Præmonstratenses, sed Eremitas Augustinianos. Secundò. Quia licèt ibi nomine Fratrum S. Augustini intelligantur Præmonstratenses, id non est contra nos. Quia id non fit: quia ea denominatio Fratrum S. Augustini simpliciter, & absolutè conueniat Præmonstratensibus; sed quoniam ex contextu antecedentium, & subsequentium colligitur authorem illius relationis Præmonstratenses appelasse Fratres S. Augustini; sicut quiuis alius de Canonicis Regularibus loquens, posset illos appellare Fratres S. Augustini; quia re vera tales sūnt. Tamen, quando simpliciter, & absolutè ponitur, *Fratres S. Augustini*, iuxtà cōmunem acceptionem, debet intelligi de Eremitis. Et ex his ruit secunda solutio Pennoti existimantis verosimiliùs intelligi textum capitis, *Insinuante*, de Canonicis Præmonstratensibus.

Responsio Pennoti.

Impugnatur primò.

c Cap. 18. §. 3. & 4. pag. 311.

Secundò.

Non possum ommittere, quod Pennotus ait tunc temporis in regno Portugalliæ ordinem Præmonstratensem valdè fuisse delatatum; idque, ait, *etiam Ioannes Marquez cap. 18. §. 3. fatetur*. Et tamen M. Marquez in toto illo cap 18. neq; verbum habet in fauorem huius dilatationis; neque est, quòd sciam, vel leue fundamentum ad huiusmodi dilatationē adstruendam; præcipuè, cùm constet Abbatem Gualterum, & socios, ordinis Præmonstratensis Canonicos, dimisso conuentu S. Vincentij in Flandriam aliquot annis ante casum Cap. *Insinuante*, repedasse. 388

Cōstat ex dictis Fratrē illum S. Augustini, de quo fit mentio prædicto capite, non fuisse Canonicum Regularem, neq; Canonicum Præmonstratensem; atque adeò dicēdum est, fuisse Eremitam; quia nemo alius dici posset simpliciter, & absolutè, *Frater S. Augustini*. 389

Et si inquiras, cuius congregationis erat, an Eremitarum S. Augustini, vel potiùs Eremitarum S. Guillelmi? quæ fuit tertia solutio Pennoti supra relata. Respondeo plura. Primum est. Nulla prorsus fides adhibenda Pennoto, dum refert Theobaldum in vita S. Guillelmi scripsisse, quòd S. Guillelmus Portugalliæ partes penetrauit, ibiq; sui ordinis monasteria extruxit; neq; enim quid simile somniauit Theobaldus, vt videre est in vita S. Guillelmi, quam non semel legi, & perlegi, vt viderem si fortè id, vel vestigium illius possem inuenire. Secundum est. Falsò etiā Pennotus in confirmationem eiusdem, quod Theobaldo tribuerat, allegat Magistrum Marquez[d] fatendum id in codē regno ex antiquissima traditione haberi. Marquez enim, vt lector videre potest, totus est in asserendo nullum à D. Guillelmo monasterium extructum in Lusitania. Quin & verba, ex quibus Pennotus assumere potuit occasionem errandi hęc sūt. *Pero non h. tte cosa, que lo prueue.* (nēpe, monasteriū de Pēnafirma in Lusitania ædificatū fuisse à D. Guillelmo.) *ni author antiguo, que lo diga, ni dicho ay otro* 390

Quæsitum.

Resoluitur, & reijcitur tertia Pennoti responsio relata num. 348.

d Ex cap. 17. §. 2. pag. 313.

otro fundamento mas, que la tradizion comun (communem traditionem dixit, non antiquissimam, vt referebat Pennotus, cùm tamen benè nouerit non esse idem, traditionem esse communem, & esse antiquissimam. Sed congruebat potiùs intento quòd esset antiquissima, quàm quòd esset communis.) *que lo tiene assi*. Et quasi ostenderet vnde huius cōis traditionis error ortū habere potuisset subiūxit, *la podria ser* (quasi dicat, forsitasse ita accidit) *que quando S. Guillelmo brzò la remeria à Santi Iago, apcrtasse tunto à esse Monasterio, y estuuiesse algunos dias en el, aponeciandose de la soledad de el sitio, y de el exemplo de sus religiosos.* videat lector quàm fideliter Marquez citetur à Pennoto. Tertium est. Verisimilius est fratrem illum fuisse Eremitam S. Augustini, quàm S. Guillelmi. Quoniam Guillelmitæ nō appellabantur simpliciter & absolutè Fratres S. Augustini, sed Fratres S. Guillelmi, vt cōstat ex bullis Pontificum, tam quæ de vnione anni 1243. quàm quæ de vnione generali anni 1256. agunt. Cæterum, neq; inficiabor admittere sermonem ibi esse de Guillelta, vt admittit Pennotus in tertia solutione. At ex hac eius doctrina habemus contra ipsum, Guillelmitas tunc tēporis obseruasse regulam S. Augustini, vereq; esse ordinem S. Augustini, licèt in cōgregatione separata; aliàs nulla esset ratio, quare Guillelmitæ appellarentur Fratres S. Augustini; & ex hoc rursus fit consequēs ordinem S. Augustini, vt verosimilius est, in congregatione Eremitarum S. Augustini, vel saltem in congregatione Guillelmitarum præcessisse ante annum 1200.

§. VIII. VTRVM EREMITAE *Thusciæ vniti fuerint ordini S. Augustini ipsam vnionem antecedenti.*

Constat ex dictis ante tempus vnionis factæ ab Innocentio IV. anno 1243. vel 1244. præcessisse in Ecclesia ordinem Fratrum S. Augustini, Eremitarum S. Augustini, Fratrum Augustinianorum, Fratrum Augustinensium, quibus Eremitæ Tuusciæ potuerunt vniri; dubitamus modò, vtrum de facto ita acciderit, necne: an verò vnio tantùm fuerit ad efficiendum de nouo nouam congregationem, seu nouum ordinem Fratrum Eremitarum S. Augustini? (Status quæstionis.)

392 In hac parte certissimum existimo, Eremitas Thusciæ fuisse ab Innocētio IV vnitos ordini Eremitarum S. Augustini præexistenti ante ipsam vnionem, vt vel sic ad Eremitas Thusciæ, magna ex parte noniter ad regulam Augustinianam accedentes, diceret cum Paulo ad Philip. 3. potuerit Augustinus. *Verum tamen ad quod peruenimus, vt idem sapiamus, & in eadem permaneamus regula. Imitatores mei estote fratres, & obseruate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram.* Hoc ergo assertum probatur. Primò, quia, vt hucusque, puncto 2. difficult. 1. & 2. probauimus, ante Innocentium IV. fuerunt in ipsa Thuscia, & in alijs orbis partibus monasteria ordinis Eremitarum S. Augustini; quæ eius regulam, & instituta seruarent, sub titulo, & denominatione ordinis Eremitarum S. Augustini. Ergo quando Pontifex omnes Eremitas Thusciæ, exceptis Fratribus S. Guillelmi, regulam B. Augustini, & ordinem assumere præcipit non loquitur de ordine noniter fundando ab ipsis; sed de ordine iam instituto, qui in ipsa Thuscia præexistebat; imò & in alijs orbis partibus, in quibus ordo Eremitarum S. Augustini continuabatur, etiam vltra montes. Id quod suadetur ex priuilegio Innocentij IV. quod adducit Ludouicus de Angelis ᵃ & M. Empoli ᵇ quæ data est die 31. Maij, anno 1253. ibi. *Dilectis filijs Prioribus, & Fratribus Eremitis in vltramontanis partibus constitutis, tam præsentibus quàm futuris, regularem vitam professis,* &c. & infra. *vt ordo Canonicus, qui secundùm Deum, & B. Augustini regulam in domibus ipsis authoritate Apostolica institutus esse dignoscitur, perpetuis ibi temporibus inuiolabiliter obseruetur,* &c. *Obeunte verò Generali Priore vestro, vel suorum quolibet successorum, nullus vobis qualibet surreptionis astutia præponatur; nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum maior pars consilij sanioris secundùm Deum, & B. Augustini regulam prouiderint eligendum,* &c.

(Eremitæ Thusciæ fuere ab Innocētio IV vniti ordini Eremitarū S. Augustini ante vnionem præexistenti.)

(probatur primò.)

(ᵃ Lib. 4. de vita, & laudibus D. August. ca. 21, fol. 114. pag. 1.)

(ᵇ In Bullario Augusti. pag. 181. const. 16.)

Ex hoc priuilegio colliges. Primò Eremitas S. Augustini (in congregatione S. Ioannis Boni, vt existimo) duos saltem habuisse Generales distinctarum congregatienum, vnum citra montes, & alium vltra montes; ad modum, quo Eremitæ discalceati ordinis Carmelitici duos habent modò generales, vnum in Italia, & alterum in Hispania. Vtraq; tamen congregatio, Citramontana, & Vltramontana fuit comprehensa in vnione sub nomine ordinis Eremitarum F. Ioannis Boni or- 393 (Corollariū primum.)

ni ordinis S. Augustini, sicut vtraq; congregatio Carmelitarum Discalceatorum comprehenditur sub communi nomine Carmelitarum Discalceatorum. Colliges secundò cōtinuationem ordinis Eremitarum non solùm esse petendam ex monasterijs Italiæ; sed etiam ex Vltramontanis, siuè Galliæ, siuè Hispaniæ, siuè Germaniæ, aut Angliæ. Quia in his omnibus, vel ferè in omnibus ante vnionem Alexandri IV. & Innocentij IV. (vt constat ex bulla citata, & ex alijs testimonijs, quibus ostendimus ordinē Eremitarum S. Augustini præextitisse in Ecclesia ante annum 1200.) præcesserunt cænobia, siuè etiam congregationes ordinis Eremitarum S. Augustini, quæ postea in vnione generali sub Alexandro IV. simul cum alijs congregationibus diuersorum titulorum, quæ ipsis vnitæ sunt, in vnam religionem vniformem ordinis Eremitarum S. Augustini conuenerunt.

Secundus.

394 Sed contra hoc secundum Corollarium Pennotus [a] sic obijcit. Quia siuè verum fuerit, siuè non, quod ante Concilium Lateranense fuerint in Hispania, siue in Anglia, aut alibi extra Italiam, & regnum Siciliæ, monasteria Eremitarum S. Augustini; hæc tamen nihil ad rem, & continuationem attinet; quia illa nō fuerunt comprehensa in bulla vnionis generalis per Alexandrum IV. factæ; neq; ad ordinem Eremitarum, qui nunc est, vllo modo spectant. Hic enim ex solis congregationibus, siuè domibus intra Italiæ, ac Siciliæ fines existentibus, excepta congregatione Guillelmitarum, fuit cōstitutus; Et vnde hoc probat vir doctissimus? Ex hoc vnico fundamento. Quia omnes congregationes, seu domus, ex quarum collectione, atq; vnione idem ordo fuit conflatus, intra Italiæ, atq; vtriusq; Siciliæ fines fuerunt constitutæ. Id autem ait constare ex primis verbis bullæ ipsius vnionis, quæ sunt hæc. *Alexander episcopus seruus seruorū Dei. Vener. Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis per Lombardiā, Thusciam, & Romandiolam, ac Taruisinam, & Anconitanam Marchias, Ducatum Spoletanum, Patrimonium B. Petri in Thuscia, Campaniam, & Maritimam, ac regnum Siciliæ constitutis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Recordamur liquidò, & memoria,* &c. Excipit autem Pennotus congregationem S. Guillelmi, quæ extra Italiam per Gallias, Germaniam, & Hispanias diu ante fuerat dilatata.

Obiectio Pennoti contra secundum corollarium.

[a] lib. 1. hist. tri part. cap. 45. pag. 145. nu. 3

395 Hoc vnicum tantę molis firmissimum fundamentū, quo vel solo credidit Pennotus actum esse de nobis. Verùm, ni fallor, esse infirmissimum demonstrabo. Vt videas quàm parùm videant, qui affectu potiùs quàm ratione ducuntur. Primò enim bulla vnionis habetur, apud Laertium Cherubinum [b] Bulla 6. Alexādri IV. Apud Lucam Vvadingum, Frāsciscanū [c] Apud M. Marquez [d]; & nullibi extāt verba citata à Pennoto. sic enim incipit. *Alexander episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs, Lamphranco Generali ordinis Eremitarum S. Augustini, & vniuersis Prouincialibus, Prioribus, & Fratribus eiusdem ordinis, tam præsentibus, quàm futuris, salutem & Apostolicam benedictionem. Licèt Ecclesia catholicæ integritatem,* &c. *dat. Laterani 5. idus Aprilis, Pontificatus nostri anno 2.* atq; adeò Christi 1256. Et sanè ratio ipsa persuadet bullam vnionis nullatenùs dirigēdam ad prælatos Ecclesiæ, sed ad ipsos Eremitas S. Augustini iam vnitos, quorum vnionem cōfirmabat. Neq; inuenietur exemplum, ni me fallo, in quo Pontifex similem confirmationem ad Archiepiscopos & episcopos, & non ad fratres ipsius religionis direxerit.

Dissoluitur primo.

[b] in Bullario to. 1. pag. 24.
[c] in suo Apologetico §. 4. nu. 21. pag. 61.
[d] in lib. de origine Fratrum Eremitarū S. August. cap. 4 §. 1. pag. 29.

396 Verum est tamē aliàs haberi duplicem bullam Alexandri IV. quarum vna incipit per verba allata à Pennoto, & eam habet Marquez [e], & P. Vvadingus, [f] vbi refert eam haberi ad S. Franciscum Bononiæ originariam; & apud Minores Ticinenses authenticam transcriptam, & apud Petrum Rodulphum pag. 182. illamque affert Pennotus [g] dataq; est Anagniæ 8. (vel vt alij habent 15.) Cal. Iulij, Pontificatus anno 2. atq; adeo Christi 1256. atq; inde constat esse posteriorem bulla vnionis, que eodem an. 1256. data fuerat 5. idus Aprilis. Alia verò bulla, quæ extat apud Marquez [h], & Vvadingum [i] directa est ad eosdē Archiepiscopos, & episcopos, & incipit postea in hūc modum. *Literas nostras vobis direxisse meminimus,* &c. dataq; ex Anagniæ idibus Octobris, anno 2. Pontificatus, & Christi 1256. & consequenter non solùm est posterior quàm bulla vnionis, quę data fuerat 5. idus Aprilis, sed etiam quàm alia, quæ data est 8. vel 15. Cal. Iulij, vt habent Marquez, & Vvadingus.

Progreditur solutio.

[e] cap. 4. §. 9. pag. 50
[f] vbi supra §. 4. nu. 16. pag. 56.
[g] lib. 1. cap. 25 nu. 4. pag. 70.
[h] Vbi supra.
[i] nu. 23. pag. 65.

397 Cæterum in his bullis nō confirmatur vnio; sed supponitur confirmata. Et in prima agitur de assūptione cucullarum nigri prorsus coloris ab omnibus fratribus

Progreditur vlterius.

bus congregationum vnitarum ibi: *Nigri prorsus coloris cucullas assumant*. In secunda verò præcipit prælatis, ne cogerent Eremitas ad portandos baculos, & facienda quædam alia; sed tantùm ad portandum à tempore ibi assignato cucullas nigras. Ibi: *Ex tunc verò ipsos tantummodò ad assumendas, & deferendas cucullas omninò nigras, tinctas, vel nõ tinctas, nõ ad aliqua alia cõpellatis*. Quis hinc inferat tãtũ vnitas fuisse cõgregationes, quæ in Italia sola, & Sicilia habebant monasteria? Sanè, nemo liber ab affectibus. Tum quia in his bullis non habetur confirmatio vnionis; in bulla autem vnionis congregationes vnitæ non limitantur ad hæc, vel illa regna. Tum etiam: quia lis, & controuersia super habitu cum patribus Franciscanis exorta fuit in Italia, non in Hispania, aut Gallia; & ita bullæ prædictæ, quæ de ea controuersia agunt, tantùm directæ sunt ad prælatos totius Italiæ, in qua controuersia fuerat; non ad prælatos Hispaniarum, aut Galliarum, in quibus nulla erat cõtrouersia.

398 Confirmatur ex ipso Pēnoto

Nec possũ in præsenti omittere, quàm facilè homini, etiam doctissimo, deficiat memoria, dum partem minùs veram amplexatur. Ait Pennotus [a] in hæc verba. *Secundò notandum est, omnes prædictas congregationes, seu domus, ex quarum collectione, ac vnione idem ordo fuit conflatus, intra Italiæ, ac vtriusq; Siciliæ fines fuisse cõstitutas. Id enim constat ex primis verbis bullæ ipsius vnionis, quæ sunt ista. Alexander Episcopus Seruus Seruorum Dei. Vener. Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis*, &c. Et tamen, nisi memoria defecisset, non ita de ea bulla Alexandri IIII. loqueretur Pēnotus, quia recordaretur se ipsum de ipsissima bulla Alexandrĩ IIII. [b] hæc verba posuisse: *Tertiò notandũ, quòd per hanc bullam non fuit facta vnio ordinis Eremitarum sub vno capite, & vno titulo, & habitu; sed illam supponit absolutam per aliam bullam eiusdem Pontificis, cuius meminit Marquez cap. 4. §. 1*. Ecce ergo manifestã Pennoti obliuionem. Hic agnoscit prædictam bullam non esse bullam vnionis; & illic huius notabilis oblitus, notat, vel asserit eam esse ipsam bullam vnionis.

a lib. 1. cap 45 nu. 3. pag. 145.

b lib. 1. cap. 25 nu. 4. pag. 71.

399 Dissoluitur secũdò, & euidenter cõuincitur fũdamẽtũ Pennoti.

Secundo conuincitur euidenter fundamentum Pennoti. Quia congregatio Eremitarum S. Guillelmi fuit vnita ab Alexandro IIII. vt et ipse Pennotus supponit, & expressè asserit, [c] & constat ex bulla vnionis, & ex duabus prædictis bullis, & ex alia, quam adducit Marquez [d] estq; Clementis IIII. data Viterbij 4. Cal. Sept. anno 2. Pontificatus, atque adeò Christi 1266. quia electus fuit, teste Onuphrio [e] Perusij, Nonis Februarij, anno 1265. Et in ea confirmat Pontifex concordiã Ordinis Eremitarum S. Augustini, & S. Guillelmi à Stephano Cardinale Prænestino, arbitro arbitratore, & amicabili compositore determinatam die vltima Iulij, anno 1266. In his enim omnibus bullis hæc vel similia verba habentur. *Emanauit mandatum vt de singulis domibus Eremitarũ, quarum quædam S. Guillelmi, quædam S. Augustini ordinum, nonnullæ autem F. Ioannis Boni, aliquæ verò de Fabali, aliæ verò de Brictinis censebantur; duo fratres cum pleno mandato ad ipsius domini Papæ mitterentur præsentiam*. Nõ ergo in principio illius bullæ, ex qua argumentum desumpsit Pennotus, enumerãtur omnes prouinciæ, in quibus congregationes vnitæ habebant monasteria; quandoquidem, vel ipso Pennoto teste, ordo Eremitarum S. Guillelmi per Galliam, Germaniam, & Hispaniam erat dilatata.

c lib. 1. cap. 46, nu. 5 pag. 149

d in sua apologia cap. 13. §. 14. pag. 236.

e de Põtif. & Card. pag. 155

400 Confirmatur

Et confirmatur. Ex vi præfatæ vnionis, vt patet ex citata bulla Clementis IIII. Eremitæ Augustiniani iam vniti incorporauerunt sibi plures domos Guillelmitarũ in regnis Alemaniæ, & Hungariæ; et, vt constat ex literis Leonis Episcopi Ratisponensis, quas [f] Marquez adducit, vnierunt sibi conuentum Fratrum S. Guillelmi de Semanshausem Schonta diœcesis Ratisponensis, iudicante prædicto Leone Episcopo, cum consilio patrum Prædicatorũ, & Minorum, sub data: Ratisponæ anno 1263. indictione 6. Septimo idus Februarij, *Fratrum S. Augustini authenticas literas partis contrariæ preualere*. Si ergo ex vi vnionis religio Augustiniana mittebatur anno 1263. in possessionem conuentuũ Alemaniæ, & Hungariæ, vnio tantùm fuerat facta respectu domorum existentium tantùm intra Italiam, & Siciliã anno 1256. quo data est illa bulla, sicut, & bulla vnionis.

f cap. 13. §. 15 pag. 140.

401 vrgetur vlterius.

Adde. Si vnio extendebatur ad monasteria Alemaniæ, & Hungariæ, vnde constat Pennoto, non fuisse extensam ad monasteria Hispaniarum, in quibus, saltem ordo Eremitarum S. Guillelmi sub regula D. Augustini plura monasteria possidebat? ipse enim, licèt perperam, ea monasteria, quæ §. 6. & 7. commemorauimus, quamuis asserantur fuisse Fratrum, siuè Eremitarum S. Augustini, arbitratur fuisse ordinis Eremitarum S. Guillelmi.

Rursus

Rurſus, ſi monaſteria S. Guillelmi exiſtentia intra Galias, Hiſpanias, & Germaniam comprehendebantur in vnione, vnde conſtat Pennoto, non comprehendi in vnione monaſteria ordinis Eremitarũ S. Auguſtini, quæ in eiſdem regnis oſtendimus contineri? Bulla enim vnionis, & aliæ eodem modo loquuntur de congregatione Guillelmitica, atq; de alijs. Vnde non incaſſum laborat Marquez ad probandum ante Concilium Lateranenſe fuiſſe in Hiſpaniâ, ſiuè alibi, extra Italiam & Siciliam, monaſteria Eremitarum S. Auguſtini. Si enim ea fuerunt, vt neceſſariò dicendum eſt fuiſſe, conſequens eſt vt ea omnia comprehenſa fuerint in vnione, ſicut comprehendebantur monaſteria Eremitarum S. Guillelmi in eiſdem regnis exiſtentia. Et ex his euidenter ſoluta, & conuicta manet obiectio doctiſſimi Pennoti, quam etiam infra[a] refutabimus.

a difficultate 3. §. 3.

402 Sed, vt ad id, vnde digreſſi ſumus, reuertamur; probatur ſecundò Eremitas Thuſciæ vnitos fuiſſe ordini Eremitarũ S. Auguſtini iam præexiſtenti. Quoniam vt referunt B. Henricus de Vrimaria anno 1334.[b] B. Iordanus de Saxonia circa annum 1356.[c] quem ab ipſo editum fuiſſe circa an. 1356. infra [d] oſtendemus; S. Antonius, Dominicanus Archiepiſcopus Florẽtinus circa annum 1450.[e] Ambroſius Coriolanus, Auguſtinianus, anno 1481.[f] Philippus Bergomenſis, Auguſtinianus[g] anno 1255. Baptiſta Alouiſianus Rauennas Auguſtinianus, circa annum 1497.[h] Onuphrius Panuinius, Auguſtinianus, circa an. 1560.[i] Et ex recentioribus, Ioſephus Pamphilus, Auguſtinianus Papæ Sacriſta, & Epiſcopus Signinus,[k] Hieronymus Roman. Auguſtinianus,[l] P. F. Barnabas de Montaluo, Ciſtercienſis ordinis alumnus, & Cronographus,[m] Hieronimus Plati, Ieſuita,[n] Iacobus Gualterus, Ieſuita in ſua Chronographia,[o] Ioannes Azorius, Ieſuita,[p] M. Marquez,[q] vt referunt, inquam, hi authores communi conſenſu, (licèt aliqui eorum quoad hanc partem in aliquibus errauerint) vnio facta ab Innocentio IIII. ſic contigit. *Poſtmodum Innocentius Papa IIII.* (verba ſunt B. Iordani de Saxonia, qui illa à B. Henrico de Vrimaria accepit; & ex Iordano S. Antoninus, & Ioſephus Pamphilus tranſcripſerũt; & ipſe Pennotus,[r] de verbo ad verbum retulit ex Iordano, & volens nolens approbauit.) *vir vbique magnæ ſcientiæ, & induſtriæ, qui ſedit anno Domini. M. CC. XL.* (debet dicere, M. CC. XLIII.) *conſiderans ordines Prædicatorum, & Minorum notabiliter creſcere, & fructus ſalubres in Eccleſia Dei proferre; Fratres verò Eremitarum S. Auguſtini ſibi ſolis per bonam vitam prodeſſe; cæpit velle agere quatenus, & ipſi ſicut Prædicatores, & Minores, finem ſalubrẽ, & fructum in Eccleſia Dei producere poſſent. Erant autem tunc temporis in diuerſis mundi regionibus, & præcipuè in partibus Thuſciæ, diuerſi alij Eremitæ, ſub diuerſis titulis diuerſimodè viuentes. Quos omnes.* (nempe eos, qui præcipuè erant in partibus Thuſciæ.) *Idẽ Innocentius Eremitis S. Auguſtini coniunxit, reducens eos ad vnum ouile ſub vno paſtore, ſcilicet Priore Generali, mandans vt omnes ſub vna regula, ſcilicet S. Auguſtini, vno modo profitendi, vno habitu, vno titulo, vno officio, & eiſdem conſtitutionibus vti deberent; muniensq; eos pluribus priuilegijs, & gratijs; quorum omnium exemplaria, & nonnulla originalia ſub bulla ego vidi.* Ex hac ergo fideliſſima relatione BB. FF. Henrici, & Iordani, S. Antonini, & aliorum, etiam cæcis manifeſtũ eſt ante vnionem ab Innocentio IIII. factam, præextitiſſe ordinem Eremitarum S. Auguſtini, cui alios Eremitas Thuſciæ Pontifex coniunxit. Animus enim ſtatuẽdi hanc vnionem ortus eſt, ex eo quòd videbat Prædicatores, & Minores proferre in eccleſia fructus ſalubres, Fratres verò Eremitas S. Auguſtini ſibi ſolis per bonam vitam prodeſſe. Hoc autem ante vnionem videre, & conſiderare non potuit Innocentius, niſi præexiſteret ordo Eremitarum S. Auguſtini, quem per vnionem voluit amplificare, & dirigere, vt fructus ſalubres in Eccleſia produceret. Quid clariùs? Quid euidentiùs.

b In tract. de origine Religionis Eremitarum S. Auguſtini.
c lib. 1. Vitas fratrum cap 24. pag 30.
d In reſponſione ad num. 2. e p 3. hiſtoriali tit. 24. cap. 14. § 3.
f In chronico ord. S. Aug.
g In ſupplemento Chronic edit. anno 1486. lib. 13.
h In Commẽtarijs ordinis.
i Io ſuo pontificali anno 1255.
k In Chron. Auguſt. fol. 26. pag. 2.
l Lib. 2. hiſt. Aug cap. 9. & 1. p. Defen. cap. 8.
m lib. 1. Chronici Ciſterc. cap 54.
n Lib. 2. de bono ſtatus religioſi cap. 22.
o ſęculo 13. anno 125. pag. 681.
p Tom. 1. Inſtit. Mor. lib. 11. cap. 13 col. 1434.
q cap. 13. §. 3 pag. 215.
r Lib. 1. cap. 28. num. 5. pag 81.

403 Tertiò probatur. Quia difficile eſt creditu, Pontificem præcepturum eſſe; vt omnes Eremitæ Thuſciæ, exceptis fratribus S. Guillelmi, relictis regulis, quas eo vſq; obſeruarant, v.g. regula S. Benedicti quam profeſſi fuerunt Fratres S. Mariæ de Murceto; ſe inuicem vnirent, & conformarent in noua regula, & ordine S. Auguſtini, niſi ex ipſis aliqui ante eam vnionem, B. Auguſtini regulam, & ordinem, cui alij vnirentur, eſſent profeſſi. Neque eius mirabilis tranſitus, vel ratio, vel exemplum oſtenderetur, vt planè ſit mirabilis, & ſingularis, atq; adeò creditu difficilior. Foret autem congruentiùs illis iubere vt ſub regula, quam vouerant, & nouerant, communem generalem eligerent, & nouas ederent cõſtitutiones, quàm nouam

403 Probatur tertiò.

illis regulam assignare, si nulli ex ipsis eã professi fuissent, neq; vnijsset eos religioni, quę iam regulam illam, & ordinem obseruasset.

404 *Probatur quartò.*

Quartò probatur ex verbis bullæ vnionis factæ ab Innocentio IIII. quam supra in principio puncti 2. responsionis ad numerum 1. transcripsimus ibi. *Mandamus; quatenùs in vnum vos regulare propositum conformantes, regulam B. Augustini, & ordinem assumatis; ac secundùm eum profiteamini de cætero vos victuros*. Hæc enim verba nõ tantùm præcipiũt vt assumant regulam, sed etiam ordinem, id est, congregationẽ, & religionem S. Augustini.

Prima respõsio Pennoti.

405 *a cap. 3. §. 3. pag. 34. b lib. 2. cap. 45. num. 2. pag. 345.*

Ad hoc fundamentum, quo vsus est Marquez a respõdet dupliciter Pennotus in sua historia tripartita. Primò dicit b per ea verba solùm haberi; quòd ante illam vnionem Eremitarum Thusciæ in vnum corpus, erat ordo Eremitarum S. Augustini nuncupatus. Quòd non negatur. Erat enim ordo F. Ioannis Boni, aliàs de Brittinis nuncupatus, quem Sedes Apostolica regula Eremitarum S. Augustini donauerat. At non sequitur, quòd Eremitæ in Thuscia degentes, tunc ipsi ordini S. Augustini nuncupato fuerunt vniti, imò totum oppositum: vt ipse contendit probare argumentis; quæ supra adduximus, c & a nobis dissoluentur infra. Quinimò, e ait Pennotus, ex illis verbis ad summum probari, quòd ante istam collectionem Eremitarum Thusciæ in vnam congregationem, erãt in Ecclesia alij Eremitæ ordinis S. Augustini nuncupati. Erant enim Eremitæ S. Guillelmi, & F. Ioannis Boni, & de Brittinis, qui omnes Eremitæ ordinis S. Augustini nuncupabantur.

c §. 2. huius difficultatis. d §. Vltimò. e cap. 48. nu. 7. pag. 159.

406 *Refellitur primò.*

Sed contra hanc euasionem est. Primo quia si non negatur ex illis verbis haberi, ante illam vnionem esse ordinem Eremitarum S. Augustini, neq; negari potest Eremitas Thusciæ vnitos fuisse ordini Eremitarum S. Augustini. Ideò enim infertur ordinem Eremitarum S. Augustini præcessisse, quia Pontifex illis iubet vt regulam, & ordinem S. Augustini assumãt. Ex hoc autẽ euidenter infertur illos vnitos fuisse ordini Eremitarum S. Augustini. Nihil enim aliud est assumere aliquem ordinem; quàm vniri alicui ordini. Vnde si Pontifex præciperet V.G. patribus Sanctissimę Trinitatis, vt assumerent ordinem Prædicatorum, diceremus Pontificem illos vniuisse ordini Prædicatorum, & effecisse vt essent membra Ordinis Prædicatorum.

407 *Refellitur secundo ad hominem.*

Secundò ad hominem: Quia si nomine Eremitarum S. Augustini intelliguntur Eremitæ S. Ioannis Boni, qui præcesserunt hanc vnionem. Ergo Eremitę Thusciæ vniti sunt, etiam in vnum, & idem corpus, ordini Eremitarum S. Augustini. Patet consequentia: quia in sententia Pennoti congregatio Eremitarum S. Augustini in Thuscia, & congregatio Eremitarum S. Ioannis Boni, eadem omninò realiter fuit; licèt differret nomine. (Hoc tamen monstrum §. sequenti detruncabimus.) id autem verum esse non posset, nisi Eremitæ Thusciæ vniti fuissent ordini Eremitarum S. Ioannis Boni in vnum corpus. Quia si mansissent non sic vniti, iam non solo titulo, aut nomine; sed re ipsa different inter se prædictæ congregationes, vtpote diuisæ, non vnitæ.

408 *Explóditur tertiò.*

Tertiò quia ordo, quẽ Eremitę Thusciæ iubentur assumere, non potuit esse ordo Eremitarum S. Ioannis Boni; Quoniam nomine ordinis Eremitarum S. Augustini simpliciter, & absolutè non intelligitur congregatio, seu ordo Eremitarum S. Ioannis Boni. quod ostendo. Primò quia Eremitæ Thusciæ manserũt diuisi, & diuersi ab Eremitis S. Ioannis Boni, vt demonstrabimus §. sequenti. ergo Pontifex non præcepit illis, vt assumerẽt ordinem Eremitarum S. Ioannis Boni. Si enim assumpsissent verè illum ordinem, non mãsissent ab illo diuisi, & diuersi; sed illi vniti, & conformes. Secundò, quia ordo S. Ioannis Boni in nullo priuilegio, aut authentico instrumento appellatus fuit aliquando à Summis Pontificibus, *ordo Eremitarum S. Augustini*, simpliciter, & absolutè; sed, vel, *ordo Eremitarum*; vel, *ordo Eremitarũ F. Ioãnis Boni ord. S. Augustini*; licèt aliquando in discursu eiusdem priuilegij apppellentur *Eremitæ præfati ordinis S. Augustini*; quòd idem est atq; vocare illos, *Eremitas F. Ioannis Boni ordinis S. Augustini*. Ille enim erat ordo præfatus. Atq; adeò ante illã vnionem Eremitarũ Thusciæ, præcessit ordo Eremitarum S. Augustini, qui simpliciter, & absolutè talis appellaretur, distinctus ab ordine Eremitarum B. Ioannis Boni, & illum iussi sũt assumere, & illi vniti sunt Eremitæ Thusciæ. Et ex hoc etiam manet conuictum id, quòd Pennotus addidit de ordine Eremitarum S. Guillelmi, B. Ioannis Boni, & de Brittinis. Primò, quia nulla harum

Nomine ordinis Eremitarum S. Aug. simpliciter, & absolutè non intelligitur congregatio S. Io. Boni.

Conuincitur Pẽnotus quo ad id qđ addit de ord. Erem. S. Guillelmi B. Ioannis Boni & de Brittinis primò.

con-

congregationum appellatur, in aliquo priuilegio Pontificum simpliciter, & absolutè *ordo Eremitarum S. Augustini*. Ergo in verbis Bullæ vnionis prædictæ non fit
Secundò. sermo de illis. Secundò ad hominem: quia iam habemus contra Pennotū ordinem Guillelmitarum esse ordinis Eremitarum D. Augustini, & eius regulam
Tertiò. obseruasse. Tertiò & euidentiùs. Quia Pontifex iubet, vt Eremitæ Thusciæ, *exceptis Fratribus S. Guillelmi*, assumant ordinem S. Augustini. Ergo ordo S. Augustini simpliciter dictus, quem iubet Pōtifex vt assumant, & cui illos vnit, nō erat ordo Guillelmitarum; quandoquidem Pōtifex illos expresse excludit ab hac vnione. quid manifestiùs.

409 Secundò respondet Pennotus a, & minùs improbabiliter, Pontificem nomine
Secunda Pennoti responsio. ordinis S. Augustini intellexisse ipsam regulam, in qua ordo fundatur. Nam sæpè
a lib. 2. cap. 48. pag. 159. in Iure Canonico ordo, & regula pro eodem accipiuntur, vt idem sit viuere secundùm regulam, atq; secundùm ordinem D. Benedicti, Augustini, Dominici, &c. *Hoc patet ex literis Sixti*, ait Pennotus, *in corpore præfationis notatis, in quibus vocat Canonicum ordinem, & Eremiticum D. Augustini, vnum & eumdem ordinem. Quod non alia ratione dici potuit, nisi quia vterq; ordo eamdem regulam profitetur.*

410 Sed neq; hæc solutio stare potest. Li-
Reijcitur. cèt enim nomine ordinis, seorsum posito, aliquoties significetur regula, vt in bulla 9. Gregorij IX. apud Cherubinum
b Tomo 1. Bullarij pag. 57. b data Perusij 19. Cal. Februarij an. 1235. vbi Magistro, & Fratribus S. Eulaliæ Barchinonensis sic concedit. *Concedimus, vt cùm nondum aliqua sit à vobis ex religionibus approbatis assumpta, B. Augustini positis ordinem profiteri.* Cæterùm, quando simul ponuntur *regula, & ordo*, hucusq; nō noui aliquod exemplum, in quo ordo significet idem, quòd regula; & fiat repetitio superflua; imò noui aliqua, in quibus significet quid diuersum; nempe religionem, siuè congregationem viuentem sub regula. In hoc sensu in bulla Clementis IV. in causa Guillelmitarum (quam ver-
c Cap. 13. §. 14. pag. 136. batim transcripserunt M. Marquez c, &
d lib. 1. cap. 47. nu. 1. pag. 150. Gabriel Pennotus d) Stephanus Cardinalis Prænestinus; in ea lite compromissarius, dum iubet restitui Guillelmitis quasdam domos, quæ ab ipsis ad nostros transierunt in virtute vnionis, sic ait: *Illi etiam Fratres, qui medio tempore in prædictis domibus B. Augustini regulam, & ordinē sunt professi*, &c. Et Alexander VI. Bulla 3. apud
e ibidem pag. 391. eumdem Cherubinum e subijciens religioni Augustinianæ congregationē Apo-
f § præcedenti suppositione 3. stolorum pauperis vitę, vt f retulimus, sic ait. *Ordini S. Augustini, & illius regulæ subsint; & tam quoad professionem, quam cætera ipsius religionis vota substantialia emittenda, pariformiter veluti ipsius ordinis S. Augustini religiosi, deinceps sint astricti*, &c. *ac congregationem ipsam, & illius fratres huiusmodi præfatæ religioni S. Augustini harum serie aggregamus.* In eodem etiam sensu Gabriel Condulmerius, Bononiæ Legatus, in literis vnionis conuentus S. Iacobi Cellævolanæ, in nemoribus Comitatibus Comacliensis prope fines Rauennatum, datis die vltima Februarij anno 1424. vt refert
g lib. 3. cap. 17 pag. 623. Pennotus g sic inquit. *Non obstante aliqua differentia eius, quæ non est de substantia ordinis, in forma vestium, & colore, vltra habitum, & Rochetum, cùm sitis eiusdem regulæ, & ordinis vos præd. B. Canonici* (scilicet Frigdionarij, & Prior antedictus) *ipsum locum, & Prioratum in meliùs commutando, ac de vobis Canonicis prædictæ congregationis reformando, vnimus, annectimus, & incorporamus*, &c. Et idem legatus, cùm iā esset Eugenius IV. Bulla data Romæ 18. Cal. Ianuarij anno 1446. in qua restituit Canonicos regulares in Ecclesiam Lateranēsem, teste Pen-
h lib. 3 cap. 22 pag. 645. noto h sic ait. *Diutiùs sedulis studijs reuoluentes ad nouellam in vinea domini plātationē, religiosam familiam Dei, congregationem de Frisonaria nuncupatam; quæ sub eadem D. Augustini regula Altissimo militantes; & sacrum religionem, prout certè comperimus, deuota puritate seruātes, in ipsius regulæ vigore, & ordinis disciplina Saluatori pijssimè famulantur*, &c.
& infra. & infra, *vt dicta Ecclesia originalis ordo, & in-*
i ad finem lib. 3. Historię Tripart. pag. 798. *stitutio habeatur*, &c. Adde Pennotus i adducit priuilegiū Innocentij Papæ, in quo inter alia sic habetur. *Sanè dudum Fel. Rec. Vrbanus Papa II. prædecessor noster omnibus in monasterio, & ordine S. Ruffi extra muros Valentiæ sub regula S. Augustini vitā Canonicam secundùm statuta dicti ordinis profitentibus, benedictionem ac peccatorum remissionē concessit* Et Gregorius XIII. apud Emanuelē Rodriquez k bulla 13. data Romæ die 1. Fe-
k in Compendio Priuilegiorum pag. 474. bruarij anno 1578. pro congregatione Iesuatorum S. Hieronymi, sic inquit. *Nec non dictæ congregationis, & ordinis S. Hieronymi, ac regulæ S. Augustini, sub qua militauit*, &c. In quibus omnibus testimonijs ordo; quia coniungitur regulæ, non regulam, sed congregationem significat sub regula militantem.

411 *Innoc. IV. præcepit Eremitis Tusciæ, vt non solùm assumerent regulā Augustini; Sed & ordinem vocatum Eremitarum.*

Præcepit ergo Innocentius IV. Eremitis Thusciæ, non solùm vt assumerent regulam S. Augustini; sed etiam ordinem, id est, religionem, viuentem sub regula, & specialiter vocatam Eremitarũ S. Augustini, iam diù ante institutum, non verò tunc de nouo ab ipsis, & ex ipsis conflandum, & instituendum. Et iuxtà hæc iussit constitutiones ab ipsis faciendas non obuiare institutis eiusdem ordinis S. Augustini. ibi. *Saluis obseruantijs, seu constitutionibus faciendis à vobis, dummodò eiusdem ordinis non obuient institutis.* Si autem illi primi de nouo instituerent ordinem Eremitarum S. Augustini, non possent facere cōstitutiones, quæ eiusdem ordinis obuiarent institutis. Non enim haberent instituta præcedentia eiusdē ordinis; quibus obuiare possent nouæ obseruantiæ, & cōstitutiones.

412 *Reijcitur Rodulphus, Bzouius, Vvadingus, & Daza.*

Ex dictis hucusque, reijcies omninò Rodulphum, Bzouium, & Vvadingum, (quorum placita supra in principio primæ difficultatis retulimus,) & præcipuè Dazam, qui singulariter videtur asserere vnionem ab Alexandro IIII. factam, fuisse ex varijs, & vagis Eremitis, nondum approbatis à Sede Apostolica; quorum nulli sub vno capite, & generali viuerent. Hoc enim ex bullis hucusque relatis in diuersis locis huius responsionis, & ex hac bulla vnionis factæ ab Innocentio IIII. euidenter cōuincitur. Ex ipsis enim manifestè constat, saltem religiones, seu Congregationes Eremitarum S. Augustini, S. Guillelmi, B. Ioannis Boni, & Brittinensium habuisse singulos Generales, fuisseque à Sede Apostolica confirmatas. Quòd etiam clariùs constabit ex dicendis infra. ᵃ Quòd verò ad illarũ confirmationem attinet, de omnibus congregationibus sub Alexandro IIII. vnitis, probatur clarè ex Guillelmo in Authentica. Collat. 3. *de mensura ordinandorum Clericorum. §. Sancimus*, quem referunt Ioannes Andreas, Dominicus de S. Geminiano, & Petrus Ancharranus in Cap. *Religionum*, de Religiosis domibus in 6. Hic ergo author sic ait apud Ioannem Andream. *Ne Ecclesia videretur laqueum iniecisse, ex quo fuerant confirmati, omnes in vnũ ordinem conflari debuissent, vt sic non exterminaret quòd fecerat. Subdit, quòd hoc factum fuerat. Puto quòd loquatur de ordine Eremitarum S. Augustini, qui ex pluribus ordinibus factus fuit*; scilicet, per vnionem ad vnum, non per exterminationem omnium; ad vnum, inquam, qui extensione facta creuit in sua magnitudine, cùm tamen idem ipse antea præextitisset, licèt minùs extensus; quia alij ordines, seu Congregationes viuebant sub diuersis generalibus, & cōstitutionibus; & aliquis ex ordinibus, seu congregationibus vnitis viuebat sub regula D. Benedicti, vt supra notauimus puncto 1.

ᵃ Difficultate 3. huius pūcti 2.

413 *Expenduntur verba Sixti IV. à Pennoto relata, & parùm illi fauere, plurimū nobis ostenduntur.*

Id autem, quod Pennotus adiecit, vt probaret aliquando ordinem sumi pro regula, parùm illi fauet; nobis, plurimùm. Verba enim Sixti IIII. an. 1484. vt concordiam inter Canonicos Regulares, & Eremitas S. Augustini statueret, hæc sūt. *Se mutua charitate in Christo Iesu Domino Nostro diligant, & etiam mutuo venerantes, & ea, quæ decorem, & venustatem ambarum partium concernunt, alternatim afferentes.* (qui iniuriosè, & ignominiosè loquitur in Eremitas S. Augustini, vel in Canonicos Regulares, in hac causa, videat vtrum huic Pōtificio decreto, & anathemati, satisfecerit.) *Et ea quæ ædificant & instruunt, & ad salutem animarũ Christi Fidelium prosunt, populis prædicent, omissis, & penitùs reiectis vanis assertionibus, & altercationibus; vt ordo à B. Augustino datus, qui idem est in omnibus, licèt instituta particularia aliqualiter differant, non diuisus, non factiosus, non contaminatus; sed vnicus, pacificus, integer, & immaculatus, prout est, & esse debet, etiam ab omnibus censeantur.* Quis non videat hæc nullo pacto accommodari posse regulæ Augustinianæ, & accommodata esse religioni? Si enim de regula essent intelligenda, hunc sensum redderent. *Vt regula à B. Augustino data, quæ eadem est in omnibus, non diuisa, non factiosa non contaminata: sed vnica, pacifica, integra, & immaculata, prout est, & esse debet, etiam ab omnibus censeatur.* Hic autem sensus esset ineptissimus, & nihil peculiare contineret, conueniens tantùm Canonicis, & Eremitis, quos Pontifex volebat in concordiam redigere desumpto argumento ex mutuo amore, quem sibi debebant propter aliquid peculiare. Hoc autem est: quia Canonici Regulares, & Eremitæ efficiunt vnum, & eundem ordinem, non quidem vnitate essentiæ; quia vt sic diuersi ordines sunt, neque tantùm vnitate regulæ: quia ea ratio non tantùm Canonicis, & Eremitis inter se conueniret; sed omnibus etiam religionibus sub regula Augustini militātibus; sed vnitate fundatoris sub eadem regula, à quo vterq; ordo denominari potest verè, & propriè,

Vnitas fundatoris inter Canonicos, & Eremitas S.

Augustini Statu, IV. in numer. *Ordo S. Augustini*, quod alijs ordinibus non conuenit. Neque mirum est, Sixtum IIII. in eo sensu loqui, cùm ipse non semel in suis priuilegijs asseruerit B. Augustinum esse plantatorem, & pristinum institutorem Ordinis Fratrum Eremitarũ eiusdem. Ita eum appellat in priuilegio dato Romæ anno 1479. 12. Cal. Aprilis, quod adducitur à M. Marquez. a

a cap. 9. §. 2. pag. 158.

§. 9. VTRVM EREMITAE THVSCIAE *Vniti fuerint ordini S. Augustini non solùm præexistenti; sed etiam habenti Priorem Generalem.*

414 PRobauimus Eremitas Thusciæ vnitos fuisse ordini Eremitarum S. Augustini ante ipsam vnionem præexistenti. Hinc exurgit non leuis difficultas, nempe vtrum prædicti Eremitæ Thusciæ vniti fuerint ordini Eremitarum S. Augustini, ita præexistenti, quòd haberet etiam proprium Generalem.

415 Primo sententia negans. Præter eos, qui censent ordinem Eremitarum S. Augustini nõ præextitisse ante Innocentium IV. vel etiam si præextiterit, non fuisse illi vnitos Eremitas Thusciæ; ex ijs qui admittunt præexistẽtiam ordinis Eremitarum S. Augustini ante vnionem Innocentianam, negant (quos viderim) S. Antoninus b sic inquiens. *Quòd B. Benedictus, & eius religio secundũ regulam eius fuerit post Augustinum, certum est. Vnde & Canonici Regulares, qui profitentur regulam Augustini, vtiq; fuerunt ante monachos Benedictinos; & etiam aliqui Eremitæ viuentes religiosè in locis solitarijs potuerunt esse, qui viuerent secundùm regulam Augustini; & fortè illi, ad quos sermones editi dicuntur ad Eremitas; sed non erant illi propriè loquendo illius ordinis, & modi vitæ, cuius nunc sunt, qui dicuntur Eremitani, & habitant in ciuitatibus, villis & castris. Similiter, & si fuerunt* (non dixit, *fuerint*, sed, *fuerunt*; atq; adeò admittit ita fuisse) *aliqui ante ordines Mendicantium, qui viuerent in eremis secundùm regulam Augustini; non tamen erant talis ordinis, nec habebãt vnum caput, nec illas ordinationes, quas habẽt Eremitani nũc.* Ioannes Azorius c sic loquitur. *Eamdem* (scilicet approbationẽ Pontificiam) *ab Innocentio IV. adeptus est Augustinianorum ordo. Quoniam licèt sub regula Augustini per multos ante annos plurimi vixerunt; non omnes tamen vni Generali præposito paruerant. Tunc autem omnes in vnum corpus cooptati, & allecti, vnum sibi caput delegerũt. Quòd factũ idẽ Innocẽt. approbauit*, & rursus. d

b 3. p. tit. 24. ca. 14. fol. 255. pag. 2.

c tomo 1. lib. 11. cap. 13. fol 2430.

d lib. 12. cap. 23. q. 5.

Fuerunt igitur longè ante Innocentij III. & Concilij Lateranensis tempora per Occidentem Eremitæ; fuerunt & cænobia S. Augustini nomine dicta, vt quæ sub eius, vt diximus, regula militabant, & viuebant exemplo, & imitatione eorum, quos B. Augustinus moribus, & præceptis, ac legibus informauit; sed nondum ordo Eremitarum, qualis nunc cernitur, fuerat constitutus.

Quod si hæc vera essent, optimè potuissent tunc temporis dici de ordine Eremitarum S. Augustini, quæ de ordine S. Basilij protulit Gregorius XIII. bulla 12 apud Rodriquez e data Romæ 9. Cal. Nouembris anno 1579. ibi. *Qui* (scilicet, Monachi S. Basilij) *vitæ sanctitate, & doctrina insignes toto terrarum orbe, maximè verò in Asia, Palestina, Thracia, Græcia, & Italia multis sæculis floruerunt. Postea verò (quod nõ sine maximo animi nostri mœrore recẽsemus) temporum iniuria, extinsq; orientis à dira Turcarum tirannide oppressi calamitate, crebrisq; ita hominum exigentibus culpis, exorientium schismatum dissensionibus, ordo ille alibi penitùs corruit, alibi ita fuit imminutus, vt disciplina regulari laxata, charitas illa antiqua deferuerit, monachiq; alij alio dispersi, sine capite, sicuti oues sine pastore errauerint; in aliquibus autem ne vestigium quidem monastici remanserit instituti; monasteria euersa, & bona fuerint dissipata*, &c. 416

e in cõpendio priuileg. Regul. pag. 102.

Ego tamen in hac parte, non arbitror, sed censeo, ante vnionem ab Innocentio IV. factam, ordinem Eremitarum S. Augustini, distinctum à congregatione Eremitarum S. Guillelmi, B. Ioannis Boni, & Brittinensium (de quibus euidens est antẽ vnionem Innocentij IV. habuisse proprios generales, vt constabit ex dicendis circa difficultatem 3.) & peculiariter appellatum, simpliciter & absolutè, ordinẽ Eremitarum S. Augustini (quæ denominatio ordinis Eremitarum S. Augustini, simpliciter & absolutè, neq; conueniebat Guillelmitis, neq; Zambonitis, neq; Brittinẽsibus.) habuisse proprios Priores Generales: & ex consequenti infero, ordinẽ Eremitarum S. Augustini, vnioni præexistentem, cui Innocentius IV. vniuit Eremitas Thusciæ, habuisse Generalem; nisi velimus dicere partem ordinis Eremitarum S. Augustini extra Thusciã habuisse Generalem, vel Generales in varijs congregationibus, & nulli harũ fuisse vnitos Eremitas Thusciæ; aliam verò partem siuè in Thuscia, siuè iuxtà Thusciam non habuisse Generalem, & huic fuisse Eremitas Thu- 417

417 Secũda, & vera sententia. Ordo Eremitarum S. Augustini, vt distinctus à Cõgregationib. S. Guillelmi, B. Ioannis Boni & Brittinẽsiũ, habuit ante vnionem proprios priores generales.

tas Thusciæ eomitor:& exinde sequeretur post vnionem Eremitarum Thusciæ mansisse intra Italiam duplicem congregationem ordinis Eremitarum S. Augustini, simpliciter & absolutè dicti, sub duplici Generali, aliam intra Thusciam, & aliam extra Thusciam. Quòd licèt probabilissimè dici possit, videbitur fortè alicui minùs conforme bullis Pontificijs, quæ videntur supponere ad minùs intra Italiam tantùm fuisse vnicam congregationem ordinis Eremitarum S. Augustini simpliciter, & absolutè sic denominatam. In bulla enim Innocentij IIII. (quā transcripsit P. Vvadingus, [a] data Cal. Iulij anno 1253. Ricardus Cardinalis protector sic loquitur. *Prioribus, & vniuersis fratribus Eremitis ordinis S. Augustini.* Et Alexander IIII. in priuilegio quod adduxit Marquez, [b] dato 16. Cal. Augusti anno 1255. Loquens ad eum ordinem, qui Ricardum Cardinalem habebat protectorem, sic ait: *vniuersis Prioribus & fratribus Eremitarum ordinis S. Augustini.* Et tamen Ricardus erat protector ordinis Eremitarum S. Augustini, cui vniti fuerant Eremitæ Thusciæ, vt constat ex Bulla Innocentij IIII. quam habet Marquez, [c] & nos transcripsimus supra. [d] Hæ autem locutiones veræ non essent, si præter Eremitas S. Augustini commissos protectioni Card. Ricardi essent etiam alij intra Italiam, quorum congregatio simpliciter, & absolutè appellaretur ordo Eremitarum S. Augustini. Adhuc tamē huic obiectioni posset occurri, dicendo in his testimonijs non esse sermonem de vniuersis Eremitis S. Augustini in toto orbe, imò neque in tota Italia, sed tantùm de vniuersis Eremitis S. Augustini congregationis Thusciæ, cuius erat protector Cardinalis Ricardus. Vniuersalitas enim illa limitatur ex contractione materiæ.

[a] §. 4. num. 12. pag. 31.

[b] cap. 3. §. 1. pag. 18.

[c] cap. 5. § 3. pag. 24.

[d] in princip. pūcti 1. huius responsionis ad nu. 1.

418 Quòd autem ordo Eremitarum S. Augustini simpliciter, & absolutè dictus, ante vnionem ab Innocentio IIII. factā habuerit proprios Priores Generales, demonstrabimus duobus firmissimis fundamentis; eritque hæc veritas duabus, vt aiunt, anchoris fulta, vt per duas res immobiles firmissimum solatium habeamus. Primum desumitur, ex authentico Chirographo conuentus Vlyssipponensis, supra adducto, [e] & rogato anno 1243. pro ordine Eremitarum S. Augustini simpliciter, & absolutè, & sine vllo addito. ibi. *Ad quod ipse Prior nomine suo, & successorum suorum, & nomine religiosi viri F. Laurentij Prioris Prouincialis Ordinis supradicti, & eius Generalis . . . . nominatus . . . . . nomine suo, & F. Paschasius de Doreta visitator dicti ordinis, se obligarunt. &c.* Cùm ergo vnio facta ab Innocentio IIII. contigerit 17. Cal. Ianuarij anno 1243. quatenùs tunc fuit præcepta, & executioni mandata in principio anni 1244. euidens est, ante hāc vnionem præextitisse ordinem Eremitarum S. Augustini sub vno capite Priore Generali, sub Prouincialibus, Visitatoribus, & Prioribus. Impossibile enim est, quòd à 17. Cal. Ianuarij anni 1243. quando primùm præcepta est vnio, intra eundem annum 1243. vnio effecta fuerit, & ex Italia in Lusitaniam venerint, & conuentum admiserint Laurentius Prouincialis, Paschasius Visitator, & Prior conuentualis. Neque dici potest, ibi esse sermonem de ordine S. Guillelmi, vel B. Io. Boni; quia hæ congregationes non dicebantur simpliciter, & absolutè ordo Eremitarū S. Aug. sicut appellabatur ordo is, pro quo rogatū est illud instrumentum.

Primum fundamentum.

[e] §. 6. huius difficultatis.

419 Secundum fundamentum est expressum testimonium B. Henrici de Alemania, siuè de Vrimaria, in tractatu de origine ordinis Eremitarum S. Augustini, in cuius principio. (Si verum est quod ferunt nonnulli) testatur se agnouisse primum generalem post vnionem an. 1256. ab Alexandro IIII. factam, nempe Lamphrancum Settaram, siuè Sepralam, nobilem Mediolanensem, qui obijt anno 1264. vel 1265. Hic ergo author in hoc tractatu, qui extat in Bibliotheca religiosissimi, & illustrissimi conuētus Parisiensis S. Victoris Can. Reg. ordinis S. Augustini, apud M. Marquez, [f] sic habet. *A tempore S. P. Augustini multi fuerunt pastores dicti ordinis; sed ex negligentia scribentium, & diuturnitate temporum ignorantur. De quibus tamen, & ex scriptis antiquis, & ex antiquis, partibus hæc habere potui. Circa annos domini 1110. electus est Generalis B. Ioannes de Spelunca, qui etiā præfuit tempore Alexandri Papa III. item Ioannes dictus de Cella tempore Innocentij III. item Auitus de Grassano* (videtur esse, notat Marqu. ille, quem alij vocant, Adiutum de Fano.) *Tempore Gregorij IX. item Philippus Dexterampus, quo tempore facta est vnio. Post vnionem primus fuit F. Lamphrancus de Mediolano.* Hæc ille. Dici autem non potest, ibi esse Sermonem de ordine, seu

Secundum fundamentū.

[f] cap. 13. §. 19. pag. 150.

seu congregatione S. Guillelmi, aut B. Ioannis Boni, vel Brittinensium, aut Eremitarum Thusciæ sub Innocentio IV. vt minùs aduertenter asseruit Pennotus [a]. Quia hæ cõgregationes, vt congregationes inceperunt nõ paucis annis post annum 1110. in quo B. Ioannes de Spelunca dicitur electus in Priorem Generalem

[a] lib. 1. cap. 48. nu. 4. pag. 158

420 Pergit vlterius.

Notatu dignum existimo librum, siuè tractatum hũc repertum fuisse in Bibliotheca Illustrissimi Conuentus Can. Reg. ne dicerent aduersarij testimonium hoc à nostris recentioribus fuisse confictum; & vt nos dicere possimus, cum Augustino. [b] *Si de meis libris sibi dubitatio nascitur, ecce Iudæorum libros, vtiq; inimicorũ nostrorum, quos certum est, si ego confi. ngere vellem, mutare non potui; ipsos relege. Et cùm in ipsis, hoc quod in meis libris inueneris, noli esse incredulus, sed fidelis.* Verum, & hunc tractatum apud nos iam habemus. Reperimus illum Romæ anno 1630. in Bibliotheca Angelica S. Augustini, vt supra retulim', & infra referemus. Non possum tamen non aduertere ea, quę Marquez adducit, haberi paulò aliter in codice Romano. sic enim habet. *Septima veritas est, videre qualiter illa sancta propago prædictorum patrũ, tam ante vnionem, quàm etiam ab illo tempore, quo per S.R.E. pro ædificatione fidei, & morũ fratres nostræ religionis sunt destinati, vsq; ad hæc nostra tempora sit deducta. Qui verò à tempore B. Augustini, hoc est, ab anno domini 442. fuerunt pastores dicti ordinis, ex negligentia scribentium, & diuturnitate temporis ignoratur. De quibus tamen sic ex scriptis antiquis, & relatione antiquorum patrum compertum habere potui. Hoc sciendum est, quod tempore Alexandri Papæ III. circa annos Domini M.C.XX.* (debet dicere è duobus modis; vel tempore Alexãdri Papæ III. circa annos Domini M. C. L X. vel M. C. L. X X. Alexander enim fuit electus anno 1159. & & vixit vsq; ad an. 1181.) *Ioannes de Spelunca fuit Prior Generalis. Tempore Innocentij Papæ III. fuit F. Ioannes dictus de Cella. Circa quod tempus B. Franciscus, &c. Tempore autem Innocentij IV. prior generalis fuit F. Adiutus de Guaffaguann. Tempore verò Alexandri IV. F. Philippus de Pramia; quo tempore B. Augustinus, vt supra visũ est, Papæ Alexandro in visione apparuit, grandis quidem capite, sed membris exilis.* Hæc Henricus. in quibus neq; pauca, neq; exigua sunt discrimina, si conferantur cum iis, quæ Marquez transcripsit. At siuè hoc, siuè illo modo legas, idem probatur intentũ, nẽpe multò ante vnionem & ante tẽpora Gregorij IX. immò, & ante annum 1200. præextitisse Priores Generales in ordine Eremitarum S. Augustini.

[b] serm. 78. de tempore.

421 Obiecta Pennoti.

Sed occurrit Pennotus [c] potuisse esse, quòd hi quatuor Generales essent Priores aliquorum Eremitarum, sinè titulo, & regula Augustini degentium, quales illi erant, qui ante Innocentium IV. in partibus Thusciæ degebant; *Quos quia F. Henricus de Vrimaria Eremitas fuisse reperit; illorum institutum non attendens, in suas statim copias traduxit; ad sui ordinis antiquitatem probandam. Quòd enim ait dictus author, A tempore S. P. Augustini, &c. vetus est Eremitarum assertum, quòd omnes asserunt, & nullus probat; & gazophilazium, in quod omnes pro posse ad ordinem Eremitarum locupletandum, aliquid mittere conantur; sed pecunias, quas immittunt, non probantes, pro veris, & probatis adulterinas, & fragmenta testiũ pro vnionibus immittuns.* Hæc Pennotus. vt ad vnguem obseruet præceptũ Bullæ Sixti IV. quam in principio operis sui dedit in lucem. *Debebat sanè hic author* (prosequitur Pennotus) *quænam scripturæ illæ antiquæ, qui patres antiqui essent, ostendere, ex quibus hæc habere potuit; vt de illorum fide apud posteros constaret. Quòd cùm minimè præstiterit, salua illius reuerentia, fidedignus non habetur; cùm è contrario Fr. Iordanus de Saxonia, qui fuit ipsius ordinis Prior Generalis, & omnem ordinis supellectilem scrutatus in lucem protulit, & multa etiam de suo addidit, se, quid sui Eremitæ egerint ex tempore dispersionis ex Africa vsq; ad Concilium Lateranense sub Innocentio III. habitum, nullo scripto authentico inuenire potuisse; & ob eam causam de ipso ordine ante concilium Lateranense nihil scribere voluisse. Et quis non videt decipi authorem, cùm ait, ante annum 1110. ordinem Eremiticum multos Generales habuisse, ac sub ipso anno 1110. electum fuisse Generalem ordinis B. Ioannem de Spelunca? vbi enim reperit Generales ordinum ante dictum Concilium Lateranense? Quamuis essent quædam monasteria, quæ aliorum erant capita, & illorum Abbates, seu Priores aliorum, quæ membra erant, curam gererent; non tamen erant Generales ordinum, sicut nunc sunt. Hic enim mos post institutos ordines Mendicantium inoleuit.* Hæc Pennotus, verbis adeò parùm pacificis, & ad decorem, & venustatem ordinis Eremitici conducentibus, vt mirum sit bullæ Sixti IV. quam in præfatione verbatim adduxerat, adeò oblitũ. Sed quamuis cum Augustino [d] dicere possemus, *Si conuicia emeres, prodigum te dicerem;*

[c] Vbi supra.

[d] ad Iulianum lib. 1. operis imperfecti

tamen

tamen obliuiscamur opprobria propter eum, qui pro nobis, cùm esset æqualis patri, sustinuit improperia, & ad rem veniamus.

422 Pro solutione assertiuo 1.

Vt ergo ad hæc obiecta respondeam, dico plura. Primum est. B. Henricus de Vrimania, & B. Iordanus de Saxonia, cõmuniter ab omnibus chronographis non solùm inter viros doctissimos, sed etiam inter sanctissimos numerantur. Id quod peculiariter ostẽdimus a, & ostendemus. b Et tamen R. D. Gabriel Pennotus de Henrico de Vrimaria ait; *quia illos reperit Eremitas, illorum institutum non attendens, in suas statim copias traduxit ad sui ordinis antiquitatem probandam; & quòd fidedignus non habetur*; & de Iordano inquit, *quod multa de suo addidit*. Quis non doleat ex imo corde, hominem doctum, religiosum, & Canonicum Augustinianum tam iniuriosè loqui in homines doctos, religiosos, Sanctos, & Frates Augustinianos? Præcipuè cùm tam Henricus, quàm Iordanus dicere pro suis meritis, possit quòd c Seuerus Sulpitius effatur. *Obsecro eos, qui lecturi sunt, vt fidem dictis adhibeant; neq; me quidquam nisi compertũ, & probatum scripsisse arbitrentur. Alioqui tacere quàm falsa dicere, maluissem*. Quòd & Paulinus, d sic dixit. *Nec putes me quisquam studio amoris aliquid, quòd fide careat, posuisse. Quandoquidem meliùs sit penitùs nihil dicere, quam aliquid falsi proferre; cùm sciamus nos omnium sermonum nostrorum reddituros esse rationem*. Et nihilominùs de Beatis his viris audet dicere. *ille nõ habetur fide dignus, hic multa de suo addidit*. Si licet sic conuiciari in viros doctissimos, & sanctissimos, & eorum fidem tam facilè, & irriuerenter eleuare; cõuicitur Pẽnotus quantùm velit; sed desistat conuiciari; quia non licèt. Et si hæc hereticis ianua aperitur, quòd firmum fundamentum contra illos habebimus ex relationibus virorum, doctrina, & Sanctitate præstantium? Dicent enim pro libito, *ille fide dignus non habetur, hic multa de suo addidit*.

a supra in respon. ad nu. 1.
b infra in respon. ad nu. 3.
c in prologo ad vitã S. Martini.
d in vitã S. Ambrosij ad Augustinum.

423 Secunda.

Secundum est. Vt fides præstari debeat Henrico, non opus est quòd ostenderit, quænam essent scripturæ illæ antiquæ, & antiqui illi patres. Quis enim antiquus author, præsertim scribens res alterius sæculi, quas non vidit, non dixit; se illas scribere ex M. SS. antiquis, vel ex relatione seniorum, absq; eo quòd in particulari expresserit quæ essent illa M. SS. & qui illi Seniores? Lucas Euangelista cap. 1. sic ait. *Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt Sermonis*. & nõ explicat in particulari à quibus v. g. à Petro, vel Paulo, illa acceperit. S. Ioannes Damascenus oratione secunda de dormitione Deiparæ, sic inquit. *Ex antiqua accepimus traditione; quòd tempore gloriosæ dormitionis B. Virginis, vniuersi quidem Sancti Apostoli, qui orbem terræ ad salutem gẽtium peragrabant, momento temporis in sublime elati conuenerunt Hierosolymis*, &c. Et nõ declarat in particulari qui tradiderint eã historiam. Paulinus etiam, e ad Augustinum sic habet. *Ea, quæ à probatissimis viris qui illi ante me astiterunt, & maximè ab Sorore ipsius Marcellina didici, vel quæ ipse vidi, cùm illi astarem, vel quæ ab his agnoui, qui illũ in diuersis prouincijs post obitum ipsius se vidisse narrauerunt; vel quæ ad illum scripta sunt, cùm adhuc obijsse nescieretur, admixtis orationibus, & meritis tanti viri, licèt inculto sermone breuiter, strictimq; describem*. Et tamen non ostendit, qui essent illi probatissimi viri, & quæ illa scripta post eius obitum. Et tamen, ne lectorem exemplis ampliùs onerem, D. Gregorius referens S. Hermenegildi regis martyriũ, f sic ait. *Sicut multorum, qui ab Hispaniarum partibus veniunt, relatione cognouimus, nuper Hermenegildus Rex* &c. & qui fuerint relatores, non explicat. Quis autem ob id censeat, prædictos authores non esse habendos fidedignos? Quare ergo propter eam vnicam causam B. Henricus de Vrimaria non habebitur fidedignus?

e in vitã S. Ambrosij.
f lib. 3. dialog. cap. 31.

Tertium est. Verba Iordani de Saxonia, g hæc sunt. *Qualiter autem Fratres nostri ordinis in illo interuallo tanti temporis, scilicet: à dispersione sua de Africa vsq; ad tempora prædicti Papæ Innocentij vixerint, quidve egerint, scripto authentico non inueni. Vnde de hoc aliquid scribere non curaui. Sed hoc vnũ certum est; quòd illa Sancta propago S. Augustini non omninò extincta fuit; sed in aliquibus bonis fratribus in quadam Sancta simplicitate viuentibus perdurauit, vsq; ad annum Domini. M. CC. XII.* (debet dicere M. CC. XV.) *quando celebratum fuit concilium Lateranense sub præfato Domino Innocentio Papa III. Quòd ordo iste illud concilium Lateranense præcesserit, exprimitur in textu Decretalis extra. De religiosis domibus. Cap.* Religionum. *lib. 6.* 424 Tertia.

g lib. 1. vitas fratrũ cap. 14. pag. 29.

Dixerat autem paulò ante Iordanus. *Denique ab illa dispersione multi fluxerant anni vsq; ad tempora Innocentij Papæ III. qui fuit primus Papa; quem circa ordinem istud aliquid speciale fecisse legi; quanquam verisimile sit quòd ante eum plures Romani Pontifices ipsũ*

ordinem

ordinem fuerint congruis fauoribus prosecuti, licèt propter temporis antiquitatem, & fratrum sanctam simplicitatem nihil à nobis de hoc scriptũ inueniatur. Hæc Iordanus. In quibus existimat Pẽnotus Iordanũ scribere cõtraria ijs, quæ tradidit B. Henricus de Vrimaria.

Ceterũ in hac existimatione Pẽnotus

425 In quot errauit Pẽnotus in existimatione relata Iordani.

errauit in pluribus. Primò, quia existimat Iordanum fuisse ordinis Eremitici, priorem Generalem. Quòd omninò aberrat à veritate. Sed errauit in limine, vt errores interni ædificij præcaueres. Secundò quia existimauit Iordanum omnem supellectilem ordinis scrutatum, eam in lucem protulisse. Quis enim narrauit Pennoto Iordanum scrutatum fuisse omnia scrutabilia, & protulisse in lucem omnia proscribilia? Habeo ego potiùs authorẽ, fide dignũq; mihi oppositum narrauerit, & authorẽ fide dignũ. Quẽ? ipsũ Iordanũ in prologo ad lectorẽ ante librũ vitas fratrum, qui extat in omnibus MSS. ibi. *Nec existimet quis, me præsumpsisse omnia, ac singula velle cõtexere, quæ de his sacræ religionis fratrib⁹ ab antiquo forent meritò recẽsenda.* & infra. *Pauca igitur vtcunq; mihi cognita conscripsi. quando autem ait mundi sapiens, Ea, quæ scimus, sunt minima pars eorum, quæ ignoramus:* &c. Si igitur Iordanus non est scrutatus omnia scrutabilia, neq; protulit in lucẽ omnia proscribilia, quomodò asseruit cõtraria Henrico, ex eo tãtùm, quòd non inuenit, aut nõ protulit ea, quę Henricus tradidit? Quot ipse Pennotus nõ inuenit de suo ordine Illustrissimo, & antiquissimo, quæ ego trado in cathalogo episcoporum Dertusensium? Nunquid ob hoc falsa erũt, quæ ego refero, & Pennotus non inuenit? Quis ita desipiat, vt hæc dixerit? Tertiò, quia existimat Iordanum asserere se de ipso ordine ante Concilium Lateranense nihil scribere voluisse; & tamen Iordanus nõ dixit, ante Concilium Lateranẽse; sed, *vsq; ad tempora Innocentij III* imò si id scriberet, sibi ipsi esset contrarius; cùm ibidẽ probet ex capit. *Religionum*, ordinem Eremitarum S. Augustini ante Concilium Lateranẽse præcessisse. Immutat Pennotus non semel, neq; parum testimonia authorum, vt vim tribuat imbellibus argumentis, & veritatis robur eludat.

426 Quarta.

Quartum est, Non decipitur Hẽricus, dum ait, *A tempore S. P. Augustini multos fuisse pastores* (vigilanti verbo vsus est. Nõ dixit; *Generales*, dixit, *pastores*; hoc est, prælatos) *dictis ordinis, & an.* 1110. (siuè 1120 vt est in alio codice; siuè 1160. aut 1170. vt aliquis suspicari potest) *electum fuisse in Generalem asserit B. Ioannem de Spolanco*; id enim & ex scripturis antiquis, & ex antiquis patribus vir sanctissimus se accepisse testatur. Neq; obstat, quod ait Pennotus ante Conciliũ generale sub Innocentio III. nullos fuisse Generales ordinum; hic enim mos post institutos ordines Mẽdicantium inoleuit. Respondetur enim duplicitur. Primò negãdo ante Cõcilium illud nullos fuisse ordinũ Generales. Licèt enim simul essent Abbates, vel Priores alicuius domus, sicut & nunc Generalis Carthusiensium est Prior Carthusię; & Generalis Cisterciensium est Abbas Cisterciensis; & Generalis Fratrũ S. Hieronymi in Hispania est Prior S. Bartholomæi de Lupiana; nihilominùs simul erãt, & sunt Generales eorum ordinum; quia totius ordinis, siuè cõgregationis curam gerebant, & gerunt. Et hinc est quòd ordo Carthusiensis, Cisterciensis, & alij similes, ex tunc enumerant suos Generales, etiamsi pluribus annis concilium Lateranense præcesserint.

Occluditur primò.

Quin imò, & ipse D. Pennotus, parùm sui memor, de congregatione S. Frigdiani; quam docet in vnam cõgregationem multorum collegiorum, sub Alexandro II. circa annum 1060. primitùs coaluisse a sic loquitur. *Atq; ita factũ est, vt breui vnà S. Frigdiani monasterium in congregationem multorum collegiorum succreuerit, cuius caput erat Præpositus, siuè Prior S. Frigdiani, qui prior Generalis vocabatur, sicut patet ex multis scriptis vetustis, & authenticis in Pergameno,* &c. Quomodò ergo negat ante Concilium Lateranẽse fuisse aliquos ordinum Generales, & morem hũc inoleuisse post institutos ordines Mendicantium? Sanè illic oportebat, quòd non fuissent; hic verò oblitus eorum, quæ dixerat, veritatem incautè confessus est. Rursus, idem ipse b de congregatione Mortariẽsi, quam circa annum 1080. refert incæpisse, sic inquit. *Primum monasterium, quod erat caput totius congregationis, & illius Præpositus in scripturis publicis vocabatur Præpositus Generalis,* &c. Fuerunt ergo Priores Generales ante Concilium Lateranense, & institutionem ordinum Mendicantiũ. Quid ergo mirum, quòd ordo Eremitarum S. Augustini ab anno 1110. & antea habuerit Generales, licèt essent simul Priores alicuius domus, quæ caput esset totius congregationis.

427 Confirmatur ad hominem.

a lib. 1. cap. 45. n. 2. pag. 445

b lib. 1. cap. 46 nu. 2. pag. 448

Adde.

428 Confirmatur ampliùs. Adde. Theobaldus episcopus scripsit vitam S. Guillelmi circa annum 1180. vt supra puncto primo, ostendimus; & tamen dicauit illam Prouinciali Franciæ. Siuè is fuerit ordinis Eremitarum Sancti Augustini; siuè S. Guillelmi. At in ordine, in quo est Prouincialis, est etiam Generalis. Ergo circa annum 1180. erat Generalis in ea religione, cuius Prouinciali Franciæ Theobaldus vitam S. Guillelmi dedicauit; atq; adeò ad minùs 35. annis ante concilium Lateranense. Deinde Andreas Quercetanus [a] referens ex Ioanne Parisiensi ad annum 1149. sic ait. *Hoc tempore Eugenius Papa Henricum, fratrem Ludouici Regis Monachū Clarauallensem prafecit omnibus Abbatijs Franciæ; & erat quoque Generalis Abbas super speciales Abbates*, &c. Denique, ordo Carmelitanus, vt tradit Paleonidorus, [b] agnoscit Bertholdum anno 1121. electū fuisse in Priorem Generalem, cumque fuisse primum Generalem ex latinis; & de eo, [c] hæc habet. *Igitur Bertholdus, dum ordinē 45. annis laudabiliter rexisset, tēpore Eugenij* (debet dicere, Alexādri) *Papæ III. anno Domini 1166. ætatis autē 15. plenus operib' bonis in Domino feliciter obd. rmiuit*, Et de B. F. Simone, Generali Carmelitarū, sic inquit. [d] *Alijs pluribus miraculis clarus, dum 50. annis ordinem (teste M. Ioanne Grossi) laudabiliter rexisset, multis Apostolicis priuilegijs impetratis Vasconiam prouinciam anno centesimo vita sua, visitans, in Burdegalia febribus correptus 16. die Maij coram positis fratribus, & orantibus migrauit ad Dominum anno 1265.* Hoc vltimum retuli, ne mireris B. Ioanē de Spelūca ab anno 1110. vel 1120. vsq; ad tempora Alexandri III. ordinem Augustinianū gubernasse. Hac ergo via stare non potest Pennoti obiectio.

[a] in Bibliotheca Cluniacensi in notis ad lib. 5. Epist. 8. Petri Venerabilis col. 153.

[b] lib. 3. de antiquitate sui ordinis cap. 1. pag. 51.

[c] pag. 52.

[d] cap. 7. pag. 72.

429 Occluditur secundum. Sed adhuc respondetur. Secundò demus argumento ante concilium Lateranense non fuisse Generales ordinum, sed tantùm Abbates, seu Priores quorūdam monasteriorum, quæ aliorum erāt capita, & quorum prælati aliorum monasteriorum curam gererent. Quis, adhuc hoc dato, Priorem v. g. Carthusiæ, non appellabit Generalem Carthusiæ; Si scribat ab eo tempore, quo aliæ religiones per Generales gubernari cœperunt? Ad hunc ergo modum B. Henricus, cū anno 1334. scripserit, potuit appellare Generales B. Ioannem de Spelunca, & alios; licèt tantùm fuissent prælati alicuius monasterij; quòd esset caput totius congregationis, & cuius prælatus omnium aliorum monasteriorum curam gereret.

§. X. *RESPONDETVR ARGVMENTIS parrapho primo adductis in contrarium.*

430 Prima solutio primi primæ sententiæ, eiusque confirmationis. Restat dissoluere argumenta quę §. 1. huius secundæ difficultatis, proposuimus, & contraria sunt his, quæ hucusque conati sumus ostendere. Et ad primum primæ sententiæ Rodulphi, Vvadingi, & aliorum, & eius confirmationem, respondeó primò Innocentium IIII. iubere Eremitis Thusciæ, non vt singuli; sed vt omnes simul assumant regulam, & ordinem S. Augustini. Ex hoc tamen tantùm infertur quòd non omnes illi habebant regulam, & ordinē S. Augustini; non verò sequitur quòd nulli illorum antea seruassent regulam D. Augustini. Sicut si summus Pontifex Monachis claustralibus Benedictinis, & Cistercienfibus; qui non habent Generalem; & Canonicis Regularibus Hispaniæ, quorum quidam non militant sub præposito Generali, præciperet in hunc modum. *Vniuersis Religiosis Hispaniæ, siuè Monachis, siuè Canonicis, qui non habent Prælatos Generales, præcipio, vt assumant regulam, & ordinem D. Benedicti, & vt eligāt Generalem, qui sub eadem regula, & constitutionibus illos gubernet.* Nunquid ex hoc inferretur Benedictinos claustrales ante eā vnionem non præextitisse, neq; obseruasse regulam D. Benedicti? Nullo modo. Sic ergo in nostro casu. Adde. Ex dictis in hoc puncto secundo difficultate secunda satis constat, ante vnionem Innocentij IIII. præcessisse in Thuscia Eremitas ordinis S. Augustini simpliciter, & absolutè dictos, qui obseruarent regulam, & ordinem Augustini.

431 Secunda solutio. Respondeo secundò, ex Eremitis Thusciæ plures vixisse sub regula S. Benedicti; sed non omnes. Neq; ampliùs probatur ex bulla Innocentiana, *Incumbit nobis*. Ibi enim Pontifex tantùm precipit Eremitis Thusciæ, (exceptis fratribus S. Guillelmi.) etiam singulis, vt in vnum regulare propositum se conformantes, regulam, & ordinem B. Augustini assumerent, eligerentq; Priorem, scilicet Generalem, cui omnes obedirent. Hoc autem non tollit, quòd ex ipsis Eremitis, quorū singulis precipiebat prædictam confor-

mitatem, & vnionem sub eodem Generali, antea professi essent regulam, & ordinem S. Augustini. Instemus rem hanc exemplis. Primò Nonne Pontifex, quando ex Canonicis Regularibus aliqui obseruabāt regulam S. Benedicti (vel quidquid de hoc sit, demus exēplo ita fuisse) vt nonnulli volunt; si Canonici Regulares in Hispania alij obseruarent regulam S. Augustini, & alij regulam S. Benedicti, absq; proprijs Generalibus, nonne posset Pontifex ad vniuersos illos Canonicos Regulares sic loqui? *Mandamus vobis, vt in vnum vos regulare propositum conformātes, regulam B. Augustini, & eius ordinem Canonicum assumatis, prouidentes vobis de cōmuni Priore Generali*, &c. Et tamen inde non inferretur Pontificem loqui ad Canonicos; quorum nulli antea obseruassent regulam, & ordinem Canonicum Augustini. Quare ergo in nostro casu contendemus ex similibus omninò verbis Bullę inferri Pontificem non loqui ad Eremitas, quorum aliqui regulam S. Augustini, alij vero regulā S. Benedicti obseruarēt? Secundò Alexander IV. in bulla vnionis generalis apud Cherubinum a, & Marquez b (*quam etiam ad clariorem totius rei, & vnionis factæ notitiā* vt ipse ait, transcripsit P. Vvadingus c) ad ordinē Eremitarum S. Augustini iam vnitum sic ait de Ricardo Cardinali: *Vniuersas domos, & congregationes vestras in vnam ordinis Eremitarum S. Augustini professionem, & regularem obseruantiam perpetuò coniunxit*. Et tamen dici non potest ante eam vnionem non præextitisse ordinem Eremitarum S. Augustini, vel nullam ex congregationibus vixisse ante illam vnionem sub regula S. Augustini; vt patet ex pluribus bullis supra adductis, & ex confessione etiam aduersariorum. Quare ergo ex eo, quòd Pontifex præceperit Eremitis Thusciæ assumere ordinem, & regulam B. Augustini, & vnum communem Priorē eligere, dicemus inter ipsos Eremitas nullum extitisse, qui B. Augustini regulam, & etiam sub Generali aliquibus eorum proprio, obseruasset?

Confirmatur exemplis.

a tom. 1. Bullarii pag. 84.
b cap. 4. §. 1. pag. 29.
c §. 4. nu. 21. pag. 61.

432 Ad secundū, quod desumitur ex quibusdam bullis de nouo adductis à R. P. Vvadingo, respondeo: quòd bullæ istæ non solùm non vrgent, quin imò fauēt; vt cum Augustino d dicere possim; *Verba Apostoli agnosco; sed quid te adiuuent, omninò non video* e *vereor ne quisquam in hoc opere nostro scriptorem arbitretur errasse, & illic fecisse, Petilianus dixit, vbi debuit facere, Augustinus respondit. Sed video quid egeris; quasi præoccupare volueris, ne nos ista diceremus. Sed quid fecisti, nisi vt bis dicantur?* Minùs ergo vrgent hæ bullæ. Ex prima enim, quę dirigitur ad Priorem, & Fratres Eremitas in Thuscia, expressè constat: non omnes obseruasse regulam S. Benedicti. Ait enim Pontifex eos fuisse per Card. Ricardum absolutos à promissione, quam fecerant *de obseruando ordine S. Benedicti, vel quocunq; alio*. Quæ vltima verba non adderentur; si omnes obseruassent regulam S. Benedicti. Ideò enim in secunda bulla non apponuntur; quia omnes Eremitæ S. Mariæ de Murceto eamdem regulam Benedictinam profitebantur. Quare ergo sub illo alio ordine nō comprehendetur ordo Eremitarum S. Augustini? Neq; obstat, quod dispensatū fuerit cum illis super professione ordinis S. Benedicti; seu cuiuscunq; alterius. Licèt enim iste alter ordo esset ordo S. Augustini, adhuc potuit cum illis in eo dispensari. Cùm enim per dictam vnionem aliqua mutatio accidentalis resultasset per additionem constitutionum, & electionem Prioris Generalis cōmunis omnib⁹, potuerunt, saltem ad maiorem securitatem, petere antiquæ promissionis, seu professionis absolutionem. Hac ratione Guillelmus de Flisco Card. Protector Eremitarum B. Ioannis Boni, in Bulla Innocentij IV. quam adduximus f & Marquez g, & Pēnotus h transcripserūt, cum Eremitas B. Ioannis Boni noua exorta discordia in duos Generales Priores, & eorum obedientias diuisos, ad vnum Priorem Generalem reduxisset; assignans eis formam profitendi de cætero, dispensauit cum illis, qui aliter professi fuerant; licèt essent eiusdem ordinis, & professionis, in hæc verba. *Cum illis autem de ordine vestro, qui alijs Prioribus Generalibus aliter sunt quocunq; modo in eodem ordine hactenùs sunt professi, dispensamus authoritate præfata*, &c.

1. Solutio secundi.

d lib. 1. contra literas Petiliani cap. 4 o.
e & cap. 12.

f Supra in respons. ad nu. 8. §. 4.
g cap. 13. §. 17 pa 145.
h lib. 1. cap. 47 nu. 1. pag. 150.

Vel respondetur secundò admittēdo sub nomine cuiuscunq; alterius ordinis, in cuius professione Pontifex dispēsauit, non intelligi ordinem S. Augustini; & nihilominùs asserendo aliquos ex vnitis fuisse Eremitas Augustinianos. Dicendum enim est; prędictam dispēsationem non referri ad omnes Eremitas Thuscię absolutè, & simpliciter; sed per distributionem accomodam; hoc est, ad omnes, 433

Secūda eiusdē solutio.

 qui in-

qui indigebant diſpenſatione. Hac ratione in tractatu de Prædeſtinatione diſp. 11. ſectione 1. olim cum Auguſtino explicuimus illud 1. ad Timoth. 2. *Deus vult omnes homines ſaluos fieri.* Quod illuſtrat Auguſtinus exemplo præceptoris, de quo rectè dicimus. Hic præceptor docet omnes pueros huius ciuitatis. Non quia omnes diſcant, aut doceātur; ſed quia nullus docetur, qui ab illo non doceatur. Sic ergo Pontifex dicit cum illis fuiſſe à Card. Ricardo diſpenſatum, & ipſe diſpenſationem confirmat; nō quia omnes Eremitæ ſic vniti, fuerint ab illo diſpenſati; ſed quia nemo eſt diſpēſatus ex his, qui diſpenſatione indigebat, cum quo non fuerat à Ricardo Cardinali, & Innocentio IV. diſpenſatum. Adde. In hac bulla, in qua continetur diſpenſatio; non ponitur in titulo, *Priori, & Fratribus vniuerſis Eremitis in Thuſcia*, ſicut ponitur in alia bulla Innocentij IV. & in decreto Card. Ricardi à R. P. Vvadingo [a] allatis; ſed tātùm, *Priori, & Fratribus Eremitis in Thuſcia*; vt aliquale indicium nobis eſſe, poſſit, quòd in ea Pontifex nō reſpōdet vniuerſis Eremitis Thuſciæ; ſed aliquib' in particulari, qui ipſum conſuluerant ſuper diſpenſatione; & abſolutione ſuarum profeſſionum.

[a] §. 4. nu. 12. pag. 51.

434 Progreditur ſolutio. Ex ſecunda, etiam bulla à R. P. Vvadingo allata prorſus non video, qua conſequentia homo doctus intulerit, *Eremitæ S. Mariæ de Murceto Piſanæ diœceſis ante vnionem Innocentij IV. profitebantur regulam S. Benedicti. Ergo omnes Eremitæ, vel etiam Piſanæ diœceſis ante prædictam vnionem obſeruarunt regulam S. Benedicti.* dicam cū Auguſtino [b] *videte acumen, ſed vitreum. Qualis lucet vanitate, ſed frangitur veritate.* Perinde enim arguit; ac ſi hoc modo inferas. *Cōuentus de Beniffazà Dertuſenſis diœceſis eſt ordinis Ciſtercienſis. Ergo omnes Conuentus Cataloniæ, vel ſaltem Dertuſenſis diœceſis ſunt ordinis Ciſtercienſis: vel ſic, Conuentus B. Virginis Aracæli in Vrbe Roma eſt ordinis Franciſcani. Ergo omnes Conuentus Italiæ, vel ſaltem Romæ ſunt ordinis Franciſcani.* Quis. ſic arguat? & tamen lætus exultet, & inſultet dicens; *Heus benè hic ſibi concordant, vt à Monachis, ſeu Eremitis S. Benedicti licentiam, & veniam ille expoſtulet, quem totis viribus contendunt Auguſtinianum fuiſſe, & ab Auguſtiniano initiatum?* Quaſi in Piſana diœceſi nō potuerit Conuentus S. Mariæ de Murceto obſeruare regulam S. Benedicti, & Conuentus S. Iacobi de Aquauiua iuxtà Piſas regulam S. Auguſtini? Quis ſibi perſuadeat Conuētum S. Iacobi non ſeruaſſe regulam Auguſtini; quia Conuentus S. Mariæ de Murceto ſeruauit regulam Benedicti? Pulcra quidem illatio, & quæ ingenia angat, & torqueat. Non incongruè dicemus cum Auguſtino [c]. *Teſtimonia quæcunq; poſuit, quibus ſuum placitum de Eremitis Thuſciæ probare conatus eſt; ita ſunt, quod ad iſtam quæſtionem attinet, incerta, & ambigua; vt etiā aliter accipi quàm ipſe vult, facillimè poſſint.*

[b] ſerm. 11. de verbis Apoſtoli cap. 7.

[c] lib. 2 de Anima, & eius origine cap 14.

Addo tamen me gratias agere Reu. P. Vvadingo, eo quòd prædictas bullas, è tenebris in lucē eruerit. Habemus enim ex illis Eremitas Thuſciæ ante vnionem Innocentij IV. nō fuiſſe vagos, & incerti habitus, & ordinis: vt nōnulli mordicus, & perperam aſſerebant; ſed plures ex illis fuiſſe ordinis S. Benedicti, & aliquos etiam alterius ordinis. Malumus ad nos tranſijſſe Eremitas Religioſos, quàm ſæculares; gaudemuſq; eo modo Benedictum reſtituiſſe Auguſtino cænobia aliqua in locum eorum, quæ quondam ab Auguſtino ad Benedictum tranſierant; inter quæ fuerunt, cænobium S. Auguſtini in Gallæcia prope Samos, quod inter filiationes cōuentus de Samos enumerat R. P. M. F. Antonius de Iepes [d] & fortaſſis (ſi verum eſt, quod aliqui volunt) conuentus S. Auguſtini de Nalda, duabus leucis à Locronio diſtans, quem Sācius Rex Nauarræ anno 1064. donauit Monaſterio S. Prudentij ordinis Ciſtercienſis: vt referunt M. Marquez [e], & idem Iepes [f]. Et deniq; & certiùs, Conuentus S. Chriſtophori de Foes in Luſitania, cuius Eremitæ cum S F. Ioanne Cirita eorū prælato circa annum 1120. (vt Marquez teſtatur [g] & nos diximus §. 6. aut 7. ni fallor) Ciſtercienſis ordinis obſeruantias, & regulam S. Benedicti amplexati ſunt. 435

[d] to. 3. Hiſtor. Benedictinæ anno 759. fol. 216.

[e] cap. 14. §. 8. pag 292.

[f] to 5. Centur. 5. anno 950. cap. 3. fol. 87.

[g] Vbi ſupra §. 9. pag. 293.

Ad tertium argumentum P. Vvadingi, & aliorum reſpondeo, negando ordinem Eremitarum S. Auguſtini nullibi præextitiſſe ante Innocētiū IV. Id enim euidenter conuicimus in hac ſecunda difficultate. 436 Solutio tertij.

Ad argumenta ſecundæ ſentētiæ Pennoti, vt reſpondeamus; memoria tenendum eſt, conſtare vtramq; partem eius ſententiæ eſſe falſam; Primam, quia præter fundamenta firmiſſima à nobis adducta [h] vt in lib. 1. Bibliothecæ D. Auguſtini oſtēdemus, & infra in cōtinuatione ordi- 437 Pro reſpōſione Argumentorum ſecūdæ ſentētiæ obſeruatur primò.

[h] in hoc pūcto 2. difficul. 1. & 2.

ordinis Eremitarum S. Augustini, est manifestè contraria expressis Summorum Pontificũ diplomatibus, in quibus Augustinus appellatur nostrę religionis fundator, plantator, & pristinus institutor. Secundam verò, quia vt probauimus [a] Eremitæ Thusciæ vniti sũt ordini S. Augustini iam præexistenti, imò & iam habenti proprios Generales ante vnionem Innocentij IV.

a §. 8. & 9.

438 Obseruatur secundò. Deinde obseruandum est; tripliciter dici posse Eremitas Thusciæ vnitos fuisse ordini Eremitarum S. Augustini iam præexistenti. Primò asserendo vnitos fuisse ordini Eremitarum S. Augustini; qui nõ solùm antecesserit dictam vnionem; sed etiam ante illam habuerit proprios Generales: & hoc modo sub eodem generali factam fuisse vnionem an. 1243. non inefficaciter probauimus [b]. Secundò; faciliùs; & clarius, admittendo vnitos fuisse ordini Eremitarum S Augustini iam præexistenti; quia Põtifex ex pluribus cõuentibus Eremitarum Thusciæ, quorum alij regulam Benedictinam, alij Augustinianam, seu etiam aliam obseruabant, nouam quodammodò congregationem instituit Eremitarum S. Augustini in Thuscia sub vno Priore Generali; etiam si nullus esset in Thuscia Prior Generalis ordinis Eremitarum S. Augustini simpliciter, & absolutè dicti ante ipsam vnionem, neq; prædictam congregationem Thusciæ vniuerit alteri cõgregationi habenti Priorem Generalem ante vnionem prædictam. Hoc autem non obest vnioni factę Eremitarum Thuscię ad ordinem S. Augustini, neq; continuationi eiusdem ordinis S. Augustini. Hac ratione Pennotus [c] respondet pro sua congregatione Lateranensi, quam nonnulli falsò dixere primitùs institutam, & fundatam fuisse à Martino V. ibi. *Esto dixisset Martinus V. nouam congregationem à se nuper institutam, quòd nullatenùs dixit, nihil prorsus officeret. Duobus enim modis cogitare possumus aliquam congregationem nuper institutam; vel per collectionem, & vnionem multorum collegiorũ, quæ ab antiquo iam fuerant instituta, &c. vel nouos ordines, & noua monasteria, cum nouis institutis plantando. Primò modo aliqualiter admitti posset nostram congregationem per Martinum V. primitus institutam; non autem secundo modo, de quo solùm controuersia nobis esse potest.* Ad hunc ergo modum, congregatio Eremitarum Thusciæ dici posset ab Innocentio IV. primitùs instituta primo modo, non verò secundò; quia inter ipsa monasteria Thusciæ erant aliqua, quæ obseruabant regulam, & ordinem S. Augustini; & quibus Pontifex alia coniunxit. Atq; adeò licèt dici posset, Innocentium IV. instituisse congregationem Eremitarũ Thusciæ primò modo; non tamen dici possèt instituisse ordinẽ Eremitarũ S. Augustini, de quo solùm controuersia principalis est; quia ordo Eremitarum S. Augustini præcesserat in varijs monasterijs separatis, quæ non viuebant sub eodem Priore Generali. Explicemus rem hanc clarissimo exemplo. Si modò Pontifex conuentibus Canonicorum Regularium S. Augustini, & Benedictinorum Claustralium in Hispania, qui non habent vnum Priorem; seu Abbatem Generalem (& demus casui nullos Canonicos Regulares Hispaniç habere Generalem) iuberet vt regulam S Augustini, & ordinem Canonicorũ Regularium assumerent, eligerentq; sibi Abbatem, aut Priorem Generalem, ederentq; constitutiones non contrarias institutis eiusdem ordinis Canonici; & assignaret eis Cardinalem protectorem; quamuis ex hoc dici posset, quòd Pontifex instituisset nouã congregationem Canonicorum Regularium; non tamen dici posset, quod de nouo instituisset ordinẽ Canonicorum Regularium S. Augustini. Hic enim, licèt non præcessisset in congregatione vnita, præcesserat tamen in Conuẽtibus separatis. Sic ergo in præsenti possemus discurrere respectu illius congregationis Eremitarum Thusciæ.

b §. 9. huius difficultatis.

c lib. 3. cap. 23 n. 5. pag. 657.

439 Aduertitur vlterius. Aduerto tamen, quòd iuxtà hunc secundum modum vnionis Eremitarum Thuscię ad ordinem S. Augustini, adhuc admittendum est: fuisse aliam congregationem Eremitarum S Augustini, sic absolutè, & simpliciter dictam, cuius Generales essent illi quatuor patres; quos supra [d] diximus assignari à B. Henrico de Vrimaria ab anno 1110. Et ad ea, quæ ibi in oppositum obiecimus; & dissoluimus, respõderi potest. Primò Põtificem voluisse vnire Eremitas Thusciæ illi parti Eremitarum S. Augustini, quæ intra ipsam Thusciam nõ habebat generalem; quia volebat instituere nouam congregationem Eremitarum S. Augustini; limitatam terminis Thusciæ; & ab alijs congregationibus independentem. Secundò admittendam esse intra Italiam dupli-

d §. 8.

duplicem congregationem ordinis Eremitarum S. Augustini absolutè, & simpliciter dicti. Neq; hoc est adeò nouum, aut inauditum. Quin imò Iosephus Pamphilus episcopus Signinus [a] dum recenset congregationes anno 1256. sub Alexandro IV. vnitas, inter alias enumerat has. *Congregatio Eremitarum S. Augustini, Turris Palmarum Firmanæ diœcesis. Congregatio Eremitarum S. Augustini, in loco S. Blasij de Brittinis Fanensis diœcesis.* (Hæc tamen congregatio in priuilegijs Pontificijs non appellatur simpliciter, Eremitarum S. Augustini. Addo. Ordo Eremitarum S. Guillelmi, vt patet ex dictis puncto 1. habebat intra Italiam plures congregationes sub diuersis generalibus. Neq; obstat, vt dicebamus [b] quòd aliquando ad Eremitas Thusciæ dirigantur priuilegia sub hoc titulo, *Priori, & vniuersis Eremitis S. Augustini*; sēsus enim est: sermonem dirigi ad vniuersos Eremitas illius congregationis, ad quam priuilegium dirigebatur. Sicut si Pontifex priuilegium concederet Minoribus obseruantibus, *Fratri N. Ministro Generali & vniuersis fratribus Minoribus S. Francisci*; sensus non esset priuilegium dirigi ad vniuersos Franciscanos, neq; enim extēderetur ad Conuentuales; sed tantùm ad illos fratres Minores; quorum ille erat Generalis, sic ergo in nostro casu, bullæ diriguntur ad vniuersos Eremitas, non absolutè ad omnes, sed tantùm ad vniuersos existentes in Thuscia, vel quorū Cardinalis Ricardus erat protector, & patronus.

[a] in Chronico Aug. fol. 30. pag. 1.

[b] supra §. præcedenti.

440 Solutio primi primæ partis.

His positis, ad primum argumentum pro 1. parte sententiæ Pennoti dico plura. Primum est. Prorsus ignoro, quo colore, quo prætextu, homo catholicus, religiosus, & doctus dicere potuerit, *Certo certiùs est, inchoationem ordinis Eremitarum D. Augustini in Gregorium IX. &c. referendam esse*; cùm tamen ex opposito Martinus V. in Sermone de translatione S. Monicæ, & in Bulla de eadem trāslatione data Romæ, die 25. Februarij anno 13. sui Pontificatus; Sixtus IV. Franciscanus, in bulla data Romæ anno 1479. 12. Cal. Aprilis, anno 9. Pontificatus; Alexander VI. bulla data Romæ anno 1496. 14. Cal. Aprilis, anno 5. Pontificatus; Leo X. bulla data Romę die 10. Martij anno 1513. & 1. Pōtificatus; Iulius II. bulla data die 2. Iulij anno 1512. & 9. Pōtificatus; & tandē Greg. XIII. in quadam bulla indulgentiarum cōcessarū visitantibus cōuentus nostros Prouinciæ Indiæ Orientalis in diebus S. Augustini, S. Monicæ, S. Guillelmi, & S. Nicolai de Tolēt. (quas oēs bullas affert. M. Marquez, [c] & nos aliàs etiā afferemus infra, [d] expressè asserant *Augustinum esse fundatorē, plantatorem, & institutorem ordinis Eremitarum S. Augustini*. Cùm etiam stet pro nobis expressa assertio concilij Lugdunensis anno 1274. sub Gregorio X. celebrati, vt refertur in cap. *Religionum*, de Religiosis domibus in 6. §. *Cæterum*. Ibi. *Cæterum Eremitarum S. Augustini, & Carmelitarum ordines, quorum institutio dictum concilium generale præcessit, in solido statu volumus permanere*. Numquid certo certiùs est, quòd Pennotus prolibito effundit, & ex consequēti falsum id, quod Pontifices, & Concilia decernunt; quia oppositum est assertis, & voluntati Pennoti? Planè, meo iudicio, illud, *certo certiùs*, certissimè deberet expungi à libro viri pii, & religiosi.

[c] cap. 9. §. 1. 2. & 3. à pag. 156

[d] in continuatione breui ordinis Eremitarum S. Augustini, & lib. 2. Bibliothecæ D. Augustini.

Secundum est. Ex dictis constat, Bullas adductas à Pennoto nihil probare eorū, quæ contra nos intendit. Primò enim bulla Gregorij IX. loquitur cum congregatione Eremitarum B. Ioannis Boni, distincta à congregatione, seu congregationibus ordinis Eremitarum S. Augustini sic absolutè, & simpliciter dictorum, & Eremitarum de Brittinis, & de Fabali; & adhuc respectu Eremitarum B. Ioannis Boni, non instituit illam de nouo: sed supponit institutam, & assignat illi certam formam habitus, determinando aliqua accidentalia respectu habitus à S. Augustino instituti, necessaria tamen ad componendam litem exortam, & distinguendos clariùs in habitu Fratres Eremitas S. Ioannis Boni à patribus Minoritis. Secūdò Bulla Innocentij IIII. vniuit Eremitas Thusciæ; sed vniuit ordini Eremitarum S. Augustini iam præexistenti; & vniuit Eremitas, non sæculares; sed religiosos, sub certa regula, titulo, & habitu viuentes, vt [e] ostendimus manifestè. Tertiò Bulla Alexandri IIII. non vnit; sed supponit vnionem iam factam, non solùm ex Eremitis Italiæ, & Siciliæ: sed totiùs orbis terrarum, vt [f] contra Pennotum cōuicimus euidenter. Quartò id, quòd ait Pennotus, *res est notissima, nec nostris saltem temporibus controuersa*, adeò alienum est à veritate; vt nihil magis controuertatur, stante semper pro nobis iudicio ferè omnium illorum, qui non ducuntur, vel excæcan-

441 progreditur solutio.

[e] in hoc puncto 2. præcipuè difficultate 2.

[f] difficultate 2. §. 8.

cæcantur affectu, & passione.

442 Ad secundum argumentum pro 1. parte sententiæ Pennoti, respondeo, valde dignum esse admiratione, quòd Pennotus.a B. Fr. Iordano b tribuat, quòd ordinis Eremitarum S. Augustini fundationem in ecclesiam Romanam reiecit, cũ tamen Iordanus tertio quoque verbo in toto illo opere institutionem ordinis Eremitarum in B. Augustinum referat. Admiratione itaq; dignum est: vel enim credidit testimonium Iordani à nemine videndum; sed eius tantũmodò citationi fidendum; vel clariss. ma, & euidentissima verba noluit intelligere; & neutrum horum de viro prudentissimo, & doctissimo credendum, imò nec suspicandum est; nisi manifestissimis Iordani verbis demonstraretur Pennotum, nescio an ex industria potiùs quàm ex incuria, Iordani testimonium vitiosa taciturnitate detruncasse. Eodem enim ipso libro 1. c sic habet de Verbo ad Verbum Iordanus. *Qualiter sacrosancta mater ecclesia specialiter fuerit institutrix, & autrix huius ordinis, caput 19. Congregemus in vnum ea, quæ à Sancto Romana ecclesia circa istum ordinem gesta sunt; & inueniemus eam esse veram, & immediatam huius ordinis institutricem. Et hæc re vera est singularis prærogatiua ordinis huius; quæ de nullo alio ordine reperitur. Videamus igitur primò quæ B. Augustinus olim circa fratres suos in Eremo, patres nostros egerit. Ipse primùm eos vndique per eremos diuisos in vnum congregauit, & cum eis vixit, vt patet supra cap. 7. Item modum viuendi, & regulam eis tradidit, vt infra lib. 2. cap. 14. Item habitũ eis contulit, vt supra cap. 15. Item titulum eis imposuit, vt supra cap. 17. Item officium diuinũ eis tribuit, vt infra lib. 2. cap. 15. Item ad officia prædicationis, & confessionis eos deputauit, vt supra cap. 16. & hæc quidem omnia continẽt institutionem ordinis. Et quis vnquam institutor aliorum ordinum plura his in sui institutione ordinis peregit?* & infra. *Igitur Sancta Mater Ecclesia præmissa omnia per B. Augustinũ circa ordinem gesta, quasi de nouo authoritate Apostolica per semetipsam immediatè iteratò egit, instituit, & authorizauit. Ipsa enim sacrosancta Mater Ecclesia fratres dispersos in vnũ congregauit,* &c. prout referuntur à Pẽnoto.

Solutio secundi primæ partis.

a lib. 1. cap. 45 num. 2. pag. 144

b lib. 1. vitas fratrũ cap. 19.

c cap. 19. pag. 46.

443 Quis videat, (& præcipuè, si simul cũ alijs testimonijs eiusdem authoris expendantur) hæc verba Iordani in ipso eodẽ loco, ex quo citatur à Pennoto, & non agnoscat clarè quàm mala fide dicatur Iordanum reiecisse sui ordinis fundationem in ecclesiam Romanam, & vltro confiteri hunc ordinem Eremitarum, qui nunc est, ante dictos Pontifices, nempe Gregorium IX. Innocentium IIII. & Alexandrum IIII. neq; Augustini regulam, neq; titulum habuisse, neq; alia, quæ Iordanus in verbis à Pennoto citatis asseruit ordinem Augustinianum habuisse ab ecclesia Romana; sed ea omnia in ipsa vnione accepisse? Quis, inquam, hæc videat, & non videat Iordanum infidelissimè à Pennoto citari. Primo, quia Iordanus agnoscit duplicem quasi institutionem ordinis, primam, ab Augustino: vt exprimitur in verbis, quæ omisit Pennotus, & nos adduximus, secundam, ab ecclesia Romana. Et ideò dixit ecclesiã Romanam circa hunc ordinem omnia per B. Augustinum gesta quasi de nouo authoritate Apostolica per semetipsam iteratò, (vrge verba, *quasi de nouo, iteratò.*) egit, instituit, & authorizauit. Secundò, Quia licèt Iordanus asserat; ea omnia nobis fuisse concessa ab ecclesia; tamen, in verbis, quæ retulimus, expresse ait: ea omnia fuisse primò ab Augustino præstita ordini suorum Eremitarum. Tertiò, quia neq; Iordanus ait, ea omnia accepisse religionem Augustinianam à Gregorio IX. Innocentio IIII. & Alexandro IIII. Expresè enim habet d ordinem Eremitarũ S. August. præcessisse Cõciliũ Lateranẽse celebratũ anno 1212. debet dicere 1215. & probat ex cap. *Religionũ* de religiosis domib9 in Sexto. Deinde tradit Innocentium III. confirmasse ordini Eremitarum S. Augustini locum S. Antonij in Ardigneta, qui est in prouincia Senensi, seque vidisse formam illius priuilegij; & Honorium III. aliqua loca nostri ordinis sub protectione Sedis Apostolicæ suscepisse. Quomodò ergo verum erit dicere: Iordanum dicere, religionem S. Augustini primò accepisse regulam, titulũ, & alia omnia à Gregorio IX. Innocentio IIII. & Alexando IIII. summis Pontificibus Innocentio III. & Honorio III. tempore posterioribus? Quartò. Quia neque Iordanus ait ordinem Augustinianum eã omnia accepisse in vnione, scilicet Generali, de qua loquebatur Pennotus: vnio enim, cuius meminit Iordanus e fuit duplex. Prima sub Innocentio IV. Secunda verò sub Alexandro, vt ipse met Iordanus, f adstruit. Illa, de anno 1244. hæc de anno 1256. traditio autem regulæ, modus profitendi, authenticatio consti-

Pergit solutio.

d lib. 1. cap. 14. pag. 29. & 30.

e lib. 1. cap. 14

f ibidem.

tutio-

a ibidē, & lib. 2. cap. 14.

tutionum, quorum meminit, a assignantur ab eodem Iordano facta sub Innocētio IV. primum, & deinde sub Alexandro IV. non tamen, tanquam tunc primum tradita fuerit ordini Eremitarum Regula Augustini; sed quia *Innocentius IIII. omnes Eremitas Thusciæ*, (vt ait Iordanus b) *Eremitis S. Augustini coniunxit, reducēs eas ad vnum ouile, sub vno pastore, scilicet Priore Generali; mandans vt omnes sub vna regula, scilicet S. Augustini, vnamodo profitendi, vno habitu, vno titulo, vno officio, & eisdem constitutionibus vti deberent;* & *Alexander IIII. fratres omnes Eremitas diuersorum ordinum; quorum quidam S. Guillelmi, alij F. Ioannis Boni, alij de Fabali, alij de Briteinis censebantur; alij quoq; apud homines ambiguis nuncupationibus vacillabant; nec non, & fratres de Pœnitentia Iesu Christi, qui Saccitæ vocabantur; hos inquam, omnes in vnum redegit, & ordini Eremitarum S. Augustini cum personis, & locis essentialiter concorporauit, & vniuit.*

b lib. 1, cap. 14. pag. 30.

444 Pergit vlterius.

c lib. 1. cap. 15.

Deinde specificatio, habitus, cuius meminit Iordanus c facta quidem est in vnione Generali (licèt etiam antea facta fuisset in congregatione Eremitarum S. Augustini in Thuscia, S. Guillelmi, B. Ioannis Boni, & Brittinensium, vt ex dictis in superioribus constat, & difficultate sequenti referemus.) ita tamen quòd primò illam Augustinus decreuit quoad substantialia, *& postmodum Sedes Apostolica* (ait Iordanus, d) *aspiciens ad primariam originem ordinis, habitum superiorem eis determinauit, imò verius dudum per S. Augustinū determinatum declarauit*, &c. Præterea, Impositio tituli, cuius meminit Iordanus, e & sequentibus præstita quidem est ab ecclesia Romana in vnione generali; sed non tunc primò. Id enim olim priùs egerat Augustinus. Id quòd Iordanus f expressit in hæc verba. *Titulus autem, quem Romana ecclesia huic ordini determinauit, appropriauit, authorizauit, & confirmauit, est hic Ordo fratrum Eremitarum S. Augustini. Hūc titulum B. Augustinus per semetipsum eis imposuit, appellando videlicet eos Fratres suos in eremo; vt in sermone ad Presbyteros Hipponenses.* &c. Et quamuis demus sermonē hunc non esse Augustini; tamen ex his manifestè constat, quæ fuerit in hac parte Iordani sentētia. Ibi g Sic habet. *Denique etiam, & congruè ordo iste gaudere debet titulo B. Augustini, tum ratione suæ primordialis institutionis, cùm ordo sit ab ipso primordialiter propagatus; tùm ratione regularis institutionis; quia per traditionem sua regula ab ipsomet est specialiter dotatus; tum ratione Apostolicæ adaptationis*, &c. Rursus, assignatio diuini officij, cuius meminit Iordanus, h contigit non semel. Primum tempore Innocentij IIII. & deinde sub Alexandro IIII. & de his duabus assignationibus agit Iordanus pag. 30. Cæterum multò ante, B. Augustinus officium suis fratribus, assignauit iuxtà mentem Iordani in verbis à me citatis. i *B. Augustinus fratribus suis ordinauit tale officium, quale in prima regula sua* (quidquid sit de authoritate huius regulæ; tamen ita sensit Iordanus) *quæ incipit, Ante omnia, continetur.* Et infra. *Quare in illo primitiuo statu ordinis, fratres ad illud officium B. Augustini, tenebantur.* Et infra. *Per hoc à prioris officij per B. Augustinum primitus descripti obseruantia eos exemit. Alias enim, si Sedes Apostolica non interuenisset, fratres adhuc ad illud officium ex regula tenerentur.*

d ibidē pag. 33

e lib. 1. cap. 17 pag. 40. & seq.

f eodē pag. 40.

g pag. 42.

h lib. 1. cap 14. pag. 30. & lib. 2. cap. 15. pag. 128.

i ex lib. 1. cap. 19. pag 48. & lib 2. cap. 15, pag. 128. & 129

Deputatio verò ad officia prædicationis, & confessionis, cuius meminit Iordanus, k contigit, eodem Iordano teste in ipsomet loco, tam sub Augustino, quàm tempore vnionis factæ ab Alexandro IV. En eius verba. *Vt autem Fratres huius religionis sic congregati, sic vniti, in ecclesia Dei ad instar Fratrum Prædicatorum, & Minorum ordinum, fructum possent facere; sicut & ipsi olim ante suam dispersionem tempore B. Augustini in Africa, prædicando videlicet populo, & confessiones audiendo, sicut patet in quodam sermone*, (non agimus modò de veritate sermonis, sed de mente Iordani.) *qui incipit; vt benè nostis, fratres; ordinauit præfatus summus Pontifex; scilicet D. Alexander Papa IIII.* &c. Quis ergo credat Pennoto, dum pro sua sententia citat Iordanū, qui eodem ipso in loco ab eodem Pennoto citato, & alibi passim in toto opere oppositum data opera contendit, & suadet? Sed vt magis illi fidamus, addit Iordanum fuisse Generalem ordinis Eremitarum S. Augustini, quod omninò falsū est; & sinè fundamento; & præterea Iordanum fateri, se omnia eiusdem ordinis archiua lustrasse, & monumenta vidisse, & priuilegia legisse; quod etiam longissimè distat à veritate. Neque enim in toto Iordani opere, quod semel, bis, atq; iterū legi, & perlegi, ea verba, neq; æquippollentia inueniuntur; sed ad summum hęc habet, l quæ transcripsimus supra. m Hoc tamen non est asserere se omnia ordinis archiua lustrasse, monumenta vidisse, & priuilegia legisse; quæ omnia de suo addidit

445 Progredimur adhuc vlterius.

k lib. 1. cap. 16 pag. 39.

l lib. 1. cap. 14. pag. 29.

m § 9 versiculo Tertium est.

didit Pennotus vt Iordani fidem extolleret; sed dum Iordani fidem extulit falsò, proprium sustulit verè. Neque enim Iordanus habet ea, quæ illi tribuit; neque vltro cõfitetur ea, quæ vltrò illi imputat.

446 Ad primum verò pro 2. parte sententiæ Pennoti contendentis Innocentium IV. non vniuisse Eremitas Thusciæ Eremitis S. Augustini, siuè eorum congregationi; respondeo dupliciter iuxtà supradicta. Primò Eremitas Thusciæ vnitos fuisse ordini Eremitarum S. Augustini iam habenti proprios Generales, & per vnionem Innocentij IV. effectum fuisse vt sub eodem communi Priore Generali deinceps viuerent tam congregatio Eremitarum S. Augustini, quàm Eremitæ Thusciæ, qui de nouo vniebantur prædictæ congregationi. Neq; obstat quod Innocentius IV. illis concesserit, vt eligerent sibi vnum Priorem Generalem; etenim id eis concessum fuit; non prout separatis ab ordine S. Augustini, quem iubebantur assumere; sed prout vnitis cum illo. Quòd perinde erat, atq; dicere, taliter vos vnimus ordini S. Augustini, quòd volumus vt Prior Generalis illius sit vobis communis, & vt in eius electione vos etiam habeatis vocem. Secundò admittendo per vnionem Innocentij IV. resultasse nouam congregationem ab alijs distinctam; adhuc tamen Eremitas Thusciæ vnitos fuisse ordini Eremitarum S. Augustini. Quia cùm ex ipsis Eremitis Thusciæ aliqui obseruarẽt regulam, & ordinem S. Augustini; & alij regulam, & ordinem S. Benedicti, aut etiam alterius sancti; voluit Pontifex vt omnes vnirentur sub eodem Generali, & sub eadẽ regula, & ordine S. August.

Solutio duplex primi secundæ partis sententiæ Pennoti.

447 Obseruo tamen circa hoc argumentum manifestam contradictionem Pẽnoti. in præsenti enim contendit congregationem Eremitarum Thusciæ fuisse ab alijs distinctam, & resultasse ex vnione Innocentij IV. cùm tamen mordicus asserat[a] congregationem Eremitarũ B. Ioannis Boni, non re; sed solo nomine differre à congregatione Eremitarum Thusciæ; & de cõgregatione Eremitarum B. Ioannis Boni fateatur id, quod negari nõ potest nempe eam ad minùs incæpisse sub Gregorio IX. ante annum 1240. vel eodem ipso anno: id quod clarè constat ex bulla Gregorij IX. quam ipse retulit[b] ecce ergo manifesta contradictio; *Congregatio Eremitarum Thusciæ, vtpote eadem cum congregatione Eremitarum B. Ioannis Boni in sententia Pennoti, incæpit ante annum 1240. vel eodem ipso anno. Congregatio Eremitarum Thusciæ non incæpit ante annum 1240. neq; eodem ipso anno,* sed resultauit ex vnione ab Innocentio IV. facta anno 1243. vel 1244. Nonne hæ sunt propositiones contradictoriæ? & tamen vtramq; simul de eadem congregatione solo nomine diuersa, veram esse, doctissimus Pennotus contendit.

Contradictio Pennoti obseruatur.

a lib. 1. cap. 15 num. 3 & 5. pag. 71 col. 1. & cap. 48 num. 2. pag. 116. col. 2.

b lib. 1. cap. 15 num. 1. pag. 69.

Ex his facillima est solutio ad 2. & tertium argumentum pro secũda parte sententiæ Pẽnoti. Ad vtrumq; enim respondetur dupliciter. Primò Innocentiũ IV. dedisse Eremitis Thusciæ Ricardũ Cardinalem in protectorem, nõ tamẽ prout separatis ab ordine Eremitarũ S. Augustini, quem iubebatur assumere; sed prout vnitis illi. Itaq; præcesserat ordo Eremitarum S. Augustini sub proprijs Generalibus. Huic ordini sub eodem Generali vniuit Pontifex Eremitas Thusciæ; & ordini sic vnito assignauit Cardinalẽ protectorem, quem ante vnionem non habuerat. Et eodem modo concedit illis, nõ prout separatis ab ordine S. Augustini; sed prout iam vnitis cum illo, vt proprias possint facere constitutiones, dummodò nõ obuiẽt institutis ordinis S. Augustini. Quod perinde est, atq; dicere, concedimus vobis sic vnitis; vt cum ordine, quẽ assumitis, faciatis nouas, & communes cõstitutiones; dummodò eiusdẽ ordinis assũpti non obuient institutis. Secundò Ricardum Cardinalem datũ fuisse in protectorem congregationis Eremitarum Thusciæ tũc de nouo ab Innocentio IV. erectæ, & institutæ ex varijs conuentibus Eremitarum, quorum aliqui ante illam vnionem obseruabãt ordinem Eremitarum S. Augustini; & illis sic vnitis cõcedit facere de nouo proprias constitutiones; dummodò non obuient institutis ordinis S. Augustini; scilicet quæ eousq; obseruauerat ordo S. Augustini, licèt in cõuẽtib. non habentibus communem Priorẽ Generalem. Atq; adeò non sequitur, quòd Eremitæ Thusciæ non fuerint vniti ordini Eremitarum S. Augustini iam præexistenti, etiam in ipsa Thuscia, quamuis in monasterijs non vnitis sub communi Priore Generali. 448

Solutio duplex secundi, & tertij pro secunda parte eiusdem sententiæ.

DIF-

DIFFICVLTAS TERTIA.

Vtrum Congregatio Eremitarum S. Augustini re ipsa, vel tantùm solo titulo differret à congregationibus Eremitarum S. Guillelmi, B. Ioannis Boni, de Fabali, & de Brittinis?

449 EX præcedentibus, quę difficultate 1. & 2. huius puncti latè disputata sunt contra P. Lucam Vvadingum, D. Gabrielem Pennotum, & alios, patet Eremitas Thusciæ ante vnionem factam ab Innocentio IV. obseruasse regulam, & ordinem Eremitarum S. Augustini, in aliquibus conuentibus, quibus in ipsa vnione Innocētij vnita sunt alia cænobia Eremitarum viuentium sub regula S. Benedicti, aut etiam fortassis alterius Sancti; ita tamen vnita, quòd vel omnia simul vnita fuerint ordini Eremitarum S. Augustini iam præexistenti, & habēti proprios Generales; vel ad minùs ita, vt ex virisq; cœnobijs Thusciæ, extinctis Benedictinis, & alijs, si fortè erant, & remanentibus Augustinianis, resultauerit noua congregatio Eremitarum S. Augustini; noua quidem, non nouitate ordinis, qui iam præcesserat in varijs conuentibus obedientiarum separatarū intra ipsam Thusciam; sed nouitate congregationis, hoc est, recollectionis plurium collegiorum sub eodem capite, & prælato Generali. Modò disputamus difficultatem tertiam, quam in principio huius pūcti 2. proposuimus, nempe, vtrum congregatio Eremitarum S. Augustino solo nomine differret ab alijs, quæ ab Alexandro IV. anno 1256. vnitæ sunt ordini Eremitarum S. Augustini. Id in quo sita est pręcipua pars nostræ controuersiæ; vt dicamus cū Augustino a. *Quid ergo iam opus est in pluribus immorari? Veniamus intentiùs ad causam, quam in hac duntaxat quæstione vel solam, vel pænè solam cum istis habemus.*

a de natura, & gratia cap. 44.

§. I. REFERTVR SINGVLARIS *Sententia R. D. Gabrielis Pennoti.*

450 DOctissimus Gabriel Pennotus, qui aliquando *acutè sanè*, vt cum Aug. loquar b *eructat, & versat; & quantùm sibi videtur, redarguit atq; conuincit, quod eis dicitur*, dum institutionem, & continuationem ordinis Eremitarum S. Augustini nititur obscurare, obscurum iter ingressus, lapsus est in singularem sententiam. Primò enim asserit c eamdem fuisse congregationem, quæ quandoq; Eremitarum S. Augustini, quandoq; verò F. Ioannis Boni, nuncupabatur. Idq; probat. Primò: quia in bulla Gregorij IX. quam ibidem refert, data Laterani 9. Cal. Aprilis, anno 14. sui Pontificatus (atq; adeò Christi 1240. non 1241. vt malè d censet Pennotus; quia Gregorius IX. electus fuit 13. Cal. Aprilis anno 1227.) Eremitæ, qui in principio bullæ appellabantur Eremitę F. Ioannis Boni, in discursu, & progressu bullæ vocantur absolutè ordinis S. Augustini. Secundò quia in bulla Alexandri IV. quam etiam refert e data Anagnię 8. Cal. Iulij, anno 2. Pontificatus, atq; adeò Christi 1256. absolutè vocantur Eremitæ ordinis S. Augustini illi, quos Gregorius IX. appellauerat Eremitas Fr. Ioannis Boni.

b de natura, & gratia cap. 27.

Prima assertio Pennoti.

c lib. 1. cap. 25. nu. 3. pag. 69.

Probatur primò.

d ibid. pag. 70

Secundò.

e ibidem nu. 4 pag. 70.

Secundò asserit f ordinē Eremitarum S. Augustini nuncupatorum circa tempora Gregorij IX. & Alexandri IV. primitùs videri cœpisse. Et probat primò. Quia Alexander IV. fatetur se liquido recordari, & memoriter tenere, quando talis ordo in partibus Lombardiæ primitùs apparuit. Secundò, quia ante Gregorium IX. nullus author idoneus reperitur, qui se huiusmodi Eremitas vidisse fateatur. 451

Secunda assertio

f nu. 4 pag. 72

Probatur primò.

Secundò.

Tertiò asserit g, quòd licèt Pontifex multas Eremitarum congregationes recensere videatur in prædicta bulla Alexandri IV. dum ait; *Quasdam S. Augustini, alias de Fabali, alias de Brittinis, alias F. Ioannis Boni, & alias D. Guillelmi*, nuncupari consueuisse; non tamen dixit; quòd omnes dictæ congregationes re ipsa essent distinctæ ab inuicem; Vnde in alia Bulla Ricardo S. Angeli Diacono Card. & ordinis Eremitarum primò Protectori directa, idem Pontifex eadem verba repetens, subiungit; quòd dictæ Eremitarum congregationes *apud homines ambiguis interdum nuncupationibus vacillabant*. Vt videas hæc non tam variarum congregationum nomina fuisse, quàm diuersarum domorum eiusdem congregationis. dicam cum Augustino h. *Cernitis ne quo tendat, & quo manus porrigat hæc disputatio; omninò frustra dictum putetur*, quarum quędam S. Guillelmi, quædam S. Augustini ordinum, &c. 452

Tertia assertiò

g nu. 4. pag. 71

h lib de natura, & gratia cap. 20.

Asserit quarto, i quòd secundū rei veritatem aliquæ illarum congregationum in vnam, & eamdem conueniebant. Idq; probat. Primò quia congregatio D. Augustini 453

Assertio 4.

i Vbi supra.

Probat primò

gustini nuncupata, & congregatio Fr. Ioannis Boni vna & eadem erat, quæ priùs F. Ioannis Boni dicebatur; postea à Gregorio IX. titulo D. Augustini donata, cœpit congregatio D. Augustini nuncupari; vt ex dictis bullis Gregorij IX. & Alexandri IV. colligitur, & ex alijs infra dicendis. Addit idem author [a] Eremitas S. Ioannis Boni titulum Eremitarum S. Augustini à se ipsis per decretum in generali capitulo editum assumpsisse; & id constare euidenter ex literis Innocentij papæ IV. datis Perusij 17. Cal. Maij, Pontificatus sui anno 2. id est, Christi 1253. ecce vbi congregatio Eremitarum Fr. Ioannis Boni modò à Gregorio IX. accipit, modò à se ipsa assumit titulum D. Augustini.

[a] eadem lib. 1. cap. 47. nu. 1. pag. 149.

454 Secundò quia quòd congregatio de Brittinis nuncupata, & congregatio Fr. Ioannis Boni eadem esset, & solis nominibus distinguerentur, multò certiùs est; nec venerandi Eremitæ negare possunt, præsertim Marquez, qui cap. 21 §. 5. Fr. Iordanum, & Iacobum Philippum Bergomensem, & alios nonnullos secutus, assertionem Ægidij Cardinalis defendere nititur, scilicet B. Franciscum Assisiũ, priusquàm sui instituti Seraphici author esset, Eremitici ordinis D. Augustini institutum professum fuisse in manibus B. Ioannis Boni in monasterio Brittinensi prope Pensaurum, & ab illo habitum Eremiticum sumpsisse; cuius color adhuc in habitu Fratrum Minorum per D. Franciscum institutorum retinetur; quẽ idcirco Beretinum vocamus, à loco de Brittinis, vbi B. Franciscus habitum cũ illo colore accepit. *Quod ne me gratis illis imponere quis putet, profero testimonium Card. Aegidij de Viterbio ordinis Eremitarum, ab eodem Marquez acceptum loco citato. Hoc tempore, inquit Aegidius Cardinalis, Ioannes Bonus Mantuanus, &c. vt Veluti a Guillelmo Guillelmita, ita à Ioanne Bono Iambonita, & à loco, quem incolebant, Brittinenses nominati sunt*, &c.

Probatur secundò.

455 Et de identitate congregationis F. Ioannis Boni, & de Brittinis idem repetit. [b] *Non (ait) erant distincta congregationes, sed distincta domus eiusdem congregationis, siue ordinis Eremitarum S. Ioannis Boni. Hoc enim est totum fundamentum, cui nituntur F. Iordanus de Saxonia, Philippus Bergomensis, Aegidius de Viterbio Cardinalis, Marquez, & alij, ad suadendum B. Franciscum Assisium fuisse Eremitam Augustinensem; quia, inquiunt, professus est vitam Eremiticam, & sumpsit habitum Eremitarum per manum F. Ioannis Boni in monasterio de Brittinis. Vnde etiam nũc color habitus, quem deferunt Fratres Minores per B. Franciscum instituti, vocatur Beretinus à loco de Brittinis, vbi D. Franciscus illum habitum primitùs induit, vt longo discursu deducit Marquez cap. 21.*

[b] eodẽ lib. 1. cap. 47. num. 1. pag. 149. & num. 7. pag. 154.

456 Tertiò quia idem dicendum videtur de alia congregatione de Fabali nuncupata, quæ eadem fuisse videtur cum congregatione Ioannis Boni, & de Brittinis. Nam locus de Fabali iuxtà Pisaurũ est, vbi etiam locus de Brittinis, vt ex libro taxarum Apostolicarum habes in verbo, *Pensaurien. ecclesia*; vbi notatur monasterium S. Mariæ, aliàs S. Crucis de Fabali, quamuis ponatur monasterium ordinis S. Benedicti. Addit verò, [c] congregationem de Fabali, quod videre potuerit, non fuisse congregationem; sed domum eiusdem congregationis Ioannis Boni in finibus Pisaurensis, & Fanensis teritorij positam; vbi etiam erat monasterium de Brittinis, à qua dicti Eremitæ de Fabali nuncupabantur, sicut nunc Romæ vocantur, Fratres S. Mariæ de Populo, vel S. Augustini. Et num. 7. pag. 154. rursus confundit congregationem de Brittinis, & de Fabali cum congregatione S. Ioannis Boni.

Probatur tertiò.

[c] eadem lib. 1. cap. 47. nu. 1. pag. 149.

457 Asserit quintò; ex his omnibus inferri primò: prædictas omnes congregationes Eremitarum, ex quibus ordo Eremitarum est conflatus, secundùm rem ipsam ad duas, vel tres solas reduci, nempe ad congregationem Guillelmitarum, & congregationem B. Ioannis Boni. Nam cum hac secunda coincidebant congregationes S. Augustini, & de Brittinis; & de Fabali nuncupatæ. Dixit autem notanter ad duas, vel tres, propter aliam congregationem Eremitarum Thusciæ, quam Innocentius IIII. ex varijs Eremitis incerti habitus, & regulę per Thusciã sinè capite vagantibus, in vnam congregationem sub vno capite, regula, & titulo B. Augustini donatam redegit, de qua inferiùs dicetur. Secundò Ricardũ Card. fuisse protectorem congregationis Eremitarum S. Augustini in Thuscia, quæ instituta fuit ab Innocentio IV. vt constat ex bulla in principio huius secundi puncti à nobis relata. Tertiò. Nullos Eremitas vsq; ad tempora Innocẽtij IV. fuisse, qui sub regula B. Augustini viuerent, & Eremitæ S. Augustini vocarentur, exceptis

Assertio quinta continens sex corollaria. primum.

Secundum.

Tertium.

Quarta n. ceptis forsan Eremitis S. Guillelmi. Quartò hos Eremitas dictos S. Augustini, non tales fuisse nuncupatos, quòd à B. Augustino fuissent instituti; sed quia ex concessione Pontificis tales dici obtinuerant; & nihilominùs illos absolutè Eremitas S. Augustini vocatos. Quintum. Quintò hos Eremitas S. Augustini, illos fuisse, qui ante vnionem generalem, Ricardum diaconum Cardinalem protectorem habebant; & ad illos referenda esse verba alterius Bullæ Alexandri IV. apud Marquez cap. 5. §. 3. per quam ipsum Ricardum Cardinalem toti ordini post generalem vnionem in protectorem præfecit. Sextum. Sextò Cardinalem Guillelmum, qui ante vnionem generalem erat protector congregationis Eremitarum F. Ioannis Boni, tempore vnionis, & post illam, vel vita functum fuisse, vel protectioni cessisse. Vltimò siuè congregatio ante vnionē nuncupata S. Augustini, cuius erat protector Card. Ricardus, eadem esset cum illa Ioannis Boni; siuè non, non habuisse certum, & determinatū habitum, quem nunc Eremitæ portant; imo nec titulum, & regulam S. Augustini, nisi post Gregorium IX.

458 Quæsitum. Prima responsio. a lib. 1. cap. 47 nu. 7. pag. 76.

Et si inquiras, quæ esset congregatio, quæ absolutè, in bullis Pontificijs præcipuè, nuncupabatur, Eremitarum S. Augustini? Respondet dupliciter. Primò a vel esse eamdem cum congregatione F. Ioannis Boni, vt satis euidenter colligitur ex bullis Gregorij IX. & Alexandri IV. ad inuicem collatis; vel si erat distincta, dicendum esse: illā fuisse congregationem Eremitarum Thusciæ, quam Innocentius IV. opera Ricardi S.R.E. Cardinalis ex Eremitis incerti habitus inuicem sub vno capite vnitis conflauit, cui regulam, & titulum Eremitarum S. Augustini donauit, & dictum Card. Ricardum Protectorem dedit. *Et hanc fuisse congregationem Eremitarū S. Augustini*, ait Pennotus, *sensit F. Iordanus lib. 1. cap. 16. & ex illo D. Antoninus dicto cap. 14. §. 6. dum ait: quòd Alexander IV. facta generali vnione Eremitarum, confirmauit illis in protectorem Ricardum Card. S. Angeli per prædecessorem suum Innocentium primitùs constitutum. Innocentius enim non dederat Ricardum Card. protectorem ordini S. Augustini, nisi quia dederat illum dictæ congregationi Eremitarum Thusciæ, quos Eremitas S. Augustini appellari mandauit.*

459 Secundò respondet Pennotus b triplicem de hac re esse opinionem. Prima docet eamdem esse congregationē Eremitarum S. Augustini cum congregatione Eremitarum S. Guillelmi. *Huius sententiæ fuerunt*, ait Pennotus, *omnes antiquiores de hac re scribentes, Nauclerus, author fasciculi temporis, Volaterranus; inclinat F. Philippus Bergomensis in supplemento Chronic. lib. 12. sub anno 1157. cum ait de S. Guillelmo, illum in Gallijs ordinem D. Augustini ita restituisse, vt deinceps in Gallijs fratres dicti ordinis, non Augustinenses, sed Guillelmitæ appellati fuerint. Supponit enim hic modus dicendi eumdem fuisse ordinem Augustinensium, & & Guillelmitarum: & loquitur de Augustinensibus, & Guillelmitis ante Generalem vnionē. Nouissimè eamdem sententiam docet Card. Bellarminus in Chronico, quod est in fine libri de scriptoribus ecclesiasticis sub anno 1241. Secundum hanc sententiam*, ait Pennotus, *facillimum erit cōgregationis Eremitarū S. Augustini primordia demonstrare; eadem enim erunt cum primordijs congregationis Guillelmitarum nuncupata.* Et si obijcias, quia Pontifices in bullis vnionis congregationem S. Guillelmi à cōgregatione Eremitarū S. Augustini nūcupatā distinguunt. Respondet hāc difficultatem nullius esse momenti; quia, vt ipse lib. 1. cap. 25. dixit, Pontifices in dictis bullis non numerant omnes supradictas cōgregationes, vt re ab inuicem distinctas, dùm certum sit congregationem F. Ioannis Boni, & Brittinensium eamdem fuisse; sed referunt plures domos, aut etiam plures titulos, ac nomina, quibus dictæ congregationes vocabantur.

Secunda responsio secundò triplicē sententiam. b lib 1. cap. 48 à pag. 156. Prima sententia.

Obiectioni respondet.

460 *Secunda sententia est verissima*, inquit Pennotus c *Congregationem S. Augustini in bullis Gregorij IX. Innocentij IV. & Alexandri IV. nuncupatam, eamdem secundùm rem fuisse cum congregatione F. Ioannis Boni.* Et probat ad rem, & ad hominē. Ad rem; quia Eremitæ, quos Alexander IV. in bulla vnionis edita 8. Cal. Iulij anno 2. Pontificatus, vocat S. Augustini, erāt illimet, de quibus locutus fuerat Gregorius IX. in alia bulla, per quam habitum nigrum cum zona pellicea ipsis Eremitis determinauit. Sic enim ait. *Recordamur liquidò, & memoriter retinemus, quòd dudum apparuit religio in partibus Lombardiæ, cuius professores vocati Eremitæ ordinis S. Augustini*, &c. vbi refert id, quod Gregorius IX. in sua bulla narrauerat, inquiens. *Dudum apparuit religio in partibus Lombardiæ, cuius professores vocati Eremitæ F. Ioannis Boni ordinis*

Secunda sententia. c Vbi supra nu. 2. Probatur ad rem.

ordinis S. Augustini, &c. & infra. *Prouidimus statuendum, vt Prior, & vniuersi ac singuli fratres praedicti ordinis S. Augustini in exterioribus vestimentis*, &c. Ecce tibi, quos primò vocat Eremitas F. Ioãnis Boni, postea absolutè vocat Eremitas ordinis S. Augustini; & illi iidem sunt, quos Alexander IV. absolutè vocat Eremitas ordinis S. Augustini. Ergo negari non potest congregationem, quæ in literis vnionis S. Augustini absolutè nuncupatur, eãdem esse, quæ alio nomine F. Ioannis Boni, & alio de Brittinis vocabatur. *Ratio euidens est*, ait Pennotus, *& necessaria; nec potest nisi negando literas Pontificum labefactari. Atq; adeò tunc incæpit ordo Eremitarum S. Augustini, quando incæpit ordo Eremitarum F. Ioannis Boni.*

461 Probatur ad hominem primò. a vbi supra num. 3. pag. 282. Ad hominem verò, a probat Pennotus. Primò quia qui contendunt D. Frãciscum Assisium fuisse Augustinianum, catenus id affirmant; quia inquiunt repertum aliquãdo chirographum, in quo legeretur, illum in manu F. Ioannis Boni in conuentu de Brittinis professionem emisisse. Illi ergo supponunt vnum, & eumdem fuisse ordinem F. Ioannis Boni. Aliàs, si diuersos supponerent, quænam esset illorum argumentatio? *D. Franciscus professus est in manu F. Ioannis Boni. Ergo professus est institutum Eremiticum D. Augustini*: illo præsertim tempore, quo Eremitæ F. Ioannis Boni cæteris Eremitis nõdum fuerant vniti.

462 Secundò. Secũdò ad hominẽ probatur testimonio Reuerẽdiss. Ambrosij Coriolani generalis Augustinẽsium in 2. parte Defensorij; vbi cùm successionem, & continuationem ipsius ordinis vsq; ad Innocentium IIII. deduxisset, subdidit. *Hic Innocentius cognoscẽs, quòd si iste ordo sub vno capite fuisset vnitus, fieretq; exemptus, mul ũ augeretur, & fructus ecclesiæ Dei afferret salutiferos, dedit et vnum protectorẽ, scilicet Guillelmum Diaconum Card. tituli S. Eustachij, cui etiam vnionem faciendam, cùm esset Legatus Bononiæ, commisit; & fecit de aliquibus prouincijs, & de multis locis vnionem; sed non de toto ordine, sicut intendebat: quia morte præuentus talem vnionem facere nequiuit. In ea tamen vnione facta per capitulũ generale Bononiæ celebratum, factus fuit generalis F. Lamphrancus de Mediolano; & iam ordini taliter vnito Innocentius dignissimum concessit priuilegiũ, quod primùm alias gratias colligendo sub forma Maris magni ordini taliter vnito datum fuit, ac nominatiter fratribus existentibus in Thuscia*, &c. Ergo sentit Coriolanus, ordinem D. Augustini nuncupatum, & à D. Augustino propagatum; cui cæteri Eremitarum ordines fuerũt vniti, illum fuisse, cui sub Innocentio IV. datus est protector Guillelmus diaconus Card. tituli S. Eustachij, & qui in capitulo Bononiæ sub eodem Innocentio IV. celebrato Lamphrancum Mediolanẽsem in Priorem Generalem elegit. Hic autem ordo erat Eremitarum F. Ioannis Boni, vt cõstat ex literis Innocentij IV. & Cardinalis Guillelmi. Ergo sentit Coriolanus eumdem fuisse ordinem, qui ante generalem vnionem vocabatur S. Augustini, & qui vocabatur F. Ioannis Boni.

Tertiò ad hominem cõtra Marquez. Quia b pro generali regula tradit, quòd quando absolutè, & sinè alia additione nuncupatur ordo Eremitarum, de ordine Eremitarum D. Augustini debet intelligi. Licèt enim hoc gratis dictum sit, & contra veritatem; cùm multi olim essent Eremitæ, & tales absolutè vocati; qui tamen non erant de ordine D. Augustini, vt patet de Petro Damiano, & de Eremitis Camaldulensibus; sufficit tamen ad conuincendum hunc ordinem, quem Marquez ab alijs congregationibus, seu ordinibus Eremitarum distinguit, eumdem esse cum ordine F. Ioannis Boni. Quoniam ordo Eremitarum, qui absolutè, & sinè additione talis vocabatur, erat ordo F. Ioannis Boni, quem Card. Guillelmus talem appellari mandauit, & Innocẽtius IV. illius statutum probauit: vt habes ex literis Innocentij IV. & Cardinalis Guillelmi, superiori capite (nempe 47. lib. 1.) relatis. Neq; enim alia congregatio sub regula Augustini hoc titulo insignita reperitur, neq; Marquez illam monstrat. 463 Tertiò. b cap. 7. §. 1. pag. 104.

Quartò ad hominẽ contra Marquez. Quia c vt euincat, ordinem S. Augustini nuncupatum ab ordine Guillelmitarum re ipsa fuisse distinctũ; assumit pro fundamento, quòd congregatio Guillelmitarum Prouinciales non habebat; & è contrario, in congregatione, siuè ordine Eremitarum S. Augustini erant Prouinciales. Verùm prima congregatio Eremitarum, quæ prouinciales habuerit, quantum ex scripturis, quas ipsi Eremitæ producunt, nobis cõnstare potest, fuit congregatio Iambonitarũ; vt ex eisdem literis capite præcedenti exaratis colligitur. Neq; ante datas ipsarum literarum 464 Quartò. c cap. 13. §. 13.

repe-

reperiuntur alij Eremitæ habentes Prouinciales; nec Marquez, nec alij eos indicant. *Ex his argumentis, & alijs coniecturis* ait Pennotus[a]) *mihi firmiter suadeo hūc ordinem S. Augustini absolutè nuncupatum, illum fuisse, qui alio nomine, Eremitarum Fr. Ioannis Boni vocabatur.*

[a] num. 5. pag. 159.

465 Tertia sententia.

Quòd si in secunda sententia adhuc animus non quiescit (subdit Pennotus) *Tertia opinio esse potest aliorum dicentium nomine congregationis ab Alexandro IV. S. Augustini nuncupatæ, intelligendam esse congregationē Eremitarum Thusciæ; quam Innocentius, sub regula, & titulo D. Augustini erexit, cui Ricardum Card. protectorem præfecit Pontificatus sui anno 1. vt habes ex illius bulla, quam supra cap. 25. reddidimus.* Nam isti statim erecti, Eremitæ ordinis S. Augustini vocari cæperunt; vt constat ex alia bulla Alexādri IV. data Anagniæ 16. Cal. Augusti, Pontificatus sui anno 1. ante vnionē generalē, quā adducit Marquez[b]. Quas literas si iungas cū alijs Innocentij IV. cap. 25. relatis, videbis istos Eremitas; quos hic Alexander absolutè vocat ordinis Sancti Augustini, illosmet, esse quos idem Innocentius per Thusciam didispersos, in vnam congregationem sub vno capite congregauit. Nam hi, de quibus Alexander IIII. loquitur, sub protectione Card. Ricardi, quemadmodum, & illi, degebant: & tamen nulli alij præter Eremitas Thusciæ sub protectione Cardin. Ricardi leguntur extitisse.

Probatur primò.

[b] cap. 3. §. 10.

466 Secundò id probat ex alia bulla Alexandri 4. ibidem adducta à Marquez, data 7. Cal. Iulij anno 1. Pontificatus, ad instar Innocentij papæ sui prædecessoris. Hi enim Eremitæ erant, de quibus dictū est cap. 25. nempe Eremitæ Thusciæ, quibus Innocentius IIII. bullam ibi relatam concessit.

Probat secundò.

467 Tertiò idem probat ratione, & authoritate. Ratione: quia certum est Eremitas in Thuscia degētes in illa generali vnione comprehensos fuisse; & illi non erant ex Gulielmitis, vt patet ex bulla prædicta Innocentij IIII. neq; ex Brittinensibus, neq; ex Iambonitis, aut Fabalensibus: vt etiam patet. Ergo eorum congregatio ea erat, quæ S. Augustini nuncapabatur. Authoritate vero probatur: quia F. Iordanus lib. 1. cap. 16. inquit; Alexandrum IIII. confirmasse Eremitis ordinis S. Augustini protectorem Ricardum Diaconum Cardinalem, per suum prædecessorem Innocentium illis datum. Innocentius vero nullis alijs Eremitis quàm Eremitis in Thuscia sub regula D. Augustini à se congregatis dedit Card. Ricardum in protectorem.

Probat tertiò.

§. II. DEMONSTRATVR CONGREgationes Eremitarum S. Augustini, S. Guillelmi B. Ioannis Boni, de Brittinis, & de Fabali, non solo nomine, sed re ipsa fuisse diuersas.

SVppono primò contra Pennotum, Congregationem de Fabali nō fuisse tantùm vnam domum; sed congregationem, & ordinem plurium Domorum, & re ipsa distinctam ab alijs quatuor congregationibus in titulo enumeratis. Prima pars huius suppositionis patet. Quia Alexander IIII. & Clemens IIII. in bullis statim citandis, in quibus de vnione generali anni 1256. loquuntur, sic habent. *Vt de singulis domibus vestris, quarum quadam S. Guillelmi, quadam S. Augustini ordinum, nonnulla autem F. Ioannis Boni, aliqua verò de Fabali, alia verò de Bictrinis censebantur,* &c. Ergo non vna domus, vt Pennotus vult, sed *aliqua domus,* vt Pontifices dicunt, erant Ordinis de Fabali. 468

Suppositio prima.

Congregatio de Fabali erat vnio plurium domorum reipsa ab alijs congregationibus distincta.

Probatur prima pars.

Secunda verò pars suppositionis ostenditur clare. Primò quia nullum prorsus est fundamentum probabile ad confundendum hanc congregationem cum aliqua ex illis quatuor. Secundò quia Pontifices enumerant quinque illas congregationes, tanquam distinctas inter se realiter; quia recēsēt eas tāquam vnibiles realiter. Ea enim vnio nō fuit vnio per intellectum, sed realis. Extrema autem non sunt vnibilia realiter inter se, nisi sint distincta realiter inter se. Neq; ea potuit esse vnio domorum tantùm diuersarum realiter inter se, sub vna tamē congregatione, & ordine viuentium. Quæ enim esse posset vnio plurium domorum ad vnum ordinem; si antea illæ domus viuebant sub illo vno, & eodem ordine? Tertiò quia, vt patet ex dictis supra,[c] Congregatio de Fabali erat vna ex congregationibus ordinis S. Guillelmi, habebatq; proprium, & peculiarem generalem anno. 1251. viuebatque sub regula S. Guillelmi; non tamen appellabatur absolutè, & simpliciter congregatio S. Guillelmi; sed S. Benedicti de Monte 469

Probatur secunda pars primò.

Secundò.

Tertiò.

[c] puncto 1. difficul. 2. §. 4. versiculo constat ex hac bulla.

Monte Fabali, vel de Fabali.

470 Difficultas ergo tantùm remanet de alijs quatuor congregationibus, siuè ordinibus. Pro cuius explicatione suppono secundò, quòd Pontifices in bullis, in quibus agunt de vnione, non assignãt tantũ quinq; congregationes; sed quinq; ordines, siuè collectiones siuè domorũ, siuè etiam congregationũ distinctarum inter se. Poterant enim sub quolibet ordine in bullis enumerato, vel saltem sub aliquibus illorum esse plures congregationes; sicut modò sub ordine S. Benedicti, Canonicorum Regulárium S. Augustini, & Carmelitarum, & aliorum religiosorum, sunt plures congregationes re ipsa distinctæ, & independentes inter se, & habẽtes proprios, & peculiares generales; & nihilominùs dicũtur esse vnus ordo S. Benedicti, vnus ordo Canonicorum, & vnus ordo Carmelitarum. Hoc fiet clarum, si adducamus verba ipsa Summorum Pontificum. Alexãder IV. in bulla vnionis data 5. idus Aprilis anno 2. Pontificatus, & Christi 1256. sic habet apud Marquez [a]. *Propterea dudum mandatum Apostolicum à nobis emanauit, vt de singulis domibus vestris, quarum quædam S. Guillelmi, quædam S. Augustini ordinum, nonnullæ autem F. Ioannis Boni, aliquæ verò de Fabali, aliæ verò de Brictinis censebantur*, &c. & infra. *Vniuersas domos, & congregationes vestras in vnam ordinis Eremitarum S. Augustini professionem, & regularem obseruantiam perpetuò coniunxit*, &c. Et in alia bulla data 8. Cal. Iulij anno 2. Pontificatus, & Christi 1256. apud Marquez [b] sic ait. *Cùm autem dilectus frater noster Ricardus S. Angeli Diaconus Cardinalis vniuersas domos, & congregationes Eremitarum prædictorum, quarum quædam S. Augustini, quædam S. Guillelmi, nonnullæ autem F. Ioannis Boni, aliquæ de Fabali, aliæ verò de Brictinis censebantur, in vnam ordinis Eremitarum S. Augustini professionem, & regularem obseruantiam perpetuò de mandato nostro duxerit vniendas*, &c. Et in alia data Laterani 4. Cal. Aprilis anno 3. Pontificatus, & Christi 1257. apud Marquez [c] sic ait. *Vt de singulis domibus Eremitarum, quarum quædam S. Guillelmi, quædam S. Augustini ordinum; nonnullæ autem F. Ioannis Boni, aliquæ verò de Fabali, aliæ verò de Brictinis censebantur*, &c. Et Clem. IV. apud Marquez [d] in bulla data 4. Cal. Septembris anno 2. Pontificatus, & Christi 1260. sic habet. *Dudum à Fel. Rec. Alexandro Papa prædecessore nostro mandatum; vt dicitur, emanauit; vt de singulis domibus Eremitarum, quarũ quædam S. Guillelmi, quædam S. Augustini ordinum, nonnullæ autem Fratris Sancti Ioannis Boni, aliquæ verò de Fabali, aliæ verò de Brictinis censebãtur*, &c. & infra. *Vniuersas domos, & congregationes eorũdem ordinum in vnam ordinis Eremitarum S. Augustini professionem, & regularem obseruantiam perpetuò coniunxit*, &c.

Suppositio secunda.

Pontifices in bullis vnionis nõ assignant tantũ quinq; Cõgregationes vniendas, sed quinq; ordines seu collectiones vel domorũ, vel congregationum.

Probatur.

a cap. 4. §. 1. pag. 29.

b cap. 4. §. 9. pag. 51.

c cap. 3. §. 4. pag. 24.

d cap. 13. § 14. pag. 136.

471 Ex his constat, nomine Eremitarum S. Guillelmi, & Eremitarum S. Augustini, & aliorum Eremitarum, non necessariò intelligi vnicã tantùm congregationem singularum denominationum; sed sub singulis potuisse esse plures congregationes Eremitarum S. Guillelmi, & plures Eremitarum S. Augustini, & plures aliorum Eremitarum. Vnde in vnione facta ab Alexãdro IV. licèt inter alios ordines, seu congregationes vnitus ordo Eremitarum S. Augustini fuerit, tanquam is, cui vniebantur aliæ congregationes; non tamen necessariò dicendum est, quòd fuerit vnica tãtùm congregatio, sed potuit comprehendere sub se plures congregationes, imò, & de facto cõprehendisse illas indicat Iosephus Pamphilus [e] vbi inter alias cõgregationes vnitas enumerat *cõgregationem Eremitarum S. Augustini Turris Palmarum Firmanæ diœcesis*, quæ distincta erat à congregatione Eremitarum S. Augustini in Thuscia; & clariùs colligitur hæc veritas; quia ordinum S. Augustini, S. Guillelmi, & B. Ioannis Boni, non erat tantùm vnica congregatio pro singulis ordinibus; sed plures in Italia, Germania, Gallia, & Hispania.

Pergit probatio.

e in chrõ. Augustinia: fol. 30. pag. 2.

472 His positis dico plura. Primum est. Eremitæ S. Guillelmi, S. Augustini, B. Ioãnis Boni, & de Brictinis ante vnionem generalem ab Alexandro IV. factam anno 1256. non constituebant vnam, & eamdem congregationem. Secundum est. Neq; constituebant tantùm duas cõgregationes, vnam S. Guillelmi, & aliam S. Augustini, quæ simul esset S. Ioannis Boni, & de Brictinis. Tertium est. Constituebant ad minùs quatuor ordines, siuè congregationes, non solo nomine, sed re ipsa inter se distinctas.

Assertio prima secunda, & tertia.

Eremitę S. Guillelmi, S. Aug. B. Ioannis Boni, & de Brictinis ante vnionem nõ erant vna congregatio, nec duę, sed ad minùs quatuor.

473 Probemus singula. Et in primis, primum assertum adeò est clarũ, vt à nullo, nisi videre nolit, non videatur. Adhuc tamen euidenter probatur. Primò ex bulla Innocentij IV. supra à nobis adducta in principio huius puncti 2. in qua Pontifex Eremitas Thusciæ, exceptis fra-

Probatur prima primò.

tribus S. Guillelmi, vnit ordini Eremitarum S. Augustini, sub communi capite priore generali. Ex quo manifestè patet Eremitas S Guillelmi non pertinuisse ad congregationem Eremitarum Thusciæ Secundò. ordinis S. Augustini. Secundò, euidenter ostẽditur ex verbis bullarum, quę adduximus in secunda suppositione. In alijs enim sic dicitur. *Quadam S. Guillelmi, quadam S. Augustini ordinum.* Ergo non vnus ordo, siuè congregatio; sed plures ordines, siuè congregationes erant. In alijs verò sic. *Vniuersas domos, & congregationes eorumdem ordinum.* Ergo non erat vna Tertiò. congregatio, sed plures. Tertiò, quia si tantùm esset vnica congregatio, viuens sub vno generali, frustranea esset vnio. Esset enim eorum, qui iam erant vniti; & perinde esset, ac si diceremus Põtificem vnire omnes Franciscanos obseruantes in vnam professionem ordinis S. Francisci, ex eo quòd præciperet: vt deinceps non appellarentur Minores, sed tantùm Franciscani. Quòd satis ridiculum esset.

474 Vltimò. Vltimò, quia in bulla vnionis Alexandri IV. supra citata sic inquit Pontifex. *Cùm consona in vobis Eremitarum appellatio, & parùm diuersa professio, disparibus titulis, & in aliquibus dissimili habituum schemate discreparet, cogitauimus sponsæ Christi (in cuius veste pia sacra religionis depinxit institutio cætus vestrorum) conuenire decori, si religiosa militia vestra castra, quæ sub vno vocabulo* (scilicet, Eremitarum) *non magna disciplinæ distantia secernebat, sub communi capite indifferentes incorporationis fœdere iungerentur, vt ex pluribus cuneis acies vna consurgeret fortior, ad hostiles spiritualis nequitiæ impetus conterendos.* Et infra. *Vobiscum super vniuersarum professionum, aut obseruationum debito, quas antea feceratis in prædictis, vel alijs ordinibus dispensantes*, &c. Ex quibus argumentum desumitur multipliciter. Primò, quia de Eremitis vnius, & eiusdẽ congregationis non diceret se vnire illos; quia consona erat Eremitarum appellatio, & parùm diuersa professio. Secundò, quia ait illos in aliquibus dissimili habituum schemate discrepare. At in vna, & eade congregatione non sic in habitu discreparent. Tertiò, quia ait se illos vnire, vt ex pluribus cuneis acies vna consurgeret. Hoc autem de vna, & eadem congregatione, quæ iã erat acies vna, dici non potuit. Quartò quia ait: se dispensare super debito vniuersarum professionum; quòd de vna, & eadẽ congregatione, sub eodem Generali viuẽte, verificari non potuit. Vltimò, quia ait illas professiones fuisse factas in prędictis vel alijs ordinibus. Ergo non fuerunt factæ in vna, & eadem congregatione.

Secundũ verò, & tertium assertum ex multiplici capite manifestè demõstrantur; ex quorum euidentia erit etiam euidens primum assertum. Primò ex aliquali diuersitate habituum. Secundò ex diuersitate constitutionum. Tertiò ex diuersitate generalium. Quartò ex diuersitate Protectorem. Quo quadruplici fundamento veritas hæc roborata, à nulla proteruia poterit destrui. Quis enim neget diuersas esse cõgregationes, quarum singulæ inter se diuersitate habituum, constitutionum, Generalium, & Protectorum distinguantur. 475 Probatur secũdo, & tertiu.

Ostendamus singula. Et in primis, diuersitas aliqualis habituum sic conuincitur. Congregatio Eremitarum S. Guillelmi (vt constat ex bulla Innocentij IV. data Lugduni, Nonis Ianuarij, anno 6. Pontificatus, atq; adeo Christi 1249. quam adducunt Sampson Hains[a], & Marquez[b]; & habetur in archiuis patrũ Guillelmitarum) induebatur cucullis laneis, & curtis, ex colore materię primordialis; cum manicis benè latis, & longis; & cingebatur latis corrigijs, cũ cõgruis desuper religioni cultellis, & baculos deferebat in manibus, & calceos portare tenebatur. Ecce verba Bullæ. *Cùm igitur dilecti filij, Prior, & Fratres Eremitarum in partibus Alemanię ordinis S. Guillelmi, vestiti laneis cucullis, & curtis vsq; ad cauillam, seu iuncturam pedis, cum manicis benè latis, & longis, nullo alio superinducto colore, nisi quem secum lana earum causa materiæ primordialis ipsa contraxit; latis quoque circumcincti corrigijs, desuper cum congruis religioni cultellis, & baculos deferentes in manibus, & calceati incedere teneantur, secundùm sui ordinis instituta*, &c. Et quòd Guillelmitæ incederent calceati, ostenditur etiam ex vita S. Guillelmi per Theobaldum scripta, cap. 29. ibi, cum Guillelmus moriẽs mitteret Albertum discipulum, vt è Castilione confessorem adduceret; sic habetur. *Confortatus à magistro discipulus relictis calceis* (fortè, vt à Deo impetraret vitam magistri) *nudis ac teneris plantis cępit ire.* 476 Primò ex diuersitate habituum.

[a] lib. de veritate vitæ, & ordinis S. Guillelmi pag. 7 2.
[b] cap. 13. §. 13. pag 232.

477 Peign probatio Congregatio verò Eremitarum S. Augustini in Thuscia, vt patet ex decreto Card. Ricardi protectoris, dato Assisij 9. Cal. Iulij, anno 10. Pontificatus Innocentij

centij IV. atq; adeò Christi 1253. & ab eodem Pontifice Innocentio cõfirmato Assisij, Cal. Iulij anno 2. Põtificatus, atq; adeò Christi 1253. quod habetur apud R. P. Vadingum [a], & dirigitur; *Dilectis filijs, N. Visitatori Generali, & Prioribus, ac fratribus Eremitis vniuersis ordinis S. Augustini* (vniuersis scilicet, qui in Thuscia, vel qui sub protectione Card. Ricardi viuebant) sic induebatur. *Fratres vestri ordinis professi deferant cucullas nigras, prout haberi poterunt in cuiuslibet prouincia, tamen non tinctas, vel accidentaliter coloratas, desuper corrigijs tinctas, & in manu crocias, in quarum superiori parte non sit curuum lignulum, sed directum*, &c. In quibus verbis non exprimitur latitudo, & longitudo manicarum, neq; latitudo corrigiarum, neq; delatio cultellorum, & calceamentorum.

a in suo Apologetico §. 4. num. 13. pag. 52.

478 Congregatio Eremitarum B. Joannis Boni (vt ex varijs bullis constat, præcipuè ex bulla Gregorij IX. data Laterani 9. Cal. Aprilis anno 12. Pontificatus, atq; adeò Christi 1240. quam adducunt M. Marquez [b], & Pẽnotus [c] ante prędictam Gregorij IX. bullam, *Nunc succincti tunicas cum corrigijs*, (tunicas nempe coloris albi, vel nigri; dicitur enim de eorum exterioribus vestimentis, quæ nigri, vel albi debebant esse coloris) *baculos gestantes in manibus, nunc verò dimissis baculis incedebant*. Post bullam verò Gregorij IX. incesserũt prout in illa pręcipiebatur. Ait enim Alexander IV. in bulla data Anagniæ 8. Cal. Iulij anno 2. Põtificatus, & Christi 1256. quã transcripserunt Marquez [d], & Pennotus [e]. *Nos volentes pramissa, qua de vestimentis exterioribus, à sępè dicto prędecessore nostro circa prafatos Eremitas statuta fuerũt salubriter, & ab ipsis, vt recolimus, acceptata vbique*, &c. Præceptum autem Gregorij IX. fuit huiusmodi. *Vt Prior, & vniuersi, ac singuli fratres predicti ordinis S. Augustini in exterioribus vestimentis, qua nigri, vel albi debebant esse coloris, quorum altero, videlicet nigro, iã electo ab eis, ipsos volumus manere contentos; largas, & protensas manicas, quasi ad instar cucullarum, & desuper ipsa ferant peramplas corrigeas, & patẽter omnibus apparentes, ita quòd omnes cincti de foris eas vestibus nequaquam contegant; & portantes in manibus baculos, quinq; palmorũ granditer; ac expresse in eleemosynarum petitione, cuius sint ordinis, declarantes; adeò suarum vestium longitudinem temperent, quòd à quibusq; ipsorum calceamenta liberè videantur*, &c. In quibus verbis nõ exprimitur delatio cultellorũ, vt exprimebatur in congregatione ordinis S. Guillelmi; exprimitur autẽ color niger; qui neq; in congregatione Eremitarum Sancti Augustini in Thuscia, neq; Sancti Guillelmi ita clarè exprimebatur. Exprimitur etiam latitudo, & protensio manicarum, & amplitudo corrigiæ, quæ non exprimebantur in congregatione Eremitarum Thusciæ.

Pergit vlterius.

b ca. 5. in principio pag. 16.
c lib. 1. cap. 45 nu. 2. pag. 69.
d cap. 4. §. 9. pag. 51.
e vbi supra num. 4. pag. 90.

Denique congregatio Eremitarum de Bictrinis (vt constat ex bulla Gregorij IX. data Perusij 3. idus Martij anno 8. Pontificatus, atq; adeò Christi 1235. quam referunt Marquez, [f] & Pennotus, [g] & nos etiam illam adduximus supra: & in ea Pontifex confirmat constitutiones Bietrinensium; quas etiam postea, vt testatur P. Vvadingus [h] Innocentius IV. confirmauit.) Sic induebatur: *Laudabiliter statuitis vt fratres vestri ordinis de colore, seu valore vestium minimè contendentes, semper in eis vilitatem obseruent, & quatuor tunicis, vna cuculla, & duobus scapularijs sint contenti. Item quilibet frater cingatur desuper ampla corrigia, non consuta, & illa contentus existat*, & statim. *Super habendis caligis, calceis, & similibus Prior secundùm suum arbitrium potestatem habeat disponendi*. In quibus verbis manifestissima discrimina ab alijs tribus congregationibus statuuntur, vt patet legenti, & conferenti vestes singularum congregationum. Quo igitur prætextu dici poterit non fuisse congregationes re ipsa inter se distinctas, quæ ijsdem temporibus, nempe anno 1235. 1240. 1249. 1253. in aliquibus dissimili habituum schemate discrepabant?

f cap. 14. §. 8. pag. 100.
g lib. 1. cap. 17. num. 7. pag. 151.
h in suo Apologetico §. 4. num 18 pag. 59.

Secundum fundamentum ex diuersitate constitutionum, sic probatur. Quia, vt Innocentius IIII. in bulla paulò ante à nobis relata versiculo, *ostendamus singula*, refert, instituta, id est constitutiones, ordinis S. Guillelmi obligabant Guillelmitas: vt deferrent habitum ibidem assignatum. Constitutiones autem aliarum trium congregationum non cogebant suos Eremitas ad eam formam vestium. Aliter enim induebantur, vt patet ex dictis. Congregatio Eremitarum Thusciæ proprias edidit constitutiones, de facultate Innocentij IV. bulla data Laterani 17. Cal. Ianuarij anno 1. Pontificatus, & Christi 1243. quam retulimus, [i] vbi habet. *Saluis obseruantijs, seu constitutionibus faciendis à vobis, dummodò eiusdem ordinis non obuient institutis*. Vnde Iordanus, [k] de Innocentio IV. & Eremitis Thusciæ sic ait.

479 Probatur secundò ex diuersitate congregationum.

i in principio huius puncti 2.
k lib. 1. vitas fratrum cap. 14. pag. 30.

ait. *Mandans vt om̃s ſub vna regula, ſcilicet S. Auguſtini, vno modo profitendi, vno habitu, vno titulo, vno officio, & eiſdem conſtitutionibus uti deberent.* a *Conſtitutionis ordinis rigorem vltra ipſam regulam addiderunt. De quibus ſanè conſtitutionibus hoc tenendum eſt, quòd facta ſunt per fratres ipſius ordinis de ſpeciali mandato, & authoritate ipſius Sedis Apoſtolicæ, prout liquet ex priuilegio D. Innocentij papæ IV. Quæ quidem conſtitutiones ab olim per antiquos patres editæ, poſtea tempore bo. mem. F. Clementis Prioris Generalis fuerunt emendatæ, & meliùs ordinatæ,* &c. Adde. Extat in archiuo noſtro Romano num. 9. & in bullario Auguſtiniano M. Laurentij Emporitani pag. 12. conſtitutione 9. Alexandri IV. quædam bulla, in qua Innocentius IV. Laterani 15. Cal. Martij anno 2. Pontificatus, id eſt, Chriſti 1254. die 15. Februarij confirmat conſtitutiones, quas Eremitæ Thuſciæ fecerant de conſilio Card. Ricardi, & Abbatum de Fallera, & Foſſanoua ordinis Ciſtercienſis; & bullam Innocentij confirmat Alexander IV. Anagniæ idibus Iulij, anno 1. Pōtificatus, hoc eſt, die 15. Iulij an. 1255.

a & lib. 2, cap. 12. pag. 123.

480 Progreditur probatio. Congregatio etiam Eremitarum B. Ioannis Boni proprias etiam habuit cōſtitutiones; vt habetur ex decreto Card. Guillelmi de Fliſco, eorum protectoris, edito anno 1252. Peruſij 6. Cal. Ianuarij; & approbato ab Innocentio IV. Peruſij 17. Cal. Maij anno 2. Pontificatus, & Chriſti 1254. apud Marquez, b & Pennotum, c quod & nos etiam ſupra tranſcripſimus. ibi. *Sed inter ipſum F. Matthæum, & fratres de Ceſena, ac quoſdam alios Priores, & fratres de Romaniola ſuper ceſſione ipſius F. Matthæi, antequam eligeret diffinitores generalis capituli, prout ſecundùm tenorem conſtitutionum ſui ordinis poterat, &c.* Et infra in eodem decreto. *Qui quidem*, (ſcilicet Prior Generalis) *cùm eligēdus fuerit, ſecūdùm ſanctiones canonicas, & ſtatuta veſtri ordinis eligatur*, & infra aſſignat eis formam profeſſionis in hunc modum. *Ego N. facio profeſſionem, & promitto obedientiam Deo, & B. Mariæ Virgini, & tibi Priori Generali ordinis Eremitarum, tuiſque ſucceſſoribus vſque ad mortem, ſecundùm regulam B. Auguſtini, & conſtitutiones fratrum ipſius ordinis* Has autem conſtitutiones diſtinctas fuiſſe à conſtitutionibus Bictrinenſium, patet: quia Eremitæ Ioannis Boni habebant, vt ex prædicto decreto conſtat, Generalem & Prouinciales; at verò Bictrinenſes, vt colligitur ex eorum conſtitutionibus, ſupra citatis, & infra citandis, non habebāt Prouinciales. Deinde Prior Generalis Iambonitarum eligebat diffinitores capituli generalis, ſecùs verò Prior Generalis Bictrinenſium; ſic enim in eorum conſtitutionibus habebatur. *In quo* (nempe, capitulo generali) *Diffinitores à Prioribus, & viſitatoribus eligantur.* Deniq; conſtitutiones Iambonitarum diſtinctas fuiſſe à conſtitutionibus Eremitarum S. Auguſtini, & S. Guillelmi patet; tum ex diuerſitate habitus in illis aſſignati; tum ex diuerſitate temporis, in quo editæ ſunt, & ſimultate temporis, in quo ab eis obſeruabantur; & ex confirmatione Sedis Apoſtolicæ, modò pro Bictrinenſibus, modò pro Iambonitis, & modò pro Guillelmitis, aut Auguſtinianis.

b cap. 13. §. 17. pag. 245.
c lib. 1. cap. 47 num. 1. pag. 350.

Hinc reijcies Pennotum d aſſerentem conſtitutiones Iambonitarū fuiſſe eaſdē cum conſtitutionibus Bictrinenſium approbatis à Gregorio IX. anno 1235. & Innocentio IV. anno 1250. vltra diuerſitatem enim præcedenti verſiculo aſſignatam, conſtitutiones Bictrinenſium approbantur pro Priore, & Fratribus de Bictrinis; conſtitutiones autem, de quibus meminit Card. Guillelmus, erant ordinis Iambonitarū. Rurſus, anno 1250. confirmantur conſtitutiones Bictrinenſium, quæ non aſſignabant colorem veſtium, & aliàs circumſtātias; at in decreto Card. Guillelmi manifeſtum eſt: Eremitas, ad quos dirigitur, portare, & teneri portare habitum nigrum, & aliàs circumſtantias, ad quas nō tenebantur Bictrinenſes. Ibi. *Nigrum, quem geſtatis adhuc, habitum elegerunt.* Ergo cōſtitutiones Bictrinenſium non erant eędem cum conſtitutionibus Iambonitarum. 481 Reijcitur Pennotus.

d lib. 1. cap. 47 num. 7. pag. 351.

Tandem cōgregatio Eremitarum de Bictrinis ſpeciales habuit conſtitutiones à Gregorio IX. anno 1235. & ab Innocentio IV. anno 1250. vt diximus, confirmatas; ex quibus conſtat, eos non curaſſe de colore veſtium, dummodò vilitas obſeruaretur; & tātùm habuiſſe Generalem, non prouinciales, qui erat ipſe Prior conuentus S. Blaſij de Bictrinis; & diffinitores, viſitatores; & Priores. Conſtitutiones verò aliarum congregationū, vel in ijs ſtatutis differunt, vel editæ ſunt diuerſis temporibus, vel confirmatę pro congregatione aliqua ſub diuerſo titulo, quàm de Bictrinis. Adde. Conſtat etiam Bictrinenſes habuiſſe peculiares ſuas cōſtitutiones ex duplici bulla Innocentij 482 Pergit vlterius.

a cap 3. §. 2. pag. 21. IV. apud Marquez. a Quarum prima est data Lugduni 15. Cal Iulij anno 4. Pontificatus, atq; adeò Christi 1247. vbi de Priore ecclesiæ S. Mariæ Magdalenæ in Valle de Petra, Bononiensis diœcesis, sic Pontifex inquit. *Fecit obedientiam manualē, B. Augustini regulam, & constitutiones, ac obseruantias eorumdem seruaturum perpetuò pro se ac suis fratribus se promittens*, &c. Secunda est data Lugduni 8. idus Decembris anno 7. Pontificatus, atq; adeò Christi 1249. & in ea sic habetur. *Ad supplicantium eorumdem Prioris, & Fratrum Eremitarum afferentium quòd ipsi propter constitutiones eorum ordinis, longe arctioribus quàm dicti Fratres S. Mariæ Magdalenæ obseruantijs astringuntur*, &c. Constat ergò ex diuersitate etiam constitutionum diuersas fuisse inter se quatuor has congregationes, siuè ordines; & præcipuè Iambonitarū, & Bictrinensium, quamuis fortassis à principio hæ duæ distinctæ non essent; sed vna, & eadem à B. Ioanne Bono inchoata, quæ postea tamen decursu temporis in diuersam re ipsa duplicem congregationem abierit, & habitu aliqualiter dissimili vsa fuerit.

483 Probatur tertiò ex diuersitate Generalium. Tertium fundamentum ex diuersitate generalium, sic demonstratur. Constat congregationem S. Guillelmi, etiam distinctam à congregatione Guillelmitarū de Monte Fabali, habuisse suos Generales, antequam exortæ fuissent congregationes Iambonitarum, & Bictrinensium, & antequam Eremitæ Thusciæ vniti essent ordini S. Augustini, & postquam ordo Eremitarum S. Augustini iam habuerat generales. Primi enim Generales Guillelmitarum fuisse videtur S. Guillelmus, & post illum B. Albertus Gallus circa annum 1157. quādo congregationes Iambonitarum, & Bictrinensium nondum in lucem eruperant. Ordo autem Eremitarum S. Augustini, siuè vnita sit illi postea congregatio Thusciæ; siuè non, circa annū 1110. vel 1120. vel forte 1160. habuit vsq; ad vnionem anni 1256. proprios, & distinctos generales. Vt enim B. F. Henricus de Vrimaria in tractatu de origine ordinis Eremitarum S. Augustini, edito anno 1334. qui seruatur antiquis caracteribus M. S. in Illustrissimo conuentu S. Victoris Parisiensis ordinis Can. Reg. S. Augustini, & in cęnobio nostro Romano S. Augustini in Bibliotheca Angelica, licèt non ita antiquis caracteribus testatur in hæc verba, iam à nobis supra relata obseruatis discriminibus vtriusq; codicis; *A tempore S. P. Augustini multi fuerunt pastores dicti ordinis; sed & negligentia scribentium, & diuturnitate temporum ignoratur. De quibus tamen, & ex scriptis antiquis, & ex antiquis patribus hæc habere potui. Circa annos Domini 1150. electus est generalis B. Ioannes de Spelunca, qui etiā præfuit tempore Alexandri Papæ III. item Ioannes dictus de Cella, tempore Innocentij III. Item Auitus de Grafanio tempore Gregorij IX. Itē Philippus Dexterampna, quo tempore facta est vnio. Post vnionem primus fuit Lamphrancus de Mediolano.* Hæc Henricus. Meretur autem hic author omnimodam fidem; tum propter insignem Sanctimoniam, cuius causa communiter vocatur Beatus; tum, propter antiquitatem, quia, vt ipsemet testis est, interfuit capitulo generali an. 1290.

Sed obijcit R. D. Penniotus. b Primò, quia si isti Generales de illis erant Eremitis, quorum in bullis ab authore, (scilicet Marquez c,) allegatis mentio habetur, illi sane ex ordine de Bictrinis erant. Quia bulla Gregorij IX. edita anno 1234. (debet dicere, 1235. quia data fuit 3. idus Martij anno 8. Pontificatus. Gregorius autem electus fuerat 13. Cal. Aprilis anno 1227.) ad Priorem, & Fratres de Bictrinis dirigitur. Et similiter illa Innocentij IV. quæ refertur ab illo, d de Bictrinensibus loquitur. Cōgregatio verò de Bictrinis saltem circa tempora Fr. Ioannis Boni eadem erat cum congregatione Iambonitarum. Vndè sequitur illos Generales, quos Marquez à Iambonitis distinguere conatur, eo nolente, aut volente, ex Bictrinensium, vel Iambonitarum ordine fuisse. Si autem dicti Generales non erant illius ordinis, cuius bullę Pontificum meminerunt, frustra allegantur bullæ Pontificum. Secundò, quia si verum est, quòd idem author affirmat, secundum dicti ordinis Generalem fuisse F. Ioannem de Cella, illumq; apud Pistorium domicilium habuisse; *recordetur*, ait Pennotus, *obsecro bulla Innocentij IV. 17. Ianuarij Pontificatus sui anno 1. emanata, quam ille refert cap. 3. §. 3.* Nam ex illa habetur, vsq; ad tempus datarum eiusdem bullæ nullos Eremitas, exceptis forsan Guillelmitis, in Thuscia degētes, sub regula Augustini vixisse, primum illū Pontificē fuisse, qui dictos Eremitas in vnum corpus, & sub vno capite generali, dato etiā protectore Cardin. Ricardo coegit.

484 Prima obiectio Pennoti. b lib. 1. cap. 48. nu. 4. pag. 137. c cap 13. §. 19. d cap. 3. §. 2. Secunda.

Diluitur prima.

Cæterum ad primam Pennoti obiectionem respondeo plura. Primum est. Generales, quos Marquez refert, nullo modo potuerunt esse ordinis Iambonitarum, vel Bictrinensium. Quia, vt ipse sæpe inculcat, initia harum congregationum non præcesserunt annum 1200 At primus ex illis Generalibus electus fuit anno 1110. vel 1120. & ad Summũ anno 1160 vel circiter. Vnde potiùs velit volit Pennotus, Generales illi omninò sunt diuersi à generalibus Brictinensium, & Iambonitarum. Id quòd vltra est euidẽs. Quoniam, vt statim ostendemus, omnes Generales Iambonitarũ vsq; ad vnionem anni 1256. fuerunt hi; B. Ioannes Bonus Mantuanus; F. Matheus; F. Hugo Mantuanus; F. Marcus Cesenatẽsis, & F. Lamphrancus de Mediolano; & cõgregationis Brictinensium anno 1240. erat Generalis F. Andreas. Hi autem Generales diuersi sunt ab illis quatuor ab Henrico enumeratis. Secundum est. Bullæ, quas Marquez adduxit in margine cap. 13. §. 19. pag. 230. non frustra allegantur. Ad id enim adducuntur, vt probet Fratres ordinis olim fuisse sub obedientia Episcoporum. Audiamus eius verba. *Quamquam Fratres illis subditi erant sub obedientia episcoporum. Huius rei sunt breuia Pontificia, quæ dum loquuntur de authoritate, quam nostri superiores habebant in religione, inquiunt, saluo iure diæcesanorum episcoporum.* Et in margine sic habet. *Hæc* (scilicet, breuia) *sunt bulla Gregorij IX. anno* 1234. (debet dicere 1235.) *data congregationi de Bictrinis. Extat cap. 4. Et illa, quam adduximus Papa Innocentij IV. pro vnione Prioris S. Mariæ Magdalenæ anno 1. sui Pontificatus. Extat cap. 3.* Hæc Marquez, enumerans Bictrinenses inter Augustinianos. Verba primæ bullę sic habentur,[a] *Iure diæcesanorum episcoporum in omnibus saluo*: & in secunda[b], hæc sunt verba. *Præfati Episcopi irrequisito assensu, & ipsius in omnibus iuri saluo.* Ecce quare, & non frustra allegantur Bullæ Pontificum. Atq; adeò ruit prima obiectio Pennoti.

a cap. 14. § 8. pag. 268.
b cap. 3. § 2. pag. 31.

486 *Diluitur secunda.* Ad secundam obiectionem Pennoti respondeo F. Ioannem de Cella fuisse Generalem ordinis S. Augustini, & apud Pisas vixisse. Huic tamen veritati Bulla Innocentij IV. non repugnat. Primò, quia Innocentius tantùm agit de ijs Eremitis Thusciæ, qui non agnoscebant vnũ Priorem Generalem. Secundò, quia neq; asserit, omnes Eremitas Thusciæ vixisse sinè regula, aut non sub regula Augustini, vt ex ipsa bulla patet. Quin imò, vt ostendimus[c] manifestum est, ante Innocentium IV. fuisse in Thuscia cõuentus Eremitarum viuentium sub regula Augustini, licet plures viuerent sub obedientia Priorum cõuentualiũ sinè communi capite, alij vero sub obedientia Prioris generalis.

c in hoc parte secũdo dificul. 1.

Sed reuertamur ad id, quod specialiter intendebamus. Ordo, seu congregatio Eremitarum S. Ioãnis Boni, vt euidens est ex bulla Innocentij IV. & decreto Card. Guillelmi de Flisco, quæ paulò ante citauimus, versiculo, *Congregatio etiam Eremitarum F. Ioannis Boni*, hos habuit continua successione Generales. Primò B. Ioannem Bonum, qui per plures annos Fratribus prædictis præfuit. Secundò F. Matthæum, qui in religione prædicta annis pluribus tanquam Generalis Prior generaliter ministrauit. Tertiò per cessionem F. Matthæi in capitulo Generali Ferrariensi factam anno 1249. F. Hugonem Mantuanum, electũ ab ijs, qui Ferrariæ remanserant, & F. Marcum Cesenatẽsem, electum ab alijs fratribus, qui Ferraria discesserant, & Cesenę conuenerant. Quartò per renunciationem horum duorũ Generalium, F. Hugonis, & F. Marci anno 1251. factam, F. Lampharneum de Mediolano in capitulo generali Bononiensi. 487

Redintegratio probatio.

Deniq; congregatio, seu ordo Eremitarum de Bictrinis peculiares habuit generales. Patet enim ex bullis Gregorij IX. datis apud Cryptam Ferratam 15. 12. & 10. Cal. Septembris anno 14. Pontificatus, atq; adeò Christi 1240. quas transcripsit P. Vvadingus[d] ex regesto Gregorij IX. sub anno 14. numero 140. 141. & 142. Constat, inquam, F. Andreã fuisse Priorem generalem de Bictrinis an. 1240 sic enim habetur in prima. *Frater Andreas Generalis Prior maioris partis Eremitarum Marchiæ*, &c. in secũda verò. *Fratrem Andream Priorem, & Eremitas eiusdem prouinciæ sibi subiectos*, &c. Et in tertia. *Fratri Andreæ Priori, & Eremitis Anconitanæ Marchiæ sibi subiectis*, &c. Hunc autem F. Andream fuisse Generalem de Bictrinis, patet ex bulla Alexãdri IV. quam ex archiuo Minorum Bononiensium extraxit Vvadingus[e], & se illam vidisse Pẽnotus negare non potest; quia[f] ferè totã illam adduxit, & præcipuè verba illa, quæ ad nostrum propositum attinent.) data Lateranni 488

Pergit vlterius.

d § 4. num. 8. pag. 47.
e § 4. num. 14. pag. 53
f lib. 2. cap. 26. nu. 6. pag. 74.

terani 8. Cal. Martij anno 2. Pontificatus, & Christi 1256. vbi Pontifex de eadem causa loquens, de qua Gregorius IX. in tribus præcitatis bullis, egerat, sic inquit. *Intelligentes verò Fr. Andreas tunc generalis Prior de Bictrinis ordinis supradicti,* &c. Quis ergo credat Eremitas S. Augustini, S. Guilselmi, B. Joannis Boni, & de Bictrinis, ante vnionem generalem cōstituisse tantùm vnicam congregationem, vel ad summum duas, & solo nomine differre Eremitas S. Augustini, B. Ioannis Boni, & de Bictrinis; cùm constet tēpore Gregorij IX. fuisse Generalem ordinis Eremitarum S. Augustini, F. Auitū de Grassano; & Eremitarum S. Ioannis Boni, ipsum B. Ioannem Bonum, & F. Mathęum; & Eremitarum Bictrinēsiū, F. Andream? Bellè quidem tres Generales vno, & eodem tempore, nullo exorto schismate inter subditos, gubernabant vnam, & eamdem re ipsa congregationem, triplici denominatione diuersam, vt Generales essēt potiùs nominales, quam reales.

489 Quartum fundamentum tantùm demonstrat congregationes Eremitarū B. Ioannis Boni, & Eremitarum S. Augustini in Thuscia fuisse diuersas. Quia hucvsq; ignoramus, qui fuerint protectores aliarum congregationum. Harū autem duarum diuersitas ex diuersitate Protectorum fit manifesta. Congregatio enim Eremitarum S. Augustini in Thuscia ab anno 1243. 17. Cal. Ianuarij habuit in protectorem Ricardum Diaconum Cardinalē S. Angeli, vt habetur ex bulla Innocentij IV. toties citata, quam transcripsimus a ibi. *Ad dilectum filium nostrum Ricardum Diaconum Cardinalem S. Angeli, quem vobis correctorem, & prouisorem deputamus, recurratis.* Durauitq; Card. Ricardi protectio vsq; ad vnionem anni 1256. & postea de nouo confirmatus est in protectorem ordinis sic vniti. Constant hęc ex decreto eiusdem Cardinalis edito Assisij 9. Cal. Iulij anno 1253. & ab Innocentio IV. confirmati Assisij Cal. Iulij eodem anno 1253. apud P. Vvadingum in suo Apologetico b ibi. *Sanè dilectus filius noster Ricardus S. Angeli diaconus, cui ordo vester à Sede Apostolica est cōmissus:* & ipse Cardinalis in suo decreto, sic ait. *Sanè cùm ordo vester nobis sit à Domino Papa commissus,* &c. & ex bulla Alexandri IV. apud Marquez c data Laterani 4. Calēd. Aprilis anno 3. Pontificatus, atq; adeò Christi 1257. in quo ad eumdem Card. Ricardum sic Pontifex loquitur. *Sanè meminimus, quòd Fel. Rec. Innocentius Papa prædecessor noster dudum iniunxit tibi; vt Priores, & Fratres Eremitas Thusciæ, quos tuæ curæ, ac gubernationi commiserat, ad suam præsentiam euocares,* &c. & infra. *Nos itaq; considerantes, quod ipsi fratres ab olim te in patrē beneuolum habuerunt, tuq; ipsos amplexatus fuisti sincera in domino charitate, quodq; Fratres, & ordo prædicti sub tua protectione potetiùs, Deo propitio, salutaria suscipere incrementa, curam, dispositionem, & gubernationē eiusdem ordinis sic vniti, ac Priorum, tam Generales; quam Prouincialium, & aliorū Fratrū omnium ipsius ordinis tibi plenè committimus,* &c. Ex quibus omnibus euidens est Ricardum Cardinalem fuisse protectorem congregationis Eremitarum Thusciæ ab anno 1243. vsq; ad annum 1256. & post vnionem ab anno 1257. totius ordinis iam vniti.

490 Ex alia verò parte, etiam est manifestum congregationem Eremitarum B. Ioannis Boni habuisse in protectorem Guillelmum de Flisco, Innocētij IV. nepotem, diaconum Card. S. Eustachij, eodem ipso tempore, quo Ricardus erat protector Eremitarum S. Augustini in Thuscia. Idem enim Guillelmus Cardinalis, apud Marquez d in decreto suo lato 6. Cal. Ianuarij anno 1152. & cōfirmato ab Innocentio IV. eius patruo 17. Cal. Maij anno 1254. sic ait ad Fratres Eremitas B. Ioannis Boni. *Interea duo Fratres professionis prædictæ* (nempe sub F. Matthæo Generali, qui cessit suo muneri anno 1249. Adhuc tamen post annū 1243. Quia, vt testatur Onuphrius e Innocentius IV. in prima creatione 12. Cardinalium anno 1244. Lugduni, in Concilio generali, in quatuor temporibus Aduentus creauit vltimo loco Guillelmum de Flisco, nepotem suum, diaconum Card. S. Eustachij.) *Lugduni ad Sedem Apostolicam venientes, generalem curam ordinis vestri à domino Papa nobis obtinuerunt cōmitti,* &c. & infra, agens de concordia facienda in eadem cōgregatione anno 1252. sic addit. *Illos ad curiam Romanam, & ad nos specialiter tanquam ad patronum sui ordinis transmiserunt.* Et Innocentius IV. in confirmatione prędicti decreti anno 1254. sic habet. *Dilecto filio nostro Guillelmo S. Eustachij Diacono Cardinali, cui dudum generalem curam ordinis prædicti commisimus* &c. Cōstat ergo euidenter congregationem Eremitarum S. Augustini in Thuscia, & Eremitarum

Probatur quartò ex diuersitate Protectorum.

Pergit probatio.

a in princip. huius posti 2.

b § 4. nu. 12. pag. 36

c cap. 3. § 3. pag. 24.

d cap. 13. § 17 pag. 245.

e de Pontif. & Card. pag. 148

tarum B. Ioannis Boni, non solo nomine, sed re ipsa fuisse diuersas, quãdoquidem eodem tempore diuersos Cardinales habebant protectores. Vnde prorsus immeritò R. D. Pennotus[a] dixit imaginationem fuisse M. Marquez assignare diuersitatem harum duarum congregationum ex diuersitate Protectorum. Siuè enim nomine Eremitarum S. Augustini absolutè dictorum intelligatur congregatio Eremitarum Thusciæ, siuè Eremitarum B. Ioannis Boni, siuè quæcunq; alia; nihilominùs negari non potest congregationẽ Eremitarum S. Augustini in Thuscia fuisse re ipsa diuersam à cõgregatione Eremitarum B. Ioannis Boni, quandoquidem eodem ipso tempore duos habebant diuersos Cardinales protectores. Quis enim vnquam vidit, audiuit, legit, aut somniauit vnam, & eandem re ipsa cõgregationem, propter diuersitatẽ denominationis, habuisse eodẽm tempore duos re ipsa, & non solo nomine diuersos protectores?

[a] lib. 1. cap. 25. nu. 5. pag. 72.

491 Probatur quintò ex bullis Pontificijs.

Sed adhuc, præter hæc quatuor fundamẽta firmissima, adducamus, & aliud; nominibus firmum. Quis enim credat Summos Pontifices eodem ipso tempore concedere priuilegia vni, & eidẽ congregationi re ipsa, & nihilominùs in vno priuilegio, sub titulo *Eremitarum S. Augustini*; in alio, sub titulo *Fratrũ S. Guillelmi*; in alio, sub titulo *Eremitarum B. Ioãnis Boni*; & in alio, sub titulo *Eremitarum de Brictinis*? Et tamen, si verum esset has quatuor cõgregationes in vnam coincidere, ita fatendum foret. Eodem enim ipso tẽpore reperimus priuilegia sub diuersis his titulis. In primis enim, in priuilegio vnionis Eremitarum Thusciæ anno 1243. sic habetur. *Exceptis Fratribus S. Guillelmi.* & in priuilegio Innocentij supra à nobis citato, versiculo, *Ostendamus singula*, dato anno 1249. sic dicitur. *Prior, & Fratres Eremitarum in partibus Alemaniæ ordinis S. Guillelmi.* Deinde, supra[b] adduximus septem priuilegia congregationi Eremitarum S. Augustini cõcessa ab Innocentio IV. & Alexandro sub an. 1244. 1252. & 1255. Et ibidem retulimus tria priuilegia concessa ordini Eremitarum B. Ioannis Boni, sub titulo *ordinis Eremitarum*; sinè alio addito, data annis 1252. 1253. 1254. Quin imò, in decreto Card. Guillelmi de anno 1252. præcipitur; vt eo titulo absq; alia additione cognominarentur, etiam in priuilegijs Pontificijs.

[b] in respons. ad nu. 8. §. 4.

Ibidem etiam meminimus quatuor bullarum cõgregationi Eremitarum de Brictinis ordinis S. Augustini concessarum ab Innocentio IV. annis 1247. 1248. & 1249. & 1250. Eis addere possumus priuilegium Alexandri IV. adductum à P. Vvadingo[c] datum Laterani 8. Cal. Martij, anno 2. Pontificatus, atq; adeò Christi 1256. in quo meminit Eremitarum de Brictrinis. Et M. Laurentius de Empoli in suo Bullario Augustiniano, edito in lucem anno 1628. ex originalibus, & trassumptis, quæ extant in nostro Archiuo Romano adduxit 26. priuilegia Eremitis S. Augustini, & Eremitis S. Augustini in Thuscia ab Innocẽtio IV. & Alexandro IV. concessa; & quatuor alia ab eisdem Pontificibus congregationi Eremitarum B. Ioannis Boni; & nouem alia Eremitis Brictinensibus. Quomodò ergo credi potest, aut in suspicionem venire, Põtifices eisdem annis diuersa priuilegia eidem congregationi concessisse; sed sub diuersis titulis, & denominationibus?

[c] §. 4. num. 4. pag. 55.

492 Confirmatur

Adde. Diuersitas harum congregationum est manifesta ex diuersitate temporum, in quibus inceperunt: ordo Eremitarum S. Augustini initium habuit ab Augustino, & congregatio Eremitarum S. Augustini sub communi Priore Generali florebat an. 1110. vel 1120. vel 1160. ordo Eremitarum S. Guillelmi, ab alijs congregationibus separatus, incæpit circa annum 1154. Congregatio, siuè ordo Eremitarum B. Ioannis Boni, sub regula Augustiniana de Summi Pontificis concessione orta est circa annum 1206. vel 1207. Congregatio Eremitarum S. Benedicti de Monte Fabali, sub regula S. Guillelmi, sub hoc speciali titulo existebat anno 1224. vt constat ex registro Honorij III. bulla data Tiburi, 7. Idus Maij, anno 9. Pontificatus. Congregatio Eremitarum de Brictinis primordia sua sub regula Augustini, ex Gregorij IX. beneplacito, & confirmatione, accepit an. 1228. vt patet ex bulla data Perusij 6. Idus Decembris anno 2. Pontificatus, quæ extat originalis Romæ in archiuo ordinis nu. 2. & affertur à M. Empoli[d] deniq; congregatio Eremitarum Thusciæ, sub hac denominatione, & vnione Eremitarum Thusciæ ad ordinem S. Augustini, prima principia habuit anno 1243. vt cõstat ex bulla data Laterani 17. Cal. Ianuarij anno 1. Pontificatus, quæ est epistola 133. in re-

[d] in bullar. August. pag. 123.

in regesto Pontificio, & adducitur à M. Empoli, a & extat originalis in nostro archiuo Romano. Quomodò ergo defendi poterit vnitas, & identitas harum cōgregationum, quarum initia diuersis tēporibus incæpere?

a in suo Bullario pag. 164

§. III. QVAE CONGREGATIO FVERIT ea, quæ in priuilegijs Pontificum absolutè, & sine addito vocabatur, Eremitarum S. Augustini?

493 RETulimus §. 1. iudicium R. D. Pennoti b referentis triplicem sententiam vt probabilem, & vnam ex illis non tantùm probabilem, sed etiam verissimam. Prima asserit congregationem absolutè dictam Eremitarum S. Augustini fuisse eamdem cum congregatione Guillelmitarum. Secunda, eaq; iudicio Pennoti verissima, docet fuisse eamdem cū congregatione Eremitarum B. Ioannis Boni. Tertia tenet fuisse eamdem cum congregatione Eremitarum Thusciæ ab Innocentio IV. instituta anno 1243.

b lib. 1 cap. 48 à pag. 116.

494 Mea in hac parte sententia quinq; cōtinet conclusiones. Prima est. Nomine ordinis Eremitarum S. Augustini absolutè dictorum, in priuilegijs Pontificum, quæ vnionem generalem anni 1256. præcesserunt, non intelliguntur Eremitæ S. Guillelmi. Secunda est. Neq; intelliguntur Eremitæ S. Ioannis Boni. Tertia est. Neq; intelliguntur Eremitæ de Brictinis. Quarta est. Intelliguntur Eremitæ S. Augustini in Thuscia. Quinta est. Intelligūtur etiam alij Eremitæ, qui & ipsi quoque absolutè, & simpliciter dicebantur ordinis Eremitarum S. Augustini.

Propria sententia quinq; amplectēs cōclusiones. Prima. Secunda. Tertia. Quarta. Quinta.

495 Probemus singulas. Prima probatur ad veritatem, & ad hominē. Ad veritatē. Primò, quia, vt expressè habetur in omnibus bullis, quæ de vnione generali anni 1256. agunt, quædam domus, seu congregationes Eremitarum, qui vniebātur, erant S. Guillelmi, quædam verò S. Augustini ordinum. Ergo nomine ordinis Eremitarum S. Augustini absolutè dicti nō intelligebatur ordo S. Guillelmi; aliàs Pontifex perperam diceret, ordinum: cùm non duplex ordo, sed vnus, & idem omninò esset. Secundò, quia in bulla, quam citauimus, c sic habetur. *Vniuersas domos, & congregationes, quarum quædam S. Augustini, quædam S. Guillelmi ordinum, &c.*

Probatur prima ad veritatem. primò. Secundò. c §. præceden. ti versiculo difficultas ergo.

Ergo non tantùm quædam domus, sed etiam quædam congregationes erant ordinum S. Augustini, & S. Guillelmi; atq; adeò non vna, sed multiplex erat cōgregatio, siue ordo, alius dictus absolutè S. Augustini, & alius dictus absolutè S. Guillelmi. Tertiò, quia non est assignabilis aliqua bulla, in qua Eremitæ S. Augustini simpliciter, & absolutè dicti supponāt pro Guillelmitis; & dantur plures, in quibus euidens est supponere pro alijs, quā Guillelmitis; vt constabit ex dicendis in hoc patrapho. Quartò, quia Guillelmitæ in omnibus bullis, quæ reperiuntur de illis ante vnionem, appellantur. *Eremitæ seu Fratres S. Guillelmi.* Si autem simpliciter dicerentur ordinis Eremitarum S. Augustini, non appellarentur simpliciter ordinis S. Guillelmi. Vltimò, quia, vt patet ex dictis difficultate 2. antequam existeret congregatio S. Guillelmi, erat in ecclesia ordo Eremitarum S. Augustini simpliciter, & absolutè dictus; & postquā instituta est congregatio S. Guillelmi, nō est confusa cum congregatione Eremitarum S. Augustini; quia eodem tempore, vt obseruauimus §. præced. vtraque hæc congregatio circa annum 1160. habebat distinctos generales.

Tertiò. Quartò. Quintò.

Ad hominem verò, contra Pennotū d probatur. Primò quia bulla Innocentij IIII. quam refert Marquez e directa *Priori, & Fratribus Eremitarum vallis S. Guillelmi ordinis S. Augusti ni*, data Perusij 3. Cal. Martij, anno 9. Pontificatus, atque adeò Christi 1252. vel loquitur de ordine S. Guillelmi, vel de ordine S. Augustini distincto ab ordine S. Guillelmi. Si primū Ergo non benè respondet vbi supra, dici posse, illos Eremitas non esse ordinis S. Guillelmi, & Guillelmitas non obseruasse regulam S. Augustini. Si secundum. Ergo nomine Eremitarū ordinis S. Augustini absolutè, & simpliciter, non intelligitur in bullis Pontificum ordo, siuè cōgregatio S. Guillelmi. Et sanè in prædicta bulla, cùm videatur esse sermo de Eremitis ordinis S. Augustini simpliciter, & absolutè, ego potius credo sermonem esse de ordine S. Augustini distincto ab ordine S. Guillelmi. Videtur quidem ibi agi de conuentu, qui dicebatur vallis S. Guillelmi in Lingionensi diœcesi, & erat Eremitarum ordinis S. Aug. 496

496 Probatur primò ad hominem. d lib. 1. cap. 46 num. 3. pag. 147. e cap. 13. §. 16 pag. 242.

Secundò. Ad hominem. Quia si nomine Eremitarum S. Augustini absolutè, & simpliciter, intelligitur ordo S. Guillelmi 497

497 Secundò.

lelmi ante vnionem. Ergo ordo Eremitarum S. Guillelmi ante vnionem obseruabat regulam S. Augustini. Non enim dicitur absolutè ordo S. Augustini, qui obseruat regulam diuersam à regula S. Augustini. *Ordo enim D. Augustini*, vt Pennotus ipse ᵃ argumentatur, *ipsam Augustini regulam supponit*. Si autem ordo S. Guillelmi ante vnionem obseruauit regulam S. Augustini, quomodò Pennotus, ᵇ ait, *Guillelmitas ante Alexandrum IIII. sub regula S. Benedicti militasse planè conuincit bulla Innocentij IIII. data di 3. Septembris anno 1248. quam idem Chopinus refert eodem lib. 1. sui Monasticon tit. 1. art. 5.* Si enim ex hac bulla conuincitur iudicio Pennoti Guillelmitas ante Alexandrum IIII. sub regula D. Benedicti militasse. Ergo eius iudicio non debet esse probabile Guillelmitas ante Alexandrum IV. non obseruasse regulā Benedicti, sed August. Nō. n. est Probabile id, cuius oppositū cōuincitur ex fūdamēto certissimo. Quomodò ergo Pēnotus modò dicit illud cōuinci, modò asserit oppositū esse probabile per principia intrinseca ipsius rei? Sanè, qui à veritate discedit, firmus esse nō potest.

ᵃ lib. 2. cap. 47 num. 8. pag. 454.

ᵇ vbi supra.

498 Secunda conclusio, nempe nomine ordinis Eremitarum S. Augustini simpliciter, & absolutè, non intelligi ante vnionem in priuilegiis Pontificum congregationem Eremitarum S. Ioannis Boni, probatur. Primò, quia ex decreto Card. Guillelmi supra relato, ordo Eremitarum S. Ioannis Boni ab anno 1252. 6. Cal. Ianuarij præceptus fuit appellari simpliciter, & sinè vllo addito, *ordo Eremitarum*. Et ex tunc vsq; ad vnionem reperiuntur priuilegia Pontificum illis sub eo titulo concessa; vt retulimus circa finem §. præc. Sed pro eodem tempore habentur priuilegia, quorum ibidem meminimus, concessa ordini Eremitarum S. Augustini simpliciter, & absolutè. Ergo ordo Eremitarum S. Ioānis Boni distinctus erat ab ordine Eremitarum S. August. simpliciter, & absolutè dicto.

Secunda con- clusio. Nomine Eremitarum S. Augustini ab- solutè, & sim- pliciter ante vnionem non intelligebatur Congregatio D. Ioannis Bo- ni. Probatur pri- mò.

499 Secundò. Quia in nullo priuilegio ordo Eremitarum B. Ioannis Boni ante vnionem appellatur simpliciter ordo Eremitarum S. Augustini; sed vel, *Fratres Eremitæ F. Ioannis Boni ordinis S. Augustini*; vel *Eremitæ S. Mariæ de Cesena*; vel, *Eremitæ Ioannis Boni*; vel *ordo Eremitarum*. Quin imò, & priuilegia, quæ de ordine Eremitarum S. Augustini simpliciter loquuntur; intelligi non possunt de ordine Eremitarum S. Ioannis Boni; vt constabit ex dicendis circa quartam conclusionē.

Probatur secundò.

500 Sed obijcies, quia Alexander IV. apud Vvadingum ᶜ bulla data Laterani 8. Cal. Martij anno 2. Pontificatus, atque adeò Christi 1256. ante vnionem, cùm in eā de Bictrinensibus agat, sic ait. *Recordamur liquido, & memoriter retinemus quòd dudum apparuit religio in partibus Lombardiæ, cuius professores vocati Eremitæ, ordinis S. August.* &c. Respondeo bullam hanc non sic legendam, *vocati Eremitæ ordinis S. Augustini*; Sed sic, *vocati Eremitæ, ordinis S. Augustini*. Tunc enim Iambonitæ ex decreto Card. Guillelmi tantùm vocabantur Eremitæ, siuè Fratres ordinis Eremitarū; adhuc tamen erant ordinis S. Augustini, sed non dicebantur absolutè, Eremitæ ordinis S. Augustini. Adde. Si in alio sensu intelligerentur verba Alexandri, essent contraria verbis Gregorij IX. qui sic ait: *Cuius professores vocati Eremitæ F. Ioannis Boni, ordinis S. Augustini*, &c. Ne ergo demus Pontificem Pontifici esse contrarium, oportet verba bullæ legere modo à nobis assignato. Obiter tamen nota varietatem authorum, qui se se nobis opponūnt. Alij contendunt B. Ioannem Bonū non fuisse ordinis Eremitarum S. Augustini; alij eius congregationem fuisse eā, quæ simpliciter dicebatur ordo Eremitarum S. Augustini.

Obiectio. ᶜ S. 4. num. 14. pag. 53.

solutur.

501 Tertiò quia, vt §. præc. ostendimus, ordo Eremitarum B. Ioannis Boni diuersus erat ab ordine Eremitarum S. Augustini, qui ab anno 1110. habuerat proprios Generales; & diuersus erat à congregatione Eremitarum S. Augustini in Thuscia, quæ etiam simpliciter, & absolutè vocabatur ordo Eremitarum S. Augustini; vt probabimus circa quartā conclusionem; & aliàs habebat propriū, & peculiarem titulum. Ergo nomine Eremitarum S. Augustini absolutè dictorum ante vnionem, non intelligebantur Eremitæ S. Ioannis Boni. Vltimò quia bullæ agentes de vnione loquuntur de congregatione Eremitarum S. Ioannis Boni tanquam de termino, & extremo vnito ordini Eremitarum S. Augustini simpliciter dicto. Ergo distinguebatur re ipsa ab ordine Eremitarum S. Augustini simpliciter dicto, cui vniebatur; quia idem non potest vniri realiter sibi ipsi.

Probatur tertiò.

Vltimò probatur.

502 Tertia conclusio, quæ negat nomine Eremitarum S. Augustini absolutè dictorum

Tertia con- clusio.

Nomine Eremitarũ absolutè nõ intelligebãtur Eremitæ Bictrinenses. Probatur primò.

torum intelligi Eremitas Bictrinenses, ostenditur. Primo, quia nullum extat priuilegium loquens de Eremitis Bictrinensibus, quod de illis agat sub titulo Eremitarum S. Augustini absolutè, & simpliciter. Omnia enim priuilegia Bictrinensium, quæ videre potuimus, loquuntur de Eremitis Marchiæ Anconitanæ, vel de Eremitis de Bictrinis, vel de Eremitis de Bictrinis Ordinis S. Augustini. Ergo Bictrinenses non supponunt pro Eremitis S. Augustini simpliciter, & absolutè dictis.

Secundò.

Secūdò, quia vel congregatio Bictrinensium erat eadem cum congregatione B. Ioannis Boni, vt vult Pennotus; vel diuersa, vt nos probauimus §. præc. Si primum, idem dicendum est de Bictrinensibus, atq; de Iambonitis. Si secundū Bulla vnionis, & aliæ bullæ, quæ de vnione loquuntur, manifestè distinguunt ordinem Eremitarum S. Augustini simpliciter dictum ab ordine de Bictrinis; neq; comprehendunt illum sub nomine ordinis Eremitarum S. Augustini absolutè dicti; sed illum enumerant tanquam extremum vnitum realiter ordini Eremitarum S. Augustini absolutè dicto.

303 Quarta cõclusio. Congregatio Eremitarum Thusciæ dicta est absolutè, & simpliciter ordo Eremitarũ S. Augustini.

Quarta conclusio, quæ affirmat congregationem Eremitarum Thusciæ dictam fuisse absolutè, & simpliciter ordinem Eremitarum S. Augustini, à Pennoto a traditur vt probabilis; & probatur fundamentis, quæ non solùm reddunt illam probabilem; sed probant euidēter, siuè fuerit etiam alia congregatio, quę simul appellaretur absolutè, & simpliciter ordo Eremitarū S Augustini, siuè nō; de quo agemus circa quintā cōclusionem.

a lib. 1. cap 48. nu. 6. pag. 159

Probatur primò.

Modò probatur quarta, & primò quia Eremitæ S. Augustini in Thuscia cōprehensi sunt in generali vnione; sed non comprehēduntur sub ordine S. Guillelmi; Innocentius enim IV. expressè excepit Fratres S. Guillelmi ab vnione Eremitarum Thusciæ; neq; cōprehendebantur sub nomine Eremitarum B. Ioannis Boni, neq; de Bictrinis, aut de Fabali; erat enim distincta congregatio ab ipsis; vt constat ex dictis §. præc. Ergo comprehendebantur sub ordine Eremitarum S. Augustini simpliciter, & absolutè dicto. Omnes enim bullæ, quæ de vnione agūt, tantùm enumerant congregationes, & domos, *quarum quædam S. Augustini, quædam S. Guilelmi ordinum, nonnullæ F. Ioãnis Boni, aliqua de Fabali, & alia de Bictrinis censebantur*.

Secundò, quia plures bullæ, quę agūt de ordine Eremitarum S. Augustini simpliciter, & absolutè dicto, intelliguntur necessariò de congregatione Eremitarū S. Augustini in Thuscia. Probemus rem hanc. In primis, Innocentius IV. in bulla vnionis Eremitarum Thusciæ, toties repetita, data 17. Cal. Ianuarij an. 1243. iubet Eremitis Thusciæ, vt assumant regulam, & ordinem S. Augustini. Secūdò in bulla Innocētij IV. apud Vvadingum b data Laterani 5. Cal. Aprilis anno 1. Pontificatus, atq; adeò Christi 1244. sic ait. *Innocentius, &c. Priori, & Fratribus Eremitis in Thuscia ordinis S. Augustini.* Tertiò in alia bulla eiusdem Innocētij, apud eumdem Vvadingum c data Assisij Cal. Iulij anno 2. pontificatus; atq; adeò Christi 1253. in qua confirmat decretum Card. Ricardi latum Assisij 9. Cal. Iulij, an. 2. Pontificatus, atq; adeò Christi 1252. sic ait Pontifex. *Dilecti filij N. Visitatori generali, & Priori, ac Fratribus Eremitis vniuersis ordinis S. Augustini.* Ricardus autem Cardinalis protector sic habet. *Viris religiosis, suis in Christo dilectis, Visitatori Generali, Prioribus, & vniuersis fratribus Eremitis ordinis S. Augustini.* Quartò in alia bulla Alexandri IV. apud Marquez, d & Pennotum e data Anagniæ 7. Cal. Iulij anno 1. Pontificatus, atq; adeò Christi 1255. sic habetur. *Dilectis filijs Prioribus Fratrum Eremitarū in Thuscia ordinis S. Augustini.* Quintò in alia bulla eiusdem Alexandri IV. apud Marquez f, & Pēnotuũ g data Anagniæ 16. Cal. Augusti anno 1. Pontificatus, atq; adeò Christi 1255. sic ait Pontifex. *Dilectis filijs vniuersis Prioribus, & Fratribus Eremitarum ordinis S. Augustini.* & infra præcipit cōfirmationem Generalis fieri *à nobis, vel à dilecto filio nostro Ricardo S. Angeli Diacono Cardinali, &c.* vltimò Alexāder IV. in bulla, apud Marquez h data Laterani 4. Cal. Aprilis anno 3. Pontificatus, atq; adeò Christi 1257. constituens Ricardum Cardinalem in protectorem ordinis Eremitarū S. Augustini, sic ad illum ait. *Nos itaq; considerantes, quòd ipsi fratres* (scilicet, ordinis Eremitarum S. Augustini) *ab olim te in patrem beneuolum habuerant*, &c. Ricardus autem fuerat protector Eremitarum S. Augustini in Thuscia. Et hinc est, quòd B. F. Iordanus de Saxonia i de Alexādro IV. sic inquit. *Confirmauit quoq; eis* (scilicet, Eremitis S. Augustini) *Protectorem D. Ricardũ tituli* (diaconi Cardinales non habent

504 Secundò.

b §. 5. num. 4. pag. 82

c § 4. nu. 32. pag. 51.

d cap. 3. §. 1. pag 10.

e lib. 1. cap 48 nu. 6. pag. 159.

f pag 12.

g vbi supra.

h cap. 3. §. 3. pag. 24.

i lib. 1. vitas fratrũ cap. 16. pag. 59.

habent titulum) *S. Angeli Diaconum Cardinalem per prædecessorem suum D. Innocentium primitùs constitutum.* Idem probari posset ex pluribus alijs bullis ab Innocentio IV. & Alexandro IV. concessis ordini Eremitarum S. Augustini in Thuscia, quas nuper prælo dedit anno 1628. M. Laurentius de Empoli, Augustiniani ordinis procurator generalis, & Sancti Officij qualificator.

505 Deniq; quinta conclusio, nempe præter congregationem Eremitarum Thusciæ fuisse aliam, vel alias congregationes, quę simpliciter, & absolutè dicerentur ordinis Eremitarum S. Augustini, probatur primò: quia vt refert B. Henricus de Vrimaria loco citato in §. præc. ordo Eremitarum S. Augustini habuit Generales circa annum 1110. vel 1120. vel saltē 1160. quo posito, sic argumentor. Vel Eremitæ Thusciæ vniti, & incorporati sunt huic congregationi, vel constituerunt nouam congregationem. Si primum, habemus contra Pennotum, vbi supra nu. 7. congregationem Eremitarum Thusciæ supponere ordinē Eremitarum S. Augustini, & eius institutionem, & congregationē Thuscię vnitam fuisse ordini S. Augustini iā præexistenti, & habenti Generales. Si verò dicatur secundum. Ergo nomine Eremitarum S. Augustini absolutè, & simpliciter, non tantùm intelligebatur congregatio Eremitarum Thusciæ; sed etiam illa, quæ tantò ante annum 1243. habuerat proprios Generales. Secundò quia, vt testatur Iosephus Pamphilus [a], Apostolicus Sacrista, inter alias congregationes vnita fuit anno 1256. *Congregatio Eremitarum S. Augustini Turris Palmarum Firmanæ diœcesis.* Hæc autem distincta erat, vt patet, à congregatione Eremitarum Thusciæ: Ergo præter congregationem Eremitarum Thusciæ erat alia, quæ simpliciter, & absolutè diceretur Eremitarū S. Augustini. Vltimò; quia, vt constat ex dictis difficultate 2. fuerunt plura monasteria ordinis Eremitarū S. Augustini simpliciter, & absolutè dicti, antequā congregatio Eremitarum Thusciæ ab Innocentio IV. institueretur anno 1243.

Quinta conclusio.

Præter cōgregationē Eremitarū Thusciæ erant aliæ quæ absolutè dicebātur ordinis Eremitarū S. Augustini.

Probatur primò.

Secundò.

[a] in chrō. August. fol. 30.

Tertiò.

506 Sed inquires, vtrū ordo Eremitarum S. Augustini, & aliæ congregationes vnitæ anno 1256. extenderētur vltra montes, vel clauderentur intra limites Italię, & Siciliæ tantum?

Quæsitum.

Respondet Pennotus [b] contendēs ordinem Eremitarum S. Augustini nō fuisse ab Augustino institutum, intra fines Italiæ, & Siciliæ, vel secundùm se totos, vel secundùm pręcipuas illorum partes contentos fuisse ordines vnitos. Sic enim ait. *Vbi nam erat ordo Eremitarum S. Augustini præsertim temporibus generalis vnionis? Quæ illius domus, siuè monasteria? qui autores de illo scribentes? vobis enim Eremitis, pace vestra, non credimus. Vel enim hic ordo erat in Italia, vel extra fines Italiæ omninò constitutus.* Si omninò extra Italiam; Ille ad ordinem, qui nunc est, nullo modo attinebat: Nā omnes ordines Eremitarum, ex quibus integer ordo est conflatus, intra fines Italiæ, & Siciliæ, vel secundùm se totos, vel secundū præcipuas illorum partes erant, vt prima illa verba literarū vnionis indicant: *Alexander Episcopus seruus seruorum Dei venerabilibus fratribus Archiepiscopis, & Episcopis per Lombardiam,* &c. Cùm enim soli Archiepiscopi, & Episcopi per Italiam, & Regnum Siciliæ constituti, dictarum literarum generalis vnionis executores à Pontifice constituantur, nō autem in Galliis, Hispanijs, aut alijs Prouincijs existētes; cōsequens est, congregationes, & domos Eremitarum in eadem vnione comprehensas, intra fines Italiæ, ac Siciliæ potissimū fuisse constitutas. Id quòd etiam docuerat [c] Si autem dicatur ipsum ordinem intra fines Italiæ, vel Siciliæ constitisse; monstrent vbi fuerint: Nam omnia monasteria, quæ tunc habebant, ad aliquam ex suprememoratis cōgregationibus spectabant. Nec ipsi vel vnam domum indicare poterūt, quæ vel nō esset de Guilelmitis, vel de Eremitis congregationis Thusciæ, vel de Iamboniis, vel de Brictinensibus, vel de Fabali.

Resolutio Pennoti.

[b] lib. 1. cap. 48. nu. 8. pag. 169.

Eiusdem probatio prima.

[c] lib. 2. cap. 45 pag. 145. nu. 3.

507 Probat secundò, ordinē Eremitarum S. Augustini intra fines Italiæ fuisse contentum. Quia ipsi authores venerandi ordinis Eremitarū, onere difficultatum oppressi, cùm res ad Triarios redigitur, & compelluntur loca, siuè prouincias designare, in quibus Eremitici ordinis reliquię post dispersionem ex Africa vsq; ad tempus magni Concilij Lateranēsis fuerūt seruatæ; respondent, illas seruatas in partibus Thusciæ, ad quas venientes nōnulli eorum in cellis solitariè, alij in cænobijs eremiticis se receperūt, seruiētes domino, sicut cuiq; dominus inspirauit: *Et sic illa sancta communio per B. Augustinum instituta, & per eum obseruata, non omninò*

Probatio secunda.

dirupta fuit, nec abolita; sed in aliquibus bonis patribus fuit conseruata, donec nouissimis temporibus Deus dignatus est illam congregare: Sic enim respondet Iordanus de Saxonia lib. 1. cap. 14. per hæc ipsa verba, quæ transcribit D. Antoninus loco sæpè allegato; illumq; sequuntur Coriolanus, Ludouicus de Angelis, Cornelius Lancillotus, & Ioannes Marquez, & quotquot de hac re vidi. Verùm in partibus Thusciæ præter Eremitas, qui Guillelmitæ vocabantur, nullos alios sub B. Augustini regula institutos ante Innocentium IV. degisse, habemus ex dictis literis Innocentij sæpiùs narratis. Guillelmitæ autem nuper erant instituti, & sub regula Augustini institutos fuisse non est omninò certum.

508 *Hinc ergo sequitur* (subdit Pennotus) *ipsis Eremitis concedentibus, ordinem illum D. Augustini absolutè nuncupatum fuisse ordinem per ipsum Innocentium IV. ex Eremitis Ethruria collectum, & B. Augustini regula, ac titulo Apostolica largitate donatum; & ita de primo ad vltimum, concludimus ante magni Lateranensis Concilij tempora nullum fuisse ordinem Eremitarũ S. Augustini ab ipso beato patre verè institutum, ac derivatum, cui ordini alij Eremitæ aliarum congregationum postea fuerint vniti; & à quo B. Augustini regulam, & habitum sumpserint; sed ex largitate, concessione, & ordinatione Apostolica ista omnia illos consecutos.* Hæc Pennotus.

509 Huic difficultati ex parte respondimus supra [a]. Tamen cùm R.D. Pennotus iterato illam inculcet, & aliquid de nouo addat; operæ pretium erit denuò respondere; & huius argumentationis, vel vires infringere, vel imbecillitatem ostendere. Pro resolutione igitur huius rei dico plura, iam à nobis ostensa loco allegato. Primum est. Bullam, quam Pennotus dicit esse bullam vnionis, euidens est, etiam ipso Pennoto teste [b] non esse bullã vnionis, sed supponere vnionem iam factam; neq; præcipit episcopis executionem vnionis; sed vt obligẽt Eremitas iam vnitos ad portandas cucullas nigras. Hoc autem in sola Italia, & Sicilia præcipi oportuit. Primò, quia omnes Eremitæ vniti, in alijs mundi partibus existentes, portabant cucullas nigras, & in sola Italia, & Sicilia erãt aliqui, qui mallent non indui cucullis nigris. Secundò, quia controuersia cum Patribus Minoribus in sola Italia, & Sicilia durabat; præcipuè in congregatione Bictrinensi; & bullæ istæ tantùm fuerunt expeditæ ad eam cõtrouersiam dirimẽdam; & ideò tantùm diriguntur ad prælatos illarum prouinciarum, in quibus controuersia fuerat excitata, & aliqualiter perseuerabat.

a difficult. 2. §. 8.

Pro horũ dilucione assertio prima.

b lib. 1. cap. 15 nu. 4. pag. 71.

Probatur primò.

Secundò.

Secundum est. Bulla vnionis non limitat congregationes vnitas ad certam & determinatã prouinciã, aut regnum; sed absolutè tradit vniuersas domos, & congregationes *Eremitarum S. Augustini, S. Guillelmi, F. Ioannis Boni, de Bictrinis, & de Fabali* vnitas fuisse in vnam regularem obseruantiam ordinis Eremitarũ S. Augustini. Quare ergo Pennotus vult prædictas cõgregationes intra limites Italiæ, & Siciliæ concludere, quas Alexander IV. nullo limite clausit? 510

Assertio secunda.

Bulla vnionis non limitat congregationes vnitas ad determinatã prouinciã & regnum.

Tertium est. Aliquæ ex prædictis congregationibus domos habebãt extra Italiam. Et probatur primò, quia Guillelmitæ, vt [c] ostendimus, plures habebant domos ante vnionem in regnis Alemaniæ, & Hungariæ; quin imò, & in regnis Galliarum, vt manifestum est; & huius religionis fuisse conuentũ Eremitarum Vallis S. Guillelmi Lingonĩesis diæcesis, cõtendunt Iacobus Breul Benedictinus [d] & Ioannes Marquez [e] ex quodam priuilegio Innocentij IV. dato Perusij 3. Cal. Martij anno 9. Pontificatus, atq; adeò Christi 1252. in fauorem Prioris, & Fratrum Eremitarum Vallis S. Guillelmi ordinis S. Augustini Lingoniensis diæcesis. Deinde; etiam in regnis Hispaniarum, si credendum est ipsi Pennoto, fuerũt plura cænobia ordinis Eremitarum S. Guillelmi; quæ ad manus nostras deuenerũt. Vide illũ, si placet [f], vbi inter alia docet ab anno 1160. ordinem S. Guillelmi coluisse Hispanias. Dum enim [g] agit de monasterio S. Genesij apud Carthaginem Spartariam, ex quo antiquo monasterio P. Hieronymus Romanus de la Higuera, Iesuita, scribit nonnullos Fratres profectos anno 1260. supplicasse Regi Sancio (fallitur sæpe Pennotus in ijs, quæ refert. Non, *Sancio*, sed *Alfonso Sapienti*, vt expressè ex prædicto Hieronymo tradit Marquez eodem ipso in loco citato à Pennoto, nempe cap. 15 §. 8. non 7. pag. 290.) pro situ ad monasterium sui ordinis S. Augustini Toleti extruendum; docet quòd *Si illi erant Eremitæ, ab antiquo scilicet viuentes in eo monasterio, sine dubio erant ex ordine S. Guillelmi. Illi enim erant Fratres Eremitæ ordinis S. Augustini, qui per Hispanias vagabantur, vt nonnulli historici* 511

Assertio tertia.

Aliquæ ex his congregationibus habebãt domos extra Italiam.

Probatur primò.

c difficulta. 2. §. 8.

d in antiquitatibus Parisiensibus fol. 895.

e cap 13. § 16 pag. 242.

f lib. 1. cap. 57

g num. 9. pag. 317.

scribunt, quos dictus author recipit; quos Hieronymus Roman aliquo modo antiquos dicere potuit, quod centum annis ante illud tempus (nempe ab anno 1160.) *Hispanias colerent.* Fuerunt igitur in Germania, Hungaria, Gallia, Hispania, ante vnionē anni 1256. plura monasteria ordinis S. Guillelmi, quæ omnia, vel ferè omnia post vnionē fuerunt nostra. Ostendat ergo D. Pennotus quo alio titulo quā vnionis hæc monasteria in ordinem Eremitarum S. Augustini transierint: Si autem vnionis titulo transierunt, ergo vnio comprehendebat etiam monasteria extra Italiā, & Siciliam existentia in toto terrarum orbe.

512 *probatur secundò.* Secundò, quia in partibus Vltramontanis fuerunt etiam Eremitæ sub regula S. Augustini; qui mihi videntur fuisse ex ordine Eremitarum S. Ioannis Boni; quia à Pontifice simpliciter appellantur, *Eremitæ*; quo titulo sub Innocentio IV. anno 1252. ex decreto Card. Guillelmi appellari cæperunt Iambonitæ. Pontifex, qui ad illos sub eo titulo loquitur, est Innocentius IV. apud Ludouicum de Angelis[a]. Extat autem bulla originalis in archiuo nostro Romano, eamq; in lucem dedit M. Empoli in Bullario Augustiniano pag. 181. constitutione 16. & data est die 31. Maij anno 1253. estq; Mare magnum pro Eremitis Vltramontanarum partium viuentibus sub regula Augustini, & habentibus Priorem Generalē, ibi. *Dilectis filijs, Priori, & Fratribus Eremitis in Vltramontanis partibus constitutis, tam præsentibus, quàm futuris, regularem vitam professis,* &c. *In primis siquidem statuentes, vt ordo Canonicus, qui secundùm Deum, & B. Augustini regulam in domibus ipsis authoritate Apostolica institutus esse dignoscitur, perpetuis ibi temporibus inuiolabiliter obseruetur.* Et infra. *Obeunte verò Generali Priore vestro, vel suorum quolibet successorum, nullus vobis, qualibet surreptionis astutia, præponatur, nisi quem Fratres communi consensu, vel Fratrum maior pars consilij sanioris secundùm Deum, & B. Augustini regulam prouiderint eligendum,* &c. Inquiro ergo modò, vtrum hæc congregatio Vltramōtana Eremitarum sub regula Augustini, & Priore Generali viuens, vnita fuerit ordini S. Augustini, vel non. Si primum. Ergo ex vi vnionis generalis; quia nullus alius titulus potest assignari; atq; adeò congregationes vnitæ non tantùm continebantur intra limites Italiæ, & Siciliæ: Si secundum, oportet ōstendere; quæ fuerit hæc congregatio Eremitarum S. Augustini, quæ non fuerit reducta ad ordinem S. Augustini, quanto tempore post vnionem durauerit, ad quem alium ordinem eius cænobia transierint. Nihil autem horum dici potest cum aliquo etiam leuissimo, fundamento. Ergo dici debet, eam congregationem vnitam fuisse ordini S. Augustini, & ex vi vnionis Generalis.

a lib. 4. de vita & laudibus D. Aug. cap. 21. fol. 114.

Tertiò quia etiā in regnis Galliarum, Bohemiæ, & Hispaniarum, ante Generalem vnionem præcesserunt cōuentus ordinis Eremitarū S. Augustini simpliciter & absolutè; qui postea intra ordinem vnitum remanserunt. Signum ergo est, quòd comprehendebantur in bulla vnionis. Patet antecedens. Primò quia conuentus Vallis S. Guillelmi, Eremitarum ordinis S. Augustini, non videtur esse ordinis S. Guillelmi, vt & dici posse docuit Pennotus, sed Eremitarum S. Augustini; absolutè enim, & simpliciter appellantur *Eremitæ ordinis S. Augustini.* Secundò quia anno 1086. extabat conuentus S. Thomæ, ordinis Eremitarum S. Augustini in minori ciuitate Pragensi; si vera sunt, quæ ex irrefragabilibus tabulis regni Bohemici tradit Felix Milentius in Alphabeto Germaniæ; ex quo & nos supra[b] idem retulimus. Tertiò quia, vt latè ostendimus, supra[c] antē vnionem generalem fuerūt in Hispania plura cænobia, sub titulo Eremitarū ordinis S. Augustini; atq; adeò non ordinis S. Guillelmi, vt malè volebat Pennotus, ibidem citatus; præcipuè, cùm aliqua ex illis præcesserint institutionē ordinis S. Guillelmi. Erant ergo veri, & proprij ordinis Eremitarum S. Augustini, sic absolutè & simpliciter nuncupati; & ex illis manent adhuc nonnulla apud nos continuata serie. Ea autem sunt, Cænobium S. Augustini Turrium veterum, siuè de Pennafirma in Lusitania, cuius prior erat anno 1226. F. Gabitinus Eremitanus ordinis S. Augustini. Cænobium S. Andreæ Burgense, in quo est Christi crucifixi deuotissima imago, cujus memoria extat ante annum 1050. & multò clarior ante annum 1179. Cænobium S. Engratię de Caruaxales prope Zamoram, cuius etiam notitia habetur ante annum 1050. Cænobium S. Christophori in diœcesi Visensi in Lusitania, cuius Abbas fuit B. F. Ioannes de Citisa, & eius memoria extat circa an. 1120. Cænobium

513 *Probatur tertiò.*

b difficult. 3. § 3.
c difficult. 2. § 2. 3. 4. & 5.

S. Iu-

S. Iuliani de Pescaria in Lusitania, cuius notitia habetur sub anno 1153. Cœnobium Vlyssipponēse, cuius memoria ex scriptura authentica, sub titulo ordinis Eremitarum S. Augustini, habetur ab anno 1243. vt omittamus, virum eius conuentus fundatio sit longè antiquior; de qua quęstione latè egimus supra difficultate 2. §. 5. & 6. ni fallor. Ecce extra Italiam, & Siciliam, in Gallia, Bohemia, & Hispania ante generalē vnionem, ad minùs octo conuentus, ex quibus sex fuerunt in Hispania, (omissis etiam alijs, v. g. Seruitano S. Donati, Cartaginēsi S. Genesij, Toletano Cislæ, SS. Arthuagi, & Erthinodi; quorum fundationem alibi latiùs examinabimus) & ex his adhuc in nostra potestate manēt quatuor. Quomodò ergo dici poterit vnionem tantùm fuisse extensam ad congregationes, & domos existentes intra limites Italiæ, & Siciliæ.

514 Quartum est. Ante generalem vnionem Eremitę ordinis S. Augustini in Italia existentes non continebantur in sola Thuscia. Quis enim eos constituit huic religioni terminos, qui præteriri non possent? Et probatur. Primò quoniam, vt ostendimus *a* conuentus Romanus S. Mariæ de Populo fuit ordinis Eremitarū S. Augustini à temporibus Paschalis 2. & in eo facta est vnio anno 1256. & vsq; nūc in ordine Augustiniano perseuerat. Secundò quia, vt ibidē retulimus, Conuentus Beneuentanus ordinis Eremitarū S. Augustini habuit priuilegium ab Alexandro III. circa annum 1170. ad cuius instar idem illi concessit Gregorius IX. anno 6. Pontificatus, & Christi 1232. annis. Tertiò, quia extat in archiuo nostro Romano num. 7. Bulla 7. Alexandri IV. quam adducit M. Empoli, *b* & data est Anagniæ die 14. Iulij anno 1255. & in ea Pontifex ad instar Innocentij IV. quędam concedit Eremitis S. Augustini in Lombardia, & Romaniola; ibi. *Dilectis filijs, Priori Generali, & Fratribus Eremitis ordinis S. Augustini in Lombardia, & Romaniola, &c.* Quartò, quia vnita etiam fuit in vnione generali congregatio Eremitarum S. Augustini Turris Palmarum Firmanæ diœcesis, vt refert Iosephus Pamphilus in Chronico Augustiniano fol. 30.

Margin: Assertio quarta. Eremitæ ordinis S. August. in Italia existentes, non continebātur in sola Thuscia. Probatur primò. a difficul. 2. §. 4. aut 5. Secundò. Tertiò. b in Bullario pag. 11. Quartò.

515 Quintum est. In Thuscia, etiam ante vnionem ab Innocētio IV. factam anno 1243. præcesserunt Eremitæ ordinis S. Augustini, vt latè conuicimus in hoc puncto 2. difficultate 1. vnde Eremitæ Thusciæ ad vnionem Innocentianam pertinentes, non erant ex solo ordine S. Benedicti, vel Basilij, aut Columbani; sed etiam ex ordine Eremitarum S. Augustini, cui Eremitæ aliorum ordinum vniebantur.

Margin: Assertio quinta. In Thuscia ante vnionē ab Innoc. IV. factam præcesserunt Eremitę ordinis S. Augustini.

516 Ex his ad primam probationem Penoti respondeo plura. Primum est. Ordo Eremitarum S. Augustini ante generalem vnionem præcessit in Italia, tam in Thuscia, quàm extra Thusciā, & tam intra Italiam, quā extra Italiam, in Gallia, Bohemia, Hispania, & alibi. Secundum est. Eius monasteria, pro nunc alijs ommissis, fuerūt Conuentus Romanus S. Mariæ de Populo, Beneuentanus, S. Iacobi de Aquauiua iuxta Pisas, S. Antonij in Ardigriera in Maritimis Senarū, Vallis S. Guillelmi, in diœcesi Lingonēsi in Gallia; S. Thomæ, in minori ciuitate Pragensi in Bohemia; Vlyssipponense, Turrium veterum, S. Christophori de Foes, & S. Iuliani de Pescaria, in Lusitania; S. Andreæ Burgensis, & S. Engratiæ Caruaxalensis, in Castella. Tertium est. Authores, qui de hoc ordine per illa tempora, & postea, scribunt, sunt ij, qui de eorum cœnobiorum fūdatione loquuntur; & instrumenta authentica, quę eius rei fidem faciunt. Sunt præterea omnes illi, quos puncto 1. citauimus, asserentes B. Guillelmū ingressum fuisse, & reformasse religionem Eremitarum S. Augustini; sūt deniq; Flauius Dexter, Marcus, Eutrandus Ticinensis, & Iulianus Petri Archipræsbyter S. Iustæ Toletanæ, in suis opusculis, de quibus Deo fauente agemus in Bibliotheca Augustini, vel in Annalibus Augustinianis. Quartum est. Bulla directa ad Episcopos Italiæ, & Siciliæ non est bulla vnionis. Quintum est. Bulla vnionis non determinat prouincias, aut regna; atq; adeò extenditur ad illos ordines, siuè congregationes, quas enumerat, vbicunq; reperirentur in toto orbe. Et ex vnilibus in ordinem Eremitarum S. Augustini sic vnitum ab Alexandro IV. transierunt cœnobia prædictarum congregationū ferè omnia; aliqua verò non; quia vnioni restiterunt. Vnde P. Franciscus Diagus, Dominicanus *c* refert anno 1285. ab Honorio IV. vēditum fuisse Dominicanis monasterium Setabitanum in regno Valentiæ, quòd incoluerant monachi Augustiniani obseruantię B. Ioannis Boni, qui vnionem noluerant accepta-

Margin: 516 Solutio primæ probationis. c in historia suæ prouincię Aragoniæ ca. 94. fol. 273.

acceptare. Extēdebatur ergo vnio etiam ad monasteria extra Italiam. Vltimum est. Etiam si admitteretur ordinem Eremitarum S. Augustini intra fines Italiæ, & Siciliæ constitisse, adhuc assignamus monasteria, quæ neq; fuerint ordinis S. Guillelmi, quia appellabantur simpliciter ordinis Eremitarū S. Augustini; neq; ordinis de Fabali, qui erat particularis cōgregatio ordinis S. Guillelmi; neq; ordinis S. Ioannis Boni, aut Bictrinensium, quia hi ordines incæperunt post fundationem illorum monasteriorum; qualia fuerūt cœnobia S. Mariæ de Populo, S. Iacobi de Aquauiua, S. Antonij de Ardigneta, & Beneuentanum, & alia, de quibus forsan agemus alibi.

517 Solutio secūda. Ad secūdam probationem respōdeo, etiam plura. Primum est. Ordo Eremitarum S. Augustini non fuit cōtentus intra limites Italiæ, & Siciliæ; & multò minùs intra angustos terminos Thusciæ; etiam admisso, quòd ante vnionem intra Italię, & Sicilię cācellos clauderetur. Hęc secūda pars patet manifestè ex conuentu S. Mariæ de Populo, & Beneuētano; & ex congregatione Eremitarum S. Augustini Turris Palmarum Firmanæ diæcesis, quæ in vnione generali fuit vnū ex extremis vnitis. Prima verò euidēs est ex conuentibus, quos retulimus in Gallia, Bohemia, & Hispania ante generalem vnionem extitisse. Secundum est. Etiam in partibus Thusciæ præextitit ordo Eremitarum S. Augustini ante Concilium Lateranense; vt constat ex ijs, quæ diximus a vbi inter alia ostendimus conuentum S. Antonij in Ardigneta, qui hodie appellatur Vallis aspera in Maritimis Senarum, fuisse confirmatum ab Innocentio IV. ordini Eremitarum S. Augustini. Vnde constat contra Pennotum antè Innocentium IV. vixisse in Thuscia aliquos Eremitas sub regula Augustini præter Guillelmitas, qui non dicebātur simpliciter; & absolutè Eremitæ S. Augustini. Neq; oppositum habetur ex bulla Innocentij IV. vt latè explicuimus supra b Tertium est. Authores ordinis Eremitarum ita aiunt: reliquias ord. S. Augustini seruatas esse in partibus Thusciæ, vt non dicant ibi tantùm seruatas esse, sed & ibi, & alibi. Vnde falsò testatur Pennotus quotquot authores vidit (vidit enim Augustinianos, quos citat) recurrisse ad Eremitas Thusciæ pro cōtinnatione ordinis Eremitarū S. Augustini, quasi extra Thusciam omninò periisset; Si enim extra Thusciam remansisset, nihil contra nos inferret Pennotus, ex eo, quòd ordo in Thuscia incæpisset ab an. 1243. sed vt clariùs appareat Pennotum nō benè citasse, referamus testimonia B. Iordani, Coriolani, Ludouici, Lancilloti, & Marquez, quos Pennotus citauit, & detruncauit; vt singuli eorū dicere potuerint cum Augustino c. *Vt non tantùm illi, verùm etiam ex ijs, qui eosdem libros meos, quos iste legit; de libero arbitrio non legerunt; atq; illis non lectis hunc fortasse legunt, de hac re sententia mea satis appareat; ex ipsis libris commemorare me oportet, quod iste si sentiret, atq; in suis litteris poneret, nulla inter nos de hac re controuersia remaneret. Continuò quippe post verbū meū, quæ iste commemorauerit, quòd occurrere poterat ipse subieci, & quātùm potui pertractaui dicens*, &c. videamus ergo quid vnusquisq; dixerit.

a in hac parte 2. difficultate prima.

b sup. parte 2. difficultate prima.

c lib. de natura, & gratia cap. 67.

518 Pergit solutio & refertur authore non fideliter citati Primus. Iordanus d (loco scilicet ipso allegato à Pennoto) sic ait. *Monasterijs, & Ecclesijs in Aphrica gentilitatis ritibus prophanatis, concrematis, & deuastatis; personis quoq; eorum exilitatis, & fugatis, vt habetur in chronicis; tunc & Fratres illi, qui in cœnobijs sub B. Augustino nutritore degueră, hinc inde dispersi sunt. Quorum quidam* (non dixit, omnes; sed quidam.) *deuenere in Thusciam*, &c.

d lib. scrip. 2. c. 5. pag. 18.

519 Secundus. Ambrosius Coriolanus e sic inquit. *Quo* (scilicet, August.) *defuncto, & Vandalorum sæuientibus guerris Sancti illi Eremitæ dispersi sunt; & aliqui ad alias Africæ partes; aliqui in Italiam, scilicet ad Centumcellas, & ad Pisanos montes, vbi fratres Eremitæ per Augustinum fuerunt, vt diximus congregati, sunt profecti. Nonnulli etiam se Deo commendantes in illis partibus latitarunt. Sed Bonifacio I. ac Cælestino I. Romanis Pontificibus, Sixto III. Romano succedente, & Valentinianus cùm occidentalis Imperij Gubernator pacem cum Genserico Vuādalorum rege iniisset, ac certis finibus Africam, sibi ac Genserico diuisam Vvandalis incolēdam dedisset; illi Sancti Eremitæ aliquantulum, & maximè in citeriori Hispania fuerunt per reunionem recreati, & se literis, ac nuncijs hi, & qui in Italia erāt, mutuò visitantes confortabantur in sancto proposito* &c. & infra. *Huic successit Leo I. vir profectò, & eloquentia, & sanctimonia clarus, qui non solùm his, qui in Thuscia, verùm etiam vbicunq; locorum essent, omnes & singulas gratias, & indulgentias à suis prædecessoribus concessas, & titulum confirmauit, vt scilicet hæc sancta religio ab omnibus ordo Fratrū Eremitarum S. Augustini diceretur*. Et infra.

e In principio Chron. Aug. pag. 5.

Benedictus, III. confirmauit omnes indulgẽtias datas per suos prædecessores omnibus fratribus Eremitarum S. Augustini in Thuscia, & in Marchia Anconitana, & vbiq; lo orum commorantibus. Et infra, de Adriamo IV. sic ait. *Tertio, Ecclesiæ S. Augustini de Vrbe veteri dedit indulgentiam trium annorum, & totidem quadragenas.* Et infra. *Huius* (scilicet, Alexandri III.) *tempore per quemdam F. Guidonem captus fuit locus Suriani in patrimonio ab ordine.* Et infra, de quodam priuilegio nobis à Gregorio VIII. concesso sic habet. *Priuilegium directum fuit Priori S. Iacobi de Aquauiua Lucanæ diœcesis,* & infra, loquens de Innocentio III. sic inquit. *In registro Pontificum, & actis Concilij annotari hunc ordinem Sanctissimum fecit, & multas ei contulit gratias, & collatas confirmauit. Inter alia confirmauit locum S. Antonij apud lacum Ambrosianum prope Senas; sicut ego bullam vidi; & totum ipsum ordinem in protectionem Sedis Apostolicæ suscepit.* Et infra, de Alexandro IIII. hæc habet. *Vnionem, quam Innocentius IIII. incompletam reliquerat, compleuit, scilicet vniendo omnes conuentus eiusdẽ ordinis fratrum Eremitarum S. Augustini vbiq; locorum existentes sub vno capite, & vno profitendi modo. Secundò huic ordini Fratrum Eremitarum S. Augustini subiecit, vniuit, annexit, & incorporauit cum locis, personis, & bonis tam mobilibus, quàm stabilibus vbicunque per totum mundum locum haberent, omnes infrascriptas religiones, scilicet, S. Guillelmi, B. Ioannis Boni, ordinem de Fabalibus, de Brictinis, & Fratres de Pœnitentia Iesu Christi,* &c. Videat obsecro lector, vtrum author hic recurrat ad solam Thusciam pro conseruatione, & continuatione ordinis Eremitarum S. Augustini.

520 Tertius. Sed fortè Ludouicus de Angelis de vita, & laudib⁹ D. Aug. cõfugiet in Thusciã solã pro cõtinuatione ordinis Eremitarũ S. Augʋst. Nihil minùs. Licèt enim [a] cõtinuationẽ probet etiã ex Thuscia, tamen nõ ex sola Thuscia; Sed ex alijs orbis partibus. In primis enim (quidquid sit de veritate eorum, quæ tradit, de quibus alibi disputabo. [b]) inter monasteria ordinis Eremitarum enumerat apud Neapolim Monasterium Niridanum, & S. Gaudiosi; Centumcellense S. Trinitatis; Eremitorium S. Mariæ de Lupocauo Lucensis diœcesis; Illicetanum S. Saluatoris, Mediolanense S. Marci; Venetum S. Mariæ de Nazareth; Lirinense in Gallia. Et [c] Monasteria monachorum Hiberniæ à S. Patricio, & Angliæ à S. Columba, & Columbano fundata. Et [d] Conuentus in Hispania fũdatos à Paulino Nolano; Seruitanum S. Donati; Toletanum Cislæ S. Crucis; Caulanianum apud Emeritam à S. Nunto Abbate Africano constructũ; Olyssipponense S. Augustini. Et [e] testatur Innocentium IIII. priuilegium direxisse ad Eremitas vltramontanos sub regula Augustini, & Priore Generale viuentes. Quomodò ergo stabit authorem hunc è sola Thuscia petere vnicam probationem continuationis ordinis Eremitarum S. Augustini?

a lib. 4. cap. 11 fol. 113.

b lib. 4. cap. 18 à fol. 94.

c cap. 19. à fol. 87.

d cap. 20. à fol. 101.

e cap. 21, fol. 114.

521 Quartus. Sed adhuc fauebit Pennoto Cornelius Lancillotus in vita Augustini? Eodẽ modo, quo alij. Quamuis enim [f] asserat Augustinum proficiscentem per deserta Ethruriæ apud Eremitas substitisse; tamen [g] inter cœnobia Augustiniana enumerat, (quidquid sit de veritate rei. Modò tantùm agimus de sententia horum authorum.) Londinense in Anglia, anno 1059. Burgense in Hispania anno 1144. Salmanticense anno 1202. Narbonense in Gallia anno 1220. Coloniense in Germania anno 1165. Buchouiense monialium tempore Caroli Magni; & plura monasteria in Anglia (quod, & repetit [h]) à Canuto Rege ædificata circa annum 1042. Et [i] inter Eremitas Augustinianos recenset Hilarium Arelatensem, Eucherium Lugdunensem, Monachos Lirinẽses in Gallia; Paulinum Nolanum, & Prosperum Regiensem in Italia; Fulgentium Ruspensem, in Africa; & Guillelmũ Ducem Aquitaniæ in Thuscia: & inter monasteria, Niridanũ, prope Neapolim; aliqua, in Thuscia, quo aliqui Eremitæ ex Africa deuenerunt; Ilicetanum sub annum 600. Senense anno 1050. & Venetum paulò post in Thusciam aduentum; plura in Hispania à S. Paulino, & postea à S. Donato circa annum 575. & in Lusitania à S. Nunto martyre extructa. Hæc omnia tradit Lancillotus; & nihilominùs vult Pennotus hunc authorem, quem vidit, in Thusciam confugere pro continuatione ordinis Eremitarum S. Augustini? Quis assentiet Pennoto ita sentienti?

f lib. 2. cap. 8. pag. 138.

g cap. 16. pag. 164.

h lib. 9. cap. 66 pag. 372.

i cap. 8.

522 Quintus. Vnus restat M. Marquez, qui forsan relationi Pennoticæ faueat? verùm is dissentit totis viribus. Ferè enim in toto suo libro nihil aliud agit quàm probare continuationem ordinis Augustiniani non solùm in Thuscia, aut Italia, & Sicilia; sed & in Anglia, Gallia, & Hispania.

Qui sunt ergo illi authores, quotquot vidit Pennotus, qui reliquias Augustiniani ordinis in sola Thuscia tradunt fuisse seruatas? Si enim alij ita id tradũt sicut & hi, parùm nobis oberunt eorum testimonia.

523 [Progreditur solutio.] His positis ad secundam probationẽ Pennoti, constat: dicendum esse, Eremitas asserere reliquias seruatas fuisse in Thuscia; sed non in sola Thuscia. Vnde licèt verum esset id, quòd falsissimum est, nempe in Thuscia ante Innocentium IIII. nullos Eremitas, præter Fratres S. Guillelmi, vixisse sub regula Augustini; adhuc nullatenùs probaretur ordinem Eremitarum S. Augustini simpliciter, & absolutè dictum ab Innocentij IIII. temporibus incœpisse. Recurrunt ergo nostri authores ad Thusciam, non tanquã ad vnicum receptaculum Eremitarum Augustinensium; sed tanquam ad prouinciam, in qua ab Augustini temporibus aliqua monasteria Eremitarum sub Augustini regula conseruabantur; & saltem extabant ante tẽpora Innocentij IIII. vt latè probauimus puncto 2. difficultate 1.

524 [Pergit ampliùs, & eneruantur illata Pennoti.] Hinc constat primo malè inferre Pẽnotum, ordinem Eremitarum D. Augustini, ipsis Eremitis consentientibus, sic simpliciter, & absolutè nuncupatum, fuisse ordinem per Innocentium IIII. ex Eremitis Ethruriæ collectũ. Licèt enim ea congregatio Thusciæ simpliciter, & absolutè appellaretur ordo Eremitarum S. Augustini, non tamen ea sola: sicut, licèt congregatio Lateranensis simpliciter, & absolutè appelletur Ordo Canonicorum Regularium S. Augustini, non tamen ea sola; & sicut, licèt congregatio Carmelitarum discalceatorum Italiæ simpliciter, & absolutè appelletur ordo Carmelitarum discalceatorum; non tamen ea sola; sed etiam congregatio Hispaniæ. Constat secundò perperam concludere Pennotum de primo ad vltimũ, ante Concilij Lateranensis tempora nullum fuisse ordinem Eremitarum S. Augustini absolutè nuncupatum, à D. Augustino institutum, & successu temporũ continuatum. Malè, inquam, infert, primò: quia etiam extra congregationem Thusciæ erant aliæ congregationes, vel saltem alia cœnobia, quæ appellarentur absolutè, & simpliciter ordinis Eremitarum S. Augustini. Secundò, quia licèt gratis daremus solam congregationem Thusciæ dictam fuisse ordinem S. Augustini absolutè; adhuc duplici via defenditur continuatio illius, & institutio ab Augustino. Prima est. Quia congregatio Thusciæ assumpsit regulam, & ordinem S. Augustini, qui ab Augustino deriuabatur, & iam ab anno 1150. vel circiter habuerat proprios generales. Secunda est. Quia quamuis congregatio Thusciæ esset prima, quæ habuit generales, & illa sola esset, quæ appellaretur ordo S. Augustini; nihilominùs verificatur continuatio ordinis Eremitici instituti ab Augustino; quia tempore vnionis Innocentianæ extabant in Thuscia aliquot monasteria ordinis Eremitarum S. Augustini; quibus alij Eremitæ Thusciæ sunt vniti. Et hoc sufficit vt congregatio illa dicatur continuata ab Augustino; sicut congregatio Lateranensis propter eamdem causam dicitur continuata ab Augustino, licèt Martinus V. erexerit eam congregationem sub communi capite generali, vt docet ipse Pennotus,[a] vnde dicere potero cum Augustino.[b] *Hæc, atq; huiusmodi intueatur*. R. D. Gabriel Pennotus, *ne videantur ei nimis acuta, quæ acutulè sonauit, & discussa inueniuntur obtusa. Quid quod etiam similitudinis adhibet, quibus magis admoneat quid ei debeat responderi?*

[a] lib. 3. cap. 28 num. 5. pag. 657.
[b] lib. de natura, & gratia cap. 28.

§. IIII. *RESPONDETVR AD SINgularem sententiam Pennoti,*

525 EX his, quæ hucusq; tradidimus, patet facilis, breuis, & vera responsio ad singularem sententiam Pennoti. Tamen pro maiori claritate, ne maior breuitas sit maior obscuritas, vel minor claritas, respondeamus singillatim ad singula asserta.

526 [Refellitur primum assertum Pennoti & soluitur prima probatio primo.] Ad primum assertum nego, eamdem esse congregationem, quæ Eremitarum S. Augustini absolutè dicebatur, cum ea, quæ Eremitarum F. Ioannis Boni dicebatur. Et ad primam probationem in oppositum dico Eremitas Ioannis Boni in discursu Bullæ Gregorianę non appellari absolutè, *ordinis S. Augustini*, sed, *Fratres prædicti ordinis S. Augustini*. Prædictus autem ordo S. Augustini hic erat; *Religio cuius professores vocati Eremitæ Fr. Ioannis Boni ordinis S. Augustini*. Atq; adeò ex hoc testimonio nõ colligitur appellare Ianbonitas absolutè, *ordinis S. Augustini*; & multò minùs, eos solos, vt statim aduertimus. Addo. Quamuis non dicerentur,

Fratres

Fratres prædicti ordinis S. Augustinij sed absolutè, *Fratres ordinis S. Augustini*, non sequeretur Eremitas F. Ioannis Boni esse simpliciter, & absolutè Eremitas S. Augustini, ita vt præter illos nulli alij essent, qui dicerentur absolutè Eremitæ S. Augustini. Et ratio huius est: Quia sequentia referũtur semper ad præcedẽtia, breuitatisq; causa omittitur quandoq; aliqua pars tituli, & denominationis in discursu priuilegij. Vnde Pontifices in suis bullis loquentes cum Eremitis, vel de Eremitis S. Augustini, passim titulum abbreuiant in titulum ordinis Eremitarum. Ita Bonifacius IX. bulla data 8. Nouembris anno 2. Pontificatus, quæ extat inter nostra priuilegia fol. 15. pag. 2. cuius Initium est. *In sinu sedis Apostolicæ*. Et Vrbanus IIII. in alia bulla in fauorem Guillelmitarum data anno 1263. cuius meminit Marquez, [a] id enim fit breuitatis causa, etiam si titulus ille absolutè, & simpliciter conueniret, siuè non conueniret. Sic ergo licèt in discursu bullæ Iãbonitæ appellarẽtur, *Fratres ordinis S. Aug.* nõ sequeretur illos esse absolutè, & simpliciter tales. Id .n. factũ esset breuitatis causa; & subsequẽtia referẽda essẽt ad pcedẽtia.

a cap. 7. §. 2. pag. 105.

527 Secundò.

Sed adhuc, licèt daremus inde sequi, eos esse Eremitas S. Augustini absolute, & simpliciter, non tamen sequeretur eos solos esse tales. Insto rem hanc manifestissimis exemplis, ab ipso Pennoto acceptis. Ipse enim refert [b] literas Eugenij IIII. datas Bononiæ 8. Cal. Septembris anno 1436. in quibus vnit conuentum S. Ioannis in Viridaria Paduanum Canonicis Regularibus de congregatione, siuè societate S. Mariæ de Frisonaria ordinis S. Augustini, Lucanensis diœcesis nuncupatis; & tamen in fine priuilegij sic ait. *Et de illis iuxtà ordinis S. Augustini statuta, & laudabilem monasterij prædicti consuetudinem posse disponere*, &c. & [c] affert alias literas eiusdem Eugenij IV. datas Florentiæ 3. idus Februarij anno 1439. in quibus monasterium S. Bartholomæi ordinis S. Benedicti, Fesulanæ diœcesis, vnit Canonicis de congregatione B. Mariæ de Frisonaria ordinis S. Augustini. Ibi. *Nec non S. Augustini ordinem huiusmodi plenariè instituimus*, &c. & [d] adducit priuilegium Pauli II. datum Romæ 4. Nonas Ianuarij anno 1467. Ibi. *Sanè pro parte dilectorum filiorum Philippi de Zobolis Abbatis monasterij S. Prosperi extra Regium, & Rectoris Generalis, ac vniuersorum Canonicorum congregationis S. Ioannis Lateranensis, S. Benedicti, & S. Augustini ordinum nobis nuper exhibita petitio continebat*, &c. & infra. *Ac in eo præfatum ordinem S. Augustini, & regularem obseruantiam instituatis*. Et [e] infert bullam Sixti IIII. datam Romæ 17. Cal. Februarij anno 1475. Ibi. *Canonici congregationis Lateranensis ordinis S. Augustini*, &c. & infra. *Iuxtà illius ritus, & consuetudines ac regularia instituta dicti ordinis S. Aug.* Demꝰ in his omnibꝰ bullis cõgregationẽ Lateranensẽ nõ tantũ appellari ordinẽ Canonicorũ S. Aug. sed et absolutè, & simpliciter nũcupari ordinẽ S. August. nũquid ex hoc inferet Pennotus solam congregationem Lateranensem esse absolutè & simpliciter, ordinem S. Augustini; & à gloria huius tituli excluder congregationem S. Ruffi, S. Crucis Conimbricensis, S. Victoris Parisiensis, & alias? Credo quòd non sibi soli, & suæ congregationi eam gloriam arrogabit. Quare ergo nõ dicetur in nostro casu, quòd licèt congregatio Iambonitarũ diceretur absolutè, ordo Eremitarum S. Augustini, non inde inferretur quòd ea sola esset talis?

b lib. 3. cap. 18. pag. 619.

c lib. 3. cap. 19. pag. 633.

d cap. 30. pag. 683.

e cap. 32. pag. 698.

528 Solutio 2. secundæ probationis eiusdem assecti.

Ad secundam probationem respõdeo plura. Primum est. Ea bulla Alexandri IV. data est 8. Cal. Iulij anno 1256. quãdo iam vnio facta erat; & Iambonitæ in Eremitas S. Augustini absolutè, & simpliciter nuncupatos transierant. Vnde potuisset Pontifex eos sic appellare; non quia tales tunc fuissent, quando apparuerunt in partibus Lombardiæ; sed quia tales tunc erant, quando Pontifex loquebatur; qua ratione dicimus Goliam occisum fuisse à Rege Dauide; non quia Rex esset quando illum occidit; sed quia postea fuit Rex. Secundum est. Pontifex non ait de Iambonitis, *cuius professores vocati Eremitæ ordinis S. Augustini*; sed sic, *cuius professores vocati Eremitæ, ordinis S. Augustini*. Et hoc conuenit tam cum relatione Gregorij IX. qui dixerat, *cuius professores vocati Eremitæ F. Ioannis Boni, ordinis S. Augustini*; quam cum ipsa bulla Alexandri IV. quæ infra distinguit ordinẽ Eremitarum S. Augustini absolutè dictum à congregatione Eremitarum B. Ioannis Boni. Ibi. *Cùm autem dilectus frater noster Ricardus S. Angeli Diaconus Cardinalis vniuersas domos, & congregationes Eremitarum prædictorum*, (loquitur ergo de Eremitis iam vnitis; aliàs vera non essent quæ subdit.) *quarum quædam S. Augustini, quædam S. Guillelmi, nonnulla autem F. Ioannis Boni*, (ecce distin-

Secundò.

distinguit congregationem B. Ioannis Boni, ab ordine S. Augustini absolutè, & simpliciter nuncupato) *aliqua de Fabali, aliqua verò de Bictrinis censebantur, in vnam ordinis Eremitarũ S. Augustini professionem, & regularem obseruantiam perpetuò de mandato nostro duxerit vniendas*, &c. Tertium est. Licet Pontifex sic dixisset, *vocati Eremitæ ordinis S. Augustini*; quod tamen nec dixit, nec dicere potuit, ne sibi ipsi, & Gregorio IX. esset contrarius; adhuc tamen non sequeretur solam cõgregationem Eremitarũ S. Ioannis Boni esse eam, quæ tunc temporis appellaretur absolutè, *Eremitarum S. Augustini*; Constat manifestè ex dictis §. præc. congregationem Eremitarum Thusciæ fuisse simpliciter, & absolutè appellatam, Eremitarũ S. Augustini; & etat distincta cõgregatio à congregatione Eremitarum B. Ioannis Boni, vt & ipse Pennotus cõtendit a, & nos demonstrauimus supra, §. 2.

Tertia.

a lib. 1. cap. 45 nu. 2. pag. 145.

529 Reijcitur secundum assertum.

Ad secundum assertum respõdeo falsissimum esse, ordinem Eremitarum S. Augustini nũcupatorum circa tempora Gregorij IX. & Alexandri IV. primitùs videri cæpisse, vt euidenter conuicimus supra difficultate 2. ferè per totam; & ad id conuincendum, & persuadendum viro docto, Catholico, & religioso satis esse deberet testimonium concilij Lugdunensis anno 1274. celebrati, cuius verba referuntur in Cap. *Religionum*, de religiosis domibus, in 6. ibi. *Caterum Eremitarum S. Augustini, & Carmelitarum ordines, quorum institutio dictum concilium generale præcessit, in solido statu volumus permanere.* Hec ait Concilium, illa Pennotus. Affirmat concilium, negat Pennotus. Cui magis credendum?

530 Solutio primæ probationis eiusdem assertionis.

Ad primã verò Pennoti probationem in oppositum dico plura. Primum est. Alexander IV. non loquitur de ordine Eremitarum S. Augustini absolutè dicto neq; secundùm se totum; sed tantùm de cõgregatione Eremitarum B. Ioãnis Boni; loquitur enim de eisdem Eremitis, de quibus Greg. IX. in bulla data Later. IX. Cal. Aprilis anno 14. Pontificatus, atq; adeò Christi 1240. vbi sic ait. *Religio, cuius professores vocati Eremitæ F. Ioanis Boni, ordinis S. Augustini*, &c. Secundum est. Alexander IV. sicut, & Gregorius IX. non loquuntur de exortu cõgregationis B. Ioannis Boni, sed de eius apparitione in partibus Lõbardiæ, quæ contigisse videtur sub Greg. IX. qui in bulla citata sic inquit. *Dudum apparuit in partibus Lombardiæ religio, cuius professores*, &c. Tertiũ est. Eremitæ F. Ioannis Boni, qui sub Greg. IX. fortassis apparuerunt in partibus Lõbardiæ, exorti fuerant in Flaminia, & Romaniola sub Innoc. III. ad annum 1201. vel antea; vt deduximus supra in responsionibus ad numeros parraphi 2.

Secunda.

Tertia.

531 Solutio secundæ probationis eiusdem. b §. præc. versiculo *Ex his ad primã probationẽ Pennotis*.

Ad secundam probationem huius asserti respondeo etiam distare à veritate, quòd ante Gregorium IX. nullus sit author idoneus, qui fateatur se huiusmodi Eremitas vidisse. Sunt enim tam hi, quos retulimus b; quam alij, quos infra fortè recensebimus retexentes breuem continuationem ordinis Eremitarum ab Augustino fundatore vsq; ad annum 1256. sed quamuis hi omnes deessẽt; satis idoneus author deberet esse Pẽnoto concilium Lugdunense an. 1274. celebratum, quod affirmat institutionem ordinis Eremitarum S. Augustini præcessisse concilium generale, scilicet, Lateranense sub Innocentio III. anno 1215. & Sũmi Pontifices, qui asserunt ordinem hunc Eremitarum S. Augustini ab ipso Augustino fuisse institutũ. Si neq; concilia, neq; Põtifices sunt author idoneus, quis erit?

532 Reijcitur tertium assertum.

Ad tertium assertum respõdeo ex dictis §. præc. Pontifices in bullis, quæ de vnione agunt, assignare quinq; congregationes, non solo nomine, sed re ipsa distinctas. Quod autem addit Pontifex, *apud homines ambiguis interdum nuncupationibus vacillasse*, de ipsis quinq; congregationibus, siuè aliquibus illarũ intelligendum est. Congregatio enim de Bictrinis aliquando appellabatur, *Eremitarum de Bictrinis*; aliquando, *maioris partis Eremitarum Marchia Anconitana*, vt constat ex varijs bullis, quas Vvadingus refert c quarum, & nos supra meminimus. Congregatio etiam Eremitarum B. Ioannis Boni; vt habetur ex bulla Gregorij IX. & ex Decreto Card. Guillelmi de Flisco sæpe citatis, aliquando vocabatur, *Fratrum Eremitarum F. Ioannis Boni, ordinis S. Augustini*; aliquando Eremitarũ S. Mariæ de Cesena aliquãdo *Eremitarum Ioannis Boni*; & tandem, absolutè & sinè addito, *ordo Eremitarum*. Et fortè idem contigit in alijs congregationibus. Ex hoc ergo capite optimè dixit Pontifex de prædictis congregationibus, quod apud homines interdum ambiguis nuncupationibus vacillabant.

c §. 4. num 8. pag. 47. & num. 10. pag. 49. & & nu. 14. pag. 53.

533 Ad quartum assertũ respondeo etiam ex di-

Reijcitur quarta Pennoti assertio, & diluitur prima probatio primò.

ex dictis, præfatas congregationes re ipsa fuisse distinctas. Et ad primam probationem in oppositum; asserendum est congregationes Eremitarum S. Augustini, & Eremitarum B. Ioannis Boni fuisse omninò distinctas; merumq; figmentum esse, quòd congregatio Eremitarum F. Ioannis Boni postea à Gregorio IX. titulo D. Augustini donata fuerit, & inaniùs est asserere: id constare ex bulla Greg. IX. & Alexandri IV. quoniam Gregorius IX. sic ait. *Cuius professores vocati Eremitæ F. Ioannis Boni, ordinis S. Augustini, &c.* In quibus verbis duo sunt manifesta. Primũ est luce clariùs. Nempe, quod Gregorius nõ dat eis titulum, sed supponit eos sic vocari; ait enim. *Cuius professores vocati, &c.* & in decreto Card. Guillelmi sic habetur. *Qui cùm iam vocarentur fratres Eremitæ Ioannis Boni, ordinis S. Augustini, &c.*

Secundò.

Secundum est, Eos non fuisse vocatos absolutè, *ordinis S. Augustini*; sed, *Fratres Eremitas F. Ioannis Boni, ordinis S. Augustini.* Alexander IV. refert casum, de quo Gregorius, & Guillelmus egerant, atq; adeò in eodem sensu debet loqui, ne inter se dissentiant.

534 *Reijcitur, quod additur in dicta probatione*

Id autem quod Pennotus addit, nempe euidenter cõstare ex litteris Innocentij Papæ IV. Eremitas B. Ioannis Boni à seipsis per decretum in capitulo generali editum, sibi ipsis assumpsisse titulum Eremitarum S. Augustini, ad hominem, & ad rem conuincitur esse falsum. Ad rem: quia in toto decreto Card. Guillelmi, (quod extat apud Pennotũ [a], & apud Marquez [b] & nos etiam illud adduximus supra) vel in Bullis Gregorij IX. aut Alexandri IV. nihil tale, imò neq; vestigium illius inuenitur. Ad hominem verò. quia ipse Pennotus [c] sic ait. *Quæ priùs F. Ioannis Boni dicebatur, postea à Gregorio IX.* (non ergo à se ipsis in decreto capituli generalis) *titulo D. Augustini donata, cæpit congregatio D. Augustini nuncupari, vt ex dictis bullis Gregorij IX. & Alexandri IV. colligitur, & ex alijs infra dicendis.* Quomodò ergò stabit congregationem Ioannis Boni ex donatione Gregorij IX. accepisse titulũ B. Augustini, & ex tunc nuncupari cæpisse congregationem D. Augustini; & ex alia parte eamdem congregationem non à Gregorio IX. sed à se ipsis ex decreto capituli generalis assumpsisse titulum S. Augustini? Sanè, exorbitans est potentia, quæ passim efficit duas contradictorias esse simul veras. Addo. Congregatio B. Ioannis Boni, neq; à Gregorio IX. neq; à se ipsa accepit titulũ Eremitarum D. Augustini absolutè, & simpliciter; titulum verò Eremitarum F. Ioannis Boni, ordinis S. Augustini habuit ab Innocentio III. & à populo. A populo; quia incepit eos vocare Eremitas F. Ioannis Boni; ab Innocentio III. quia confirmauit illis regulam, & ordinem S. Augustini eo tempore, quo appellabantur, Fratres Eremitæ B. Mariæ de Cesena.

Primò ad rem.

a lib. 1. cap. 47 nu. 1. pag. 150.
b cap. 13. §. 17 pag. 241.

Secundò ad hominem.
c lib. 1. cap. 25. nu. 4. pag. 78.

535 *Soluitur secunda probatio assertu*

Ad secundam Pennoti pro quarto asserto probationem dicimus; verum non esse, congregationem de Bictrinis, & B. Ioannis Boni non fuisse re ipsa diuersas. Id quòd ostendimus §. præc. Licèt enim fortassis videantur à principio originem habuisse à B. Ioanne Bono; tamen postea in diuersas sub diuersis Prioribus generalibus congregationes abierunt. Sed ait Pennotus Venerandos Eremitas id negare non posse. Fallitur Pennotus. Negant id, & negabunt, vno excepto Card. Aegidio Viterbiensi, qui cõgregationem Bictrinensem, cum congregatione B. Ioannis Boni incautè cõfudit, & præ omnibus Marquez, quem præsertim id negare non posse testatur Pennotus, negauit non semel [d].

d cap. 3. § 2. pag. 22. & c. 42 § 2. pag. 2..
cap. 24 § 8. pag. 270.

536 *Instantia Pennoti.*

Sed instat Pennotus; quia totum fundamentum, quo nituntur Iordanus de Saxonia, Bergomensis, Aegidius Cardinalis, Marquez, & alij ad suadendũ monachatum Augustinianum S. Francisci, est; quia professus est vitam Eremiticam per manum F. Ioannis Boni in monasterio de Bictrinis. Sed bone Deus, quam longè hoc à veritate distat! Minùs aberrauit R. P. Vvadingus [e] asserens monachatus Augustiniani S. Francisci assertores inter se nõ cohærere de loco tirocinij, aut suscepti instituti. Hinc videas Pennotum, & Vvadingũ vniri contra nos, sed dissidere inter se. Vvadingus & minùs falsè, refert authores nostros nõ cohærere, in assignando loco tirocinij, aut instituti suscepti. Pennotus tanquam rem per se notam tradit Eremitas vnanimiter conspirare in assignãdo monasterio Bictrinensi pro loco tirocinij. Quãtùm autem fallatur Pennotus, constabit referendo testimonia authorum, quos ipse citabit, nempe Iordani, Bergomensis, Aegidij, & Marquez.

Infringitur.
e § 3. num. 10. pag. 14.

537 *Refertur primũ testimonium ad conuincendũ Pennotum.*

Iordanus igitur [f] sic habet. *Erat quidem frater magnæ sanctitatis, vt & nemini Ioannes Bonus, qui primo apud Budriolum*

Cesena-

f lib. 1. vitas fratrũ cap 8. pag. 16.

Cesenatensis diœcesis domunculam quandam de consensu diœcesani construxit, & ibi vitam Eremiticam in arctissima pœnitentia duxit. Cuius fama conuersationis eius per loca vltima crebesceret, plurimi ad eum conuersi sunt, inter quos fuit B. Franciscus, qui ordinis postea Fratrum Minorum fundator fuit, &c. videat lector, an Iordanus meminerit monasterii de Brittinis Pensauriensis diœcesis, vel potiùs monasterij de Budriolo Cesenatensis diœcesis.

538 Refertur secundum. Bergomensis sæpe meminit monachatus Augustiniani S. Francisci. At in toto suo opere ferè nec verbum habet de conuentu Brittinensi. Habeo supplementum supplementi Italica lingua editum Venetijs anno 1553. per Bartholomæum dictum Imperatorem, & Franciscum generum. In eo Bergomensis meminit prædicti monachatus anno 398. a & anno 1199. b & anno 1209. c & anno 1224. d & in nullo horum locorum de monasterio Brittinensi vel vnum verbū habet; neq; determinauit conuentum, in quo B. Franciscus professionem emiserit sub regula Augustini. Scio tamen Bergomensem in editione anni 1486. e meminisse conuentus Brittinensis, dum agit de vnione generali in hæc verba. *alij à loco de Brittijs sic reformati cognominari vo luerunt*. Vide, vtrum Bergomensis conspiret in assignando monasterio Brittinensi pro loco tirocinij S. Francisci.

a fol. 170. pagin 2. b fol. 219. pagin. 2. c fol. 221. pag. 21. d fol. 223. pagin 1. e lib. 9. fol. 175

539 Refertur tertium. Cardinalis Aegidius de Viterbio habet hæc verba, citata a Marquez, g & trāscripta à Pennoto. h *Hoc tempore Ioannes Bonus Mantuanus, &c. vt velut à Guillelmo Guillelmita, ita à Ioanne Bono Iambonita; & à loco, quem incolebant, Brittinenses nominati sint. Habeo authores, qui scribant huius viri sanctitate, & fama illectum Franciscum Assisium magni ordinis Minorum authorem, habitum induisse, baculum gestasse, Eremitam egisse, ligneis calceis vsum esse. Quam rem nec Vincentius quid inscriptor historiarum accuratissimus inficiatur. Argumento sunt, quòd Mantua chirographum quandoq; lectum aiunt, quòd in Ioannis Boni manu professus ordinem sit. Namq; is color, quo posteri eius vsi sunt, adhuc hodie Berettinus vocatur, à Brittinis loco non procul à Pisauro quem Ioannes Bonus incoluerat.* Hæc ille. In his autem, licèt confundat congregationem Iambonitarum, & Brittinensium, nihil exprimit de conuentu, in quo B. Franciscus professionem emisit: Potuisset enim congregatio illa dici Brittinēsis à loco de Brittinis, & color habitus Berettinus, & nihilominùs B. Franciscus professionem emittere sub habitu eiusdem coloris in alio conuentu eiusdem congregationis. Potuisset quidem. Quomodò ergo conspirat Cardinalis in assignando monasterio Brittinensi pro loco suscepti monachatus?

f in lib. 20. sæculorum cap. 23 §. 18. g cap 21. § 6. pag 367. h lib. 1. cap. 21 nu. 4. pag 71.

540 Refertur quartum. Vnus restat M. Marquez, qui iuxtà fidelem allegationem Pennoti conspirat in asserendo B. Franciscum professum fuisse in manibus F. Ioannis Boni in monasterio Brittinensi prope Pensaurum. Fateor ingenuè, ignoro prorsus qua fronte vir doctus, & religiosus tam parùm fideliter referat authorū testimonia; quasi nullus futurus esset qui legeret. Audiat lector verba M. Marquez, & iudicet verū tradiderit professionem à B. Francisco emissam in conuentu Brittinensi. Dum enim i ex professo disputat, quæ opinio sequenda sit de monasterio, in quo authores assignant nouitiatum S. Francisci; nec verbum habet de cœnobio Brittinēsi; & loquitur in hunc modum. *Habeo proprium* (rudis quidem translatio, sed plena, sed vera.) *Quòd quantum ad conuentum, in quo S. Franciscus habitum assumpsit, sequendus est B. Iordanus, qui ait fuisse Cesenatensem, sub disciplina S. Ioannis Boni.* Et tamen Pennotus vult à Iordano, Bergomensi, Aegidio, & Marquez conuentum Brittinensem fuisse assignatum pro tirocinio S. Francisci; idque tradi tanquam totum fundamentum, cui innititur monachatus Augustinianus S. Francisci. Respondemus ergo tantùm abesse à veritate, quòd authores nostri in id vnum conspirauerint, & hoc sit totum fundamētum ad asserendum monachatum Augustinianum S. Francisci, quòd nullus author quem viderim, vidi autem plurimos, exprimit B. Franciscum in conuentu Brittinensi professum fuisse; quamuis plures sint, qui eius monachatum Augustinianum tradiderunt.

i cap. 26 § 4. pag 432.

541 Soluitur tertia. Ad secundam Pennoti pro quartò asserto probationem respondeo iuxtà dicta §. præc. congregationem de Fabali esse re ipsa distinctam ab alijs quatuor cōgregationibus enumeratis in bulla vnionis, tanquam membrum, licèt obedientiæ distinctæ, ordinis S. Guillelmi; sub cuius regula militabat.

542 Refellitur prima illatio quinti asserti. Ad quintum assertum dicimus primam illationem falsam esse; quia supponit principia falsa. Asserimus enim iuxtà dicta §. præced. Pontifices in bullis,

quæ

quæ agunt de vnione, assignasse quinq; ordines, vel congregationes re ipsa diuersas, nempe Eremitarum S. Augustini, S. Guillelmi, F. Ioannis Boni, de Brittinis, & de Fabali. Nomine autem ordinis Eremitarum S. Augustini comprehenderunt congregationem Eremitarum Thusciæ, quam Innocentius IV. vel vnierat ordini Eremitarum S. Augustini habenti proprios generales; vel illam de nouo erexerat, non ex varijs Eremitis incerti habitus, & regulæ, vt perperam ait D. Pennotus; sed ex Eremitis religiosis sub regula D. Benedicti, & S. Augustini, & fortè alterius Sancti viuentibus, vt probauimus supra puncto 2. difficultate 1.

543 Reijcitur secunda. Ex his facilis est responsio ad alias illationes Pennoti. Ad secundam enim dicendum est Cardinalem Ricardum fuisse protectorem congregationis Eremitarum Thusciæ, quæ comprehendebatur sub ordine Eremitarum S. Augustini absolutè, & simpliciter; vel quia vnita fuit congregationi Eremitarum S. Augustini iam præexistenti; vel quia, licèt de nouo fuerit erecta ab Innocentio IV. tamen fuit erecta ex conuentibus, quorum aliqui erant ordinis Eremitarum S. Augustini absolutè dicti, in quorum religionē voluit summus Pontifex quòd alij conuentus diuersæ regulæ, v. g. S. Benedicti transirent.

544 Reijcitur tertia. Ad tertiam illationem asserimus iuxtà ea, quæ difficultate 1. latè probauimus ante vnionem Eremitarum Thusciæ ab Innocentio IV. factam præcessisse in Thuscia conuentus Eremitarum (exceptis etiam Guillelmitis, qui simpliciter appellabantur, Fratres. siuè Eremitæ S. Guillelmi.) Viuentium sub regula Augustini, qui absolutè dicebantur ordinis Eremitarum S. Augustini.

545 Reijcitur quarta. Ad quartam illationem dicimus Eremitas Thusciæ non ideò præcisè dictos absolutè Eremitas S. Augustini, quia ex concessione Pontificis tales dici obtinuerant; sed quia ex institutione Augustini tales erant, quatenùs vel vniti fuerant ordini Eremitarū ab Augustino instituto, & iā habenti proprios generales; vel quia licèt de nouo redacti essent in nouā congregationem, id tamen factum fuerat reducendo Eremitas aliquos ordinis S. Benedicti, siuè alterius ad ordinem Eremitarum S. Augustini iam præexistentem in aliquibus conuentibus Thusciæ, viuentibus tamen absq; communi capite Priore Generali, sub obedientijs Priorum conuentualium. Adde. Nescio quo pacto hæc illatio Pennoti defendi securè possit cùm tam manifestè contradicat pluribus priuilegijs Apostolicis, in quibus Summi Pontifices tam expressè tradunt huius ordinis Eremitarū S. Augustini, qui nunc extat, Augustinum fuisse fundatorem, & institutorem. Ita loquuntur Pontifices, aliter loquitur Pēnotus, eligat vnusquisque quid credat.

Ad quintam illationem fatemur Eremitas Thusciæ siuè vnitos ordini S. Augustini, qui ab anno 1110. vel circiter habuerat proprios generales, siuè constituētes nouam congregationem modò sæpè explicato, esse illos, qui habuerūt in protectorem Cardinalem Ricardum, qui postea ab Alexandro IV. datus etiam fuit protector toti ordini iam vnito. Vnde Ricardus erat protector cuiusdam congregationis, quæ comprehendebatur sub ordine Eremitarum S. Augustini absolutè, & simpliciter; non tamen quæ esset totus talis ordo Cardinalis verò Guillelmus erat protector congregationis Eremitarum S. Ioannis Boni, quæ quamuis verè esset ordinis Eremitarum S. Augustini, non tamen appellabatur talis absolutè, & simpliciter. 547 Reijcitur quinta.

Ad sextam illationem dico facillimū fuisse Pennoto scire quid factum fuisset de Cardinali Guillelmo, si voluisset consulere Onuphrium, vel Ciaconium. vterque enim Ciaconius,[a] & Onuphrius,[b] eius mortem reijciunt in annum 1256. verba Onuphrij hæc sunt. *Guillelmus de Flisco Genuensis, nepos papæ Innocētij IV. diaconus Card. S. Eustachij, obijt Romæ anno Christi 1256. Pontificatus 2. Cadauer ad S. Laurentium extra muros Vrbis sepultum est.* Eius epitaphium hoc esse tradit Ciaconius ex Nomenclatore inter epitaphia pag. 6. 547 Reijcitur sexta.

[a] de vitis, & gestis Pontificum. col. 700

[b] de Pontif. & Cardin. pag. 132.

Hic requiescit corpus Domini Guillelmi S. Eustachij Diaconi. Cardinalis, Nepotis quondam felicis recordationis Domini Innocentij papæ IV. ex progenie comitum Lauaniæ orti, cuius anima requiescat in pace.

Et in carminibus ibidem de eius morte, & in eius laudem appositis sic concluditur.

Anni sunt nati Domini super astra regentis
Quinquaginta dati, & sex cum mille ducentis.

Ad

548 Ad ſextam illationem reſpondeo cōgregationem B. Ioannis Boni re ipſa eſſe diuerſam à cōgregatione, cuius protector erat Card. Ricardus, vt conſtat euidenter ex diuerſitate Cardinalium protectorum ſub eodem tempore, & ex dictis §. præcedenti; & præterea tam congregationem B. Ioānis Boni, quàm S. Auguſtini habuiſſe certum, & determinatū habitum, quem nunc portamus; determinatum quidem quoad eſſentialia, nō quoad omnia accidentalia; quoad hæc enim, aliqua ſunt de nouo determinata à Gregorio IX. & Innocentio IV. ſicut etiam reſpectu diuerſarum religionum imò, & diuerſarum congregationum ordinis Can. Reg. S. Auguſtini determinati ſunt ſiuè ab ipſis, ſiuè à Pontificibus diuerſi habitus quoad accidentalia, manente tamen eodem habitu quoad ſubſtantialia.

549 His ſic prælibatis ad aſſerta, & illationes Pennoti, oportet nonnihil dicere circa triplicem ſententiam, quam ipſe probabilem eſſe docet, circa illud dubium, nempe, quæ eſſet congregatio, quæ abſolute nuncupabatur, Eremitarum S. Auguſtini?

550 *Aſſertio primo circa primam ſententiam.* *Improbabile eſt Congregationē D. Guilelmi eam fuiſſe, quæ ſimpliciter, & abſolutè appellabatur Eremitarum S. Auguſtini.* *Probatur primò ad hominem.*

Dico igitur. Primò, Improbabile eſt congregationem S. Guillelmi eſſe eam, quæ abſolutè, & ſimpliciter appellabatur Eremitarum S. Auguſtini. Et probatur primò ad hominem. Ipſe enim Pennotus[a] ait ex bulla Innocentij IV. data die 3. Septembris anno 1248. planè conuinci ante Alexandrum IV. ordinem Guilelmitarum militaſſe ſub regula D. Benedicti. Quis autem credat ordinem militantem ſub regula D. Benedicti eſſe eum, qui abſolutè, & ſimpliciter appellabatur, Eremitarum S. Auguſtini? *Ordo enim D. Auguſtini*, vt ipſe Pennotus[b] contra Ioſephum Mozagrugnum argumentatur, *ipſam Auguſtini regulam ſupponit*. *Secundò.* Secundò, quia nulla extat bulla, in qua termo ſit de Guillelmitis, & in qua non appellentur vel Fratres, vel Eremitæ S. Guillelmi: neque vlla dirigitur ad Eremitas S. Auguſtini abſolutè, quæ cum probabili fundamento exponi poſſit de Guillelmitis. *Tertiò.* Tertiò, quia omnes bullæ, quæ de vnione agunt, ſic habent. *Quarum quædam S. Guillelmi, quædam S. Auguſtini ordinum*, &c. Quæ verba euidenter conuincunt re ipſa diſtingui ordinem, ſiuè congregationem S. Guillelmi abſolutè appellatam, ab ea, quæ abſolutè appellabatur S. Auguſtini. Si enim ſolo nomine differrent, non appellarētur à Pontificibus ordines; ſed ordo. Quis enim dicat de vna, & eadem congregatione, quarum quædā S. Franciſci, quædam Minorum ordinum, &c. ex eo ſolo, quòd ordo S. Franciſci, & ordo Minorum nomine differant? Ex hoc conuicta manet inutilis euaſio Pennoti *Occluditur Euaſio.* aſſerentis reſponderi poſſe cōgregationem appellatam S. Guillelmi, & appellatam S. Auguſtini, eſſe vnam, & eamdem: ſicut & eadem erat congregatio S. Ioannis Boni, & Bictrinenſium. Conſtat enim vtrumq; eſſe falſum. Diſtinguebantur enim re ipſa congregatio Iābonitarum, & Bictrinenſium; & multò clariùs diſtinguebantur re ipſa ordines, ſiuè congregationes Eremitarum S. Auguſtini, & S. Guillelmi.

551 *Aſſertio Pennoti.* Sed ait Pēnotus eam fuiſſe ſentētiam omnium antiquorum de hac re ſcribētium, v. g. Naucleri, authoris Faſciculi temporum, Volaterrani, Bergomenſis in illam inclinantis, & nouiſſimè Card. Belarmini. Sic loquitur Pennotus[c] & tamē idem ipſe[d] de eiſdem Guillelmitis agēs, hæc habet. *Contradictio eiuſdem.* *Omnes, qui de illorum primaria inſtitutione ſcripſerunt, exceptis Eremitis Auguſtinenſibus, quibus in propria cauſa credere non cogimur; illos vel ſinè certa regula, vel ſub regula D. Benedicti à principio fundatos affirmant.* Quomodò hæc cohærere poſſint nō noui; ſi enim antiquiores, & inter eos Nauclerus, Faſciculus temporum, Volaterranus, & Belarminus ſcribunt ordinem S. Guillelmi eſſe eum; qui appellabatur ordo Eremitarum S. Auguſtini; quomodò omnes, exceptis Auguſtinenſibus, tradunt Guillelmitas, vel ſinè certa regula, vel ſub regula D. Benedicti à principio fundatos? Nemo enim dicet ordinem abſolutè appellatum Eremitarum S. Auguſtini ſub eo titulo, & ſinè certa regula, aut ſub regula D. Benedicti fundatum. Sed non eſt noſtrū diſcordia redigere in cōcordiam, inſpiciamus illam omnium antiquorum concordem ſentētiam, ſi fortè claſum eſſe, & phantaſma ementitum inueniamus. Et in primis, excipio Volaterranum, quem ad manum non habui. Deinde, antiquior authorum, quos citauit Pennotus, vixit circa an. 1480. ſcrutemur, ergo quid ſenſerint. Nauclerus, cuius verba retulimus[e] (quidquid ſit de veritate eorum, quæ aſſerit.) potiùs prodeſt quàm obeſt. *Referuntur verba Naucleri.* Sic enim inter alia ait[f] ſub anno 1215.

Ordo

[a] lib. 1. cap 46 num. 3. pag. 347.
[b] lib. 2. cap. 47 num. 8. pag. 454.
[c] lib. 1. cap. 48 à pag. 56.
[d] ibidem pag. 160.
[e] punc. 1. diff. cul 2. §. 2. verſiculo Iacobus Nauclerus.
[f] generatione 41. fol. 213.

Ordo quoq; Eremitarum à quodam Guillelmo Eremita, viro sancto, & Aquitaniæ Duce, ac Comite Pictauensi, nuper anno Domini 1157. licèt institutus, sub Innocentio tamen, & Honorio sub titulo Fratrum Eremitarum S. Augustini, & appellari, & nominari iussus est, & confirmatus. Nam prædictus Guillelmus à B. Bernardo sufficienter edoctus, ordinis sui calamitatem, religionisq; feruorem penè extinctum considerans, animum ad instaurandum eú adiecit; in breuiq; conualescens ex multitudine religiosorum, & monasteriorum meliorē faciem ordini D. Augustini per Gallias dedit. Quare hunc ordinis conditorem appellant, ac Guilelmita vulgo per Gallias nominantur. Et infrà. *Verùm cùm Guillelmitarum titulus in Gallijs, vsq; ad Innocentij tempora perdurasset, mandante eo, posthabita eius denominatione, & omnibus S. Augustini Eremitis ad ciuitates vbiq; accersitis, Innocentius, & eius successores omnes, sub vno titulo Eremitarum, vt dictum est, appellari voluit, & præcepit.*

552 *Circa testimonium Naucleri aduertuntur nonnulla, & nō obesse mō strantur. Primum.* Circa quod testimonium aduerte. Primò, sententiam Naucleri hanc esse D. Guillelmus assumpsit ordinem Eremitarum S. Augustini; & cū videret ordinem penè extinctum, nouam illius reformationem instituit; quæ iam non Augustinensium ab Augustino, sed Guillelmitarum à Guillelmo incæpit appellari. Hæc appellatio durauit vsq; ad tempora Innocentij III qui iussit, vt deinceps non Guillelmitarum, sed Eremitarum S. Augustini diceretur. *Secundum.* Aduerte secūdò decipi Nauclerum in eo, quòd ait; denominationem Guillelmitarum cessasse, sub Innocentio III. præcepta appellatione Eremitarum S. Augustini. Constat enim titulum Guillelmitarum durasse vsq; ad vnionem Innocentij IV. qui vniuit Eremitas Thusciæ, *exceptis fratribus S. Guilmi;* quin imò, & vsq; ad Alexandrum IV. qui in bulla vnionis affirmat: tunc temporis quasdam ex domibus, seu congregationibus vnitis appellari Sancti Guillelmi, & quasdam S. Augustini ordinum. Naucleri deceptio, vel error impressoris colligitur ex eo, quòd desūpsit ferè ipsa verba ex Bergomensi fol. 227. anno 1157. Bergomensis autem, licèt in eo etiam fallatur, sic habet. *Hic siquidem titulus Guillelmitarum in Gallijs vsque ad Innocentij IV. Pontificis tempora perseuerauit. Verùm eo mandante, post habita eius denominatione, & omnibus D. P. Augustini Eremitis ad ciuitates vbique accersitis, idem Pontifex Innocentius, & successores omnes, sub vno titulo Eremitarum S. Augustini appellari voluit, atq; præcepit.* Aduerte tertiò Nauclerum non asserere totum ordinem Eremitarum S. Augustini subijsse denominationem Guillelmitarum, sed tātùm in Gallijs. In quo etiam videtur falli, cùm an. 1248. extaret in diæcesi Lingoniensi conuentus Vallis S. Guillelmi Eremitarū ordinis S. Augustini. *Tertium.* Vnde duo sequuntur. [b] Primum est. Quòd monasteria, quæ in Gallijs, vsq; ad Innocentium III. (imò & IV.) appellarentur ordinis Eremitarum S. Augustini; non essent ordinis S. Guillelmi, cuius monasteria appellabantur Guillelmitarum. Secundum est: Quòd extra Galliam ordo Eremitarum S. Augustini nō appellabatur Guillelmitarum. Atq; adeò nomine ordinis Eremitarum S. Augustini, cuius plura monasteria per ea tēpora, & ante Innoc. III reperiebantur extra Galliam, non erant Guillelmitarum. Aduerte quartò ex sententia Naucleri ad summum sequi, quòd à tempore Innocentij III. (nō verò ante) ordo Eremitarum S. Guillelmi comprehendebatur sub ordine Eremitarum S. Augustini absolutè dicto. *Quartum.* Hoc autem, licèt falsum sit, admittit tamē alias etiam congregationes comprehēdi sub nomine ordinis Eremitarum S. Augustini absolutè dicti.

553 *Author Fasciculi tēporum nihil nocere ostenditur.* Author Fasciculi temporum nihil nocet, vt ostendimus in responsione ad nu. 9. parraphi 2. loquitur enim de ordine Guillelmitarum, non de ordine Eremitarum S. Augustini sic absolutè dicto. Bergomensis longè abest ab eo, quòd illi imponit Penotus. Quāuis enim doceat ordinem Guillelmitarum fuisse, etiam ordinem D. Augustini; quia propagatus fuit ex Eremitis ab Augustino institutis, sub habitu, & regula D. Augustini; non tamē docet ordinem, siuè congregationem, quæ appellabatur Guillelmitarum, esse eamdem cum congregatione, quæ absolutè, & simpliciter dicebatur Eremitarum S. Augustini. Alium est enim, verè & propriè esse ordinis S. Augustini; & aliud, dici absolutè, & simpliciter ordinis S. Augustini: sicut aliud est, esse verè, & propriè ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini; & aliud, absolutè & simpliciter dici ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini. Præmonstratenses verè, & propriè sūt Canonici Regulares S. Augustini; cæterùm absolutè & simpliciter non appellantur Canonici

Regulares S. Augustini, sed Præmonstratentes. Sic ergo Guillelmitæ verè, & propriè erant ordinis Eremitarum S. Augustini; & hoc tradit Bergomensis. Tamen absolutè & simpliciter non dicebantur Augustinenses, sed Guillelmitæ: vt asserit ipse Bergomensis. Sed ad maiorem rei claritatem referamus eius verba in editione anni 1486. lib. 9. fol. 175. ibi. *Quamobrem eum religio ipsa non patrem; sed etiam religionis conductorem appellauit; & de cætero ad perpetuam sui memoriam ordinis Fratres, non Eremitas S. Augustini; sed Guillelmitas vulgo in Gallijs appellare consueuit* (ordo ergo, seu congregatio absolutè tunc dicta Eremitarum S. Augustini diuersa erat à congregatione Guillelmitarum. Et infra de B. Ioanne Bono loquens, sic ait. *Eam item ob rem, & in Flaminia, & Umbria eius ordinis religiosi, non Eremitæ S. Augustini, sed Zambonitæ dicti fuerunt*. (igitur congregatio absolutè dicta Eremitarum S. Augustini, in sententia Bergomēsis distincta, etiam erat à congregatione B. Ioānis Boni.) *Sic & in Etruria, ac alijs pluribus in locis ita gestum est; cùm alij à loco de Fabali, alij de loco de Bertijs, sic reformati cognominari voluerint; quorum quilibet proprium caput, differentes constitutiones suas, eadem tamen regula, vsq; ad Innocentium IV. habuere. Quo in tempore Alexander IV.* &c.

554 Reijcitur Bellarmini sententia.

Cardinalis Belarminus magis nobis opponitur. Eius verba retulimus [a]. Tamen illa sententia omninò est improbabilis, & plura continet absurda. Sic enim inquit ad finem libri de scriptoribus ecclesiasticis sub an 1241. *Ordo Eremitarum S. Augustini ab Innocentio IV. hoc nomen accepit, cùm antea Guillelmitæ dicerentur*. In his autem verbis hęc absurda cōtinētur. Primum, quod nomē ordinis Eremitarum S. Augustini ab Innocentio IV. incæperit; cum tamen, vt ostendimus [b] multò ante fuerit in Ecclesia ordo Eremitarum S. Augustini sub hac denominatione. Secundum, quòd qui antea Guillelmitę dicebantur, ab Innoc. IV. acceperint nomē Eremitarum S. Augustini; cùm tamen Innocentius, qui præcepit Eremitis Thusciæ, vt assumerent regulam, & ordinem S. Augustini, expressè exceperit ab ea vnione, & denominatione Fratres S. Guillelmi. ibi. *Exceptis Fratribus S. Guillelmi*; & cùm postea in bulla vnionis ab Alexādro IV. fiat mentio ordinis Eremitarū S. Guillelmi. Tertium; Quòd euentum illum constituit sub an. 1241. quo anno Innocentius IV. nondum inierat Pōtificatum; fuit enim electus in Papam anno 1243. Ex his constat, quos patronos, quàm antiquos, & quā propitios habeat ea sentētia, quam Pēnotus asseruit esse omnium antiquiorum. Et certè si omnium antiquorum esset, immeritò ab illa discederet, vt nouam viam, & satis inuiam, ne dicam deuiam, & auiam, singulariter ingrederetur.

[a] pensito 1. difficul. 2. §. 1.

[b] punct. 2. difficul. 1. & 2.

Dico secundò, contra Pennotum. Secunda sententia, quam ipse docet esse verissimam, nempe congregationem Eremitarum S. Ioannis Boni esse eādem re ipsa cum ea, quæ absolutè dicebatur Eremitarum S. Augustini, falsissima est, vt patet ex dictis §. præc. Sed oportet respondere ad ea, quæ adducuntur in oppositum. Hoc autem erit facillimum, si mēte retineamus ea, quæ hucusq; dicta sunt in hac difficultate. 555

555 Secunda assertio. circa secundā sententiam

Ad argumentū igitur, quod appellat, ad rem, respondeo Gregorium IX. & Alexādrum IV. loqui de eisdem Eremitis S. Ioannis Boni; eos tamen neq; Gregorius, neq; Alexander appellat absolutè Eremitas S. Augustini. Gregorius enim eos appellauit, *Eremitas F. Ioannis Boni, ordinis S. Augustini*: & infra. *Fratres prædicti ordinis S. Augustini*. Prædictus autem ordo erat Eremitarum F. Ioannis Boni, ordinis S. Augustini. Hic autē titulus non est absolutè, & simpliciter Eremitarum S. Augustini. Alexander verò loquitur post vnionem, quando iam Zambonitæ trāsierant in Eremitas S. Augustini absolutè; & præterea non ait, eos fuisse appellatos Eremitas S. Augustini; vt sic enim contradiceret Alexander Gregorio IX. imò & Innocētio IV. approbanti decretum Cardinalis Guillelmi sæpè citatum; qui tradunt eos vocatos fuisse Eremitas F. Ioannis Boni, ordinis S. Augustini; sed sic ait, *cuius professores vocati Eremitæ, ordinis S. Augustini*. Quin & ipse Alexander in eadem bulla enumerans congregationes vnitas, expresse distinguit domos, & cōgregationem ordinis Eremitarum S. Augustini à domibus, & congregatione F. Ioannis Boni. Ecce tibi, quomodò neq; Gregorius, neq; Alexander Eremitas B. Ioannis Boni appellauit simpliciter & absolutè Eremitas S. August. & quomodò Pennoti ratio dissoluatur facilè, & clarè absq; eo quod negemus bullas Pontificum, quas negare nec nouimus, nec volumus. 556

556 Soluitur argumentum Pennoti vocatum secundū rem.

volumus. Vtinam R. D. Pennotus eas non negaret; tunc enim fateretur Augustinum esse fundatorem, & institutorem ordinis Eremitarum; sicut tradunt bullæ Ioannis XXII. Martini V. Sixti IV. Iulij II. Leonis X. Gregorij XIII. & aliorum. Vnde sequitur non tunc incæpisse ordinem Eremitarum S. Augustini, quando incępit ordo Eremitarum B. Ioannis Boni, cùm fuerint diuersæ congregationes, vt constat ex omnibus his, quæ §. præc. adduximus ad id probandum.

557 Soluitur primum ad hominem. Ad primum argumentum ad hominem respondeo iuxtà dicta ad secūdam probationem quarti asserti, versiculo, *sed instat Pennotus*, nullum esse authorem Augustinianum, quem viderim, vel aliquis author à me visus allegauerit, qui expressè tradat (Vnus Cardinalis Aegidius videtur à longe, & obscurè innuere & tamen nō sic est necessario intelligendus) repertum aliquādo chirographum, in quo legeretur B. Franciscum in manu F. Ioannis Boni in conuentu de Bictrinis professionem emisisse. Nullus expressit cōuentum de Bictrinis, Pennotus hoc illis tribuit. Ostendat quo in loco id dixerint. Sed demus argumento id verum esse; adhuc est omninò debilè, & infirmum. Fatemur enim congregationem B. Ioannis Boni verè, & propriè fuisse ordinis Eremitarum S. Augustini; sicut & diximus de ordine Guillelmitarum. Atq; adeò optimè infertur, *Fuit ordinis S. Ioannis Boni. Ergo, & ordinis B. Augustini verè, & propriè.* Cæterum negamus eam cōgregationem fuisse simpliciter, & absolutè appellatam, congregationem, seu ordinem Eremitarum S. Augustini. Sicut v.g. ordo Capucinorum verè, & propriè est ordo S. Francisci; tamen simpliciter, & absolutè loquendo non appellatur ordo S. Francisci; sed ordo Capucinorum; & de eo, qui fuisset Capucinus, rectè inferretur, fuit ordinis Capucinorum, ergo & ordinis B. Francisci verè, & propriè.

548 Soluitur secundum. Ad secundum argumētum ad hominem, fateor ingenuè Ambrosium Coriolanum, generalem Augustinensium errasse turpiter in ea relatione, cōfundēdo generalem, & protectorem cōgregationis F. Ioannis Boni, cum generali, & protectore congregationis Eremitarum S. Augustini. Id quod & nonnulli alij Coriolanum incautè sequuti fecerūt, vt optimè aduertit M. Marquez [a]. Cæterum Coriolanus adhuc non censuit congregationem B. Ioannis Boni fuisse eā, quæ absolutè appellabatur Eremitarū S. Augustini. Paulò enim post verba relata à Pennoto, sic ait de Alexandro IV. *Secundò huic ordini Fratrum Eremitarum S. Augustini subiecit, vniuit, annexit, & incorporauit etiam locis, personis, & bonis tam mobilibus, quàm stabilibus, vbicunq; per totum mundum locum haberent, omnes infrascriptas religiones, scilicet S. Guillelmi, B. Ioannis Boni,* (vide quomodò hanc congregationem distinguit ab ordine Eremitarum S. Augustini absolutè dicto, cui fuit vnita.) *ordinem de Fubalibus, de Brictinis, & Fratres de pœnitentia Iesu Christi*, &c. Censet ergo ordinem Eremitarū S. Augustini absolutè dictum & religionem S. Ioannis Boni re ipsa esse diuersas congregationes, & hanc illi realiter vnitam. Errauit igitur Coriolanus tribuendo ordini Eremitarum S. Augustini ea, quæ erant Eremitarū B. Ioannis Boni; non tamen, asserendo ordinem S. Ioannis Boni esse eum, qui absolutè dicebatur, ordo Eremitarum S. Augustini. Hoc enim negauit satis expressè, dum ordini Eremitarum S. Augustini religionem B. Ioannis Boni vnitam fuisse asseuerauit.

Ad tertium argumentū ad hominem respondeo plura. Primum est. Verissimum est id, quod M. Marquez [b] asseruit; & [c] repetijt, & confirmauit ex decreto Card. Guillelmi; nempe, in iure, & scriptoribus ecclesiasticis ordinem Eremitarum S. Augustini aliquando appellari, *ordinem Eremitarū*, sinè alio addito; idq; nulli alteri religioni cōuenire. Neq; contra hoc est, quod obijcit Pēnotus. Licèt enim Petrus Damianus, & Eremitæ Camaldulenses, & alij essent olim Eremitæ, & tales absolutè vocarētur, quod nemo negat; tamen nusquam legimus de alio ordine appellatum fuisse sinè addito, *Ordinem Eremitarum*; vel assignent aduersarij vbi, & quando alius ordo sit absolutè appellatus, *ordo Eremitarum*. Nos assignamus pro nostro ordine plura testimonia tam iuris, seu priuilegiorum Apostolicorum, quàm antiquiorum authorū, quæ sub nomine ordinis Eremitarum intelligant ordinem Eremiticū D. Augustini. Ita Abbas Ioachimus [d] citatus à Marquez [e]. Prçter testimonia autem adducta ab illo, hæc de nouo addimus. Antoninus [f] loquens de Gregorio XI. sic ait. *Oratores suos Florentiam misit. Oratores au-*

559 Soluitur tertium.

[a] cap. 13. §. 18. pag. 149. verò haulo collegesse lo sext, & §. 203. pag. 251. & 252.

[b] cap. 7. §. 2. pag. 104.

[c] cap. 13. §. 18. pag. 149.

[d] p. 4. expositionis in Apocalypsim tex 11.

[e] vbi sup. pag. 104.

[f] 3. p. Historia lit. 22. cap. 1. §. 6. fol. 127. pag. 2.

tem ipsi fuerunt, vnus ordinis Minorum, alter ordinis Eremitarum. Et[a] sub anno 1387. sic inquit. *Nouembrio subsequente Clemens Antipapa destinauit solennes oratores ex Aueniοne Florentiam. Qui honorificè suscepti sunt, quibusdam nobilibus obuiam eis egredientibus. Magistratus tamen ante audientiam eorum, vt viri timorati, voluerunt habere consilium à Venerabili Sacra pagina professore M. Aloysio Marsilio ordinis Eremitarum, peritissimo viro, & laudabilis vitæ, ac famæ eximiæ,* &c. Et[b] loquens de S. Bernardino, sic ait. *Et quāuis quædam consanguinea sua, mulier valde timorata, & Spiritualis eum alliceret ad ordinis Eremitarum ingressum, cuius illa habitum susceperat tertium, ipse tamen ad Minorum religionem spiritu inclinante instigabatur.* Et Iulius II. apud Cherubinum[c] bulla 30. data Romæ anno 1512. 4. Nonas Aprilis, Pontificatus 9. concedit Canonicis Regularibus congregationis S. Saluatoris ordinis S. Augustini omnia priuilegia concessa *alijs Canonicis Regularibus, ordinibusq; Eremitarum, Minorum, Prædicatorum, Carmelitarum, & Seruorum B. Mariæ.* &c. Et Iulio longe antiquior Vrbanus IV. apud Cherubinum[d] bulla 2. pro Lombardiæ inquisitoribus data Viterbij 13. Cal. Aprilis anno 1. Pontificatus, atq; adeò Christi 1262. sic ait. *Quibuscunq; personis, cuiuscūq; conditionis, dignitatis, vel gradus, religionis, aut ordinis, & præsertim Cistercienslum, Prædicatorum, Minorum, seu Eremitarum, siue cōmunitatibus,* &c. Et Vrbano antiquior Alexander IV. eadem verba habet bulla 22. apud Cherubinum[e] data Laterani 3. idus Decembris anno 6. Pontificatus, atq; adeò Christi 1260. Et eodem modo loquuntur plures alij Pontifices, & authores, quos longum nimis esset recensere.

[a] cap. 2. §. 14. fol. 133. pag. 1.

[b] tit. 24. cap. 1 §. 1. fol. 234. pag. 2.

[c] tomo 1. Bullarij.

[d] tomo 1. pagin. 92.

[e] to. 1. pag. 93

560 Secundum est. Denominatio ordinis Eremitarum, sinè alio addito, quæ conueniebat ordini Eremitarum S. Augustini in generali, hoc est, cuicunq; congregationi Eremitarum ex ordine S. Augustini, ita vt aliquando tantùm appellaretur, ordinis Eremitarum; postea an. 1252 ex decreto Card. Guillelmi de Flisco, nepotis Innocentij IV. & protectoris congregationis S. Ioannis Boni, ordinis S. Augustini, appropriata est eidem congregationi tanquam specialis titulus illius. Ex hoc autem tantùm sequitur quod ab an. 1252. non conueniret ille titulus toti ordini S. Augustini, vel illi congregationi, quæ absolutè appellabatur ordinis S. Augustini, tanquam specialis titulus illius; non verò sequitur quod ille titulus adhuc pro tunc, & tanquam specialis titulus non conueniret soli ordini S. Augustini, saltem in aliqua congregatione, quę licèt verè, & propriè esset Eremitarum S. Augustini, tamen absolutè, & simpliciter antea appellabatur Eremitarum Fr. Ioannis Boni.

[f] Progreditur solutio.

Ex his in forma respondeo, ante decre 561
tum Card. Guillelmi cuicunq; congregationi ordinis Eremitarum S. Augustini conuenisse titulum ordinis Eremitarum etiam sinè addito: at post illud decretum tantùm conueniebat cōgregationi S. Ioannis Boni tanquam titulus specialis; & in illa conueniebat ordini S. Augustini, quatenùs congregatio S. Ioānis Boni verè, & propriè erat ordinis S. Augustini; quamuis absolutè, & simpliciter non appellaretur talis. Nihilominùs post vnionem anni 1256. titulus ille specialiter cōuenit ordini Eremitarum S. Augustini, qui per Antonomasiam, vocatur ordo Eremitarum in iure, & in authoribus approbatis.

Applicatur ad formam.

Sed instat Pennotus; quia neque erat, 562
neq; monstratur à Marquez alia cōgregatio sub regula Augustini, quæ absolutè aliquando appellaretur ordo Eremitarū. Ad hoc tamen respondeo titulum illum assignari à Marquez ordini Eremitarum S. Augustini, antequam congregatio B. Ioannis Boni esset exorta. Ait enim[f] in Episcopali Palatio Patriarcharum Venetiarum depictos esse cum habitu Augustiniano tres patriarchas, siuè potiùs Episcopos cum his titulis. *Num. 13. Anno 917. Dominicus Dauid Venetus ordinis Eremitarum. Num. 25. anno 1132. Bonifacius Falerius Venetus, ordinis Eremitarum. Num. 41. anno 1323. Michael Carthego, ordinis Eremitarum.* Ex hoc autem satis monstrauit Marquez titulum ordinis Eremitarum absolutè, conuenisse alicui congregationi viuēti sub regula Augustini, & distinctæ à congregatione B. Ioannis Boni, quę an. 917. & 1132. nondū fuerat instituta.

Instantia.

Reijcitur.

[f] cap. 7. §. 2. pag. 105.

Ad quartum argumentum ad homi- 563
nem, dico etiam plura. Primum est. M. Marquez[g] docet in ordine S. Guillelmi non fuisse Prouinciales, benè tamen in ordine S. Augustini. At hæc non tradit, vt malè refert Pennotus, ad euincendū ordinem S. Augustini nuncupatum fuisse re ipsa distinctum ab ordine Guillelmitarum; sed vt probet vitam D. Guillelmi à Theobaldo scriptam ad Priorem

Soluitur quartum.

[g] cap. 13. §. 13 pag. 131.

Pro-

Prouincialem Franciæ, directam fuisse ad Prouincialem ordinis Eremitarum S. Augustini, non S. Guillelmi; & inde suadeat S. Guillelmum fuisse professum religionem Eremitarum S. Augustini; quandoquidem Prouincialis Fräciæ à Theobaldo petierat vt Guillelmi vitam scriberet. Secundum est. Congregatio S. Ioannis Boni non fuit prima, quę habuit Prouinciales, quantùm constare potest ex scripturis, quas Eremitæ producunt. Id autem probo dupliciter. Primò, quia M. Marquez loco allegato producit vitam D. Guillelmi ad Prouincialem Franciæ à Theodaldo Episcopo scriptam 23. annis post mortem S. Guillelmi, vt refert Marquez, a atq; adeò circa annū 1180. Quia Guillelmus obijt an. 1156. Ex hoc autem sic argumentor. Vel Prouincialis Franciæ erat ordinis Eremitarum S. Augustini nuncupati, vel S. Guillelmi. Quodcunque autem ex his admittatur, quorum vnum necessariò admittēdum est; sequitur congregationem B. Ioannis Boni, quæ anno 1180. non prodierat in lucem, non fuisse primam ex congregationibus Eremitarum vnitis ordini S. Augustini, quæ habuerit Prouinciales; sed congregationem Eremitarum S. Augustini, vel S. Guillelmi, quarum quælibet viuebat sub regula Augustini. Secundò, quia M. Marquez b producit authenticū instrumentum, in quo refertur scriptura rogata per manum Petri Ferrarij Tabellionis Era 1281. atq; adeò anno 1243. in quam consenserat. *F. Ioannes Lombardus Prior Fratrum Eremitarum S. Augustini, nomine suo, & successorum suorum, & nomine religiosi viri F. Laurentij Prioris Prouincialis ordinis supradicti, & eius Generalis . . . . nominatus nomine suo, & Fr. Paschasius de Dareta visitator dicti ordinis*, &c. Ergo cùm ex decreto Card. Guillelmi de anno 1252. constet, Iambonitas habuisse Prouinciales, & ex alio instrumento priori non constet; ex hac autem scriptura adducta à M. Marquez habeamus ordinem Fratrum Eremitarum S. Augustini etiam ab anno 1243. atq; adeò ante datas prædictarum literarum Innocentij IV. & Card. Guillelmi, (quòd minùs benè negabat Pennotus) habuisse Prouinciales; demonstratur congregationē B. Ioannis Boni non fuisse primam, quæ habuerit prouinciales, quantum constare potest ex testimonijs ab ipsis Eremitis adductis, vt malè volebat Pennotus immemor eorum, quæ à nobis pro nobis adducuntur.

Congregatio S. Ioannis Boni nō fuit prima, quæ habuit prouinciales. Probatur primò.

a cap. 13. §. 10. pag. 116.

b cap. 12. § 6. pag. 313.

564 Dico tertiò. Tertia sententia, quam refert Pennotus, ex parte nobis placet, & ex parte displicet, iuxta dicta §. præced. Placet, quatenùs docet congregationem Eremitarum Thuscię comprehendi sub nomine ordinis Eremitarum S. Augustini absolutè nuncupati. Id enim, sed nihil amplius probant fundamenta, quæ Pennotus adducit. Displicet autem, quatenùs innuit solam congregationem Eremitarum Thusciæ fuisse, quæ appellaretur absolutè ordo Eremitarum S. Augustini. Hoc enim falsum est, vt constat ex dictis in toto hoc puncto 2.

Tertia assertio.

565 Sed in fine huius longæ disputationis, occasione ordinis S. Guillelmi, & Eremitarum Thusciæ, contra Pennotum, & Vvadingum tractatæ, placuit adiungere breuem continuationem ordinis Eremitarum S. Augustini ab Augustino patre vsq; ad tempora generalis vnionis anni 1256. ommissis pluribus, quæ & antea, & postea in nullo chronico Augustiniano inueniuntur, sed in alienis scriptoribus à me reperta sunt; vt videat lector quàm benè accommodari possit Augustinianæ familię quòd de Hispania dixit Ioannes Episcopus Gerundensis. c *Cùm inter rerum maximas Hispaniæ vbertates, ait, illius præcipua à scriptoribus gesta accuratissimè perscrutaretur, tantam huiusce rei ariditas exhibuit admirationem, quod non leuem attulerit, si quomodò fieri potuit, vt inde tot viri clarissimi procedentes, Hispania tam grandia, clarissimaque gesta scripturis tradere sint obliti.* Sed respondere possumus quòd Rodericus Sācius de Areualo Episcopus Palentinus in historia Hispanica eodem tomo 1. Hispaniæ illustratæ, in prologo ad Henricum IV. Castellæ Regem. *Hispanica gēs nunquam habuit talem copiam scriptorū; quia parui ingenium sinè corpore exercebāt; & quilibet optimus vir potiùs volebat facere, quàm dicere, cupiebatque ampliùs sua benefacta laudari, quam ipse aliorum benefacta narrare.*

c in paralipomenon Hispaniæ, in principio tomi 1. Hispaniæ illustratæ impressionis Frācofurtēsis an. 1603. pag. 7.

BREVIS CONTINVATIO ORDINIS

Eremitarum ab Augustino Patre vsque ad tempora generalis vnionis anni 1256. ferè ex solo libro Magistri Marquez extracta.

566 QVòd igitur S. Augustinus primus fuit, vt Cardinalis Baronius,[a] qui monasticæ Vitæ instituta inuexit in Aphricam, eademq; seruare cœpit, alijsq; seruanda tradidit; inde accidit, vt Donatistæ putarent huiusmodi Vitæ genus ab ipso fuisse excogitatum. Respicit Cardinalis ad Verba Augustini,[b] quæ sic se habent. *Deinceps perrexit ore maledico in vituperationem monasteriorum, & Monachorum, arguens etiam me, quòd hoc genus Vitæ à me, fuerit institutũ, quod genus vitæ omninò quale sit nescit, vel potius toto Orbe notissimum nescire se fingit.*

Augusl. fuit primus qui monasticã vitam inuexit in Aphricam.

[a] tom. 4. Annal. an. 391. pag. 640.

Apud Marquez cap. 5 §. 5. pag. 63.

[b] lib. 3 contra Petilianũ cap 40.

567 *Ex hac quidem Augustini plãtatione* (prosequitur[c] Baronius) *accepti palmites longè latèq; diffusi tum in Aphrica, tum etiam in alijs plerisq; Ecclesijs Occidentis fructu vberrimo locupletaruut Ecclesiam*. Et infra. *Porrò ex eiusdem Paulini redditis ad Alypium litteris* (inter Augustinianas epistola 35.) *Illud quòq; memoria dignum compertum habetur, Monachismum in Aphrica, quem ex Italia Augustinus patrium solum repetens antè sex annos illuc primus inuexerat, iam longè, latèque fecunda fuisse propagatione diffusum, nã in fine eius Epistolæ hæc verba legũtur. Benedictos Sanctitatis tuæ Comites, & æmulatores in Domino Fratres (si dignantur) nostros tam in Ecclesiis, quàm in Monasterijs Carthagine, Thagaste, Hippone, Regio, & totis parocchijs tuis, atq; omnibus sibi cognitis per Aphricam locis Domino Catholicè seruientes multo affectu, & obsequio salutari rogamus*. Et infra. *Vt planè videas ex vno Augustini Monasterio Vniuersam Catholicam Ecclesiam Aphricam sanctis Sacerdotibus, & Monasterijs (ex alijs àlijs deriuãtibus) breui tempore fuisse repletam, Donatistis propterea inuidentibus, & nomen Monachi execrantibus* (Augustinus in Ioann. tract. 97) *Sed de his alibi.*

[c] ibidem.

Apud Marquez cap.6 §. 11. pag. 103.

568 Consequẽter ad hęc docet Baronius[d] ab Augustino duas institutas fuisse Classes Religiosorum; *aliorum nempè, qui in Ciuitatibus degentes, Clerici cùm essent, vnà simul degentes Cœnobitica Monachorum instituta seruarent, quibuscum idem factus Episcopus habitauit, aliorum verò, qui procul à Ciuitatibus degentes, eius essent vitæ, atq; vestitus cuius hic vides Fulgentium esse cultorem, nempè vna induti tunica, eaq; pellicea zona cõstricta, quam nec soluerent dormituri.*

Ab August. duæ religiosorum classes institutæ.

[d] Tom. 6 Annal ann. 504. pag 565.

Apud Marquez cap. 5 §. 3. pag. 59.

569 Sed præstat veritatem hanc pro nunc breuiter diuersi nouem Summorũ Pontificum testimonijs comprobare, vt hac veritate firmiter supposita continuationem Ordinis Eremitarum D. Augustini facilius ostendamus. Primum igitur Ioannis XXII. Cuius bullam de verbo ad verbum adducunt Basilius Serenius[e] Pennotus,[f] & M. Empoli[g] constitutione 2. Ioannis XXII. extatq; Originalis in nostro Archiuio Romano num. 2. data autem est Auenione 13. Kal. Februarij anno 11. Pontificatus, atque adeò Christi 1327. ibi inter alia sic habet Pontifex. *Quatenus inibi tamquam membra suo capiti, filij Patri, Magistro Discipuli, Duci Milites cohærentes Deo, & ipsi sancto authoritate fulti Apostolica præcordialiùs iubiletis, Vbi & Præceptoris vestri, Patris, Ducis, & capitis Augustini noueritis reliquias fore sepultas.*

Testimonijs summorũ põtificum veritas roboratur.

Apud Marquez cap. 9. §. 3. pag 159.

Primum.

[e] in lib indulgentiarum, & priuilegiorũ Canonicorũ regularium S. Saluatoris Lateranensis pagin. 183.

[f] lib. 1 suæ histor. tripartitæ cap. 63. num. 1. pag 208.

[g] in Bullario Augustiniano pag. 192.

570 Secundum est Bonifacij IX. qui constitutione 4. apud Laurentium de Empoli[h] (cuius constitutionis transumptũ authenticum Romæ asseruatur in Archiuio Ordinis, & Originale habetur in Conuentu Papiensi S. Augustini, & in registro Bonifacij 9.[i] data Romæ 2. Kal. Maij anno 2. Põtificatus, atq; adeò Christi 1400. loquens de Canonicis regularibus, & Eremitis Augustinianis sic inquit. *Ad dictorum fratrum* (scilicet Eremitarũ) *robur, & fauorem, ac ipsius loci decorem, vt qui filij ipsius Patris dignoscuntur esse, licèt variè simul vna sub Deo eidem Patri iubileut eodem in Templo vtrisq; communi, licèt distinctas, separatasque habeant mansiones, claustra, & officinas, &c.*

Secundum.

[h] in Bullario Augustiniano.

[i] lib. 3. de regularibus fol. 481.

571 Tertium est Martini V. in sermone, de translatione S. Monicæ Romam. Ibi. *Iure itaq; ac meritò gaudeam, qui sim tantæ gratiæ administrator, vt beatissimæ huius Monicæ reliquias contingam, reddamq; beatum corpus ijsdem, quos tanquam Nepotes filius genuerit Matri.* Et infrà. *Iam enim nulla dubitatio est, quin vobis Augustinus in primis Pater sit; non eo modo, quod illius nomen singulari honore sectamini, verùm iudicio nostro hoc potissimùm causa est, quòd ad vos vnà cum filio Mater*

Tertium.

Apud Marquez cap. 9. §. 3. pag. 157. & 158.

ter

ter accessit, tanquam indignè ferret non bis corpore præsentem esse, qui se digna religione honorarent. Prospexit (credo) velut errãtes paruulos, vt in sinum ipsa quoq; Nepotes reciperet; nondum enim cuiquam nisi vobis hæc sancta dicata est; nec alteri, quam Ordini vestro cessit; multi tamen ad Augustini nomen subiere, tam de ipsa religionis dignitate certantes, quasi solis hic honor debeatur, quem velut primi affectant: Sed alius hic locus est. Ipsa quidem Mater solos elegit, quos tanquam filio cognatos assumeret sponte in Ordinem vestrum succedens. Et infrà sub nomine S. Monicæ ad Augustinum loquentis sic ait. *Tempus erit, cùm simul ambos filij tui, filijsq; mei te in Italiam reuocato religiosa pietate seruabunt.* Et rursus. *Intelligite quid ille vestræ Professionis parens, atq; institutor Augustinus præceptis suis voluerit.*

572 Idem Pontifex in Bulla de translatione Sanctæ Monicæ data Romæ die 25. Februarij anno 1430. sic ait. *Corpus Beatæ Monicæ Sancti Augustini Matris ex certis pijs respectibus, & causis, presertim quia Corpus dicti Sancti ipsius ordinis fundatoris in quadam Ecclesia Papiensi dicti ordinis venerabiliter, prout decet, reconditum existit, à loco Ciuitatis nostræ Ostiensis, vbi sepultum, & reconditum fuerat, ad Ecclesiam Domus fratrum dicti Ordinis de Vrbe transferendi licentiam concessimus,* &c.

573 Quartum. Apud Marquez cap. 9. §. 2. pag. 158.

Quartum est Sixti 4. Franciscani datum Romæ anno 1479. 12. Kal. Aprilis anno 9. sui Pontificatus. ibi. *Sixtus Episcopus Vniuersis Christi fidelibus, &c. Dum attentè reuoluimus, quòd inter Vniuersos Internerata Ecclesiæ Doctores præcipuos Beatissimus Aurelius Augustinus subtilissimus Euangeliorum, & Sacrarum litterarum perscrutator, ac Verbi Dei in sermonibus ad fideles, Infidelesque expositor magnificus, ac diuersis alijs libris, & Codicibus fides Orthodoxæ illuminator clarissimus, religionisq; regularis, & Apostolicæ vitæ, ac Castitatis, paupertatis, & Obedientiæ amator, & inter cætera Ordinis Eremitarum fratrum eiusdem plantator, & pristinus institutor extitit, rationi, & iuri congruũ censemus,* &c.

574 Apud Marquez cap. 5. §. 3. pag. 59. a in sua hist. tripart. in prologo ad lectorem.

Et in alio priuilegio, quod Pennotus a verbatim adducit, & datum est Romę 5. Idus Maij anno 13. Pontificatus, & Christi 1484. Pontifex eradicare cupiens cõtentionem inter Canonicos, & Eremitas sic inquit. *Vt ordo à B. Augustino datus, qui idem est in omnibus licèt instituta particularia aliqualiter differant, non diuisus, non factiosus, non contaminatus, sed vnicus, pacificus, integer, & immaculatus, prout est, & esse debet, etiam ab omnibus censeatur.* Obseruandum autem est Pontificẽ asserere ordinẽ ab Aug. datũ esse eundẽ in Canonicis, & Eremitis, nõ tantùm propter identitatem regulæ; hac enim ratione omnes religiones sub Augustiniani regula viuentes dici possunt vnus, & idem ordo; & nihil speciale diceret Pontifex de Eremitis, & Canonicis, quod illos peculiariter ad mutuum amorem, & pacem obligaret; non ergò tantùm propter identitatem regulæ; sed propter identitatem fundatoris, & originis. Aliæ enim Religiones sub regula Augustini militantes comparatæ cum Eremitis, vel Canonicis Augustinianis, sunt velut duæ Aquæ diuersorum fontium; at Eremitæ, & Canonici inter se collati sunt velut duæ Aquæ eiusdem fontis. *duæ Aquæ diuersorum fontium*, vt docet Alexander Alensis b. *Licèt sint eadem Aqua Vnitate speciei; nõ tamen identitate originis, sicut sunt duæ partes Aquæ eiusdem fontis.* Aliæ ergò Religiones, velut Aquæ diuersorum fontium sunt eadem Religio vnitate regulę, non vnitate, & identitate originis; quia non dimanant ab eodem fonte. At verò Canonici, & Eremitę velut duæ partes Aquæ, eiusdem fontis sunt eadem Religio, & idem ordo non tantùm identitate regulæ, sed idẽtitate originis, quia ab eodem Augustino, velut à fonte purissimo profluũt. Qua ratione noster Alexander de Sancto Elpidio Archiepiscopus Rauennæ circà an. 1326. de potestate ecclesiastica tractatu 2. cap. 1. (quod opus habeo MS.) dixit Mundũ dici vnum vnitate ipsius principij Dei, qui totius Mundi est finis, & principium.

Notatio.

Idem ordo inter Canonicos & Eremitas D. August. propter identitatem capitis.

b 2. par. q. 8. membr. 3.

Mundus est vnus veritate principij.

575 Quintum. Apud Marq. cap. 9. § 2. pag. 159.

Quintum est Alexandri 6. datũ Romę die 19. Martij anno 5. Pontificatus, & Christi 1496. ibi. *Alexander Episcopus, &c. Ad sacrum ordinem fratrum Eremitarum S. Augustini, quẽ gloriosus ipse Doctor egregius veluti radians sydus in firmamento Ecclesiæ ad gloriosam omnipotentis Dei laudem, & sacrosanctam illustrandam Ecclesiam, schismaticorum extirpandas hæreses, ac infidelium confutandos errores, Christianæ quoq; Religionis propagationem, & Christi fidelium saluandas animas in agro Dominico plantauit opportunè.*

576 Sextum. Apud Marq cap. 6. § 3. pag. 160.

Sextum est Iulij II. datum Romę die 2. Iulij anno 9. Pontificatus, & Christi 1512. in quo ad Aegidiũ Viterbiensem Generalem Augustinianum loquens sic ait. *Hæc vna potissima cura est, Deoq; Saluatori nostro, ac D. Augustino ordinis sibi commissi in-*

missi institutori maximè accepta.

577 Septimum. Apud Marq. ibidem.

Septimum est Leonis X. datū Romæ die 10. Martij anno 1. Pontificatus, & Christi 1513. in quo eadem omninò verba, atq; Iulius II. ad eumdem Aegidium Generalem inseruit.

578 Octauum.

Octauum est Pij V. Dominicani, qui anno 1568. assignans P. F. Rodericū de Solis in Reformatorem, & Visitatorem Prouinciæ Aragoniæ, in Bulla sua, vt refert F. Hieronymus Roman; qui eodem anno Cēturias suas scribebat[a] vocat Augustinum patrem, & primum Fundatorem nostri ordinis Eremitani.

[a] Centur. 12. fol. 136. pag. 2

579 Nonum. Apud Marq. vbi supra.

Nonum est Gregorij XIII. quod extat in Conuētu nostro Vlyssipponensi, & in eo Pontifex concedens Indulgentias visitātibus Ecclesias nostri ordinis in Prouincia Orientali in diebus S. Augustini, Monicæ, Guillelmi, & Nicolai, sic inquit. *Qui deinceps perpetuis futuris temporibus Domos, & Ecclesias prædictorum fratrum Eremitarum S. Augustini in inuocationibus earum, ac S. Augustini dicti o dictis fundatoris, & S. Monicæ matris eius, ac S. Nicolai, & S. Guillelmi dicti ordinis professorum diebus pro tempore visitauerint.*

580 Sed addamus verba eiusdem Gregorij XIII. Bulla 83. apud Cherubinū Laertium[b] data Romę die 25. Iunij anno 12. Pontificatus, & Christi 1583. ibi. *Dilectis filijs Priori Generali, & fratribus ordinis Eremitarum S. Augustini Prouinciarum Italiæ. Dominicum gregem, &c. Mentis nostræ aciem ad ordinem vestrum ab ipso S. Aurelio Augustino institutum præcipua cura conuertimus.*

[b] To. 2. Bullarij

581 His igitur nouem Summorum Pontificum, scilicet Ioannis XXII. Bonifacij IX. Martini V. Sixti IV. Alexandri VI. Iulij II. Leonis X. Pij V. & Gregorij XIII. continuatis testimonijs datis ann. 1327. 1400. 1430. 1479. 1484. 1496. 1512. 1513. 1568. & 1583. firmissimè innitentes supponimus Augustinum esse, & fuisse fundatorem, & institutorem pristinū Sacri ordinis suorum Eremitarum; de hac veritate latiùs agemus lib. 1. Bibliothecę D. Augustini in disputationibus historicis aduersus Pennotum. Prosequamur ergò reliqua ad ostendendā eiusdē ordinis continuationem, vel ex vnico ferè libro M. F. Ioannis Marquez.

582 An. 406. Apud Marq. cap. 10. §. 4. pag. 171.

Anno 406. habetur memoria Leporij Episcopi; de eo enim Flauius dexter in sua omnimoda historia sic ait. *Anno ab Vrbe condita* 1557. (is est Christi 406.) *Leporius Episcopus Vticensis in Bethica* (Vtica in Bethica nunc dicitur Marmolcios, propè Cordubam, vt constat ex Chronico Iuliani Petri) *pr &c Monachus ex familia S. Augustini, mutat suam perditam piiorem sententiam admonitus à S. Augustino præceptore suo.* Ita haberi in codicibus MS. Sanctæ Ecclesiæ Hispalēsis, & D. Petri de Castro eius Archiepiscopi, & in alijs quatuor conquisitis ab amicis testatur Rodericus Caro[c] consensit Rodericus ferè in omnibus, quæ M. Marquez ex Dextro, & Maximo allegauit, vno vel altero testimonio excepto.

[c] in præfatione ad notas Flauij Lucij Dextri, & M. Maximi.

583 An. 424.

Anno 424. in Chronico Flauij Dextri (prout à Gaspare Escolano[d] citantur ex Codice MS. Bibliothecę Cardinalis Quirogæ, quē se vidisse testatus est Illustriss. D. Fr. Alexius de Mereses Augustinianus Archiepiscopus Bracharensis, quamuis in Codicibus MS. quos vidit Rodericus, non extant, vt ipse aduertit[e] hæc verba habentur. *Toleti fit monasterium Monachorum S. Augustini.* Refert etiam Marquez hæc esse addita in margine. *Hoc est monasterium Sisle. Ex chronico S Augustini.*

[d] p. 1. lib. 9. Historiæ Valētiæ cap. 10.

[e] Apud Marq. cap. 11. in principio pag. 173.

[e] fol. 150. pag. 1.

584 An. 429. Apud Marq vbi sup. pag. 178.

Anno 429. sic ait idem Flauius Dexter in Chronico. *Anno ab Vrbe condita 1181.* (is est Christi 429.) *Paulo Tarraconensi Episcopo Bonifacius, etiam Caldeaquensis ex monachatu, & ord. Augustiniano succedit.*

585 An. 430. Apud Marq. cap. 10 in principio pag. 164.

Anno 430. florebat Possidius Episcopus Calamensis, qui conuixit Augustino in Monasterio, saltem à principio fūdationis Cōuentus Hipponensis, in horto sub Augustino presbytero, antequam factus Episcopus reformaret Canonicos regulares. Hæc sunt eius verba cap. vltimo vitæ S. Augustini; *Illius quondam Viri, cum quo annis ferè 40. Deidono, absq; amara vlla dissensione familiariter, ac dulciter vixi, &c.*

586 An. 44. Apud Marq. ibid. pag. 168.

Circa annum 440. S. Gaudiosus Episcopus Aphricanus in Ecclesia Bitinensi cognomento Septimus Cœlius Genserici Vvandalorum Regis Arriani fugiens immanitatem, apud Neapolim fundauit monasterium monachorum, in quo ipse sancto fine quieuit, & S. Agnellus fuit Abbas circa annum 596. Festiuitas Gaudiosi notatur in Martyrologio Romano die 28. Octobris; Agnelli verò die 14. Decembris. Quod autem Monasterium à Gaudioso ex Aphricæ partibus, cum S. Quodvultdeo, & cæteris præsulibus persecutiones Vvandalorum fugiente constructum fuerit Eremitarum Augustinianorum, suadetur facilè; quia E-

pilcopi

piſcopi Aphricani nō videntur ædificaturi Monaſterium Monachorum, niſi Auguſtinianorum, quorum Religio in Aphrica tūc temporis tam celebris erat, & prætérquam nulla alia in illis partibus monaſtica inſtitutio monachorum agnoſcebatur.

587 An. 484. vel 474. Apud Marq. cap. 18. §. 3. pag. 193.

Anno 484. vel 474 Maximus Cæſeraugustanus, qui floruit circa annū 615. in additionibus ad Flauium Dextrum ſic inquit. *Aera 512.* (id eſt anno Chriſti 474.) *Hunnerici iuſſu Liberatus, Bonifacius, Seruus, Ruſticus, Rogatus, Septimus, & Maximus Monachi Auguſtiniani pro fide Catholica martyrium illuſtre moriendo pertulere.* At Rodericus Carus a, & Calderonius Franciſcanus b ſic legunt. *Eiuſdem iuſſu liberatus Bonifacius Diaconus, Ruſticus Subdiaconus Septimius, Maximus Monachi Auguſtiniani pro fide Catholica Martyrium illuſtre moriēdo pertulerunt.* Cæterum certiſſimum eſt Seruum etiam, & Rogatum mortem pro Chriſto ſubijſſe. Eorum enim Natalis celebratur in Martyrologio Romano die 17. Auguſti ſimul cum alijs, quinque in hunc modum. *Carthagine in Aphrica Sanctorum Martyrum liberati Abbatis, Bonifacij Diaconi, Serui, & Ruſtici Subdiaconorum Rogati, & Septimi Monachorum, & Maximi pueri,* &c. Eos autem omnes fuiſſe Monachos Monaſterij Capſenſis ſub ſancto Epiſcopo Vindemiali conſtat ex Victore Vticenſi lib. 3. de perſecutione Vvandalica, & libello ſeorſum poſito in appendice eius operis. Scripſit eorum vitam eleganti ſtilo M. Marquez c.

a fol. 172. pag. 2.

b pag. 74.

c ad finē libri de origine fratrum Eremitarum S. Auguſtini à pa. 437

588 Quanta paſſa ſit Auguſtin. religio in Aphrica tēpore perſecutionis Vvandalicæ.

Nequeo in præſenti non aduertere quantùm tempore perſecutionis Vvandalicæ in Aphrica paſſa fuerit Religio Auguſtiniana. Referemus breuiter teſtimonia Authorum antiquorum, qui hac de re loquuntur. Victor Vticenſis ad finem librorum de perſecutione Vvandalica, qui habētur tomo 7. bibliothecæ veterū pat. anni 1589. lib. 3. referēs paſſionem beatiſſimorum martyrum, qui apud Carthaginem martyrio coronati ſunt 6. nonas Iulij ſub impio Rege Hunerico an. 484. vel potiùs, 474. ſic de illo ait. *Vniuerſa namq; monaſteria virorum, vel puellarum Sanctarum gentibus, id eſt Mauris cum habitatoribus donari præcepit.* Nomine autem Monaſteriorum virorum intelligi monaſteria Monachorum, non Clericorum conſtat ex Poſſidio d, & ex ipſo Auguſtino e Victor Tunnunenſis Epiſcopus in Chronico, quod finiuit anno Chriſti 567. & habetur tomo 3. Hiſpaniæ illuſtratæ pag. 121. ſic ait. *Zenone Auguſto Conſule* (fuit autem Zenon Conſul anno 469. 475. & 479.) *Hunnericus Vvandalorū Rex perſecutioni per totā Aphricam nimis inſiſtens (Tibunis Macri, & Hippis aliiſq; Eremi partibus Catholicos iam nō ſolùm Sacerdotes, & cuncti ordinis Clericos, ſed & Monachos, atq; laicos quatuor circiter millia exilijs durioribus relegat, & confeſſores, ac martyres facit Confeſſoribuſq; linguas abſcidit.* Iſidorus, etiam Archiepiſcopus Hiſpalenſis, qui floruit circà annū 600. f agens de Hunericō ſic inquit. *Sacerdotes, & cuncti ordinis Clericos in exilium mittit. Monachos quoq; atq; laicos quatuor circiter millia exilijs durioribus relegauit, martyres fecit, Confeſſoribus linguas abſcidit,* &c. Rodericus, etiam Archiepiſcopus Toletanus, qui floruit circà ann. 1212. g quæ habetur tomo 2. Hiſpaniæ illuſtratæ pag. 156. ſic habet de Hunerico. *Sacerdotes, & cæteros in eccleſiaſticis Officijs conſtitutos exilio cōdemnauit. Monachos, & laicos circiter quatuor millia durioribus pœnis arctauit, & eorum plurimos martyrio conſummauit.* Agitur horū Sanctorum Confeſſorum, & Martyrum celebris memoria in Martyrologio Romano die 12. Octobris. Hos autem Monachos fuiſſe Auguſtinianos conſtat; quia tunc temporis in Aphrica nulli alij Monachi à Canonicis diſtincti viuebant præter Eremitas Auguſtinianos.

d in vita Aug. cap. vltimo.

e in ſermonibus de commu ni vita Clericorum.

f lib. 2. chronic. Mundi in Hiſt. Vvandalorum tom. 3. Hiſpaniæ illuſtratæ pag. 41.

g in Hiſtoria Vvādalorum, cap. 15.

Citcà annum 504. Beatus Fulgentius Epiſcopus Ruſpenſis tam ſanctitate ſua, quàm pluribus ædificatis Monaſterijs in Aphrica, & Sardinia ordinem Eremitarū S. Auguſtini valdè illuſtrauit, vt conſtat ex eius vita, quę habetur tomo 1. Surij die 1. Ianuarij, & cōſcripta eſt à quodam Monacho Aphricano, ipſius Beati Fulgentij Diſcipulo. Id quoq; ipſa ratio ſuadet, cùm in Aphrica eo tempore non degerent alij Monachi niſi Auguſtiniani. Hoc fundamento conuictus Cardinalis Baronius h in verbis, quæ in principio citauimus, verſiculo, *Conſequenter ad hæc,* Fulgentium connumerat inter Eremitas Diui Auguſtini. Eius dies natalis celebratur in Martyrologio Romano die 1. Ianuarij. 589 An. 504. Apud Marq. cap 4. §. 5. pag 36. & cap 5. §. 3. pag 59.

h to. 6. Annalium an. 504. pag. 563.

Anno 562. reædificatū fuit ab Athanagildo Monaſterium Siſle Toletanæ. Sic enim ait Maximus Cæſarauguſtanus in additionibus ad Flauium Dextrum. *Aera ſexcēteſima* (id eſt anno Chriſti 562.) *Monaſterium Siſle S. Auguſtini ab Athanagildo Re-* 590 An. 562. Apud Marq. cap. 11. §. 2. pag. 179.

gildo Rege Vuisegothorum Toleti ædificatur. communior tamē lectio habet, *readificatur.* fateor hæc verba non haberi in editionibus Ioannis Calderonis, & Roderici Cari. Tamen P. Hieronymus Roman. de la Higuera è Societate Iesu in tractatu MS. quem habeo, de antiquis memorijs ordinis S. Augustini, testatur in Codice MS, quem ex Alemannia adductum habebat, ità legi. *Aera 593. Anno Christi 555. monasterium Sisle S. Crucis Ordinis S. Augustini ab Athanagildo readificatur.* Máximò contestatur Iulianus Archiprèsbyter S. Iustæ Toletanæ circà ann. 1100. Hic Author agēs de Ecclesijs, quę Christianis sub dominio Maurorum viuentibus remanserunt, hæc verba subiungit. *Monasterium S. Maria Sisla tēpore Gothorum ab Augustinianis Monachis possessum, nunc Eremitorium; dicitur fuisse conditum à Rege Athanagildo, à quo se dicunt descendere Pantosa, & ideò sunt patroni huius Eremitorij.* *Vndè, & P. F. Iosephus de Siguenza Hieronyminianus* a sic ait. *Iulianus Archipraesbyter Toletanus in quadam memoria, quam facit de rebus illius Sancta Ecclesia, hanc* (scilicet Silam Toletanam) *enumerat inter alias, qua extabant tempore illorum Regum* (nempè Gothorum.) *Et in quodam Chronico breui, quod fecit, refert ex Aphrica trāsfretasse quosdam Religiosos regula, & ordinis S. Augustini, & quosdam illorum vixisse in hoc Eremitorio Sisla.*

Apud Marq. cap. 11. §. 5. pag. 181.
a 1. p. Chron. sui ord. lib. 1. cap. 15.

591 Anno 574. floruit S. Donatus, de quo S. Illefonsus Archiepiscopus Toletanus in Cathalogo Virorum illustrium sic ait. *Donatus, & professione, & opere Monachus, cuiusdam Eremita fertur in Aphrica extitisse Discipulus. Hic violentias barbararū gentium imminere cōspiciens, atq; Ouilis dissipationem, & gregis Monachorum pericula pertimescens fermè, cū septuaginta monachis, copiosisq; librorū Codicibus nauali vehiculo in Hispaniam commeauit. Cui ab illustri, religiosaq; fœmina Minicca subsidijs, ac rerum opibus ministratis Seruitanū monasterium visus est construxisse. Iste prior in Hispaniam monastica Obseruantia vsum, & regulam dicitur adduxisse, tam viuēs virtutū exemplis nobilis, quam defunctus memoria claritate sublimis. Hic in præsenti luce subsistens, & in cripta sepulcri quiescens signis quibusdam proditur effulsisse salutis. Vndè, & monumētū eius honorabiliter colere perhibētur Incola Regionis.*

An. 574.
Apud Marq. ca. 12. in principio pag. 187. & §. 1. pag. 189

592 Donatum verò fuisse Monachū Augustinianum præter Authores domesticos censent plures, & graues ex firmo fundamento cōuicti, nempè quòd Monachatum didicerat ab Eremita Aphricano; at in Aphrica Eremitæ Religiosi, & Monachi erant Augustiniani. Ex eorum numero sunt Ambrosius Morales b Stephanus de Garibai c Gaspar Escolanus d M. F. Franciscus Diago Dominicanus e Hieronymus Roman de la Higuera è Societate Iesu in historia Emeritēsi, f & in Codice MS. quem habeo de memorijs antiquis nostri ordinis M. F. Antonius Iepes Benedictinus g Doctor D. Frāciscus de Padilla Thesaurarius Malacitanus h fauetq; expressè F. Frāciscus Viuer Cisterciensis i quatenùs asserit monasterium Seruitanum, vel fuisse duplex, vnum Augustinianorum, & aliud Benedictinorum, vel primò fuisse Augustinianorum, & posteà Benedictinorum, cognoscens sanè negari non posse Monasterium Seruitanum à Sancto Donato fundatum fuisse regulæ, & ordinis Eremitarum Diui Augustini.

Donatus Monachus Augustinianus.

b lib. 11. Historiæ Hispaniæ cap. 60.
c lib. 8. cap. 20.
d 2. p. historiæ Valentinæ lib. 9. cap. 20.
e lib. 5. Annal. Valentiæ cap. 8. & 9.
f cap. 16.
g tom. 1 chron. benedict. Centuria 2. cap. 2. ann. 589.
h to. 2. historiæ Ecclesiast. Hispaniæ Cētur. 6. cap. 38. fol. 87. pag. 2.
i in Apologetico pro Flauio Dextro cōtra Pennotum §. 3. num. 21. pag. 493.

593 Clariùs rem hāc tradidit M. Maximus Cæsaraugustanus, qui claruit circà annū 612. in additionibus ad Dextrum in hęc verba. *Aera 612. anno Christi 574. S. Donatus regulam Eremitarum S. Augustini locupletiorem, mitioremq; in Hispaniam inuexit; & in agro Securitano* (aliàs Setabitano) *Monasterium Seruitanorum construxit, vbi verborum, meritis, & miraculis abundè nobilitatus gloriosus migrat ad Dominum, coliturq; Kal. Nouembris.*

594 Hoc autem Monasteriū Seruitanum M. Fr. Franciscus Diago k, & M. F. Thomas de Maluenda Dominicani l arbitrati sunt esse idem cum Conuentu S. Martini inter Sagūtum, & Carthaginē Spartariam, de quo loquitur Gregorius Turonensis m, eiusq; Abbatem à militibus Leouigildi Regis anno 583. cęsum, fuisse ipsum S. Donatum Eremitam Augustinianum credidit Diagus n. At eos fuisse duos Conuentus distinctos, & Augustinianos iudicant Stephanus de Garibai, & Ambrosius de Morales o, & Gaspar Escolanus p.

Apud Marq. cap. 12. §. 6. pag. 206.
k Vbi supra.
l lib. 7. de AntiChristo c. 16.
m lib. de gloria Cōfessorū cap. 16.
n ibid. cap. 9.
o Vbi supra.
p lib. 6. histor. Valētinæ cap. 14. nu. 4.

595 Ex hoc Monasterio Seruitano circà annum 583. floruit Eutropius Episcopus Valentinus, de quo Abbas Vilclarensis, quem sequitur Ioannes Vasæus in hæc verba. *Anno 583. Eutropius Abbas monasterij Seruitani Discipulus S. Donati, floret. Ioannes Albas.* De eo latè agit M. Marquez q. D. Isidorus r de eo sic ait inter alia. *Dum adhuc in Monasterio Seruitano degeret,*

An. 583.
Apud Marq. cap. 12. §. 7. pag. 207.
q cap. 12. §. 4. pag. 198.
r de viris illustribus cap. 55.

geret, & pater esset Monachorum, &c. Interfuit Concilio Toletano.

596 An. 584. Apud Marq. cap. 12. §. 8. pag. 109. Ad annum 584. inuenimus memoriam S. Nunti Abbatis apud Paulū Diaconum in libro, cuius titulus est, *De Vita & miraculis Patrum Emeritensium*, cap. 3. cuius titulus est, *Nūtus Abbas Aphricanus Eremitam veniens à sceleratis est occisus, qui mox à Dæmone sunt correpti.* ibi; *ex Aphrica venit in Hispaniam* (tēporibus Regis Leouigildi, qui regnauit ab anno 571. ad annum 585.) *quidam Sanctus Monachus Abbas nomine Nuntus homo magnæ sanctitatis, & meritorum cum aliquibus religiosis, qui eum comitabantur; & cum visitaret loca, in quibus erant corpora, vel reliquiæ sanctorum, venit Emeritam ad visitandum corpus gloriosæ Virginis Sanctæ Eulaliæ, & aliquandiu vitā egit in ea Ciuitate; post autem in deserto, seu Eremo cōstruxit sibi, & suis Monachis Monasterium.* Abbatem hunc Nuntum, & eius Socios ex Augustiniano ordine fuisse nō leuiter colligitur ex eo, quòd erant monachi Aphricani in Eremo viuentes in monasterio; ex quo indicio id innuit D. Franciscus Padilla a, & clarè expressit Hieronymus Roman de la Higuera in historia Emeritensi cap. 16.

a in hist. Ecclesiast. Hispaniæ centur. 6. cap. 14. fol. 109 pag. 2 & cap. 31. fol. 86 pag. 2.

597 An. 584. & 593. Apud Marq. cap. 11. §. 2. pag. 180. Circà annum 584. & 593. splenduit in monasterio Sislæ Toletanæ S. Arthuagus Gothus. Sic de eo habet Maximus Cæsaraugustanus in additionib' ad Dextrum. *Aera 622.* anno Christi 584. *Arthuagus Gothus ex ordine S. Augustini monachus Sisla Toleti floret opinione Sanctitatis;* vel, vt aliter habetur apud Marquez b. *Aera 622.* anno 584. *Arthuagus cognomento Gothus ex ordine S. Augustini Prior Abbas floret.* Ex his duabus lectionibus prima habetur in Calderonio, & Caro. Secūda verò in meo Codice MS. P. Hieronymi Roman de la Higuera. Augustinianum Arthuagi Monachatum confirmant Eutrandus, & Iulianus. Eutrādus, inquam, siuè Luitprādus Subdiaconus, Toletanus, & Diaconus Ticinensis, qui prosecutus est historiam S. Maximi, & vixit circà annos 973. eius hęc sūt verba *Aera 631.* an. Christi 593. *prima die Maij moritur sanctè compositèq; Arthuagus Monachus Augustinianus Sisla Toletana.* Iulianus verò Archipręsbyter S. Iustæ Toletanæ, qui viuebat anno 1085. & meminit Eutrandi, sic habet in suo Chronico. *Aera 698.* anno Christi 660. (Ambrosius de Morales libro 12. Historiæ Hispaniæ cap. 18. & alij affirmant Arthuagū floruisse temporibus Regis Flauij Suintillæ ad annum 630.) *prima Ianuarij* (in meo Codice MS. ex Bibliotheca Comitis Ducis de Oliuares sic legitur. *Hoc tempore prima Ianuarij moritur Toleti Arthuagus*, &c.) *Toleti Arthuagus Monachus Augustinianus vir apprimè feruēs zelo fidei.* Extat huius Arthuagi Epistola ad S. Isidorū Episcopum Hispalensem, quam de Verbo ad Verbum refert P. Hieronymus Roman de la Higuera in meo Codice MS. de antiquis memorijs ordinis Eremitarum S. Augustini, testaturq; inter alia MS. allatam sibi fuisse ex Alemania, quam in gratiam lectorum hic libuit subijcere.

b cap. 12. §. 4. pag 199.

598 *Reuerendissimo Domino Isidoro Episcopo Hispalensi frater Arthuagus Monachus P. A. S.* † (id est, Prior Abbas S. Crucis) *salutem. Nunc Equidem Reuerendissime Domine facilè mihi persuadeo sanctitatem tuam esse Deo gratam, qui sinè culpa sua, vel aliquo crimine patrato de fastigio Dignitatis suæ (ad quam magis vi magna, quàm tua voluntate ascendisti) deturbatus in exilio pane lacrymarū sustentaris. Sed non ignorat Charitas tua Deū amicos suos mortificare, & visitare, & visitatos probare subito. Pastor es, & vt ex his, quæ pateris, sciat; alijs compati, oportuit te mala pati: & quia anima tua Deo grata est, necesse fuit in fornace tribulationū probari, & scoriam Ignis incendio decoqui. Verum tempestas hæc Deo permittente contrà te suborta (vt spero) breui pauet. Vale.*

599 An. 585. Apud Marq. cap. 12. §. 5. pag. 105. Anno 585. ex monasterio Seruitano floruit S. Liuitrianus Episcopus Carthaginis Spartariæ, de quo agūt S. Isidorus c & Iulianus Archipræsbyter d, qui hæc verba profert. *S. Licinianus Episcopus Carthaginis Spartaria secundo anno Mauritij* (hoc est anno 585.) *ab aduersatijs hæreticis permittur 4. die Maij, vt Sanctus habetur ab Isidoro, & Ildefonso. Succedit in sede, quam reliquerat, Dominicus Senex missus in exilium à Leouigildo, fuit monasterij Seruitani, quod condidit S. Donatus migrans ex Aphrica, & ibi iacet clarus miraculis. Colitur primo Nouembris, succedit illi Eutropius, qui fuit Episcopus Valentinus.* Vndè cùm S. Donatus, & Eutropius, & Monasterium Seruitanū saltem per ea tempora obseruauerint institutum Eremiticum S. Augustini, consequenter idem est asserendum de S. Liciniano.

c de viris illustribus cap 42
d in additionibus ad suum Chron.

600 An. 817. Apud Marq. cap 11. §. 3. pag. 180. Circà annum 817. claruit ex monasterio Sislę Toletanę S. Erthinodus Gothus Monachus Augustinianus, & martyr. De eo sic habet Eutrandus. *Aera 855.* (idest

(ideſt ann. 817) *Erthinodus Monachus Auguſtinianus in Siſla Toletana monaſterio ſui ordinis, vt martyr in pretio habetur.* Iulianus verò Archipræsbyter a ſic inquit in meo Codice MS. *Aera* 684. (debet dicere 866. *anno Chriſti* 828. (non vt refert Marquez, Era 818. ideſt anno 780.) *Artinodus cognomento Gothus ex ordine Auguſtinianorum ex humili, abiectoq; loco ad honoratiorem eleuatur Toleti.* At P. Hieronymus Roman de la Higuera in tractatu MS. de antiquis memorijs ordinis Eremitarum S. Auguſtini teſtimonium Iuliani ſic refert. *Anno 829. Arthinodus Gothus Auguſtinianus monachus Toleti ad honoratiorem locum transfertur.*

a in ſuo chronico.

601 Circà annum 867. habetur memoria Conuentus S. Geneſij Carthaginenſis. de eo ſic habet Eutrandus Diaconus Ticinenſis *Aera* 905. (ideſt anno 867.) *quidam Galli fecilis monaſteriũ Sancti Geneſij apud Carthaginem Spartbariam.* Eũ autem Conuentum fuiſſe Monachorum Auguſtinenſium tradunt Doctor Alcozer b, & P. Hieronymus Roman de la Higuera Ieſuita in hiſtoria MS. Toletana de Monaſterio Sãcti Auguſtini eiuſdem Vrbis loquens ibi. *Venerũt duo fratres ex antiquo Conuentu S. Geneſij Carthaginenſis, qui hodie eſt fratrũ Sancti Franciſci, & petierũt à Rege D. Alphonſo ſapiente, vt illis hoc beneficium conferret, vt ſitum donaret, in quo fundare poſſent ſui ordinis monaſteriũ. Ille autem, vt erat valdè deuotus huic ſacræ Religioni, emit à Monialibus Sãcti Clementis ſitum, & vineam, vbi erat quoddam Eremitorium Sancti Stephani in primo Olineto, quod extat inter Tagũ, & viam quæ ducit ad Sanctũ Bernardũ, deditq; id donũ fratribus ea conditione, vt intrà annũ ibi fundarent monaſterium, quod haberet duodecim Religioſos ſui ordinis, vt conſtat ex quoddam priuilegio, quod vocãt Rodado huius Regis dato Menſe Maio, Era 1298. ideſt anno Domini* 1260. vidit idem Alphonſi ſapientis priuilegium D. Thomas Tamaio de Bargas regius Cronographus in ſua hiſtoria Toletana manuſcripta. ibi. *Sub Alphonſo X. fundatus eſt Conuentus Toletanus S. Auguſtini ſub titulo Sancti Stephani ad Occidentem de la Solanilla, cui annexa Vinea domus, ager Monialium S. Clemẽtis hereditas. Docet priuilegium datum Era 1298. i. anno 1260. Confirmant illud D. Hugo Comes Burgũdiæ D. Leus Comes Flandriæ D. Henricus Comes Lotharingiæ Tres filij Imperatoris Conſtantinopolitani D. Gaſton Vicecomes de Bear. D. Iui Vicecomes de Maſc. Et Reges Granatæ, Murciæ, Aragonæ Regis Vaſalli. D. Sancius Toletanus, D. Raymundus Hiſpalenſis Antiſtites, & D. Alphonſus Fernandez Regis filius d. Niño, à quo familia Niñorũ. Era 1349. ideſt an. 1311. D. Conſaluus, Ruiz de Toledo ei Seruauit ad locũ, quem nũc habent ipſi donatum à D. Maria Regis Sancij vxore transferre.*

Apud Marq. cap. 15. §. 7. pag. 288. & §. 8. pag. 290.

b in additionibus ad ſuam hiſtoriam Toletanam.

Sed ad Conuentum Carthaginenſem redeamus. Credidit Marquez illum tantùm duraſſe vſq; ad annum 1260. in quo fratres illius ad Cœnobium Toletanum tranſmigrarunt ob ruinam imminẽtem, & Monaſterij paupertatem. At non exprimit: vnde conſtet illud, monaſterium tunc à Monachis derelictum. Ego potius crediderim Conuentum ibidem plurimis annis perſeueraſſe, licèt poſteà ſucceſſu temporis in commodiorẽ Vrbis locum ſit tranſlatus antè annum 1471. in quo collatum eſt franciſcanis prædictũ Eretorium Sancti Geneſij. Placet hic addere verba P. Hieronymi de la Higuera c, qui ait. *P. M. F. Hieronymus Roman tribuit mihi Codicem, quem ego habeo propria ipſius manu ſcriptũ, in quo ait, quòd in montibus propè Carthaginem Spartbariam extitere inter Mauros Eremi a S. Auguſtini, & quòd infans Alphonſus iam expugnatis Carthaginẽ Spartariam, conſtruxit illis Monaſteriũ. Ego habeo Inſtrumentũ huius fundationis, & vocat eos Eremitas honorati P. S. Auguſtini. Eſt autem datum Bribuega die 30. Maij era 1294. ideſt anno* 1256. nec dum duobus menſibus finitis poſt vnionem ab Alexandro IV. factam. Ea autem conſtructio, non noua ædificatio, ſed vel reædificatio, vel tranſlatio fuit; aliàs Conuentus Carthaginenſis pro anno 1260. dici non potuiſſet antiquus. 602

c in tract. MS. de memorijs antiquis ordinis Eremit. S. Aug. in Hiſp.

Circà annum 917. vel 946. floruit ex ordine Auguſtiniano Dominicus Dauid inter Patriarchas Veneros in Palatio Epiſcopali habitu noſtræ Sacræ Religionis indutus, & ſub num. 13. hoc titulo inſignitus. *Anno 917. Dominicus Dauid Venetus Ordinis Eremitarũ* ità refert Marquez. Leander verò Albertus Dominicanus d ſic habet. *Dominicus Dauid Ordinis Eremitarum 946.* 603

An. 917. Apud Marq. cap 7 §. 5. pag 105.

d in deſcriptione Italiæ editionis Bononienſis anni 1550 pag. 467

Circà annum 1034. ad minùs iam extabat ſub Ferdinando I. Rege Caſtellæ memoria Conuentus Burgenſis, propè quem S. Dominicus Silenſis è proprio Conuentu exul habitatiũculam cõſtruxit, & ibi colloquijs Eremitarum S. Auguſtini fruens, aliquandiu vixit. Notitia huius habitationis durat adhuc in vita huius Sancti, & in hiſtoria illius, quæ habetur 604

An. 1034. & 1179. Apud Marq. cap. 17. §. 5. pag. 316.

batur in monasterio, in quo Sanctū eius corpus quiescit, & in libro miraculorum S. Crucifixi Burgensis 1. parte cap. 1. Clarior eiusdem Conuentus memoria extat circa annum 1179. Quoniam teste Stephano, de Garibai [a] Sanctus Iulianus Ciuis Burgensis, post Episcopus Conchēsis, frequenter colloquebatur cum Religiosis Eremitis Ordinis Sancti Augustini monasterij Burgensis.

a lib. 12. cap. 22.

605 An. 1034. Apud Marq. cap. 17 §. 6. pag. 518.

Circà eumdem annum 1034. perseuerabant Cōuentus S Engratiæ de Caruaxales, vt cōstabat ex antiquissimo Instrumento illius monasterij, quod continebat titulum Iurisdictionis temporalis, quam habebat monasterium in locum, & situm monasterij veteris, & aliquarum hereditatum illi propinquarum. Quod cùm in lite cum Comitibus de Alua de Aliste iuridicè fuisset præsentatum; nescio quo fato disparuit. At extat adhuc ciusce rei memoria in Sancta Ecclesia Bracharensi lib. 1. Primatus, vbi habetur Epistola cuiusdam Monachi Benedictini contestantis; & prætereà hæc verba cōtinentur. *Hac Sancta* (scilicet Engratia) *Fugiens à Patria venit vsq; ad montes de Caranaxales propè legionem, vbi Martyrium subyt; & ibi est quadam Ecclesia sic intitulata, & dedicata ad honorem Sanctę, vbi antiquitùs extiterunt fratres Augustiniani, qui viuebant vitam Eremiticam, & posteà transmigrarunt in Oppidum de Caranaxales, vbi construxerunt pauperem Conuentum; & supradicta Ecclesia adhuc extat, licèt Domus fratrum iam sit Euersa.*

606 An. 1110. Apud Marq. cap. 13. §. 15. pag. 250.

Anno 1110. habemus memoriam Generalium Ordinis Eremitarum Sancti Augustini. Henricus enim de Hurimaria Alemanus in tractatu de Origine Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, quem edidit anno 1334. & extat in Bibliotheca Sancti Victoris Parisiensis in pluteo triplicis G. Sic ait. *A tempore S. P. Augustini multi fuerunt Pastores dicti Ordinis, sed & negligentia scribentium; & diuturnitate temporum ignorantur: de quibus tamen, & ex scriptis antiquis, & ex antiquis patribus hæc habere potui. Circà annos Domini 1110. electus est Generalis B. Ioannes de Spelunca, qui etiã præfuit tempore Alexandri Papæ 3. item Ioannes dictus de Cella tempore Innocentij 3. item Anitus de Grafano tempore Gregorij 9 item Philippus de xierampuæ, quo tēpore facta est vniõ. Post vnionem primus fuit Fr. Lamfbrancus de Mediolano.*

607 An. 1620.

Circà annum 1120. vixit B. Ioannes de Cirita, qui ex ordine Eremitarum S. Augustini transijt ad Cisterciensem; & fundauit Conuentum Sancti Christophori de Foes; ex cuius, & Cœnobij Sancti Ioannis de Tauroca fundationum antiquis Instrumentis constat prædictũ B. Ioannem, & alios nouem Eremitas Augustinianos ad Cisterciensem religionē transmigrasse. Testatur id M. Fr. Bernardus Brito Lusitanus Cisterciensis in Epistola, quam dedit ad D. Fr. Alexium de Meneses Archiepiscopum Bracharensē die 1. Iulij anno 1616. ibi. *Nota, quas habeo inter alias, quæ deseruire possunt Chronica Sancti Augustini, sunt de nouem Eremitis, qui viuebant propè flumen Bauosum iuxtà eum locũ, in quo in fluuium Paiuam ingreditur, quibus Abbas Ioannes Cirita, cùm fundauit monasterium Sãcti Christophori de Foes, dedit habitum Ordinis Cisterciensis, & fuerunt ex primis habitatoribus illius Domus. Eorum nomina erant Petrus, Froila, Pelagius, Aluarus, Andreas, Luiba, Germidius, Rosendus, Hermanus, in libro antiquo, ex quo eorum nomina extraxi, extant quædam breuia Elogia vitarum eorum, quæ Vlissyppone exhibebo. Et de his dubium non est esse Ordinis Sancti Augustini, quia dicit idem liber, qui est illius temporis, quod ex Eremitis Sancti Augustini transierunt ad OrdinemCisterciensem.*

Apud Marq. cap. 15. §. 9 pag 292.

608 An. 1132. Apud Marq. cap. 7. §. 2. pag. 105.

Circà annum 1132. floruit Bonifacius Episcopus, qui in Palatio Episcopali Patriarcharum Venetorum cum habitu Eremitarum Sancti Augustini depictus hunc titulum sub numero 25. habet. *Anno 1132. Bonifacius Falerius Venetus Ordinis Eremitarum.* At Leander Albertus Dominicanus in descriptione Italiæ edita Bononiæ anno 1550. pag. 467. sic inquit. *25. Bonifacius Phalerius Venetus 1131. Ordinis Eremitarum.*

609 An. 1153. Apud Marq. cap 15. § 12. pag. 195.

Anno 1153. Inuenitur memoria Cōuentus S. Iuliani in Regno Lusitaniæ inter mare, & Serram, quam dicũt de Pescaria; cuius ferè omnes religiosi circà annum 1193. obierunt. Extat historia hæc fideliter scripta in archiuio insignis Conuentus de Alcobaza Ordinis Cisterciensis in Confrōtatione agrorum, quos Sācta illa domus possidet, in qua refertur illos religiosos fuisse ex Ordine Eremitarum D. Augustini. Eam enarrant M. F. Bernardus Brito Cisterciensis; [b] & de ea re certiorem fecit Illustrissimum D. Fr. Alexium de Meneles literis datis die 1. Iulij anno 1616. in quibus sic scribit. *Intermedius Alcobaziæ inter mare, & Serram,*

b in lib de inuentione, & miraculis Sacræ imaginis Dominæ nostræ de Nazareth.

quam vocant de Tascaria, extat quoddam Eremitorium Sancti Iuliani, quod tempore gentilium fuit templum Neptuni, fabrica extraordinaria, vbi viuebant quidam Eremita Sancti Augustini eo tempore, quo regnabat Rex D. Alfonsus Enriquez; & cùm sequenti tempore grassaretur pestis generalis, quæ magnam Orbis partem infecit, obierunt illi, qui ibi degebāt qui erant septem, è quibus duo vocati Laurentius, & Gosendus, quamdam Dominæ nostræ Imaginem tulerunt ab Eremitorio Sancti Iuliani, vt illam in monasterio Alcobazensi relinquerent; eo morbo, quo infecti erant, impediti, antequam illuc peruenirent, diem obierunt in quodam loco eminenti antè monasterium in distantia media leucæ, quæ posteà succedente tempore reperta est; & Valdè celebris fuit miraculis, & vocatur Domina nostra de Auxilio. Nomina Eremitarum erant Simon, Loderigus, Saluator, Suerus, Lupus, Gosendus, & Laurentius. Quoddam autem ex prædictis Instrumentis illos Eremitas fuisse Augustinianos declarat hisce Verbis, Illius Magni Doctoris Aphricani normam secuti.

610 An. 1156. Apud Marq. cap 13. §. 13. 14. 15. 16. pag. 210. & sequētibus.

Circà annum 1156. B. Guillelmus, posteà ab Innocentio III. Cathalogo Sanctorum adscriptus, & in martyrologio Romano die 10. Februarij notatus; habitu Eremitarum Sancti Augustini suscepto, nouam Congregationem erexit, quæ deinceps appellata est fratrū Sancti Guillelmi, seù Guillelmitarum; Et anno 1256 vnita est simul cum alijs Congregationibus Ordini absolutè dicto Eremitarum Sancti Augustini, de hac institutione fratrum Sancti Guillelmi latiùs egimus suprà puncto primo difficultate secunda.

611 An. 1170. Apud Marq. cap. 14 §. 8. pag. 167.

Circà annum 1170. Alexander III. cōcessit Conuentui nostro Beneuentano quoddam priuilegium; vt patet ex alio priuilegio Gregorij IX. cuius sub anno 1232. mentionem infra faciemus.

612 An. 1192. Apud Marq. ca. 18 §. 5. pag 323.

Era 1230. id est anno 1192. mense Iulio Sancius 1. Rex Portugaliæ Alphonsi filius monasterio Sancti Vincentij, Vlissyponensi Can. Reg. donauit quoddam Eremitorium, quod erat in Serra Sintræ, quam vocant Sancti Saturnini. Extabat Originale in archiuo Sancti Vincentij, & in eo subscribebāt vt testes Ioānes Prior Eremitarum, & Ferdinandus Canonicus Sancti Vincentij, Nomine autem Prioris Eremitarum prælatus Ordinis Sancti Augustini, & nullius alterius potest intelligi, is enim est, qui simpliciter, & absolutè dicitur Ordo Eremitarum.

613 An. 1196. Apud Marq. cap. 18. §. 7. pag. 325.

Era 1234. idest anno 1196. die 4. Septembris in quadam donatione, quam Rex Sancius fecit monasterio de Leiza Ordinis Cisterciensis, dum esset Vlissypone, inter testes, qui subscripserunt, vnus fuit, Odorius Prior fratrum Eremitarum.

614 An. 1199. Apud Marq. cap. 2. in principio pag. 6. & cap. 15 §. 12. pag. 297.

Anno 1199. Innocentius III. vt habetur libro 4. decretalium titulo, Qui Clerici, vel vouētes cap. 7. *insinuante*, sub dat. Laterani Kal. Decembris anno 2. Pontificatus, iubet, vt quædam fœmina reassumat habitum, quem malè dimiserat, eo quòd votum *in manibus cuiusdam de fratribus Sancti Augustini*, fecerat, & in eiusdem Ordinis habitu biennio post permanserat.

615 An. 1206. Apud Marq. cap. 4. in principio pag 28. & cap 13. §. 17. & seqq. pag. 244. & seqq. & cap. 20. §. 3. pag. 430. & 431.

Circà annum 1200. paulò magis, aut minùs (velut ego existimo anno 1207. vel 1206.) B. Ioannes Bonus Mantuanus nouam instituit Congregationem Eremitarum Sancti Augustini quæ communiter appellata est Eremitarum Fr. Ioannis Boni, seù Iambonitarum de hac materia latè egimus in toto hoc tractatu ostendentes anno 1206. vel 1207. B. Ioannem Bonum sub regula Eremitarum Sancti Augustini suam Congregationem erexisse distinctam ab ea, quę simpliciter appellabatur Eremitarum Sancti Augustini, licèt vtraq; esset eiusdem Ordinis verè, & propriè.

616

In hac Congregatione B. Ioannis Boni Eremitam Augustinianum egisse B. Franciscum circà annum 1207. asserūt plures, quos Marquez retulit, & nos in hac respōsione pacifica eorum testimonia defendimus, contendimusque cum Marquez rem ad minùs esse probabilē. Sed quoniam de B. Francisco fundatore Ordinis minorum ex Eremitico procedente incidit sermo, dicamus breuiter quot Ordines ex nostro in lucem emerserint.

Ordines ex Augusti. Ordi. in lucem prodeuntes.

617 Primus. Ordo Minorum. 1209.

Primus est Ordo Minorum à B. Francisco institutus anno 1209. iuxta probabilem opinionem existimantium B. Frāciscum antè sui Ordinis institutionem egisse Eremitam Augustinianum. Omitto ordinem Grandimontensem, quem ab Augustino descendisse anno 1058. contendit Fr. Hieronymus Roman, a ego enim in oppositum inclinor cùm M. Fr. Antonio de Iepes, & alijs, quos citaui puncto 2. difficultate secunda.

a Centur. 7. fol. 39. pag. 1.

618 Secundus. Ordo Seruorum circa an. 1233.

Secundus est Ordo Seruorum B. Mariæ, cuius institutor in Martyrologio Romano die 23. Augusti appellatur B. Philippus

lippus Florentinus, qui obijt anno 1285. Concessit Leo X. vt de eo officium duplex 10. Kal. Septembris recitaretur à fratribus sui Ordinis; & Paulus V. prorogauit Indultum pro Tuscia ad petitione magni Ducis Etruriæ: vt testis est Philippus Ferrarius.[a] At Beatum Philippum, & ordinem Seruorum ex nostro prodijsse asserit expressè Ambrosius Coriolanus,[b] qui ait: *Aliter diceremus quòd Ordo Seruorum esset antiquior Ordine Minorum, & nostro cum in aliquibus locis in processionibus dignitatem locum obtineant, quod tamen est falsum, cum ipse ex nostro discendit Florentiæ.* Idem tradidit Cardinalis Ægidius Viterbiensis in Epistola ad patres Illicetanos, quæ extat manuscripta in Bibliotheca Angelica conuentus S. August. Romani ibi: *Scitis quoq; quot à vobis veluti examina prodierint Seruorum religio & eorum Societas, quæ Scopetum incoluit.* Idem docet frater Hieronymus Romanus.[c] Fauet etiam Philippus Bergomensis,[d] qui sic ait: *Ex eorum hospitis egregio primò Eremiticam vitam suscepit, indeq; diuino Oraculo admonitus hanc Seruorum Beatæ Mariæ religionem sub Diui ipsius* (nota verbum ipsius) *Patris Augustini regula excitauit*; Multorum id esse opinionem testatur P. Fr. Valerius Ximenez de Embun Carmelita.[e] Sic de Seruorum Ordine loquens. *Y nos dizen que fiese cuidadano de Florencia la fundaron; otros que Philippo Florentino* (Francisco de Satomgel in Cathalogo Sanctorum cap. 162. Tapia cap. 28.) *el qual es cierto que no fue Carmelita; Duda ay si fue Augustino, que muchos estan en esta opinion.*

619 Tertius est Ordo Hospitalis S. Mariæ de Scala de Senis circà annum 1298. (vt refert Illescas[f]) à quodam Generali Augustiniano fundatus. Ambrosius Coriolanus vbi suprà sic ait. *Similiter fratres Hospitalis Sanctæ Mariæ de Scala de Senis instituti fuerunt à Beato Augustino nostro de Senis*; nempè à Beato Augustino Nouello de Terano, qui obijt anno 1309. in Conuentu Sancti Leonardi propè Senas, idem tradit Ferman,[g] & alij.

620 Quartus est Ordo Canonicorum regularium S. Saluatoris, qui dicuntur Scopetini; de hoc Ordine non est, qui neget institutum fuisse ab Augustinianis Conuentus Illicetani, quorum præcipui fuere B. Fr. Stephanus Senensis, & Iacobus Andreæ, vnde Coriolanus[h] sic ait. *Similiter Ordo Scopetinorum; siue Congregationis S. Saluatoris exierunt post.* [illegible] *hæredates. Et tamen certum est, quòd illi habuerunt Originem à Fr. Stephano & Fr. Iacobo Andreæ Senensibus fratribus nostris Conuentus nostri Illiceti propè Senas ad ista mihi narrata, & in signum huius retinuerunt* [illegible] *claustralem nostrum.* Et Cardinalis Ægidius Viterbiensis loco suprà allegato testatur Scopetinos à nostris Fratribus Illicetanis prodijsse. Variant tamen Authores in assignando anno fundationis: Hieronymus Romanus[i] Illani refert ad annum 1373. Philippus Bergomensis[k] ad annum circiter 1376. Abrahamus Bzouius Dominicanus[l] in annum circiter 1378. Ioannes Trullus Canonicus Regularis in Azd. [illegible][m] Aubertus Miræus[n] At omnes hi à veritate aberrarunt; certissimum enim est, initia huius Congregationis esse constituenda sub anno 1408. in quo illam constituunt Gabriel Pennotus Can. Reg. Lateran.[o] & Ioannes Baptista Signius Canonicus Regularis Congregationis Sancti Saluatoris lib. 2. de Ordine, & statu Canonico ferè per totum, idem Aubertus Miræus[q] ex Onuphrio in Chronico, & Seripandus,[r] ait. *Hoc anno de licentia Gregorij Summi Pontificis decem fratres Congregationis Illicetanæ cum duobus laicis mutarunt habitum, & fecerunt initium Congregationis Scopetinorum.* Præcipuus huius Congregationis author fuit B. Fr. Stephanus Senensis, quem Cardinalis Paleotus[s] inter Beatos enumerat; & Leander Albertus[t] recensens Beatos Vrbis Bononiæ sic de eo ait. *Frà i Beati furono annouerati gl' infrascritti. Et prima il Beato Stefano ristoratore della Religione di S. Saluatore di Scopeto, che fu sepolto nel Monastero di S. Donato di Scopeto appresso Fiorenza nel anno 1444.* Hunc ergò Beatum Stephanum Cioni Ioannis filium, non Bononiensem, sed Senensem (Senis natum anno 1334. & in Conuentu Illicetano religionis iugo subditum anno 1368. & prædictæ Congregationis secundum Generalem, & anno 1432. die 30. Octobris defunctum vel anno 1444. vt alij volunt.) Sequuti sunt alij Fratres Augustiniani Conuentus Illicetani, è quibus [illegible], & successus iuxta [illegible] Signium [illegible] suprà allegatò [illegible] P. F. Philippus Federici de Agazariis de Senis Conuentus Illicetani Prior, & eiusdem congregationis primus Generalis anno 1408. & eodem anno ad ordinem Eremitarum reuersus Prioratum Illicetanum (Eremitæ prioratus Illicetani accipiebant Prioratum [illegible]

[a] in Cathal. Sanctorú Italiæ pag. 533. & 534.
[b] in Apologia ad Sixtum IV. versu 2. in responsione ad 2.
[c] Cent. 9. fol. 55. pag. 2.
[d] lib. 13. supplementi fol. 240.
[e] in stimulo deuotionis ad antiquum ordinem Carm. par. 1. cap. 1. §. 1. tit. 2. fol. 29
Tertius Ordo Hospitalis S. Mariæ de Scala circa an. 1299.
[f] Tom. 1. Histor. Pontificalis fol. 344.
[g] Centuria 10. fol. 60. pag. 1.
Quartus Ordo Can. Reg. S. Saluatoris in an. 1408.
[h] vbi supra.
[i] Centuria 10. fol. 71. pag. 2.
[k] lib. 14. supplementi fol. 236.
[l] Tomo 14. annalium Baron. ad an. 1377.
[m] in lib. ordo Canonicus Reg lib. 1. cap. 10. pag. 44.
[n] 10. 1. Instit. Moral. cap. 22 col. 1172.
[o] in origibus Canon. Reg. ord. S. Aug. cap. 8 pag. 30.
[q] in ann. 1410.
[r] lib. 2. histor. [illegible] cap. 51. pag. 467.
[s] cap. 15. pag. 71.
[t] in Centenarium Cioru fol. 45. pag. 2.
[u] in lib. de administratione Ecclesiæ bononiensis.
in descriptione Italiæ fol. 208. pag. 2.

Lacus, fallitur signius) rexit vsque ad annum 1417. in quo sanctè obijt, cùm annis 64. vixisset; Secundus Frater Iacobus Andreæ, qui nouæ Congregationis difficultatibus obrutus, & quietis amans, ad Ordinem Minorum se transtulit in Monasterio, quod de Capriola dicitur, propè Senas, in quo erat Prælatus P. F. Bernardinus de Senis, posteà inter sanctos adscriptus, in quo deuotè perseuerans, tandē Sanctissimo fine in Domino quieuit. Tertius Fr. Dominicus Cioni Vghi de Senis, qui in Congregatione Canonicorum obijt anno 1428. Quartus Fr. Ioãnes Franciscus de Asflaggia, & Quintus Fr. Ioannes Christophori Salimbeni de Senis, qui ad Eremitarum ordinem reuersi sunt. Sextus Fr. Regulinus Angelini Philippi de Senis, consanguineus S. Bernardini de Sena, qui anno 1432. post mortem Beati Stephani electus fuit tertius Prior Generalis Cōgregationis prędictæ Canonicorum. Septimus Fr. Andreas Angelinus, qui ad ordinē Eremiticum rediit. Octauus Fr. Ioãnes Antonij Guidi Seruatij, qui in ordine Canonico perseuerauit. Nonus F. Frãciscus Nanisen Nutij, qui inter Canonicos Eugubij apud S. Ambrosium obiens anno 1413. à Ioanne Baptista Signio honoratur glorioso titulo Beati 10. & 11. fuerūt F. Bartholomæus Salui, & F. Christophorus Ioannis fratres laici, qui statim simul cum alijs quatuor ad antiquum suum ordinem regressi sunt.

621 Quintus, & vltimus est ordo Canonicorum regularium Sãcti Spiritus de Venetijs, de quo Coriolanus [a] sic ait. *Similiter Princeps suo tempore omnium Euangelizantium M. Gabriel de Spoleto nostri ordinis instituit ordinem Sancti Spiritus de Venetijs.* Aubertus Miræus [b] sic habet. *Congregationem, & monasterium Illustre Can. Regul. Sancti Spiritus iuxtà Venetias instituit P. Gabriel Spoletanus Eremita August. anno 1415.* F. Hieronymus Roman [c] in hoc solo dissidet, quòd reijcit huius ordinis fūdationem in annum 1426. & quòd attinet ad institutorem, omnes ferè Authores concordant; quomodò autē Gabrieli Spoletano ea fundatio sit tribuenda, constat ex Gabriele Pennoto [d] in hæc verba rem totam referente. *Congregatio Sancti Spiritus Venetiarum sub Martino V suam originem habuisse dicitur circà annum 1424. in monasterio Sancti Spiritus propè Venetias, quod antea fuerat Canonicorum Regularium circà an. 1140. fundatum. Sed posteà circà ann. 1380. Canonicis destitutū monasterio Abbatiali Sãcti Michaelis Brundulis vnitum. Authores huius Congregationis, feruntur quatuor Ciues nobiles Veneti sæculares, videlicet D. Andreas Bondimerio, D. Michael Mauregeno D. Philippus Taruta, & D. Franciscus Contareno. Hi zelo vitæ communis, & religiosæ inflammati, primum apud locum intrà lacunas S. Mariæ de Nazareth conuenientes, vbi erat monasterium Eremitarum ordinis Sancti Augustini M. Gabriele Spoletano eximio illorum temporum concionatori, & eius loci Priori se ipsos tam quam Patri spirituali instituendos tradiderunt. Cuius hortatu ipsum ordinem Eremiticum ingressi, & professi, & de virtute in virtutem in dies proficientes paulò post Monasterium Sancti Danielis in agro Patauino Abbate Commendatario cedente obtinuerunt. Verum Abbatia alij collata negotium è manibus dissoluit. Quare in Patriam reuersi Monasterium Sancti Spiritus Abbate Brundulensi concedente obtinuerunt, & Canonicum ordinem in eo renouarunt. Nam anno 1424. ex commissione Martini Papæ V. dimisso Eremitico Canonicum habitum, & institutum susceperunt per manus D. Petri Marcelli Episcopi Patauini, in cuius manibus iteratò professionem emiserunt. Electus est Prior D. Andreas Bōdimerius, qui multis annis ipsum monasterium religiosissimè gubernauit.* Et infrà. *Ex Monasterio Sancti Spiritus prodierunt ipse D. Andreas Bondimerio ex Priore Patriarcha Venetiarum 3. in ordine anno 1460. electus, & confirmatus, & D. Philippus Taruta, qui assumptus est ad Archiepiscopatum Cretensem anno 1458.*

Quintus. Ordo Can. Regu. S. Spiritus de Venetijs circa ann. 1415.

a in Apologia ad Sixtum IV. vers. 2. ad 1.

b in originibus Can. Reg. S. Aug cap. 91. pag. 188.

c centur. 12. fol. 79. pag. 2.

d lib. 2. histor. tripar. cap. 50. pag. 482.

622 Sed ad cōtinuationem Augustiniani ordinis reuertamur. Circà annum 1200. paulò magis, aut minùs, sed antè annum 1215. Innocentius Tertius confirmauit Conuentum nostrum Sancti Antonij in Ardigneta, qui hodie vocatur Vallis aspera in maritima Senarum. Huius Bullę, ait Marquez tres testes cōtestes habem [e] qui affirmant se proprijs oculis illam vidisse. Hi sunt B. Iordanus [e], S. Antoninus [f], & Philippus Bergomensis [g], qui asserit illam incipere. *Solet annuere.*

623 Antè annum 1215. in quo Concilium Lateranense celebratum est, extitisse in Ecclesia ordinem Eremitarum Sancti Augustini expressè testatur Concilium Lugdunense, sub Gregorio X. an. 1274. celebratū, eius verba in cap. *Religionum*, de Religiosis Domibus in 6. referuntur in hunc modum. *Cæterum Eremitarum Sancti Augustini, & Carmelitarum ordines,*

quorum

An. 1200. Sequitur continuatio ordinis Eremitarū Augustinian.

Apud Marq. cap. 14. §. 9. pag. 171. & cap. 20 §. 2. pag. 148.

e lib. 1. vitas fratrū cap. 14

f 3. p. histor. tit. 24. cap. 14. §. 3.

g lib. 12. supplement. Chron. fol. 129.

An. 1215. Apud Marq. cap. 1. §. 1 pag. 7.

quorum institutio dictum Concilium generale præcessit, in solido statu volumus permanere.

624 An. 1226. Apud Marq. cap. 17. §. 3. pag. 314.

Anno 1226. extabat Conuentus de Pennafirma in Lusitania. Est enim in eius Archiuo Instrumētum authēticum in Iudicio cōtradictorio super quodam agro præsentatum, & approbatum, in quo Prætor, & Aluaziles, & Consiliarij de Turribus Veteribus dant, & cōcedūt Fr. Gaibitino Eremitano Ordinis Sancti Augustini, & omnibus alijs fratribus dicti ordinis tam præsentibus, quàm futuris quandam hæreditatem in territorio de Pennafirma, & referunt se dedisse eisdem fratribus alteram hæreditatem in eodem territorio; & rogatū est Turribus Veteribus 2. Idus Aprilis Era 1264. idest anno Christi 1226.

625 An. 1226. Apud Marq. cap. 18. §. 8. pag. 326.

Eodem anno 1226. obijt in Conuentu B. Mariæ de Populo Romæ Fr. Ioannes, cuius Epitaphium, cùm à Sixto IV. anno 1471. Ecclesia renouaretur, repertū est. Erat autē huiusmodi. *Anno Domini 1226. Hic iacet corpus Fr. Ioannis de ordine fratrum Eremitarum Sācti Augustini, qui vixit pro ordine annos duos, menses quatuor, dies duodecim.*

626 An. 1228.

Addam ego Gregorium IX. an. 1227. vel 1228. eidem Conuentui B. Mariæ de Populo fratrum Eremitarum S. Augustini concessisse Indulgentias, prout habetur in quodam Instrumento authentico, quòd reperi in registris Curiæ Episcopalis Dertusensis anni 1458 in quo Instrumento D. Ioanes de Aragonia, & Nauarra Episcopus Oscensis, & Iaccēsis fidem facit die 21. Octobris anno 1513. sibi presentatas quasdam litteras Apostolicas, seù Bullas originarias, cum quodā Marcmagnum à Summis Pontificibus emanatas, concessasq; in fauorem totius religionis Eremitarum Sancti Augustini, & inter alia commemorat priuilegium à Gregorio Nono concessum anno 1. sui Pontificatus. Sed de his vide, quæ suprà retulimus [a].

[a] puncto 2. difficul. 2. §. 5. versiculo Constat secundò.

627 An. 1232. Apud Marq. cap. 14. §. 8. pag. 267.

Anno 1232. Gregorius Nonus cōcessit Conuentui nostro Beneuētano quoddam priuilegium, quod habetur in eius regesto num. 97. & inter alia sic ait. *Cùm in Ecclesia vestra sit ordo Canonicus secundùm Deum, & B. Augustini regulam noniter institutus, ad exemplar fel. record. Alexandri Papæ Prædecessoris nostri vobis concedimus, &c. Dat. Laterani 13. Kal. Decembris Pontificatus nostri anno 6.* atq; adeò Christi 1232. quia electus fuit 13. Kal. Aprilis anno 1227.

628 An. 1235. Apud Marq. cap. 14. §. 7. pag. 268 & c. 453 pag. 15.

Anno 1235. idem Gregorius IX. confirmauit Constitutiones Prioris, & fratrum de Brittinis Fanensis Diœcesis in Eremis sub regula Sancti Augustini viuentium. Confirmatio facta est Perusij 3. idus Martij Pontificatus sui anno 8. atq; adeò Christi non 1234. vt malè numerauit Marquez, sed 1235. vt patet ex computatione temporis, in quo electus est Pontifex.

629 An. 1237. Apud Marq. cap. 3. §. 4. pag. 26.

Antè annum 1237. Conuentus noster Sancti Marci Mediolanēsis iam extabat, vt testis est M. Fr. Ferdinandus del Castillo [b] Antonius etiam Possevinus è Societate Iesu [c] tradit Guillelmum Duranti, dictum Speculatorem Episcopum Mimatensem, & Authorem libri intitulati, *Rationale diuinorum officiorum*, fuisse fratrem ordinis Eremitarum ordinis S. Augustini circà ann. 1236. At hoc mihi dubium est.

[b] 1. p. historiæ S. Dominici lib. 3. cap. 1.
[c] tom. 1. apparatus verbo Guillelmus Durante.

630 An. 1240. Apud Marq. cap. 3. in principio pag. 16.

Anno 1240. Gregorius Nonus litem composuit inter Franciscanos, & Fratres Eremitas Fr. Ioannis Boni ordinis Sācti Augustini Bulla data Laterani 9. Kal. Aprilis anno 14. Pontificatus, atq; adeò Christi 1240.

631 An. 1242. Apud Marq. cap. 18. §. 8. pag. 325.

Anno 1242. Beatus Nicolaus de Tolētino *in approbata religione fratrum Eremitarum Sancti Augustini*, vt Eugenius IV. ait in Bulla Canonizationis, cùm audisset prædicatorem ordinis Eremitarū Sācti Augustini in Castro Sācti Angeli cōcionantem nuncium remittens sæculo, vel, vt alij volunt, ex Sacro Regularium Canonicorum ordine ad Eremiticum Augustinianum institutum aduolauit. Et quantumcumq; hinc demas, saltem ex reuelatione, quam eius matri Sāctus Nicolaus Episcopus insinuauit, clarè colligitur eum ordinem antè annum 1236. in Ecclesia approbatum, floruisse. Si autem habitum suscepit anno 1242 etiam antè annum 1226. floruisse patet, vt vel sic adolescens decem, & sex annorum ingrederetur religionem Augustinianam. At Nicolaus multò post factus est Augustinianus.

632 An. 1243. Apud Marq. cap. 18. §. 6. pag. 324.

Anno 1243. (vt constat ex Instrumento authentico, quod asseruatur in Conuentu nostro Vlyssipponēsi, & rogatum est Vlyxibone. . . . Ianuarij. Era 1309. idest anno Christi 1271.) Domina Susanna de nouo cōstruxit pro fratribus Eremitis S. Augustini Ecclesiam in quodam Cāpo ad honorē Dei, & Sāctorū eiusdē ordinis supradicti sub certis conditioni-

bus, ad quas Fr. Ioannes Lombardus Prior fratrum Eremitarum Sancti Augustini nomine suo, & successorum suorum, & nomine religiosi viri Fr. Laurentij Prioris Prouincialis ordinis supradicti, & eius Generalis. . . ; . nominatus nomine suo, & Fr. Paschasius de Dareta Visitator dicti ordinis se obligauerit, prout in quibusdam Instrumetis per Alphabetum diuisis super hoc confectis per manum Petri Ferrarij quondam tabellionis Era 1281. (atq; adeò anno 1243.) pleniùs continetur.

633 Eodem anno 1243. in fine, Innocentius IV. Vniuersis Eremitis Thusciæ, exceptis Fratribus Sancti Guillelmi, cognito eorum proposito per Stephanum, & Vgonem Eremitas Thusciæ, præcepit; vt in vnum se regulare propositum conformantes, regulã B. Augustini, & ordinem assumerẽt sub communi Priore deinceps victuri. Bulla hæc data est Laterani 17. Kal. Ianuarij, vt aliqui habent (Non 17. Ianuarij, vt Marquez legit.) anno 1. Pontificatus, atq; adeò Christi 1243. quia electus fuit 8. Kal Iulij an. 1243.

An. 1243. Apud Marq. cap 3. § 3. pag 24.

634 In eadem Bulla Innocentius IV. Eremitis Thusciæ sic counitis ordini, & regulæ Sancti Augustini Ricardum Sancti Angeli Diaconum Cardinalem in Correctorem, ac Prouisorem deputauit. Hic est primus Protector, quem nouerim, alicuius Congregationis ordinis Eremitarum Sancti Augustini. Paulò tamen post circà annum 1246. Guillelmus Fliscus Genuensis Innocẽtij IV. nepos Diaconus Cardinalis Sancti Eustachij datus est in protectorem fratribus Eremitis Fr. Ioannis Boni Ordinis Eremitarum Sancti Augustini; vt patet ex decreto Cardinalis Guillelmi, qđ adducit M. Marquez[a] Eundem Cardinalem Guillelmum à Patruo Innocentio IV. Lugduno redeũte, & ordinem Seruorum Beatæ Mariæ sub regula B. Augustini approbante, datum fuisse in protectorem eorumdem Seruitarum testatur Philippus Ferrarius Alexandrinus[b] in vita B. Bonfilij, quem dicit esse vnum ex primis fundatoribus ordinis Seruorum.

Ricard. Card. protector an. 1243.

Guillelmus Card protector Cõgregationis S. Ioannis Boni circa an. 1246.

a cap 13. § 17 pag. 245.

b in cathalogo Sanctorũ Italiæ die 8 Septembris pag. 582.

DIGRESSIO PRIMA

De Protectoribus Augustinianis.

635 INcidit sermo de Cardinalibus Protectoribus Ordinis Eremitarum Sancti Augustini. Placet in aliquale gratitudinis signum eorum memoriam posteritati commendare, quorum notitiam habere potuimus. Breuiter ergo enumeremus illos, nihilque trademus, quòd nõ sit in Onuphrio, aut Ciaconio, aut Petramellaria, quorum citationes breuitatis gratia omittemus.

636 Primus est Ricardus Hannibaldensis Romanus de Molaria à Gregorio Nono in 4. creatione anno 1240. creatus Diaconus Cardinalis Sancti Angeli. Ab Innocentio IV. anno 1246. datus in protectorem Eremitis Ordinis Sãcti Augustini in Thuscia apud Marquez[c]. Ab Alexandro IV. denuò 4. Kal. Aprilis anno 1257. vt tradit Marquez factus protector[d], sed totius ordinis Eremitarum Sancti Augustini, anno 1256. vniti sub vno Generali. Eiusdem Pontificis tempore Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Archidiaconus à Gregorio X. pileo rubro priuatus animi dolore paulò post obijt Lugduni in Concilio Generali an. 1274. vt tradit Onuphrius, & Ciaconius[e] Sepultus tamen fuit Romæ in sepulcro marmoreo, & emblematib⁹ ornato. Quis ab hoc an. 1274. fuerit ordinis protector vsq; an. 1294. prorsus ignoratur.

Ricard. Card. Hannibaldensis 1243.

c cap. 3. § 3. pag 24.

d ibidem.

e pag 156.

637 Secundus est Petrus de Columna Romanus à Nicolao IV. in prima Creatione sex Cardinalium Romæ in Vigilia Pentecostes anno 1288. creatus Diaconus Cardinalis Sancti Eustachij Vxore illius se in monasterium includente. A Cœlestino V. factus est nostri ordinis protector anno 1294. vt constat ex compendio nostrorum priuilegiorum fol. 9. A Bonifacio VIII. Reate, vbi Romana Curia residebat, 6. idus Maij, an. 1297. simul cum Iacobo de Columna Patruo suo Diacono Cardinali Sanctæ Mariæ in Via lata priuatus fuit Cardinalatu, & omnib⁹ dignitatibus Ecclesiasticis. Quis autem pro eo tempore datus fuerit protector Eremitis Augustinianis, ignorum. Cæterũ Petrus de Columna à Clemente V. in prima creatione 12. Cardinalium Lugduni 18 Kal. Ianuarij anno 1305. simul cum patruo fuit restitutus. Obijt Auenione anno 1326. Cadauer Romam portatum ad Sanctam Mariã Maiorem sepultum est ad pedes sepulchri Nicolai IV. cum inscriptione. Quis autem ab anno 1326. vsq; ad annum 1342. nostrum protectorem egerit, nullum vestigium inuenio.

Petrus de Columna Card. an. 1294.

638 Stephanus Alberti Cardinalis, post Summus Pontifex, circa an. 1342

Tertius est Stephanus Alberti Lemouicensis Gallus decretorum Doctor Episcopus Charamontanus à Clemente VI. Auinione in prima creatione 10. Cardinalium 12. Kal. Octobris an. 1342. creatus Presbyter Cardinalis Sanctorũ Ioannis, & Pauli tit. Pammachij, & maior Pœnitentiarius. Hunc fuisse nostrum Protectorem constat ex antiquis nostris constitutionibus additis à Fr. Thoma de Argentina ad annum 1345. cap. 6. ibi. Pro obitu Pœnitentiarij Domini Papæ ord. nostri protectoris quilibet Sacerdos ordinis nostri celebret tres Missas. Hic posteà, cùm iã esset Episcopus Cardinalis Hostiensis, & Veliternus mortuo Clemente VI. creatus est Summus Pontifex 15. Kal. Ianuarij anno 1352. Auenione, vbi & obijt pridie idus Septẽbris ann. 1362. sepultus in Ecclesia Cathedrali S. Mariæ de Donis, & posteà ad Ecclesiam Carthusianorum ad Villamnouam translatus est.

639 Ab anno 1352. vsq; ad annum 1420. ignoramus quis fuerit ordinis Augustiniani protector. Ingens incuria, & iners obliuio. Sũspicari tamẽ possumus, quòd Stephano successerit F. Guillelmus de Agrifolio Monachus Cluniacẽsis, quem Clemẽs VI. in quarta creatione 12. Cardinalium Auenione 15. Kal. Ianuarij an. 1450. ex Archiepiscopo Cæsaraugustano creauit præsbyterum Cardinalem S. Mariæ Transtyberim tit. Calixti. Post factus ab Vrbano V. Episcopus Sabinus obijt Viterb. ex peste 4. nonas Octobris anno 1369. sepultus ibidem in Ecclesia S. Trinitatis ordinis Eremitarũ. Huic etiam fortè successit Petrus Corsinus Ciuis, & Episcopus Florẽtinus Decretorũ Doctor quem Vrbanus V. apud Mõtem Flasconem 7. idus Iulij anno 1369. creauit presbyterum Cardinalem tit. SS. Laurentij, & Damasi; postea verò Episcopum portuensem, & S. Ruffinæ. excessit Auenione anno 1405. Cardinalatus sui anno 36. Sepultus ibidem ad Augustinianos, aliò forsitan postea translatus.

640 Franciscus Landus Card. an. 1411.

Quartus est Franciscus Landus Venetus V. I. Doctor, & Patriarcha Gradensi Cõstantinopolitanus, quem Ioannes 23. anno 1411. 8. idus Iunij creauit præsbyterum Cardinalem tit. S. Crucis in Hierusalem; sub Martino V. Episcopus Card. Sabinus obijt Romæ 7. Cal. Ianuarij an. 1427. sepultus ad S. Mariam Maiorem, ibiq; hoc elogio decoratus.

Laudibus aeternum senior celebrandus in aeuum.
Hic Franciscus habet cineres, quẽ clara creauit
Lãda domus, Venetæ proles sanctissima gentis.

&c. Eum autem fuisse protectorem ordinis nostri constat ex registro generalis Augustini Romani an. 1420. vbi Dominus F. Cardinalis dicitur protector ordinis nostri. Nullus autem tunc erat alius Cardinalis præter hũc, cuius nomen inchoaret litera F. Et ex eodem regist. fol. a 10. pag. 2. die 16. Ianuar. an. 1427. ibi. *ad instantiam Reuerendiss. Dom. Card. Sabinensis Protectoris nostri*, &c.

Quintus est D. Ioannes de Rupescissa Gallus, V. I. Doctor, Archiepiscopus Rothomagensis, Patriarcha Cõstantinopolitanus, à Martino V. anno 1426. 9. Cal. Iulij creatus præsbyter Card. tit. S. Laurentij in Lucina. obijt in legatione Bononiæ 7. Cal. Aprilis an. 1437. ibiq; in nostro S. Iacobi depositus, postea an. 1438. in Galliam translatus. Eum fuisse protectorem nostrum constat ex registro M. Gerardi de Arimino generalis fol. 184. pag. 1. & præcipuè fol. 252. pag. 1. ibi. *Scripsimus, &c. quod debeant dare liberè corpus olim protectoris ordinis nostri, scilicet Domini Rotomagensis Reuerendissimi.* &c. 641

641 Ioannes de Rupescissa Card. an. 1426

Sextus est Beatus Pater D. F. Nicolaus Albergatus, ordinis Carthusianorum, Ciuis, & Episcopus Bononiensis, quem 9. Cal. Iulij anno 1426. creauit præsbyterum Card. tit. S. Crucis in Hierusalem; obijt autẽ Senis 7. idus Maij anno 1443. sepultusq; est ad Carthusianos. Constat autem eum fuisse ordinis protectorem; quia in registro generalis Gerardi de Arimino fol. 304. pag. 2. die 20. Septembris an. 1437. habentur hæc verba. *Ad postulationem instantissimam Reuerendiss. D. D. Card. Sanctæ Crucis ordinis protectoris?* 642

642 Nicolaus Albergatus Cardin. an. 1426.

Septimus est Ioannes ex Comitibus Taliacotij Neapolitan' Archiepiscopus Tarẽtinus ab Eugenio IV. in prima creatione 17. Cardinalium Florentiæ in Concilio generali in publico Consistorio 15. Kal. Ianuarij anno 1439. creatus presbyter Cardinalis SS. Nerei, & Achillæi, & posteà maior Pœnitentiarius. A quo tempore nobis datus fuerit in protectorem, non constat, certũ tamen est: fuisse protectorem saltem ab anno 1445. ex compendio nostrorum priuilegiorum fol. 17. Posmodum Episcopus Cardinalis Prænestinus, & Decanus Collegij, obijt Romæ 12. Kal. Februarij an. 1449. sepultus ad S. Augustinum. 643

643 Ioannes de Taliacotio Card. an. 1445

Octauus

644 Octauus est F. Guillelmus de Estoteuilla Hortmandus Gallus Decretorum Doctor Monachus, & Prior S. Martini de Campis Parisiensis ordinis S. Benedicti congregationis Cluniacensis regib Frācorum sanguini iunctus. Ex Episcopo Morinensi Episcopus Andegauensis, post Rutenensis, demū Archiepiscopus Rothomagēsis ab Eugenio IV. in eadem creatione, cum Ioanne Taliacotio creatus præsbyter Cardinalis Sanctorum Siluestri; & Martini tit. Equitij, à Nicolao V. factus fuit Episcopus Cardinalis Portuensis; & S. Ruffinæ. à Pio II. Episcopus Cardinalis Hostiensis, & Veliternus. Post verò, cum esset Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarius Decanus Collegij, & Archipræsbyter S. Mariæ maioris obijt Romæ 11. Kal. Ianuarij anno 1482. vel, vt Ciaconius habet a anno 1483. 11. Kal. Februarij propè octogenarius. Sepultus in Ecclesia Sācti Augustini, quam à fundamentis erigere incœpit an. 1479 die 1. Nouēbris, fit eius mentio in compēdio nostrorum priuilegiorum fol. 25. sub Sixto IV. anno 1472. & in cōpendio priuilegiorū Regularium apud Fr. Emanuelem Rodriquez bulla 18. data Romæ 7. idus Decembris anno 1471. & in ea dicitur esse protector Eremitarum Sancti Augustini, & Beatissimæ Dei Genitricis Mariæ de Monte Carmelo. De eo etiam Nicolaus Boerius b loquens de Legatis à Latere in Galliam missis sic ait. *Guillelmus de Stoteuilla Rothomagēsis Cardinalis ad Regē Carolum VII. missus tempore, quo Constantinopolis à Turcis capta fuit, qui & reformauit Scholam Parisiensem.*

Guillelmus de Estoteuilla Card. 1449.

a pag 988.

b tom. 13. tractatuū vtriusq. iuris fol. 145. pag 2. in tractatu de potestate Legati à Latere p 2.

645 Nonus est Raphael Galeottus de Riarijs Sauonensis ligur Prothonotarius Apostolicus à Sixto IV. in quarta creatione 7. Cardinalium Romæ 4. Idus Decēbris an. 1473. creatus Diaconus Cardinalis Sancti Georgij in Velabro, post Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarius, & Archidiaconus à Iulio II. creatus Episcopus Cardinalis Albanus, post Tusculanus, deindè Prænestinus, postea Sabinus, deindè Portuensis, & demum Hostiensis; & Veliternus Ciaconius c tradit eum fuisse nepotem Comitis Hieronymi Riarij anno 1461. natum electū Episcopum Imalensem Legatum in Hungariam, & à legatione redeuntem ann. 1480. die 31. Augusti factum Cardinalem Præsbyterum Sanctæ Sabinæ, Archiepiscopum, etiam fuisse Consentinsem, & Salernitanum, Tarentinum, Episcopum Conchensem in Hispania, Proregem Bari, & Capitanatę, Legatum Perusij, & Marchiæ Anconitanæ simul, Administratoremq; Abbatiarum Mōtis Cassini, & Cauensis. Hic ergò coniurationis in Pontificem simul cum alijs insimulatus 10. Kal. Iulij an. 1517. Cardinalatu, & omnibus dignitatibus priuatus est; at 9. Kal. Augusti magna soluta pecuniæ quantitate restitutus est. Tandem cùm esset Collegij Decanus, obijt Neapoli nonis Iulij anno 1521. Cadauer Romam translatum in titulo S. Laurentij in Damaso sepultum est.

Raphael Galeottus de Riarijs Card. ab an 1483.

c pag. 477. & 1084.

646 Decimus est M. Fr. Aegidius ex Villa Lanopina Diæcesis Viterbiensis ordinis Eremitarum Sancti Augustini Prior Generalis à Leone X. in 5. Creatione 31. Cardinalium Romæ Kal. Iulij an. 1517. creatus est præsbyter Cardinalis titul. S. Matthæi, post Sancti Marcelli, & à Clemente VII. die 2 Decembris anno 1523. in Octauiani Riarii demortui locum Viterbiensis prælul creatus est, vt cōstat ex monumētis eiusdem Ecclesiæ; & ex additionibus ad Cardinales Ciaconij col. 1455. Post cùm simul esset Patriarcha Constantinopolitanus, obijt Romæ pridie idus Nouēbris anno 1532. sepultusq; est ad Sanctum Augustinum.

Aegidius Viterbiēsis Card. an. 1517.

647 Vndecimus est Alexander Farnesius Romanus natus die 23. Februarij anno 1468. Prothonotarius, & Thesaurarius Apostolicus, ab Alexandro VI. in secūda creatione 12. Cardinaliū Romę 12. Kal. Octobris ann. 1493. creatus est Diaconus Cardinalis Sanctorum Cosmæ, & Damiani à Iulio II. Diaconus Cardinalis S. Eustachij, à Leone Decimo Episcopus Cardinalis Tusculanus, à Clemente VII. Prænestinus, Sabinus, Portuensis, & demum Hostiensis, & Veliternus. Mortuo Clemente VII. cùm esset Collegij Decanus Romę Summus Pontifex est electus 4. idus Octobris an. 1534. dictusq; est Paulus III. obijt ibidem 4. idus Nouembris an. 1549. cum ageret an. 82. Cadauer ad Sanctum Petrum sepultum est.

Alexāder Farnesius Cardinal an 1532. post Paulus III.

648 Duodecimus est Nicolaus Rodulphi Florētinus sororis Leonis Decimi filius, Prothonotarius Apostolicus ab Auunculo an. 1517. creatus Diaconus Cardinalis Sanctorum Viti, & Modesti in Macello martyrum, à Clemēte VII. Diaconus Cardinalis Sanctæ Agathæ, deindè Sanctæ Mariæ in Cosmedin, à Paulo III.

Nicolaus Rodulphius, Cardin. 1534.

Sancti

Sancti Eustachij, & postea Sanctæ Mariæ in Via lata, electus fuit Episcopus Vicentinus, Viterbiensis, Archiepiscopus Salernitanus, & Patrimonij Legatus. Obijt Romæ Kal. Februarij anno 1550. Sede Apostolica vacante. Cadauer ad Sanctum Augustinum sepultum iacet.

648 Tertiusdecimus est, Marcellus Ceruinus de Mōte Politiano Florentinus, Tuscus natus an. 1501. pridiè nonas Maij. Secretarius Papæ electus Episcopus Neocastensis, à Paulo III. in septima creatione 12. Cardinalium Romæ 14. Kal. Ianuarij an. 1539. creatus præsbyter Cardinalis tit. Sanctæ Crucis in Hierusalem absens, dum esset Nuncius ad Carolum Quintum, ad quem etiam fuit Legatus post Cardinalem Farnesium, & in Cōcilio Tridentino vnus ex Cardinalibus Legatis. Fuit prætereà Prothonotarius Apostolicus, & Episcopus Regiensis antequā esset Cardinalis: deindè dimissa Regiēsi perpetuus Administrator Ecclesiæ Eugubinæ. Mortuo Iulio III. Romæ Sūmus Pontifex renunciatus est 5. idus Aprilis an. 1555. & Marcellus secundus est appellatus. Sedit tantùm dies 22. obijt Kal. Maij eodem anno 1555. Cadauer in Basilica Sancti Petri sepultum est. Eū fuisse protectorem Ordinis Augustiniani constat ex compēdio nostrorum priuilegiorum fol. 52.

Marcellus Ceruinus Cardin. an. 1560. post Marcellus II.

649 Decimusquartus est Petrus Paciecus de Villena Hispanus Episcopus Pampilonensis, post Giennensis, deindè Seguntinus, à Paulo III. in vndecima creatione Romæ 17. Kal. Ianuarij an. 1545. vel, vt habet Ciaconius a in decimaquarta creatione 16. Kal. Ianuarij an. 1546. creatus præsbyter Cardinalis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ. sub Iulio III. fuit præsbyter Cardinalis tit. Sanctæ Balbinæ. Postea Prorex Neapolitanus, & ad Episcopatum Albanensem translatus. Mortuo Paulo IV. parùm abfuit, quin Pōtifex Sūmus à Patribus declararetur. Sub Pio IV. obijt Romæ anno 1560. pridiè nonas Februarij, dum annos 60. ageret corpus Tēplo D. Mariæ de Aracœli collocatum, post verò in Hispaniam trāslatum, sepultum est in Ecclesia Monialium Sanctæ Claræ oppidi de la Puebla de Montaluan.

Petrus Paciecus Card. an. 1555.

a pag. 1130.

650 Decimusquintus est Ioannes Riccius de Montepolitiano Tuscus natus die 1. Nouembris an. 1498. antè Cardinalatum Legatus ad Carolum Quintum, & ad Regem Galliarum; à Paulo III. Clericus Cameræ Apostolicæ, in Lusitania Collector spoliorum, secūdò in Hispaniam, tertiò in Lusitaniam internūcius legatur, à Iulio III. Thesaurarius secretus, Archiepiscopus Sipontinus, deindè Episcopus Clusinus, & in 3. creatione 14. Cardinalium Romæ 13. Kal. Ianuarij anno 1551. creatus Presbyter Cardinalis tit. S. Vitalis sub Pio IV. electus Episcopus primus Montispolitiani, & eo mortuo parum ab fuit, quin Pontifex renūciaretur, à Pio V. designatus præsbyter Cardinalis titul. S. Angeli, post Sāctæ Mariæ Transtyberim; Administrator Archiepiscopatus Pisani, ac demum Episcopus Cardinalis Albanus. Obijt sub Gregorio XIII. die Lunæ quintò nonas Maij an. 1574. annos natus 77. sepultus est in proprio Sacello in Ecclesia Sancti Petri in Monte Aureo. Eum fuisse protectorem ordinis Eremitarum Sancti Augustini, constat ex Bulla 9. Gregorij XIII. apud Emanuelē Rodriquez b data Romæ die 5. Septembris an. 1572. pro ordine Eremitarum ibi. *Quocircà Vener. Fratribus nostris Ioanni Episcopo Albanensi Cardinali de Montepolitiano nuncupato ordinis fratrum Eremitarum Sancti Augustini Protectori, &c.*

Ioannes Riccius Card. an. 1560.

b in Cōpendio priuilegiorum Regularium pag. 1003.

651 Decimussextus est Iacobus Sabellus Romanus natus 5. Kal. Nouembris anno 1503. vel, vt habet Ciaconius pag. 1123. anno 1493. à Paulo III. cuius, & cubicularius, & consanguineus erat, Episcopus Neocastrensis, & in 7. creatione 12. Cardinalium Romæ 14. Kal. Ianuarij ann. 1539. creatus Diaconus Card. S. Luciæ in Septisolio, deindè Sanctæ Luciæ in Silice, & SS. Cosmæ, & Damiani, à Iulio III. Diaconus Cardinalis S. Nicolai in Carcere Tulliano, & Legatus in Prouincia Piceni, à Paulo IV. præsbyter tit. Sāctæ Mariæ in Cosmedin, & Episcopus Eugubinus, à Pio IV. Archiepiscopus Beneuentanus, & Romæ Vicarius, à Gregorio XIII. præsbyter titul. Sanctæ Mariæ Transtyberim Episcopus Cardinalis Sabinus, Albanus, Tusculanus, & demum Portuensis, & S. Ruffinæ, & supremus hæreticæ prauitatis Inquisitor, obijt Romæ die Sabbathi nonis Decembris anno 1587. eius corpus apud Patres Societatis Iesu in Farnesiano Templo sepultum est; dicauit illi tamquam Augustiniani ordinis Protectori 5. idus Octobris anno 1586. Fr. Augustinus Fiuizanius Apostolicus Sacrista vitam Sancti Augustini ex eius cōfessionibus deductam, & nōnulla alia.

Iacobus Sabellus Card. an. 1574.

lia. Is etiam Romæ 9. Kal. Septembris ann. 1580. cum esset Episcopus Tusculanus publicauit nouas constitutiones Ordinis Sancti Augustini.

652 Hippolitus Aldobrandinus Card. an. 1587. post Clemens VIII.

Decimus septimus est Hippolitus Aldobrandinus Florentinus Aduocatus Concistorialis, deinde à Pio V. Rotæ Auditor, A Sixto V. Papæ Datarius, & obsignandis supplicibus libellis deputatus, & in secunda Creatione 8. Cardinalium Romæ 15. Kal. Ianuarij anni 1585. creatus præsbyter Card. tit. Sancti Pancratij. Fuit prætereà Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Maior pœnitentiarius, & Legatus de Latere in Poloniam missus 10. Kal. Iunij anno 1588. Rem omnem feliciter gessit. Mortuo Innocentio IX. Summus Pontifex electus die Dominico 4. nonas Febr. vel, vt habet Claconius a die 30. Ianuarij anno 1592. ætatis suæ 56. Obijt die 3. Martij anno 1605. cum rexisset Ecclesiã annis 13. mense 1. diebus 3.

a pag. 1247. & 1472.

653 Scipio Gonzaga Cardin. an. 1592.

Decimus octauus est Scipio Gonzaga Mantuanus natus 11. Kal. Decembris an. 1542. A Sixto V. factus Patriarcha Hierosolymitanus, & in quinta creatione 8. Cardinalium Romæ die Veneris 15. Kal. Ianuarij an. 1587. creatus præsbyter Cardinalis tit. Sanctæ Mariæ de Populo. Obijt die Dominico 3. Idus Ianuarij ann. 1593, vixit annos 50. mensem 1. dies 21: iacet in Sacello Sanctæ Crucis in Cœnobio Sancti Sebastiani Ordinis fratrum minorum propè Castrum. At moriens legauit omnem suã Sacristiam Conuentui Sanctæ Mariæ de Populo; vt tradit frater Iacobus de Albeticis de Sarnico Bergomas b.

b in tractatu de Ecclesia S. Mariæ de populo pag. 21. & 22.

654

Decimus nonus est Antonius Saulius Ciuis, & Archiepiscopus Genuensis vtriusq; signaturæ Referendarius. A Sixto V. in eadem promotione cum Scipione Gonzaga creatus presbyter Cardinalis tit. Sancti Vitalis. Sub Clemente VIII tit. Sancti Stephani in Monte Cœlio, & Sanctæ Mariæ trans Tyberim, anno autẽ 1608. erat Episcopus Cardinalis Albanus. Obijt recẽs electo Vrbano VIII. an. 1623. Sepultus in Conuentu Sanctæ Mariæ de Populo transferendus Genuam ad suam Ecclesiam Sancti Petri in Carniano. Ab eo an. ex nouo Sanctissimi decreto nullus datus est nobis protector, at iam anno 1630 Eminentissimus Dominus, Cardinalis Landiuius Zachia, de Ecclesia Catholica, & Augustiniana familia optime meritus, mihi que pluribus titulis suspiciendus, sub titulo superintendentis egit protectorem, & an. 1634. datus est nobis in protectorem.

PROSEQVITVR CONTINVATIO Ordinis Eremitarum Sancti Augustini.

SED vt ad id, ex quo digressi sumus, reuertamur, post annum 1243. vsq; ad vnionem generalem hæc inuenimus pertinentia ad varias Congregationes Eremitarum Sancti Augustini, quæ varijs nuncupationibus appellabantur. 655

Anno 1247. Innocentius IV. ad I. (potius O.) Sanctæ Mariæ in via lata Diaconum Card. scribens, meminit quod præceperat Episcopo Bononiensi, vt cõfirmaret transitum Prioris, & Monachorum Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Magdalenæ in Valle de Petra Bononiensis Diœcesis ad religionem fratrum Eremitarum de Bictrinis Ordinis Sancti Augustini. Bulla data est Lugduni 15. Kal. Iulij anno 4. Pontificatus; atque adeò Christi 1247. Quia vt habet Onuphrius c electus fuit in Pontificem 8. Kal. Iulij anno 1243. An. 1257. Apud Marq. cap. 3 §. 2. pag 21.

c de Pontif. & Card. pag. 147.

656 An. 1248. Apud Marq. cap. 14. §. 8. pag. 270.

Anno 1248. idem Pontifex concessit Priuilegium in fauorem dilectorum filiorum fratrum Eremitarum de Bictrinis Ordinis Sãcti Augustini datum Lugduni 4. nonas Iulij anno 6. Pontificatus, atq; adeò Christi 1248.

657 An. 1249. Apud Marq. cap. 3 §. 2. pag 21.

Anno 1249. idem Pontifex I. (potius O.) Sanctæ Mariæ in via lata Diacono Cardinali præcipit vt Episcopi irrequisito assensu, si ei constet de veritate narratiuæ, dispensatiuè procedat ad cõfirmationem illius transitus Benedictinorum Sanctæ Mariæ Magdalenæ ad Eremitas Bictrinenses Ordinis S. Augustini. Bulla data est Lugduni 8. idus Decembris anno 7. Pontificatus, atque adeò Christi 1249.

658 An. 1252. Apud Marq. cap. 3. §. 2. pag 20.

Anno 1252. idem Pontifex concessit priuilegium Prioribus, & Fratribus Eremitarum Ordinis Sancti Augustini. Datum Perusij 3. nonas Augusti anno 10. Põtificatus, atq; adeò Christi 1252.

659 An. 1252. Apud Marq. cap. 13. §. 10. pag. 242.

Eodem anno idem Pontifex concessit priuilegium Priori, & fratribus Eremitarum Vallis Sancti Guillelmi Ordinis Sancti Augustini Lingonensis Diœcesis datum Perusij 3. Cal. Martij anno IX. Pontificatus, atque adeò Christi 1252.

660 An. 1254.

Anno 1254. idem Pontifex Priori, & fratri-

a Apud Marq. cap. 3. §. 17. pag. 145.

fratribus Ordinis Eremitarum, nempè fratribus Eremitis S. Ioannis Boni Ordinis Sancti Augustini Bulla data Perusij 17. Kal. Maij anno 11. Pontificatus, atq; adeò Christi 1254. confirmauit decretũ Guillelmi de Flisco Diaconi Cardinalis Sancti Eustachij protectoris eorumdem fratrum. Datum Perusij 6. Kalend. Ianuarij anno 1252.

661 An. 1254. Apud Marq. cap. 13. §. 15. pag. 242. & cap 3. § 1. pag 38.

a fol. 29. pag. 2.

b tractatu 1. fol. 246. pag. 2.

Eodem anno 1254. idem Pontifex Ordini Eremitarum sub regula Sancti Augustini viuentium concessit priuilegium, quod extat in compendio nostrorum priuilegiorum, a & in libro, Monumenta Ordinis minorum, b & nos suprà illud verbatim retulimus. Datum est Anagniæ anno 12. Pontificatus pro Congregatione Eremitarum S. Ioannis Boni; quià titulus sic se habet. *Innocentius Episcopus, &c. Dilectis filys Priori Generali Ordinis Eremitarum, & alys Prouincialibus, &c.* Hic autem titulus eo tempore proprius erat Congregationis Sancti Ioannis Boni ex decreto Cardinalis Guillelmi de Flisco lato anno 1252. & fortè hoc est idem priuilegium cum eo, de quo loquitur. Marquez c ex Renato Copino, d & idem cum eo, de quo loquitur e quãuis huic secundo assignet diem 8. Septembris, & alijs diem 7.

c cap. 3. § 1. pag. 20.

d lib. 2. Monasticon titul. 1. num 32.

e cap. 7. §. 2. pag. 105.

662 An. 1255. Apud Marq. cap. 3. §. 1. pag 39.

f de pontif. & Card pag. 151

Anno 1255. Alexander IV. concessit priuilegium Prioribus fratrum Eremitarum in Tuscia Ordinis Sancti Augustini ad instar sui Prædecessoris Innocentij datum Anagniç 7. Kal. Iulij anno 1. Pontificatus, atq; adeò Christi 1255. quià teste Onuphrio f electus fuit 12. Kal. Ianuarij anno 1254.

663 An. 1255. Apud Marq. ibidem.

Eodem anno idem Pontifex concessit dilectis filij s fratribus Eremitis Ordinis Sancti Augustini aliud priuilegium. datum Anagniæ idibus Iulij an. 1. Pontificatus, atq; adeò Christi 1255.

664 An. 1255. Apud Marq. ibidem pag. 18

Eodem anno idem Pontifex concessit Prioribus, & fratribus Eremitarum Ordinis Sancti Augustini aliud priuilegium circà electionem Prioris Generalis datum Anagniæ 16. Kal. Augusti anno 1. Pontificatus, atque adeò Christi 1255.

665 Apud Marq. cap. 4. §. 1. pag 39.

Anno 1256. ex mandato Apostolico Alexandri IV. visione celesti à D.P. Augustino admoniti mirabiliter, Ricardus Anibaldensis Diaconus Cardinalis Sancti Angeli mense Februario post diem 8. Kal. Martij, Martio, aut Aprili antè diẽ 9. Aprilis Vniuersas Domos, & Congregationes, quarum quædam Sancti Guillelmi, quædam Sancti Augustini Ordinũ nonnullę autem fratris Ioannis Boni, aliquæ verò de Fabali, aliæ verò de Bictinis censebantur, in vnam Ordinis Eremitarum Sancti Augustini professionem, & regularem obseruantiam perpetuò counit sub Obedientia vnius Prioris Generalis. Vnionem hanc Alexander IV. confirmauit Bulla data Laterani 5. idus Aprilis an. 1256. quam dirigit, *Dilectis filys Lampbranco Generali Ordinis Eremitarũ Sancti Augustini, & vniuersis Prouincialibus Prioribus, & fratribus eiusdem Ordinis*, &c.

Prædicta retulimus pro continuatione Ordinis Eremitarum Sancti Augustini ferè omnia ex vnico libro M. Marq. licet aliundè plura alia possemus adducere. Ab anno autem 1256. vsque ad nostra tempora cõtinuationem texere, duxi superfluum, quià luce clariùs, nec verti potest in dubium. At omittere non possum id, quod Varij Authores notarunt de beneficentia Alexandri IV. in Ordinem Eremitarum Sancti Augustini. 666

DIGRESSIO SECVNDA

De Cardinalibus Augustinianis.

PHilippus noster Bergomensis lib. 13. supplementi Chronicorum editi anno 1486. g sic ait de Alexandro IV. *Ex visione, qua B. Augustinum vidit, vnionem fratrum Eremitarum Diui ipsius Patris Augustini à prædecessore suo inchoatam ipse perfecit, Ordinemque ipsum relicta Eremo Vrbes petere, & incolere coegit, vt & ipsi Doctrina verbo pariter, & exemplo, necnon & confessionis audienda authoritate, sicut & cæteri salutis fructum afferre possent, in eodem quippe statu Ordinem ipsum confirmauit. Quibus etiam vnà cum Ordinibus Prædicatorum, & Minorũ multa priuilegia, exemptionesq; & Indulgentias contulit, & earundem religionum Viros admodum Doctos fauit, & ad Cardinalatus, Episcopatusq; Dignitates multas prouexit, sicut in Annalibus nostris reperitur.* 667

g fol. 236.

Eadem ferè verba ex Bergomensi mutuauit Author Additionum ad Speculũ historiale Vincentij impressum an. 1494 h & Arthmanus Schidel i Martinus de Vasiana Valentinus k sic ait. *Alexãder IV ad Ciuitates Ordinem Sancti Augustini adduxit, & multis priuilegijs auxit, atque aliquos ex doctioribus fratres elegit Episcopos, aliquos verò Cardinales, Vasianam refert, & approbat Ludoui.* 668

h pag. 450.

i in Chronic. aetatum Mundi impresso an. 1493 fol. 211. pag. 2.

k in Chronic. Regni Valentiæ sub Rege Iacobo.

lia. Is etiam Romæ 9. Kal. Septembris ann. 1580. cum esset Episcopus Tusculanus publicauit nouas constitutiones Ordinis Sancti Augustini.

652 Hipoolitus Aldobrandinus Card. an. 1587. post Clemens VIII.

Decimus septimus est Hippolitus Aldobrandinus Florentinus Aduocatus Concistorialis, deinde à Pio V. Rotæ Auditor, A Sixto V. Papæ Datarius, & obsignandis supplicibus libellis deputatus, & in secunda Creatione 8. Cardinalium Romæ 15. Kal. Ianuarij anni 1585. creatus præsbyter Card. tit. Sancti Pancratij. Fuit præterea Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Maior pœnitentiarius, & Legatus de Latere in Poloniam missus 16. Kal. Iunij anno 1588. Rem omnem feliciter gessit. Mortuo Innocentio IX. Summus Pontifex electus die Dominico 4. nonas Febr. vel, vt habet Ciaconius a die 30. Ianuarij anno 1592. ætatis suæ 56. Obijt die 3. Martij anno 1605. cum rexisset Ecclesiã annis 13. mense 1. diebus 3.

a pag. 1247. & 1472.

653 Scipio Gonzaga Cardin. an. 1592.

Decimus octauus est Scipio Gonzaga Mantuanus natus 11. Kal. Decembris an. 1542. A Sixto V. factus Patriarcha Hierosolymitanus, & in quinta creatione 8. Cardinalium Romæ die Veneris 15. Kal. Ianuarij an. 1587. creatus præsbyter Cardinalis tit. Sanctæ Mariæ de Populo. Obijt die Dominico 3. idus Ianuarij ann. 1593. vixit annos 50. mensem 1. dies 21: iacet in Sacello Sanctæ Crucis in Cœnobio Sancti Sebastiani Ordinis fratrum minorum propè Castrum. At moriens legauit omnem suã Sacristiam Conuentui Sanctæ Mariæ de Populo; vt tradit frater Iacobus de Albericis de Sarnico Bergomas b.

b in tractatu de Ecclesia S. Mariæ de populo pag. 21. & 22.

654

Decimus nonus est Antonius Saulius Ciuis, & Archiepiscopus Genuensis vtriusq; signaturæ Referendarius. A Sixto V. in eadem promotione cum Scipione Gonzaga creatus presbyter Cardinalis tit. Sancti Vitalis. Sub Clemente VIII. tit. Sancti Stephani in Monte Cœlio, & Sanctæ Mariæ trans Tyberim, anno autẽ 1608. erat Episcopus Cardinalis Albanus. Obijt recẽs electo Vrbano VIII. an. 1623. Sepultus in Conuentu Sanctæ Mariæ de Populo transferendus Genuam ad suam Ecclesiam Sancti Petri in Catiniano. Ab eo an. ex nono Sanctissimi decreto nullus datus est nobis protector, at iam anno 1630 Eminentiss. mus Dominus, Cardinalis Landiuius Zachia, de Ecclesia Catholica, & Augustiniana familia optime meritus, mihi que pluribus titulis suspiciendus, sub titulo superintendentis egit protectorem, & an. 1634. datus est nobis in protectorem.

PROSEQVITVR CONTINVATIO Ordinis Eremitarum Sancti Augustini.

SED vt ad id, ex quo digressi sumus, reuertamur, post annum 1243. vsq; ad vnionem generalem hæc inuenimus pertinentia ad varias Congregationes Eremitarum Sancti Augustini, quæ varijs nuncupationibus appellabantur. 655

Anno 1247. Innocentius IV. ad I. (potius, O.) Sanctæ Mariæ in via lata Diaconum Card. scribens, meminit quod præceperat Episcopo Bononiensi, vt cõfirmaret transitum Prioris, & Monachorum Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Magdalenæ in Valle de Petra Bononiensis Diœcesis ad religionem fratrum Eremitarum de Bictrinis Ordinis Sancti Augustini. Bulla data est Lugduni 15. Kal. Iulij anno 5. Pontificatus; atque adeò Christi 1247. Quia vt habet Onuphrius c electus fuit in Pontificem 8. Kal. Iulij anno 1243. An. 1257.

Apud Marq. cap. 3 §. 2. pag. 21.

c de Pontif. & Card. pag. 147.

Anno 1248. idem Pontifex concessit Priuilegium in fauorem dilectorum filiorum fratrum Eremitarum de Bictrinis Ordinis Sãcti Augustini datum Lugduni 4. nonas Iulij anno 6. Pontificatus, atq; adeò Christi 1248. 656 An. 1248.

Apud Marq. cap. 14. §. 8. pag. 270.

Anno 1249. idem Pontifex I. (potius O.) Sanctæ Mariæ in via lata Diacono Cardinali præcipit vt Episcopi irrequisito assensu, si ei constet de veritate narratiuæ, dispensatiuè procedat ad cõfirmationem illius transitus Benedictinorum Sanctæ Mariæ Magdalenæ ad Eremitas Bictrinenses Ordinis S. Augustini. Bulla data est Lugduni 8. idus Decembris anno 7. Pontificatus, atque adeò Christi 1249. 657 An. 1249.

Apud Marq. cap. 3 §. 2. pag. 21.

Anno 1252. idem Pontifex concessit priuilegium Prioribus, & Fratribus Eremitarum Ordinis Sancti Augustini. Datum Perusij 3. nonas Augusti anno 10. Põtificatus, atq; adeò Christi 1252. 658 An. 1252.

Apud Marq. cap. 3. §. 2. pag. 20.

Eodem anno idem Pontifex concessit priuilegium Priori, & fratribus Eremitarum Vallis Sancti Guilelmi Ordinis Sancti Augustini Lingonensis Diœcesis datum Perusij 3. Cal. Martij anno IX. Pontificatus, atque adeò Christi 1252. 659 An. 1252.

Apud Marq. cap. 13. §. 16. pag. 242.

Anno 1254. idem Pontifex Priori, & fratri- 660 An. 1254.

a Apud Marq. cap. 4. §. 17. pag. 145. fratribus Ordinis Eremitarum, nempè fratribus Eremitis S. Ioannis Boni Ordinis Sancti Augustini Bulla data Perusij 17. Kal. Maij anno 11. Pontificatus, atq; adeò Christi 1254. confirmauit decretū Guillelmi de Flisco Diaconi Cardinalis Sancti Eustachij protectoris eorumdem fratrum. Datum Perusij 6. Kalend. Ianuarij anno 1252.

661 An. 1254. Apud Marq. cap. 13. §. 15. pag. 242. & cap. 3. §. 1. pag. 38. a fol. 29. pag. 3. b tractatu 1. fol. 246. pag. 2. Eodem anno 1254. idem Pontifex Ordini Eremitarum sub regula Sancti Augustini viuentium concessit priuilegium, quod extat in compendio nostrorum priuilegiorum,[a] & in libro, Monumenta Ordinis minorum,[b] & nos suprà illud verbatim retulimus. Datum est Anagniæ anno 12. Pontificatus pro Congregatione Eremitarum S. Ioannis Boni; quià titulus sic se habet. *Innocentius Episcopus, &c. Dilectis filijs Priori Generali Ordinis Eremitarum, & alijs Prouincialibus, &c.* Hic autem titulus eo tempore proprius erat Congregationis Sancti Ioannis Boni ex decreto Cardinalis Guillelmi de Flisco lato anno 1252. & fortè hoc est idem priuilegium cum eo, de quo loquitur Marquez[c] ex Renato Copino,[d] & idem cum eo, de quo loquitur[e] quāuis huic secundo assignet diem 8. Septembris, & alijs diem 7.

c cap. 5. § 1. pag. 10. d lib. 2. Monasticon titul. 1. num 32. e cap. 7. §. 2. pag. 104.

662 An. 1255. Apud Marq. cap. 3. § 1. pag 39. f de pontif. & Card pag. 151 Anno 1255. Alexander IV. concessit priuilegium Prioribus fratrum Eremitarum in Tuscia Ordinis Sancti Augustini ad instar sui Prædecessoris Innocentij datum Anagniæ 7. Kal. Iulij anno 1. Pontificatus, atq; adeò Christi 1255. quià teste Onuphrio[f] electus fuit 12. Kal. Ianuarij anno 1254.

663 An. 1255. Apud Marq. ibidem. Eodem anno idem Pontifex concessit dilectis filijs fratribus Eremitis Ordinis Sancti Augustini aliud priuilegium, datum Anagniæ idibus Iulij an. 1. Pontificatus, atq; adeò Christi 1255.

664 An. 1255. Apud Marq. ibidem pag. 18 Eodem anno idem Pontifex concessit Prioribus, & fratribus Eremitarum Ordinis Sancti Augustini aliud priuilegium circà electionem Prioris Generalis datum Anagniæ 16. Kal. Augusti anno 1. Pontificatus, atque adeò Christi 1255.

665 Apud Marq. cap. 4. § 1. pag 39. Anno 1256. ex mandato Apostolico Alexandri IV. visione cælesti à D. P. Augustino admoniti mirabiliter, Ricardus Anibaldensis Diaconus Cardinalis Sancti Angeli mense Februario post diem 8. Kal. Martij, Martio, aut Aprili antè diē 9. Aprilis Vniuersas Domos, & Congregationes, quarum quædam Sancti Guillelmi, quædam Sancti Augustini Ordinū nonnullæ autem fratris Ioannis Boni, aliquæ verò de Fabali, aliæ verò de Bictinis censebantur, in vnam Ordinis Eremitarum Sancti Augustini professionem, & regularem obseruantiam perpetuò counivit sub Obedientia vnius Prioris Generalis. Vnionem hanc Alexander IV. confirmauit Bulla data Laterani 5. idus Aprilis an. 1256. quam dirigit, *Dilectis filijs Lampbranco Generali Ordinis Eremitarū Sancti Augustini, & vniuersis Prouincialibus Prioribus, & fratribus eiusdem Ordinis, &c.*

Prædicta retulimus pro continuatione Ordinis Eremitarum Sancti Augustini ferè omnia ex vnico libro M. Marq. licet aliundè plura alia possemus adducere. Ab anno autem 1256. vsque ad nostra tempora cōtinuationem texere, duxi superfluum, quià luce clariùs, nec verti potest in dubium. At omittere non possum id, quod Varij Authores notarunt de beneficentia Alexandri IV. in Ordinem Eremitarum Sancti Augustini. 666

DIGRESSIO SECVNDA

De Cardinalibus Augustinianis.

Philippus noster Bergomensis lib. 13. supplementi Chronicorum editi anno 1486.[g] sic ait de Alexandro IV. *Ex visione, qua B. Augustinum vidit, vnionem fratrum Eremitarum Diui ipsius Patris Augustini à prædecessore suo inchoatam ipse perfecit, Ordinemque ipsum relicta Eremo Vrbes petere, & incolere coegit, vt & ipsi Doctrina verbo pariter, & exemplo, necnon & confessionis audienda authoritate, sicut & cæteri salutis fructum afferre possent, in eodem quippe statu Ordinem ipsum confirmauit. Quibus etiam vnà cum Ordinibus Prædicatorum, & Minorū multa priuilegia, exemptionesq; & Indulgentias contulit, & eorundem religiosorum Viros admodum Doctos factos, & ad Cardinalatus, Episcopatusq; Dignitates multos prouexit, sicut in Annalibus nostris reperitur.* 667

g fol. 336.

Eadem ferè verba ex Bergomensi mutuauit Author Additionum ad Speculū historiale Vincentij impressum an. 1494[h] & Arthmanus Schidel[i] Martinus de Vasiana Valentinus[k] sic ait. *Alexāder IV ad Ciuitates Ordinem Sancti Augustini adduxit, & multis priuilegijs auxit, aliquealiquos ex doctioribus fratres elegit Episcopos, aliquos verò Cardinales, Vasianam refert, & approbat Ludoui-* 668

h pag. 450. i in Chronic. mundi impresso an. 1493 fol. 211. pag. 2. k in Chronic. Regni Valentiæ sub Rege Iacobo.

a lib. 4. de vita, & laudibus D. August. ca. 22. fol. 117. pag. 1.

Ludouicus de Angelis[a].

669 Scio Onuphrium nostrum[b], quem sequitur Ciaconius in Alexandro IV.[c] sic habere. *Papa Alexander IV. non creauit Cardinales.* At difficile videtur creditu, quòd Alexander vixerit in Pontificatu annos sex, menses quinq; & dies totidem & tãto tempore nec vnũ creauerit Cardinalem: Præterea Platina, qui ad annũ 1460. floruit, in Alexandro IV.[d] sic ait. *Viris doctis ità fauit, vt eos ad Cardinalatum vsq; prouexerit, maximè verò Henricum Cardinalem Hostiensem virum diuini, humaniq; Iuris peritissimum.* Platinam sequitur Illescas[e] & Dominicus Tẽpesta Romanus[f]. Deniq; D. Franciscus Zazzera in sua nobilitate Italiæ edita an. 1615. pag. 26. in familia Becaria refert Tesaurum Becariam Monachum Vallisumbrosę, & Abbatem ab Alexãdro IV. fuisse creatum Sanctæ Romanę Ecclesię Cardinalem. vide additiones nouas ad Ciaconiũ:

b lib. de Pötif. & Card. pag. 152.

c pag. 177.

d pag. 201.

e tomo 1. hist. Pontifici. fol. 323.

f lib. de vitis Pontificũ pag. 314.

670 Cœterum licèt Alexander creauerit Cardinales (de quo nihil certum) dicam cum nostro Hieronymo Roman.[g] *Plures Authores referunt hunc Pontificem creauisse plures Cardinales, & alios Prelatos ex nostra religione; Nulla inuenitur memoria, huius enim rei notitia deperijt cum alijs rebus nostræ Religionis.* Addam ego. Ea est Augustinianæ familiæ in hac parte obliuio, ne dicam incuria, aut oscitãtia, vt neq; vnius saltem Prælati ab Alexandro IV. facti memoria remanserit. Hinc ego licèt alijs curis deditus, dum recreationis gratia horis subsecuis varios libros legerem, plura, aut ferè plura notaui pro ordine Augustiniano in exteris auctoribus reperta, à proprijs omissa, quàm ea, quæ habentur in chronicis Augustinianis, quæ hucusq; prodierunt. fortè si vita sit comes; aliquando ea dabimus in lucem.

g cent. 9. fol. 51 pag. 2.

671 Sed quoniam de Cardinalibus, quorum notitia tradita est obliuioni, incidit sermo, in gratiam meæ Religionis placuit recensere eos, quorum aliqualem notitiam, & mentionem non improbabilem inueni, vel in domesticis, vel in alienis authoribus. Omittam itaq; eos, quos Hieronymus Roman varijs in locis, sed improbabiliter pro antiquiori tempore assignauit, eos tantùm referam qui vel certi sint, vel non omninò improbabiles.

672 Primus.

Primus est Fr. Aegidius de Cortona filius conuentus Cortonensis Episcopus Vicentinus temporibus Alexandri Tertij, & Federici Barbarossæ; atq; adeò circà annum 1170. vel 2180. ità Frater Hieronymus Roman asserit in epistola manuscripta, quam apud me habeo, ad Generalem Augustinianum, posteà Cardinalem Montelparum. At mihi hoc dubium est; quia per ea tempora neq; in Ciaconio, neq; in Onuphrio nostro hũc Cardinalem inuenio. Fortassis tamen fuit ille Cardinalis Episcopus Prenestinus, cuius nomen Onuphrius ignorauit, & quem Alexander Tertius in secunda creatione Romæ mense Decembri anno 1165. ad Cardinalatum promouit.

Aegidius de Cortona Cardin. circa an. 1170.

Secundus est Ancherus Trecensis, Gallus, Vrbani IV. nepos ex fratre, quẽ ex Archidiacono Lõgoniensi alias, Lõdonensi in Gallia, vt refert Onuphrius[h], & Ciaconius[i] Vrbanus IV. in prima (aut potiùs in secũda iuxtà Theoricum Valiscoloris, creatione septẽ Cardinalium, Viterbij, Mense Decembri anno 1261. creauit præsbyterum Cardinalem tituli Sanctæ Praxedis. Obijt Romæ, cũ esset Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Archipręsbyter kal. Nouẽbris anno 1286. sepultusq; est in suo titulo, cum hoc Epitaphio. 673

673 Secundus. Ancherius Pãtaleo, Card. an. 1261.

h de Pontif. & Card pag 154. 160. & 170.

i pag. 182.

Qui legis Ancherum duro sub marmore claudi,
Si nescis, audi quem nece perdis herum.
Treca parte puerum, Laudunũ dat sibi clerum,
Cardine Praxedis titulatur, & ipsius ædis,
Defuit in cælis, largus fuit, atq; fidelis,
Dæmonis à telis seruet deus hunc quoq; cælis.
Anno millemo centum bis, & octuageno
Sexto, decessit hic prima Luce Nouembris.

Cæterum neq; hoc Elogium, neq; Onuphrius, neq; Ciaconius referunt eum fuisse Augustinianum. Retulit tamen Fr. Gieronymus Roman in Epistola MS. citata, vbi & huius rei authorem esse ait Petrum Rodulphum in historia fratrum conuentualium Sancti Francisci, à Romano id hausere Recentiores chronographi Augustiniani addentes nonnulla de suo. Horum præcipuus est Nicolaus Crusenius[k] vbi citato ad marginẽ Ioanne Gonzalez de Critana cap. 10. §. 3. sub anno 1257. tradit, *antè festas Natiuitatis ab Alexandro IV. in Purpuratorum Patrum numerum adscriptum fuisse ex ordine Eremitarum Sancti Augustini Fr. Ancherium Francum, qui fertur quondam D. Thomæ, & Bonauenturæ fuisse magister, D. Alberti magni contemporaneus acerrimus antagonista Guillelmi de amore, cuius liber combustus fuit.* Hæc autem siuè Critana ea tradiderit (de quo

k in suo Monastico p. 3. cap. 3 pag. 129.

& du-

& dubito, & non cito) siuè non, mera figmenta sunt, neq; his indiget ad ingentem suam gloriā Augustiniana Religio. De Anchero nihil huiusmodi asserēdū; neq; reijciendus est in annum 1257. sub Alexandro, sed in 1262. sub Vrbano IV. eius Patruo; neq; omninò certum est Ancherum fuisse Augustinianum; non tamen videtur improbabile, quādoquidem Petrus Rodolphus Franciscanus, parum Augustinianis benè affectus a sic ait de conuentu Vrbeuetano. *Structuram absoluit B. Bonauentura ob singularem memoriam loci illius. Ibi enim sacras literas professus est vnà cum D. Thoma Aquinate, & Archerio Gallo ordinis Eremitarum D. Augustini Cardinale.*

a in hist. Franciscana tol. 259 in custodia Vrbeuetana.

674 Tertius est B. Fr. Aegidius Romanus ex familia de Columna, vt testatur Iordanus de Saxonia, Aegidio ferè coætaneus b vir doctissimus, ob doctrinæ constantiam fundamentalis, ob vitæ sanctitatem Doctor Beatus appellatus Prior Generalis ordinis Eremitarum S. Augustini Archiepiscopus Bituricēsis primas Aquitaniæ; quem licèt Onuphrius; & Ciaconius nō enumeret inter Cardinales. tamen plures alij inter purpuratos Patres recensent. Ex domesticis est primus, apud quem hoc inueni, nēpè Ambrosius Coriolanus in Chronico Augustiniano; ibi de Aegidio Romano loquēs. *Charissimus Regi Francorum, Archiepiscopus Bituricensis, & Primas Aquitaniæ. Cardinalium quoq; Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cætus adscriptus fuit; sed morte præuentus publicatus fuit minimè*; & eis subscribunt Aegidius Viterbiensis Card. in libro MS. viginti sæculorum, & commētarius rerum ordinis D. Augustini, Hieronymi Seripādi generalis, postea Cardinalis cura editus an. 1549. & Angelus Rocca Camerin. Episcopus Thagastensis, & Apostolicus Sacrista in eius vita. Ex alijs verò Authoribus extraneis, quos vidermi, hi sunt, Antonius Posseuinus è Societate Iesu tomo 1. apparatus sacri verbo; *Aegidius Columnus*. ibi. *A Bonifacio VIII. Pōtifice Maximo Archiepiscopus Bituricensis, & Aquitaniæ Primas creatus, Cardinaliū Sanct. Rom. Ecclesiæ cætus deniq; adscriptus est; sed moriens non est euulgatus, &c.* Abrahamus Bzouius Dominicanus c sic ait. *Bonifacij VIII. Pontificis Maximi authoritate Archiepiscopus Bituricensis Ecclesiæ, & Aquitaniæ Primas consecratus est, necnon Cardinalium cætui postea adscriptus; sed morte intercedente Pontificis minimè in vulgus renunciatus. Pro eius Pontificis innocentia à maleficiis, quàm plurimis prosecuti apologeticum commentarium euulgauit; eaq; scriptione, & Regis, & procerum quorundam, quibus volupe fuerat memoriam Bonifacij damnare animos aduersum se inflammauit eatenus, vt totus conatus adhibuerint, ne Clemens Bonifacij successor dignitatem illi destinatam denunciare voluerit.* Author nomenclatoris Cardinalium, & Andreas Vittorellus d in idem conspirant. Eum etiam Cardinalem appellat Lucas Castellini Dominicanus; nunc Episcopus de Catanzaro e. Tandē Ioannes Chenu Bituricus in Senatu Parisiensi patronus, in historia chronologica Archiepiscoporum Bituricensium, secundò edita Parisijs apud Nicolaum Buon, an. 1621. de Aegidio Romano ex Columnensi familia Archiepiscopo Biturigum, & in Academia Biturigum publico professore sic ait. *Fundamentalis Doctor, etiam hodie apud Sorbonistas per antonomasiam nuncupatur. Affuit Viennensi Concilio generali, sub Clemente V. Papa anno 1311. in quo Templariorum Equitum ordine damnato à Philippo IV. pulchro nomini (cuius præceptor fuerat) ædem, & locum, quem dicti Templarij habebant in Ciuitate Bituricensi, petijt. Quem cùm obtinuisset, ibidem fratres Eremitas S. Augustini extra Ciuitatem in siluis sparsos, & solitariè viuentes collocauit, quibus ipse plurima bona contulit, & præsertim insignia ornamenta, quæ anno 1487. graui Vrbis incendio perierunt.* Et infrà. *Conuocauit Concilium Prouinciale Biturigibus ad diem crastinum Natiuitatis B. Virginis Mariæ anni 1313. quo anno Cardinalium in numerum adscriptus fuit, sed non publicatus, quia morte præuentus Parisijs die 22. Decembris 1316. ibiq; sepultus in Æde Augustinianorum. In eius sepulchro hoc extat Epitaphium,*

b in libr. vitas fratrum lib. 2.

c tom. 14. Annalium Baronij ann. 1316. num. 18.

d in additionibus ad Cardinales Ciacon. col. 829. lit. C.

e in tract. de certitud. Gloriæ SS. Canonizatorū c. p. 2. part. 2. nu. 6. §. 2. pag. 381.

675 Hic iacet Aula morum, vitę mūdicia, Archiphilosophiæ Aristotelis perspicacissimus Commentator, Clauis, & Doctor Theologiæ, lux in lucem reducens dubia Fr. Aegidius de Roma ordinis fratrum Eremitarum S. Augustini Archiepiscopus Bituricensis, qui obijt an. Domini 1316. die 22. Mensis Decembris.

676 Quartus est, Guilelmus Cremonēsis Theologus, & Iurisconsultus celeberrimus, Prior generalis ordinis Eremitarū S. Augustini. Hic primò sui generalatus anno, vt ait B. Iordanus de Saxonia f miso & dimisso, seù spreto rubro galero, quē ei Ioannes 22. obtulit, vt tradit Hieronymus

Quartus Guilelmus de Crem. Card. 11. an. 1326.

f lib. 2. Vitas fratrum cap. 18. pag. 83.

a Centur. 10. an. 1327. fol. 04 pag 1.
b lib 3. supple. menti fol. 354

nymus Romanᵃ, & antè eum Ambrosius Coriolanus (cui subscribit ferè in'to tum Bergomensis ᵇ) circà annum 1472. in Chronico Augustiniano ibi. *Pluris fecit hic sui Patris Augustini reliquias quam Cardineam dignitatē.* Et rursus. *A Summo Pontifice Ioanne XXII. multas habuit legationes, in quibus tantam semper habuit gratiā, vt motu proprio præfatus Pontifex eum voluit Cardinalatus dignitate insignire. Ipse verò tāto Religionis zelo succensus fuit, vt potiùs pro honore, & commodo Religionis suæ supplicauerit, quàm pro sua voluerit dignitate aliquid suscipere, &c. diuino instinctu pulsatus intrà se cogitare cœpit, si quomodo esset possibile vt corpus Sancti P. Augustini tanto tempore à suis filijs elongatum ordini donaretur, vel potiùs redonaretur.* Et infra. *Cùm autem hoc negotium in Consistorio coram Sanctissimo P. D. Ioanne Papa XXII. & toto Collegio suorum Cardinalium solemniter propositum esset, istis existentibus in tractatu negotij eiusdem, declaratum extitit ibidem, qualiter Ordo ipse ab olim à B. Augustino originem sumpserit, & quomodò ipsi fratres ipsius Patris veri filij sint* Et infra. *diuersis itaq; tractatibus super eodem negocio inter D. Papam, & Cardinales habitis tandem gratiosè conclusum est. Sicque idem Summus Pontifex in publico Consistorio de fratrum suorum Consilio ordinauit, & statuit, vt fratres Ordinis Eremitarum Sancti Augustini iuxtà Ecclesiam Monasterij Sancti Petri in Cælo aureo Papiæ, vbi Sacrum Corpus gloriosissimi Doctoris Sancti Augustini est Solemniter tumulatum, claustrum, & officinas opportunas pro eorum Conuentu construere, easq; inhabitare debeant, ita quod eadem Ecclesia vtriusq; Ordinis fratribus tam Regularium, quàm Eremitarum sit communis ad diuina in ea officia peragenda.* Priuilegium hoc concessum fuit à Ioanne 22. Eremitis Augustinianis 13. Kal. Februarij anno 11. Pontificatus, & Christi 1327. dum Pontifex esset Auenione. Adducitur verbatim à Gabriele Pennoto ᶜ & à R.P.M. Fr. Laurentio de Empuli ᵈ extatque Originale sub bulla plumbea Romæ in Archiuio Ordinis num. 2.

c in sua hist. tripartita lib. 3. cap 63. num 2. pag. 208.
d in suo Bullario August. pag. 195.

677

e in Chronico Augustin. fol. 52. pag. 2.
f lib. 1. Vitas Fratrum cap. 13. pag. 27.

Verùm posteà Guillelmus circà annum 1343. vt ait Episcopus Signinus ᵉ *Diuina prouidentia,* vt inquit Iordanus ᶠ, *& Domini Clementis Papæ VI. prouisione Episcopus Nouariensis Ecclesiæ factus est; & cùm Sāctissimè vixisset in Episcopatu, & plura Ordini beneficia contulisset, tandem moriens Papiæ in Ecclesia B. P. N. Augustini voluit sepeliri, quod & factum est.* Vidimus, & nos eius sepulchrum anno 1624. quo autem anno obierit, mihi omninò incertum. Eum inter Cardinales recensent, præter authores domesticos Sixtus Senensis Dominicanus ᵍ qui ait *Duodecimus generalis Episcopus Nouariensis, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis.* Eadem ferè Verba habet Bibliotheca Gesneri edita anno 1574. ʰ idē fatetur Antonius Posseuinus è Societate Iesu ⁱ his verbis *Guillelmus Cremonensis siue de Cremona Italus, & 12. Generalis Magister Eremitarum Sancti Augustini, Episcopus Nouariensis, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, &c.*

g lib 4. Biblioth. Sanctæ Verbo Guillelmus.
h pag. 302.
i tom 1. apparatus Sacri fol 612.

678 Quintus. Nicolaus de Fabriano, Antic ardinalis an. 1327.

Quintus est Fr. Nicolaus de Fabriano in schismate creatus Præsbiter Cardinalis à Nicolao V. Antipapa in prima creatione septem Cardinalium Romæ idibᵘˢ Maij anno 1327. de eo sic habet noster Onuphrius ᵏ *Fr. Nicolaus Fabrianensis Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Episcopus Recanatensis presbyter Cardinalis.* Et Raphael Volaterranus ˡ sic ait. *Inter Cardinales Viri doctissimi duo; Nicolaus Fabrianensis, & Alexander è Saxoferrato,* &c. Ciaconius verò ex Chronicis Ordinis Eremitarum, nempe editis iussu Cardinalis Seripandi, dum esset Generalis, & ex Ioanne Villano ᵐ plura addit de prædicto Nicolao sub Ioanne XXII. ibi. *Ludouicus Bauarus peruenit Romam anno 1328. (debet dicere 1327.) ad 6. idus Ianuarij, & tamquam legitimus Princeps, & Imperator à Romanis honorificè susceptus, concione Populi in Capitolio conuocata, Nicolaus Fabrianensis Eremita Augustinianus excellens his temporibus Orator verba pro Imperatore facit.* Et infra. *Ad 3. idus Maij vocata Populi Concione ad Basilicæ Vaticanæ aream in gradibus habita Oratione à Nicolao Fabrianensi die Ascensionis anno 1333. (debet dicere 1327.) sua labris Pseudopapam designauit quemdam fratrem Petrū, &c. Ab hoc idibus Maij anno 1327. Romæ creatus fuit Fr. Nicolaus Fabrianensis Vmber Ordinis Eremitarum Sancti Augustini ex Episcopo Rauennatensi presbyter Cardinalis tit. S. . . . . Apostata hic fuerat, fugeratq; è Carceribus, quibus ab Ordinis generali Magistro Alexandro de Sancto Elpidio perpetuò damnatus fuerat. Romam in hac colluuione veniens mutuas operas cum nephario alio homine Andrea Recanatensi adiunxit. Is Sacrarij Ecclesiæ Sancti Triphonis curam gerens, argenteos, aureosq; ornatus omnes illi prodidit. Quos vterq; Antipapæ obtulit: alter pseudocardinalis, alter pseudoepiscopus ab eo creatus est. Publicè, quò Imperatori gratificaretur*

k lib. de Pontif. & Cardin. pag. 198.
l in suo Anthropologia lib. 21 c. de Pontif. m ordinis viris.
m lib 10 cap 70.

vitur, in Ioannem Papam declamauit. Addit Abrahamus Bzouius Dominicanus a ex libro secretariæ Petri Corbarij in Archiuio Vaticano; *die Dominicâ D. Antonio Satro Iacobus Episcopus Venetus, quem Castellanũ dicebant, Nicolai Cardinalis Pratensis nepos vnà cũ quodam Episcopo ex fratribus Augustinianis ausi sunt Ludouicũ, atq; eius coniugem in vngere.* Hic noto, quòd si ipse Episcopus Augustinianus erat Nicolaus Fabrianensis, vt videtur, sequitur quòd à vero Pontifice Ioanne 22. vel eius Antecessore factus sit Episcopus; tũc enim ab Antipapa, qui nondum erat, fieri non poterat. Et infrà, de electione F. Petri Corbarij in Antipapam agens Bzoulus, sic ait b de Imperatore. *Die 12. Maij in Festo Ascensionis, &c. Deindè Fr. Nicolaũ Fabrianensem Eremitanũ Augustinianũ verba ad Populũ habere iussit;* & c inter Cardinales ab Antipapa electos eum enumerãs sic ait. *Quartus Fr. Nicolaus Fabrianensis, Erẽ. &c.* & d *Adhæserat Corbario inter alios F. Nicolaus Fabrianẽsis Eremitanus Augustinianus, quem titulo Sancti Eusebij, & Episcopatu Camerinensi donauerat. 5. Kal. Iunij, & Recanatensi Ecclesiæ Andream quemdam familiarem suum intrudere voluit Viterbij 1328. penultima mensis Septembris.* Quem autem finem Nicolaus, & Andreas habuerint, mihi omninò incognitum. Vtinam ex animo resipuerint.

a tom. 14. Annaliũ Baronij an. 1328. à col. 515.

b col. 521.

c col. 522.

d & col. 528.

679 Sextus est Fr. Bernardus Oliuarij, de quo latiùs egimus in Cathalogo Episcoporum Dertusensium. Fuit is Patria Valentinus, genere ciuis, religione Augustinianus, sciẽtia celebris Doctor Parisiensis; circa an. 1336. electus Fuit in Episcopum Oscensem; & anno 1331. à Petro Aragonum Rege missus legatus ad Reges Galliarum, & Maioricarum. Anno 1343. cùm in Hispaniam reuerteretur, à Clemente VI. assignatus fuit in Socium legationis Hispaniæ, ad quam mittebatur Bernardus Cardinalis tit. S. Ciriaci in Thermis. Ad finem anni 1344. electus est in Episcopũ Barchinonensem, & non multò post, nempè 8. Idus Maij anno 1346. assumptus est in Episcopum Dertusensem, & possessionem adeptus est 2. idus Augusti. In principio anni 1348. missus est à Principatu Cathaloniæ Legatus ad D. Petrum Regem Aragoniæ, vt in suam gratiã reduceret Infantes fratres suos. Vix legationem obierat, quãdo & ipse obijt. Eius mors in Calendario MS. defunctorum Ecclesiæ Dertusensis sic notatur. *Sexto idus Iulij obijt Dominus bonæ memoriæ Dom. Fr. Bernardus Oliuarij Episcopus Dertusensis, ac Magister in sacra pagina.* Eius ossa nunc iacent in claustro sedis Dertusensis in Capella Sanctæ Candidæ in arcula lapidea, & hoc elogio decorantur. *Anno Domini M. CCC. XXXX. VIII. pridie idus Iulij obijt Reuerendus Pater, & Dominus Fr. Dominus Oliuarij Episcopus Dertusensis, & Magister in sacra Pagina. Hic tumulatus.*

Sextus. Bernardus Oliuarij Cardin. an. 1345.

680 Hunc igitur Bernardum fuisse Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem tituli S. Marci tradunt noster Hieronymus Romane, & D. Martinus Carrillo Abbas Montis Aragonũ ordinis Canon. eorum Regularium Sancti Augustini f, & Familiæ cistercis Didacus de Aynsa, & Primus g. Cæterum mihi videtur in dubium nunquam nostrum Bernardum fuisse pro Cardinali à vero Summo Pontifice publicatum, atq; adeò neq; titulum Cardinalatus obtinuisse. Fortè circa an. 1338. à Nicolao V. creatus, à quo & Nicolaus Fabrianẽsis. Si tamen ità accidit, Bernardus, quod Nicolaus temerè, & ambitiosè arripuit, prudenter, & religiosè repudiauit. At huius rei nullum extat fundamentum. Moueor vt credam Bernardum nõ fuisse publicatum Cardinalem. Primò, quia Rex Aragoniæ Petrus, qui superuixit vsq; ad annum 1387. cum tetulit h eum fuisse Episcopum Oscensem, Barchinonensem, & Dertusensem, Cardinalatum legitimum non tacuisset. Secundò, quia neq; id omissum fuisset in Calẽdario MS. quod est illius temporis, neq; in Epitaphio sepulchri. Nihilominùs tamen probabile est, quòd fuerit creatus, licèt nõ fuerit publicatus. Hocq; latuit Onuphrium, & Ciaconium, sicut & creatio Aegidij Romani, & Guillelmi Cremonensis propter defectum sublecutæ publicationis. Igitur asseramus non fuisse publicatum, non affirmemus fuisse creatum. Sed neq; id negemus, cùm fieri potuerit, & Zorita i testetur Regem Aragoniæ Togam Cardinealem pro Episcopo Barchinonensi an. 1345. postulasse, & Summum Pontificem liberalissimè annuisse. Eo autem anno noster Bernardus erat Episcopus Barchinonensis. Vnde non absq; probabilitate dici potest, quòd fuerit Cardinalis, si non publicatus, saltem electus.

e centur. 10. an 1342. fol. 1. pag. 1.

f in vita S. Valerij pag. 317.

g in hist. Hoscẽsi edita anno 1610. lib 3. ca. 18. pag 414

h lib 3. suæ historiæ cap. 18.

i to. 2. Annaliũ Aragoniæ lib 8 cap. 1. fol 184.

681 Septimus est B. Fr. Bonauentura Baduarius de Peraga, nobilis Patauinus natus die Lunæ 22. Iunij anno 1332. ve traditur

Septimus. B. F. Bonauentura Baduarius de Peraga Patauinus, Card. an. 1378.

dit

a lib. 9. de felicitate Patauij cap. 7. pag. 390

dit Angelus Portenari Augustinianus a. At cùm posteà insignis Theologus euasisset, & ad regimen aptissimus, electus fuit Prior Generalis ordinis Eremitarum Sancti Augustini; Veronæ die 27. Maij anno 1377. Eum Vrbanus Sextus in 4. creatione 17. Cardinalium 19. Kal. Ianuarij anno 1384. vt tenent Ciaconius b, & Angelus Portenari c, vel in 4. creatione 18. Cardinalium anno 1385. (per errorē assignatur 1395.) vt refert Onuphri[d] præsbyterum Cardinalem tituli S. Cæciliæ creauit; vel, vt ego veriùs existimo, in prima creatione anno 1378. *Non longè post*, ait Ciaconius e *cùm libertatis ecclesiasticæ vnius assertor, & patronus esset, ortis inter eum, & Franciscum Carrariensem Patauinū regulū ob ius ecclesiasticū simultatibus, impijs Principis conatibus constantissimè sese opposuit, & iniqua eius postulata insigni constantia contempsit. Quare Carrariensis iratus clam per occultos Sicarios egit (sic enim omnes suspicati sunt) vt tanta virtutis vir Romæ, dum Ponte Aelium transiens ad Basilicam Vaticanam ire pergeret, Sagitta ab incerto emissa immaniter transfixus nephariè interficeretur, id occultè, vt neq; de homicidio, neq; de tanti sceleris authore quidquam vnquam certi sciri potuerit. Obijt autem an. 1389. sepultus marmoreo, cum eius insignibus, effigie, & inscriptione, pileo, in Ecclesia Eremitarum S. Tryphonis, posteà insigni B. Aug. Basilica condita, eodem in Sacello S. Nicolai Tolentinatis translatus iacet.* sub lapide humili, & plano in medio Sacelli in habitu Monachali, & Episcopali, more antiquo Cardinaliū, etiam non Episcoporum. Et quidem quod obierit anno 1389. testatur Onuphrius f, & Abrahamus Bzouius g, & in indice rerum sic ait. *S. Bonauentura Baduarius occiditur* 1389. Sepulchri Epitaphium, ab Angelo Portenari h in hunc modū refertur.

b lib. de Pōt. & Card. in Vrbano VI.
c vbi supra.
d lib. de Pōtif. & Card. pag. 346.
e vbi supra.
f vbi sup. pag. 340.
g tom. 15. Annaliū Bzouij an. 1389. pag. 135.
h vbi sup. pag. 391.

Hic Bonauentura est, qui doctus Dogmate sacro
Augustina tuis iam præfuit ordo Gremijs;
Padua post solio profectus Cardinis indè
Anni milleni decies septemq; triceni
Additoq; nouem Christi requieuit in Vrbe.
Ciues Cœli animam, sed possidet ossa sepulcrum.

At paulo aliter se habet carmina sepulcri, nempe;

Padua prouectus ad solium cardinis Anni
Mileni decies septemq; triceni,
Additis hijs nouem, Christi requieuit in Vrbe,

&c. Vnde potiùs videretur asserendum obijsse anno 1379. cum id expressè testentur carmina prædicta; & ab Vrbano VI. creatum fuisse Cardinalem in principio Pontificatus; quòd & manifestè patet ex eo, quòd inter Epistolas B. Catherinæ Senensis, quæ obijt an. 1380. reperitur vna ad nostrum Bonauenturam iam Cardinalē; & huius veritatis aliquale inditium est, quod in registro Bartholomæi de Venetijs (non extat aliud antiquiùs) generalis Augustiniani de anno 1387. vsq; ad 1393. nulla fit mentio de Card. Bonauentura, cùm tamen passim fiat de alijs minoribus prælatis Augustinianis. Et ex his sentio in hac parte corrigēdos esse Ciaconium, & Onuphrium, dicendumq; Bonauenturam fuisse creatum Card. an. 1378. & occisum an. 1379. At iustus morte præoccupatus in refrigerio est.

Octauus est Fr. Gerardus de Arimino 682
Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Prior generalis, qui subscripsit Concilio Florentino sub Eugenio IV. anno 1439. & in Comitijs generalibus Senēsibus anno 1443. vt ait Episcopus Signinus i generalatum renunciauit. Hunc fuisse Cardinalem videtur asserere liber historiæ S. Crucifixi Burgensis l dicens. *Idem affirmat quidam clarus vir Giraldus de Arimino Cardinalis*; & in relatione miraculorum, cum retulisset cōfraternitatem S. Crucifixi confirmatam fuisse à Nicolao V. & posteà à Paulo II. anno 1469. sic habet. *Et generalis Fr. Giraldus de Arimino, qui fuit à diuo S. P. N. Augustino in fratres ordinis admisit omnes Confratres S. Crucifixi.* Non inuenio huius rei aliud fundamentum; quia neq; in Onuphrio, neq; in Ciaconio aliquod huius vestigium inuenitur, imò neq; in vllo alio authore. Tamen suspicari possumus fortè electum fuisse, ab Antipapa Felice V. de quo Onuphrius m sic ait. *An alios crauerit Cardinales, incertum.* Et benè ità sentit Onuphrius. Reperimus enim alios à Fœlice creatos Cardinales. Etenim Sanctus Antoninus n de Fœlice V. loquens sic ait. *Aliquos Anticardinales instituit, & inter eos M. Ioannem Sacræ Theologiæ professorem ordinis Prædicatorum, qui multùm laborauerat in sermonibus & disputationibus in faciendo Conciliabulo, sed citò morte subtractus est* & D. Martinus Carillo o in Cathalogo Episcoporum Tiaconensium sub anno 1440. sic ait. *D. Martinus Cerdan Cardinalis*; Et quidem hunc Episcopum interfuisse anno 1440. Conciliabulo Basiliensi mihi constat ex registro Secretariatus Othonis de Mōchada Episcopi Dertulensis ab anno 1432. ad annum

Octauus.
Gerardus de Arimino, fore Card. circa an. 1442.
i in chrō. Augusti. fol. 79. pag. 2.
l par. 1. cap. 20. fol. 7. pag. 2.
l cap. 24. fol. 14. pag. 2.
m lib. de Pōtif. & Card. pag. 300. sed per errorem 400.
n 3. p. hist. tit. 22. cap. 10. §. 4.
o in vita S. Valerij pag. 344.

annum 1451. Vndè cùm ab Onuphrio ex regno Aragoniæ tantùm numerentur Anticardinales, Otho Episcopus Dertusensis, & Georgius Episcopus Vicensis, de Martino Tiratonensi videtur intelligendum id, quod tradit Aeneas Siluius in relatione de ijs, quæ acciderunt sub Federico III. impressa cum Chronico Arthmani Schedel, vbi [a] refert inter conditiones fœderis pacti inter Eugeniũ IV. & D. Alphonsum Aragoniæ Regem hãc fuisse vnam: *Nec patiatur tres ex suis, qui Cardinales sub Amadeo Sabaudiæ fuerant creati, reuertentes pro Cardinalibus suscipi, habendi.* Tertius igitur Cardinalis Aragoniæ erit hic Episcopus Tiratonensis D. Martinus Cerdan. Quarè ergò erit incredibile, quòd etiam Gerardus noster Ariminensis finito Concilio Florentino creatus fuerit Anticardinalis, & fortassis propter hoc vel dimisit generalatum, vel illo priuatus est; vel potiùs dicendum fuisse electum ab Eugenio IV sed nõ publicatum, si eius Cardinalatus aliquid veritatis habet.

[a] fol. 298.

683 Nonus est Amadeus Primus Dux Sabaudiæ, dictus in schismate Fœlix V. quẽ Patres Conciliabuli Basiliẽsis in Sũmum Pontificem elegerũt, vt ex tomo 3. Conciliorum Coloniæ editionis anni 1551. pag. 118. cõstat nonis Nouembris anno 1439. sessione 39. cum in solitudine Ripaliæ Gebenensis Diœcesis iam plurib. s annis in virtute cõtinentiæ honestè conuersatus esset, & virtutum Domino in Spiritu humilitatis, ac simplici, & humili habitu deseruijsset; & sessione 40. pag. 119. electioni factæ de persona Amadei Ducis Sabaudiæ, ac Decani militum in solitudine Ripaliæ ipse contentit assumpto nomine Fœlicis V. depositis Clamide, & Caputio, quibus tunc vtebatur die 7. Decembris eiusdem anni 1439. & pag. 120. postquam de Papatu inuestitus fuit in processione solemni Cruce præcedente more Papali (vt decuit) ad Ecclesiam Monasterij Sãcti Mauritij ordinis Sancti Augustini in dicta solitudine constitutam processerunt. *Sedit Fœlix V. in sua Obedientia*, ait Onuphrius [b] *in schismate contra Eugenium Papã IV. & Nicolaum V. Imperatoribus Cæsaribus Alberto, & Federico 3. Augustis annos 9. menses 6. & dies 7. eo tempore quatuor Cardinalium ordinationibus* prosequitur Onuphrius [c] *mensibus Aprili, Octobri, & Nouembri factis 24. creauit Cardinales, Presbyteros 23. & Diaconum Vnum.*

An. 1449. Nonus. Amadeus Dux Sabaudiæ, Antipapa Fœlix V & Cardinalis 1449.

[b] de Pontif. & Card. pag. 296

[c] pag. 300.

Tandem precibus Imperatoris Federici 3. Augusti à Nicolao Papa V. ad id sollicitati Pontificatum spontè abdicauit. Quamobrem à Nicolao V. in tertia creatione 5. Cardinalium Rom æ 14. Kal. Ianuarij anno 1449. vt habet Onuphrius [d] creatus est Episcopus Cardinalis Sabin, Collegij Cardinalium Decanus, & perpetuus Germaniæ Legatus; & in eius gratiam Cardinalis Arelatensis ab Eugenio IV. priuatus, restitutus est, & tres alij Cardinales à Fœlice creati de nouo recreati sunt. Nec longè post, anno scilicet 1452. vt habent Onuphrius [e], & Ciaconius [f], vel anno 1453. vt tradit Hieronymus Roman [g] Lausanis beatè vitam finiuit in Legatione sua, ibiq. iacet in Cathedrali sepultus.

[d] pag. 302.

[e] pag. 300. & 301.

[f] pag. 919.

[g] centuria 11. fol 87. pag. 1.

Sanctè vixisse, & obijsse Fœlicem V idest Amadeum Sabaudiæ præter Onuphrium, & Ciaconium tradiderũt Philippus Bergomẽsis [h], & Abrahamus Bzouius [i], & alij plures; sed audiamus præ alijs Onuphrium [k]. *Amadeus*, inquit, *nobilissimo genere Ducum Sabaudiensium ortus, & ipse olim Dux Sabaudiæ fuerat, qui Christi amore succensus filijs principatu relicto, vitam solitariam elegerat, Eremitaq; habitu assũpto, cum decem alijs nobilibus viris in solitudine Ripaliæ Gebennensis Diœcesis in Monasterio à se constructo Vitam angelicam agens Deo seruiebat, vocabaturq; Decanus militum Iesu Christi, ordinis Sancti Augustini Monasterij S. Mauritij de Ripalia, & Lausanis beatè vitã finiuit* [l]. Sed addamus verba Philipputi Pingonij adducta ab erudito Andræa Vitorello [m] *Obijt Genuæ*, ait, *1451. idibus Ianuarij Ripaliæ sepultus miraculis post mortem clarissimus inter Beatos creditus.* 684

[h] lib. 15. supplementi fol. 278.

[i] tomo 17. anno 1440. pag. 717. num.

[k] pag. 296.

[l] pag. 300.

[m] per 2. de luminari Pontifi. ciji pag. 176.

Ex verbis Onuphrij, & Concilij Basiliensis, & aliorum asserentiũ Amadeum assumpsisse habitum Eremitæ, & fuisse Decanum militum Iesu Christi Ordinis Sancti Augustini, nõnulli Authores Augustiniani, quales sunt Roman [n] M. Fr. Bernardus Nauarrus [o] nõn omninò improbabilem ansam videntur arripuisse ad recensendum Amadeum inter Eremitas ordinis Sancti Augustini. At consultius M. Marquez [p] dubitat vtrũ Conuentus ille S. Mauricij fuerit ordinis Eremitarũ Sancti Augustini; quia Religiosi illi videntur fuisse ordinis militaris; ab omnibus enim appellantur milites Iesu Christi, vel Sancti Mauricij, quo titulo fratres nostri ordinis numquam insigniti sunt. 685

[n] centur. 11. fol 79 pag. 2.

[o] lib. 2. de vita S. Nikolai de Tolentino c. 5.

[p] cap. 7. §. 3. pag. 104.

686 Ego in hac parte non dubito, ſed cenſeo Amadeum licèt Auguſtini regulam verè obſeruauerit, atq; adeò falsò Petrus Meſſia in ſuis Cœſaribus aſſerat fuiſſe Monachum Franciſcanum; nullatenùs fuiſſe noſtrum Eremitam; idq mihi perſuadeo. Primò, quia ſi ità fuiſſet neq; Ambroſius Coriolanus, neq; Philippus Bergomenſis Authores Amadeo Coętanei rem iſtam omiſiſſent, qui alia minora eiuſdem temporis retulerunt. Secundò, quia hiſtoria Ioannis Secundi Caſtellę Regis ab Authore Coeuo edita teſtatur illum vſum fuiſſe in monaſterio veſtibus nō nigris, ſed eius coloris, quem Hiſpanicè dicimus, *pardo*; at Eremitæ Auguſtiniani à multis retrò annis antè, Amadeum nigris induimur. Tertiò quia Amadeus, & Socij inſigniebantur. Cruce aurea in pectore tamquam religioſi militares, & potiùs vt Equites, quàm vt Eremitæ viuebant. Audiamus authores illius temporis relatos à Bzouio [a]. *Aeneas Siluius de coronatione Fœlicis in Concilio Baſilienſi teſtatur Amadeum Ducem Sabaudiæ anno 1433. in Ripalia Eremo relicto principatu ſeceſiſſe cum ſex Viris Equeſtris ordinis, qui ſecum penulam, & baculum, vt moris eſt Eremitis, aſſumpſerunt. Erant hi ſex grandæui, & ætate propè pares, quorum Vxores iam pridem obierant. Nemo non ſexageſimum annum attigerat, & ſtatim Sancti Mauritij appellari Equites voluerunt*; & rurſus; *cuncti penulam & pallium, & cingulū, & baculum retortum, quibus Eremitis vti videmus, aſſumpſerunt, & barbam prolixam nutriuerant, & crines intonſos geſtauerunt. Loco Ripaliæ nomen fuit, mille paſſibus ferè ab Oppido Tononio diſtāti* & ſtatim. *Crucem auream Eremitæ in pectore geſtauerunt. id tantùm nobilitatis ſignum retinuere; cætera contemptum ſæculi præſeferebant*; & rurſus. *Loco illorum Eremitæ Ripaliæ, quos milites S. Mauritij vocant, ſuffecti ſunt, viri graues, & æuo prematuri, qui Fœlicis Papæ, & ſæculi, & religionis fuerant Comites, & qualis habitus ipſius antea fuiſſet, in ſuis habitibus præmonſtrabant, plurimumq; reuerentiæ videbantur mereri*. deindè Guillelmus Paradinus de rebus Allobrogum Principum apud Bzouium [b] ſic ait. *Hoc anno* (ſcilicet 1433. non 1421. vt malè aiebat Romanus [c]) *Amadeus Dux Sabaudiæ decem ex Equeſtris ordinis Viris comitatus ſæculo nuncium remiſit in Ripalienſi Eremo*. Meierus autem [d] ſic refert. *Amadeus Dux Sabaudiæ annos natus circiter 56 defuncta Maria vxore Philippi Amita Ludouico filio committit Ducatum Sabaudiæ, ipſe apud Cœnobiū D. Mauritij ſolitariam eligit vitam cum Claudio Sexto, & Henrico Columberio*, &c. Quarè mihi omninò perſuaſum habeo Amadeum ſub regula Sancti Auguſtini, non verò ſub ordine Eremitarum Sancti Auguſtini, ſed militum Ieſu Chriſti vixiſſe.

Decimus eſt Fr. Alexander de Oliua Saxoferratenſis Prior Generalis Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, Theologus inſignis, & vitæ Sanctitate clariſſimus. Eum Pius II. in prima creatione, quinq; Cardinalium, vt ait Onuphrius [e] & Ciaconius [f] Romæ tertiò nonas Martij anno 1460. abſentem creauit presbyterum Cardinalē tit. S. Suſannæ ad duas Domos. *Incredibile fuit*, ait Ciaconius, *quantùm & Monachi ſui ordinis, & omnes Senenſes, & cuncti fermè Itali hoc factum laudauere. Multæ Ciuitates ei dona, miſerunt, & Ciuem ſuum eſſe voluerunt. Pontifex argenti miſit, quo dignitatē ſuſtineret, & Curiales, & Aulici magnificè eum muneribus donauere. Fuit vitæ integritas*, ait noſter Bergomenſis [g] *adeò vbiquè ſanctitatis ſpeculum fuit, & omniſariam virtutum refragrauit, vt omnes ipſum futurū maximum Pontificem ſperarent, niſi immatura morte præuentus fuiſſet*; fuit Eccleſiæ Camertinæ Epiſcopus, & Piceni Legatus, vt tradit Andræas Vittorellus, in eruditione, & religione præſtans [h] Obijt Tybure 12. Kal. Septembris anno 1463. eiùs corpus relatum in Baſilicam Sancti Auguſtini ordinis ſui ſepulchro marmoreo honorificè conditum iuxtà Sacellum Sancti Nicolai fuiſſe refert Epiſcopus Signinus [i] modò tamen iacet in introitu Eccleſiæ ſuprà oſtiolū, quod eſt ad manum dexteram ingredientium in Eccleſiam, cuiuſq; hoc eſt Epitaphium, & refertur à Signino.

Alexandro Oliuæ Saxoferratenſi Theologo clariſſimo, Eremitarum B. Auguſtini, ab infantia ſpei maxima alumno; Qui cùm eſſet ſui Ordinis Generalis ob ſingularem doctrinam, & vitæ ſanctimoniam Cardinalis à Pio II. ignorās creatus eſt. Vixit annis 55. obijt anno ſalutis 1463.

Vt tibi ſola dedit probitas non gratia ſoli
Digna Cardineum nomine, neq; decus.
Sic eadem indignis raptum dum tollit ad Aſtra
Fœlix hoc, inquit, Principe Roma foret.

Vndecimus eſt Raymūdus Peraulti, Gallus, Sanctonenſis, de quo agunt Onuphrius [a], Ciaconius [b] verò fuit Epiſcopus 688

Margin notes:

[a] tomo 16. annal. an. 1433. num. 307. pag. 316.

[b] vbi ſupra.

[c] Centur. 11. fol. 79. pag. 2.

[d] lib. 16. Annal. Flandriæ.

687 Decimus. B. F. Alexander de Oliua Card. an. 1460.

[e] lib. de Pōtif. & Card. pag. 312.

[f] pag. 941.

[g] lib. 15. ſupplement. fol. 252.

[h] In additionibus ad Card. Ciaconij col. 1111.

[i] in chrō. Auguſtini. fol. 84. pag. 1.

Vndecimus Raymundus Peraulti Card. an. 1493.

a pag. 333 & 349. b pag. 1015. & 1063.

ſcopus Nouarienſis, Viterbienſis, Cuſcenſis; & Sanctonenſis. Eum Alexander Sextus in ſecunda creatione duodecim Cardinalium Romæ 12. Kal. Octobris anno 1493. creauit præsbyterum Cardinalem tituli Sancti Vitalis, poſt Sanctorum Ioannis, & Pauli tit. Pammachij, id autem factum fuiſſe narrat Ciaconius petente Maximiliano Primo Imperatore. Fuerat Nuncius Apoſtolicus Pauli Secundi, Sixti Quarti, & Innocentij Octaui per totam Germaniam ad colligendas pecunias in bellum contrà Turcas. *Quas cùm diſtribuiſſet ad libitum*, ait Ciaconius, *reuocatus à ſua legatione Romam ingreſſus eſt priuatim nullo Cardinale obuiam prodeunte, ſicut moris eſt.* Poſteà tamen Iulius Secundus eum iã Cardinalem honorauit legatione Viterbienſi, in qua obijt nonis Septembris anno 1505. ſepultus Viterbij in Eccleſia S. Trinitatis. Hoc eſt Monaſterium Eremitarum Auguſtinenſium, in quo & iacet Cardinalis Guillelmus de Agrifolio. Raymundum fuiſſe Eremitam Auguſtinianum, aut ſaltem religioſum, neq; Onuphrius, neq; Ciaconius meminerũt. At Fr. Hieronymus Roman in Epiſtola manuſcripta ad Generalem Auguſtinianum, quam apud me habeo, miratur valdè, quod res hæc latuerit Onuphriũ? fides ſit penes illum. Ego dum alia fundamenta non vidi, in negatiuã partem magis inclinaui. Eſt tamen in regiſtris generalium non leue fundamentum ad exiſtimandum eum fuiſſe in adoleſcentia Eremitam Auguſtinenſium.

689 Duodecimus eſt Fr. Aegidius Viterbienſis ſuo tempore Princeps Prædicatorum, ordinis fratrum Eremitarum S. Auguſtini Prior generalis, à Leone X. anno 1517. creatus preſbyter Cardinalis tituli Sancti Matthæi; poſteà fuit tituli Sancti Marcelli, & Patriarcha Conſtantinopolitanus, & vt habetur c natus fuit honeſta familia, dictuſq; Aegidius Antoninus; ante Cardinalatum à Iulio II. ad Venetos, & ad Regem Neapolitanum Legatus miſſus; poſt Cardinalatum, Eccleſiarũ Caſtrenſis, deinde Lancianenſis, Sutrinæ, & Nepeſinæ adminiſtrator. Deſtinatus, aptatuſq; vt ait Iouius ad Pontificatum. Obijt Romæ pridiè idus Nouembris anno 1532. ſepultus ad Sanctum Auguſtinum, cuius ordinis protector erat. Vide quę de illo dixinus ſuprà, dum de Cardinalibus protectoribus Auguſtiniani ordinis ageremus. Addo tamen

Duodecimus. Aegidius Viterbienſ. Cardin. an. 1517.

c in additionibus ad Cardinales Ciaconij col. 1423. & 1446.

ex Epiſcopo Signino d ſepultum fuiſſe ad Sanctum Auguſtinum in ſepulcro marmoreo à Gabriele Veneto Generali Auguſtiniano extructo, cum hoc Elogio.

d in hr. Auguſt. fo. 11c. pag. a.

D. O. M.

Aegidio Viterbienſi Cardinali Gabriel Venetus generalis poſuit M. D. XXXVI.

Poſt eius mortem Ianus Vitalis Panormitanus Poeta illuſtris hoc illi compoſuit Epitaphium.

Antè ſacroſanctos cineres bona verba viator
Dicito, diuinus hic iacet Aegidius
Qui potuit lingua humanas inflectere mentes,
Et trahere cupientes feruidus adſe animos.
Quidquid pãdit Arabs, diuinũ quidquid Hebræus
Dites Aramæis occulit in tabulis,
Explicuit Tepulis, & ſi quid ſpiritus vltrà
Sit ſit, adhuc ſanctũ, nodu editeiur habet.

Decimus tertius eſt Fr. Hieronymus Seripandus Neapolitanus, patritia gente natus, filius Monaſterij regalis S. Ioannis de Carbonaria apud Neapolim; in Theologia Scholaſtica, & expoſitiua, & prædicationibus inſignis. Oblatum à Cæſare Carolo V. Epiſcopatum Aquilanum recuſauit. Ab eodem dum apud eum eſſet Vrbis Neapolitanæ Orator; vt ait Petramellaria e Archiepiſcopus Salernitanus eligitur, quãuis renuens. à Pio IV. in ſecunda creatione 18. Cardinaliũ die 26. Februarij ann. 1561. creatus eſt preſbyter Cardinalis tituli Sanctæ Suſannæ, ac poſteà Tridentini Concilij Legatus Apoſtolicus, & præſidens. Obijt in eodem Concilio anno 1563. 16. Kal. Aprilis, & in Templo Sancti Marci Monaſterio ſui ordinis ſepultus; poſtmodũ Neapolim tranſlatum in Eccleſia eiuſdem Monaſterij, in quo habitum Sancti Auguſtini ſuſceperat, quieſcit cum hac inſcriptione. 690

Decimus tertius. Hieronymus Seripãdus Card. an. 1561.

e in additionibus ad Onuphrium. pag. 101.

Hieronymo Seripando Cardinali Concilij Tridentini Legato Chriſtophorus Patauinus ſodalitij Eremitarum Magiſt. P. Vixit annos LXX. Menſes V. dies XI.

Si quis bonos tumuli quantum Sol lampade luſtrat
Terrarum, Cœliq; tri. mi ſt Seripande ſepulcrum.

Decimus quartus eſt F. Gregorius Petrocchinus de Montelparo, Picenus, Prior generalis ordinis Eremitarum S. Auguſtini. Eum Sixtus V. in quinta creatione apud Ciaconium, ſed per errorem verè in octaua creatione 4. Cardinalium Romæ 19. vt habet Ciaconius f, vel 13. Kal. 691

Decimus quartus. Gregorius Petrochin. Card. an. 1589.

f pag. 1935.

a pag. 289. Kal. Ianuarij, vt tradit Petramellaria a anno 1589. creauit presbyterum Cardinalem tituli Sancti Augustini, an. 1608. & 1610. erat Cardinalis tituli S. Mariæ trans Tyberim; posteà verò, cùm esset Episcopus Cardinalis Prænestinus obijt, sub Paulo V. anno 1612. 14. Kal. Iunij, sepultusq; est ad Sanctum Augustinum in Sacello Sanctæ Monicæ. De eo sic Petramellaria b scripserat. *Suis admirabilibus virtutibus effeciet aliquandò, vt Cardinalis nomen parum momentum ad illum commendandum habeat.* eius sepulcrare Elogium hoc est.

b pag. 459.

D. O. M.

Fr. Gregorio Petrochino à Montelparo S.R.E. Episc. Card. Tranestino, viro diuinarum rerum scientia, vita innocentia, morum suauitate & mira humanitate, toti aula conspicuo, quod communi cura, & beneuolentia in omni vita, ac publico mœrore, ac luctu in morte comprobauit. vixit annos LXXVI. menses III. dies VIII. obijt XIV. Cal. Iunij M. DC. XII.

692 Hæc dicta sint pro continuatione breui (licèt longa propter digressiones. Sed parcat Lector affectui; præcipuè cùm hæc continuatio non parùm faciat ad causam principalem) ordinis Eremitarum à Patre Augustino, vsq; ad annum 1256. in quo facta est vnio generalis. Redeamus modo ad principale intentum, nempè ad responsionem ad Apologeticum R. P. Fr. Lucæ Vvadingi.

AD NVMERVM SECVNDVM Parraphi Quinti.

Demonstratur B. Iordanum de Saxonia, tradidisse Monachatum Augustinianum S. Francisco.

693 POstquam testimonium B. F. Henrici de Vrinaria, aliàs Alemania, infirmare, sed frustrà contendisti, iterum labor, sed cassus, sed crassus; vt B. Fr. Iordani fidem eleues nō extollendo, sed auferendo; scilicet vel negando librum Vitas fratrum esse Iordani opus, vel peruertendo, aut euertendo verba, quæ nocent. Vndè iterum mihi in mentem venit id, quod venerabilis Beda c dixit; *vel negare hæc, vel quæ negare non poterant, sinistra interpretatione peruertere laborabant.*

c lib. 4. cap. 48 in ca. 11. Lucæ.

694 Probauit Marquez Beatum Franciscum fuisse vnum ex Discipulis Beati Ioannis Boni ex testimonio Beati fratris Iordani de Saxonia d sic loquentis. *Cùm fama conuersationis eius per loca vicina crebresceret, plurimi ad eū conuersi sunt, inter quos fuit B. Franciscus, qui ordinis posteà Fratrum Minorū fundator fuit. Qui in honorem Sanctæ Mariæ Virginis Ecclesiam construxerunt ibidem.* Adeò expressè loquitur Iordanus, vt cum Sancto Bonauentura secundum quamdam glossam super Matthæum, e dicere possemus; *Prauus est auditor; qui manifesta vult obscurè intelligi.*

Probatio M. Marquez.

d lib. 1. Vitas fratrū cap. 4.

e tomo 1. Epistola de eo, qd Christus, & Apostoli iecerunt discalceati fol. 273. pag. 1.

Sed firmissimum hoc pro ea veritate fundamētum pluribus euertere niteris. 695 Primum est, quia in eo testimonio est suspicio corrupti textus; primò, quià verba Iordani desumpta sunt ex Bulla Innocentij IV. adducta à M. Marquez f, quam & nos suprà transcripsimus g. At in ea Bulla desiderantur illa verba; *Inter quos fuit Beatus Franciscus, qui ordinis posteà Fratrum Minorum fundator fuit.* Secundò, quia hæc verba non adeò rectè, vel in ipsa constructione connectuntur, cum sequentibus. *Et quidem extrà locum suum, atq; præpoperè* (ait) *apposita ipse meus fatetur dissertator. cap. 26. §. 5. pag. 432.* Rursus tertiò, quia vndè licuit huic authori historiam hanc narrationi Pōtificiæ assuere, cùm res sit alterius sæculi, cui ipse interesse non potuit post centū, & plures annos, solitarius, & singularis narrator? Quartò, quia hoc irrepere potuit in aliquod ex illis corruptis, imò & contortis, deprauatisq; exemplaribus, quæ iam extitisse, seq; habuisse fatetur in vtraq; epistola præliminari Augustinus Fiuizanius Eremita; qui primus hunc librum edidit latinum. Quintò, quia nulla authographa, vel Codices MS. exarati antè ætatem Philippi Bergomensis proferentur in medium, per quos fides concilietur huic additamento.

695 Impugnatur primò.

f cap. 23. §. 17. pag. 245.

g in respōs. ad §. 4.

696 Secundum est; quià etiam de Authore huius libri Vitas Fratrū, qui circumfertur sub nomine Iordani de Saxonia, non inane suboritur dubium Quoniam Iosephus Pamphilus in Chronico Augustiniano, Posseuinus in Apparatu, Thomas Gratianus Eremita in Anastasi Augustiniana, seù de Scriptoribus ordinis Augustinensis, librum Iordani de Saxonia inscriptum, Vitas fratrum, referunt incœpisse ab illis verbis, *Spiritualis pulchritudinis.* At aliud est initium huius libri, quē sub titulo, Vitas Fratrum; & nomine Iordani produxit Fiuizanius, vt & notauit Heribertus Rosweydus h. Vndè

696 Secundò.

h Prologome.

Gra-

no primo ad vitas fratrum

Gratianus librum à Fiuizanio editum alium ab illo Vitas fratrum putat, & velut distinctum enumerat.

697 Impugnatio confirmatur primò.

a lib. 2. cap. 14. pag. 144.

Et confirmatur primò; quia non cohæret tempus, sub quo floruit Iordanus, cũ ætate Authoris huius libri. Hic enim a ait se legatione functum pro Priore, & Capitulo generali Mediolanẽsi celebrato anno 1343. vt acta illorum Comitiorum Clementi Sexto creato anno 1342. præsentaret. Iordanus verò de Saxonia floruit circà annum 1408. 1409. 1410. vt testantur Pamphilus b Guillelmus Eisingrenius c, & Thomas Gratianus d. Quomodò ergò antè annũ circiter 70. posuit obire legationem ad Pontificem pro Priore generali, & Synodo; nisi dicamus, vel missum impuberem adolescentem, vel iuuenculum; vel defunctum grandæuum suprà communem hominum ætatem?

b in chrō. Augustin. fol. 71. pag. 2.

c in suo Bibliotheca.

d in Anastasi Augustiniana

698 Confirmatur secundò

e lib. 2. cap. 22 pag. 171.

f §. 3. pag. 451

Confirmatur secundò, quia Author libri, qui circumfertur nomine Iordani de Saxonia, dicit e se familiarem habuisse Hẽricum de Vrimaria, qui teste Marquez cap. 16. (debet dicere cap. 26. f) fatetur se cognouisse Lamphrancum primum Generalem post vnionẽ an. 1256. electum, & anno 1264. defunctum. Huius igitur libri verus author non erit Iordanus de Saxonia, qui floruit post annũ 1400. nisi eum centum, vel plures annos vixisse contendatur. Et ex hoc constat minùs probabiliter Marquez g asserere eum scripsisse antè 300. annos, cùm post an. 1400. eum floruisse citati Authores affirment.

g cap. 11. §. 6. pag. 354.

699 In hac controuersia audebo dicere, cum Augustino h. *Hoc qui dicunt vidẽtur sibi dicere aliquid; quia scripturas negligenter attendunt.* Si enim attendissent, & legissẽt librum ipsum Vitas fratrum, nõ credam viros doctissimos in hũc lapidem offensuros. Quinimò adijciam contrà R. P. Vvadingum; vel author eius libri est Iordanus de Saxonia, vel alter. Si primum habemus intentum, & certior erit relatio Iordani; cùm id non solùm hic expresserit, sed & alibi repetierit; eo scilicet loco, ex quo Coriolanus noster i (cuius testimonium R. P. Vvadingus k allegauit) eamdem rem comprobauit, vt infrà ostendemus. Atq; adeò Iordanus ad certitudinis, & firmitatis indiciũ eamdem sententiam repetet duobus in locis: vt dicere possimus, cum Sancto Petro Damiano l loquente de Augustino *Audiamus quid idem Beatus Doctor ex eadem re alibi dicat; vt nimirum quam sententiam in hoc, quam vbilamus, quæstione tenuerit, tanto liquidiùs quantò frequentiùs innotescat;* vel dicamus potiùs cùm ipso Augustino m veritatem euentus huius testimonia Iordani, *Sine vlla dubitatione testantur. Neq; enim aut vno loco, aut breuiter dictũ est; vt possit cuiuslibet astutissimi tergiuersatione in aliam traduci, peruertiq; sententiam.* Si verò dicatur secundùm, tunc non solùm ex Iordano de Saxonia; sed ex alio, etiam authore graui, sancto, & antiquo, qui floruit anno 1343. idem confirmabimus; nempè ex authore huius libri Vitas fratrum à Fiuizanio editi, & ex Iordano de Saxonia, quem pro eadem sententia adduxit Coriolanus loco allegato, vt in ore saltem duorum, vel trium Testium, & talium, stet Verbum istud.

h lib. 3. de Anima, & eius origine cap. 11.

Secundũ cum confirmationibus nõ officere, imò prodesse ostẽditur

i in Apologia veritate 2. argumento 8.

k §. 6. nu. 10. pag. 34.

l epist. 15. ad Henricũ Archiẽpi Rhẽm.

n atem col. 64 in appendice ad Bibliothecam veterum Patrum.

m lib. de opere monachorum cap. 13.

700 Neq; prædictum librũ vitas fratrum, qui circumfertur, sub nomine Iordani de Saxonia, illius esse probabimus ex solo nomine affixo. Potuit enim impostor Iordano nostro alienum opus adscribere; sed firmis fundamentis veritatẽ hanc stabiliemus. *Si enim ex solo nomine,* ait Augustinus, vel quisquis est auctor, q. 108. noui, & veteris testamenti, *putant hos debere deffendi; infirmum, & improbabile est. Possent enim aliqui eiusdem nominis rem sibi non suam vendicare. Ideoq; hoc est verũ, quod non solo nomine, sed & perspicua ratione firmatur.*

701 Suppositio prima ad veritatem aperiendam.

Verum, vt id præstemus, ex more suppono primò authorem libri Vitas fratrum editi à Fiuizanio sub nomine Iordani de Saxonia, fuisse virũ grauem, & sanctum. Prima pars probatur; quia fuit Prouincialis ordinis Eremitarum Sancti Augustini, vt constat ex libro primo cap. 20. pag. 49. & lib. 2. cap. 20. pag. 157. & 160. fuit etiam Vicarius generalis, vt patet ex libro 2. cap. 18. pag. 142. En eius verba. *Prouincialem suum quæsiuit, & tandem inuenit. Cumq; venisset ad præsentiam meam, qui tunc illo licèt immeritus, fungebar officio, &c.* & reuersus. *Quod cernens ego, cui tunc cura fratrum Prouinciæ nostræ incumbebat ex officio, &c.* & tandem. *At ille ait, citò vocetur mihi talis, nominando personam meam, qui eram in Conuentu, vtpotè tunc in illa parte ordinis fungens vice Prioris generalis,* & lib. 3. cap. 15. pag. 46. sic ait. *In pluribus prouincijs visitationis officiũ gessi.* Secunda verò pars, quæ ad sanctitatem attinet, manifestè constat; primò ex his,

Author libri vitas fratrum, sub nomine Iordani editi fuit vir grauis & sanctus.

quæ

quæ author ipse deuotè fatis, & humiliter de seipso narrat lib. 2. cap. 20. per totum, vt persuadeat intercessionem alicuius sancti valere plurimùm ad exaudibilitatem nostrarum orationum; Secundò ex reuelatione, quam habuit de donatione Corporis Sancti Augustini, & loci pro Conuentu ædificādo in Vrbe Papiensi, cuius fit mentio lib. primò cap. 18. ad finem pag. 45. factam enim fuisse ipsi Iordano authori libri constat ex annotatione posita, in antiquo exemplari, de qua statim.

702 Suppono secundò, Authorem huius libri incœpisse florere ab hinc trecentos annos. Hæc veritas patet primò, ex reuelatione de donatione corporis Beati Augustini, quam ipse, vt euitaret iactantiam, & humilitatem conseruaret, omittens exprimere nomen suum, non paucis verbis tradidit lib. 1. cap. 18. pag. 44. Clarè id colligitur ex annotatione, quam in antiquo exemplari haberi refert Fiuizanius a; Quinimò (vt in superioribus aduertimus, & notauerat Ludouicus de Angelis b ipsi Iordano libri authori reuelationem factam ipsemet Iordanus satis indicat in sermonario dan. sermo. 147. vbi Augustinū fonti Paradisi conferens addit. *Item de visione tua, dic si vis, &c.* apparuit illi quippè Augustinus propinans suis Eremitis potum valdè clarum, & pulchrum. Hæc autem reuelatio habita fuit duobus, vel tribus mensibus antè reunionem: Sic enim ait vbi sup. pag. 45. *infrà duos menses, vel circà venerunt litera de Curia Romana nunciantes noua, quomodò corpus Beatissimi P. Nostri Augustini esset ordini redonatum.* Hanc ergò reuelationem suam Iordanus tanquam de alio prosecutus est, vt dicere de illo possim quod Canonici Camperbergenses c de suo Nothberto in simili casu dixerunt. *Et quidem ista humilitas tanquam de alio prosecutus est; nos tamen ipsum fuisse, cui hoc reuelatum est, indubitanter aduertimus.* Ea verò redonatio, seù reunio facta fuit à Ioanne XXII. die 20. Ianuarij an. 1327. vt testantur Annotator Iordani in margine paginæ 43. Fr. Hieronymus Roman d, Iosephus Pamphilus Episcopus Signinus e M. Marquez f, Ludouicus de Angelis g. Bullæ autem prædictæ meminere Renatus Chopinus h, & M. F. Antonius Iepes 1 cius partem adduxit Iordanus vbi suprà. Eam de verbo ad verbum transcriptere Basilius Serepius Canonicus Regularis ...

Suppositio secundo.

Author dicti libri ab hinc trecentos annos florere cœpit.

Probatur primò.

a ad finem capitis 18. lib. 1.

b loco statim citando.

c in appēdice ad vitā S. Northberti to. 3. Surij.

d Centur. 20. fol. 64.

e in chrō. Augusti. fol. 46.

f cap. 15. §. 2. pag. 275.

g lib. 4. de vita & laudib. Augusti. cap 25. fol. 110. pag 2

h lib 2. Monastich. tit. 1. num. 32.

Pennotus; & Empuli supracitati, dum de Guillelmo Cremonensi ageremus, extatq; originalis in nostro Archiuo Romano num. 2. Ex quibus omnibus euidēs fit, authorem huius libri duobus mensibus, vel circà ante factam donationem corporis B. Augustini fuisse Eremitam Augustinianum, atq; adeò anno 1326. vndè si superuixit vsq; ad annum 1410. vixit in ordine Augustiniano plusquam 84. annis.

Secūdò probatur eadem suppositio; quià vt ipse fidus est testis l interfuit cuidam Capitulo generali, in quo delatio facta est cōtrà B. F. Simonem de Tuderto. sic enim ait: *Fuit, & alius magnæ venerentiæ vir, & sanctitatis, eiusdem ordinis, F. Simon de Tuderto lector, & olim Prior Prouincialis, & localis in pluribus locis. Hic à quibusdam æmulis suis grauiter delatus fuit apud Priorem generalem in Capitulo generali me præsente, licet ipse fuerit absens. &c.* At B. Simon de Tuderto, (Vt aliqui sentiunt) anno 1333. diem egit extremum. Sic enim tradit Carolus Sigonius m, & Abrahamus Bzouios n sic ait. *Eodem anno* nempe 1333. *die 20. Aprilis Bononiæ B. Fr. Simon de Tuderto Ordinis Eremitarum multa in monasterio S. Iacobi miracula edidit;* & quod magis vrget, eius mortem refert B. Fr. Henricus de Vrimaria in tractatu de origine Eremitarum S. Augustini, quem edidit anno 1334. sed est adhuc firmior sermo, qui illum aliquibus antea annis obijsse demonstrat. Processus enim authenticus de eius miraculis per Philippum q. Alberti Paparonis expressè affirmat B. Fr. Simonem de Tuderto de ordine fratrum Eremitarum S. Augustini, è vita decessisse Bononiæ anno 1322. indict. 5. die 20. Mensis Aprilis. Necessariò ergò fatendum est, authorem huius libri antè annum 1322. interfuisse cuidam Capitulo generali ordinis Augustiniani tanquam membrum illius; fortè in Ariminensi, Capitulo celebrato, anno 1318. Tertiò probatur, quia idem author o testatur se vixisse Bononiæ sub B. F. Ioanne de Lano Conuentus Bononiensis S. Iacobi Priore. ibi. *Simile quodāmodò exemplum vidi de Fr. Ioanne de Lana, Viro vtiqi probatæ religionis, qui fuit Baccalarius in Theologia. Legebat enim sententias Parisijs, & fuit alia Prior meus Bononiæ, quandò accidit, quòd rarò, &c.* & rursus ibidem. *Aliud etiam patientiæ exemplum in eodem fol. mem. Vita ostendere præsentis, &c.* vbi ergò ipsum

cum

i lib. 3. de Epis... Romam. Lauer. ... in lib. de Indulg. Canon. Regul. Later. pag. ...

703 Probatur secundò.

l lib. 2. cap. 8. pag. 87.

m lib. 3. de Episcopis Bononiensibus.

n in annal. Baronij tom. 14. an. 1333. col. 713.

Probatur tertiò.

o lib. 2. cap. 8. pag. 86. & 87.

cum socijs meis (scilicet scholasticis) *pro sui consolatione, & reuerentia, & profectu nostro pluries visitauimus.* Authorem huius libri fuisse Bononiæ Scholasticum constat ex libro 2. cap. 6. pag. 78. ibi. *Item exemplum experimentaliter cognoui de venerabili viro in Ordine, scilicet M. Prospero de Regio Sacræ Theologiæ professore, cuius studijs fui olim Bononiæ,* &c. Hinc deducitur authorem huius libri antè ann. 1330. fuisse fratrem Augustinianum, legerat enim B. F. Ioannes de Lana Parisijs, & posteà Prior Bononiensis habuit pro subdito, & Scholastico authorem huius libri, quod necessariò debuit esse ad summum, circà annum 1327. vel 1330. Quià author huius libri anno 1343. obijt legationem nomine Capituli, & Prioris generalis Mediolanensis ad Clementem Sextum, vt ipse testatur a in hæc verba. *Cùm ego olim legatione fungens Prioris generalis, & totius Capituli generalis Mediolani celebrati electione, & acta dicti capituli Sanctissimo in Christo P. Clementi Papæ Sexto præsentassem* &c Non mitteretur autem ad hæc nisi post 16. vel saltē 13. annos à finitis studijs, cùm iam esset propè quadragenarius.

a lib. 2. cap. 14. pag. 124.

704 Vltimò probatur; quià Author huius libri b loquens de B. F. Henrico de Vrimaria sic ait. *Prout ab eo sæpiùs narrante audiui.* & tamen Hēricus, vt suprà ostendimus ex communi omnium ferè, authorum cōsensu, nō excessit annū 1340. Author ergò huius libri floruit ab hinc ferè 300. annos, vel ampliùs. Adde idem Iordanus in opere sermonum Dominicalium post Pentecostem sermone 455. qui est de Antichristo, testatur se confecisse illud opus ipsum anno .365. atq; adeò ab hinc 265. annos.

Probatur vltimò.
b lib 2 cap. 22. pag. 171.

705 Suppono tertiò librum Vitasfratrum sub nomine Iordani de Saxonia editum fuisse scriptum à suo authore circà annum 1356 id autem probo; primò, quoniam ipse c sic ait. *Cùm nuper in anno Iubilæo persuadente pestilentia per Mundum fratres passim festinarent concurrere Romam,* &c. & d *Verùm anno illo Iubilæi transacto, & pestilentia diuinitùs sedata, & officij mei Sarcina deposita,* &c. At pestilentia per Mundum persuadens anno ipso Iubilęi, & sequenti anno finita, contigit anno 1350. sub Clemente Sexto, qui Iubilæum extēdit sub anno 50. in 50. cum anteà esset à 100. in 100. vt constat extra. *Vnigenitus de Pœnitentijs, & Remissionibus,* inter extrauagantes communes. Data autem est Auenione Sextò Kal. Februarij anno 1342. de tempore prædictæ pestis agūt Matthæus Villanus e Franciscus Petrarcha f, Ioannes Boccacius g, & ex illis Alphōsus Ciaconius h, Andreas Vittorellus i (inquit Ciaconius) *pestis sæuissima per totam fermè Europam triennio grassata est, quo orbis malignorum sydevum concursu pœnè euersus est.* Qui ergo de re, quæ anno 1350. contigērat loquens dixit. *Nuper in anno Iubilæo,* &c. necesse est, vt scripserit de re, quæ non multò antè acciderat. Illud enim Verbum, potiùs, aduerbium, *Nuper,* vt Calepinus explicat, verbo, *Nuper,* idem est, atq; antè paucos dies, vel menses, licèt quandoq; de longiori tempore dici aduertat. Atq; adeò dicendum erit librum hūc fuisse scriptum circà annum 1356. & quidem non excessisse annum 1357. indicio esse potest, quod eò anno obijt Thomas de Argentina generalis Augustinianus vir doctissimus, & tamen Author libri eum non recensuit inter Magistros Parisiēses, quos enumerabat. Ea enim, quę de illo habentur libro 2. cap. 22. pag. 172. addita videntur ab alio posteriore; vel ab eodem Iordano in secunda eiusdē operis publicatione; quià vt adnotauit M. Antonius Maffa Salernitanus in notis ad idem caput pag. 174. *ab illis verbis, item R. P. Fr. Thomas, ad finem vsq; illius Capitis non habentur in alio exemplari.* Author enim nullum ex his, qui adhuc viuebant, proprio nomine assignato in suo libro recensuit.

Suppositio tertia.
Liber Vitas Fratrū editus, sub nomine Iordani fuit à suo Authore cōpositus circa annū 1356.
Probatur primò.
c lib. 2. cap. 20. pag. 155.
d pag. 160.
e in principio historiarū sui temporis.
f lib. 3. rerum Senilium epist. ad Boccatium pag. 848 & lib 8. epist. 1. ad Boccatiū pag. 915. & lib. 8. familiariū ep. 7 ad Socratem
g in principio Decameronis
h De vitis. & gestis Pontif. in Clem VI. pag. 1348.

Sed dices, quod ab authore dicitur de anno Iubilæi non esse accipiendum de anno 1350. sed de an. 1400. in quo etiam pestis mundum inuasit. Sic enim in vita Sancti Bernardini apud Bzouium i habetur. *Sæuiente illa peste terribili, & generali anno salutis 1400. in quem incidit Iubilæum, innumeri peregrini Romam euntes, atq; indè redeuntes,* &c. Contrà hoc tamen est; Primò, quia tempore eius Iubilæi, & pestis, de qua agit author, erat Prouincialis, vt ipsemet affirmat. Quis autem credat eum fuisse Prouincialem, eaq; illi contigisse, quæ ipse de se enarrat, anno 1460. cū iam ad minùs ageret plusquam 90. annos? Secundò, quia obijt ante annum 1387. quantum conijci potest ex registro ordinis sub eo anno. Is addo primò; licèt daremus librū fuisse scriptum post annum 1400. adhuc tamen author est trecentorum annorum, & ampliùs, nempè ab anno 1326. in quo reuelationem 706

Instātio.
i tomo 16 annal. an. 1444. pag. 709. cap. 10.
l De Iubilęis Pōtificijs pag. 170 an. 1350.

nem habuit de donatione corporis Sancti Augustini, imò & ante annum 1322. in qua obijt B Simon de Tuderto, vsq; ad annum 1630. Addo secundò, deniq; fortassis hic liber fuit à suo authore in lucem editus primum circà annũ 1356. & tunc nihil egit de Thoma de Argentina, egit tamen de Iubilæo, peste, & suo Prouincialatu, quæ contigerant anno 1350. deindè verò circà annum 1380. Et tunc meminit Thomæ de Argentina, & aliorum. Obijt autem sinè dubio circà ann. 1380. etenim in registro Fr. Bartholomæi de Venetijs generalis, quod vidi, ab anno 1387. vsq; ad 1393. cùm de varijs patribus Prouinciæ Saxoniæ, & aliarum Germaniæ passim mentio habeatur, de Iordano, neque verbum extat.

707 Probatur secundò.

Secundò, probo tertium suppositum. Quià libro 2. c. 25. pag. 181. sic ait *Sicut vũ sunt Beccardi, Vel Lolardi, & consimiles, qui nullam Religionis regulam profitentur, sed talem modum viuendi sibi ad libitum assumunt.* Lolardos autem M. Antonius Massa in notis ad prædictum caput docet ex Gabriele Prateolo lib. 1. lit. H. num. 7. pag. 257. de vitis, & sectis, hæreticorum, ortos fuisse in Anglia circà annum 1300. temporibus Caroli IV. Imperatoris, & Innocentij Sexti Summi Pontificis; qui electus fuit anno 1352. 15. Kal. Ianuarij. Bzouius [a] refert Lolardos dictos fuisse Discipulos Vudephi. Hic autem teste Prateolo [b] vixit circà annũ 1352. & idem Bzouius [c] ait combustos fuisse eo anno in Ciuitate Cremensi Ducatus Austriæ multos hæreticos, quorũ Princeps erat Lolardus nomine Vvaltherus, ex Chronicæ Hirsaug. & ex eodem Chronico [d] refert eumdem Lolardum Begardorum Magistrum Coloniæ fuisse exustũ eodem anno, & [e] narrat eo anno Lolardorũ errores præcipuè commaculasse Germaniam. Et quidem de Begardis constat multò antè incœpisse in Germania; damnati enim sunt in Concilio Viennensi anno 1311. & non multò post à Ioanne 22. Lolardos autem Pontacus Burdegalẽsis [f] venenum hæresis in Austria, & Bohemia propinasse tradit ex Tritenio [g], Pontacus secutus est Genebrardum, qui ex eodem Trithemio idem tradit [h], sed audiamus Iacobum Gualterum [i]. *Eos* (nempè Lolardus) *adducit Prateolus verbo, Lolardi, ex Anglia è secta Vvideph* [?] *ortos.* *Ex aduerso Sanderus hæresi 163. & Genebrardus in Clemẽte V. (vbi supra) post Trithemium in Chronica Hirsaugensi, Vvidepho antiquiores faciũt vigu* [?] *sseq; atunc in Germania circà annũ 1315. Lolhardo Vvalthero Duce, à quo ipsis nomen, qui Coloniæ crematus est anno 1321. (Genebrardus in Ioanne 22.)* & sanè rationi conformior videtur relatio Sanderi, & Genebrardi ex testimonio Iordani, qui videtur meminisse Bergardorum, & Lolardorum, qui in Germania vigebant antequã Vvidephus suum virus in Anglia sparsisset, & circà annũ 1360. Adde. Cum author libri nõ meminerit Vvidephi, & aliorum, qui circà annum 1400. Ecclesiam in Bohemia infestabant, non leuiter colligi videtur, librum prædictum fuisse editum antè annum 1400. nempè circà annum 1356. vt dicebamus paulò magis, aut minus.

a tom. 15. annal. an. 1381. nu. 16 pag 75.
b in Elẽco hæresũ lib 9. lit. l pag. 254.
c tom. 14. an. 1307. num 9. col. 97.
d eodẽ 16 ann. 1321. nu. 33 col. 410.
e tom. eodem an. 1360. nu. 21. col. 1380.
f lib. 14. Chronograph. fol. 211.
g in chrõ. Monasterij Hirsaugẽsis anno 1314.
h in Clem V. an. 1314 pag. 399.
i in Chronologia sæculo 14. ab an 1300 ad ann. 1400. cap. pag. 701.

708 Corollarium primũ ex secundo, & 3. supposito.

Ex dictis in secundò, & tertiò supposito corriges. Primò Cathalogum Beatorum Bononiensium in libro Cardinalis Paleotti de regimine Ecclesiæ Bononiensis fol. 505. qui sic habet. *Anno 1398. B. Fr. Ioannes de Lana Ordinis Eremitarum Sancti Augustini.* Corriges etiam Hieronymum Romanum Centuria 11. fol. 76. pag. 1. & Iosephũ Pamphilum in Chronico Augustiniano fol. 68. pag. 1. quorum primus illum constituit eodem an. 1398. Secundus verò anno 1400. Hi itaq; authores corrigendi, quia B. F. Ioannes de Lana multò antè obijt: Author enim libri scripti circà an. 1356. meminit illius non solùm vt iam defuncti, sed etiam vt aliquibus antè annis emortui. Sic enim ait. [k] *Alium etiam patientia exemplũ in eodem Felicis memoriæ viro accidit me præsente.* Et rursus. *Qui tandem in bonis operibus plenus in bona senectute in Bononia emigrauit.* Addo dictis. Thomas de Argentina, qui electus fuit generalis Augustinianus in Capitulo Parisiensi anno 1345. in Commentarijs super Magistrum sententiarum libro 3. distinct. 1. citat sententiam Fr. Ioannis de Lana, legerat igitur Ioannes Parisijs antequam Thomas. Thomas autem legit pluribus annis antè annum 1335. in quo electus est Generalis, & in quo (imò anno 1342. vt habetur in MS. codice conuentus nostri Romani S. Mariæ de Populo) noster Alphonsus Toletanus posteà Archiepiscopus Hispalensis; vt ex titulo operis in lib. 1. Magistri sententiarũ prælo mandati constat, allegauit in Prologo q. 2. artic. 7. supradictum Thomam ex q. 1. art. 1. prologi. 1. & ex lib. 1. distinc. 1. art. 4. deindè Gregorius de Arimino,

k lib. 2. cap. 8. pag. 87.

qui

qui legit Parisijs, etiã antè annum 1340. citat in prologo quæst. 2. art. 1. eundem Ioannem de Lana ex prologo quæst. 8. art. 1. Demus ergò Ioannem de Lana legisse Parisijs circà annum 1325. quòd & fatendum est, quià vt circà secundam suppositionem ostendimus, post lectas Parisijs sententias Magistri fuit Prior Bononiæ, dum author huius libri esset studens Bononiæ circà annum 1327. difficile autem est creditu, quod ab eo tempore, nempè Prioratus Bononiensis post Lecturam Parisiensem superuixerit 73. vel 75. annos. Dicendum enim esset eum vixisse circa 110. annos, vt eum Priorem Bononiæ assignemus, cùm saltem haberet 35. vel 37. annos. Nullum autem reperimus fundamentum ad tot annos illi tribuendos, cùm nullus sit author antiquus, qui eius mortem tam longè protrahat, præcipuè cum constet ex dictis eum obijsse antè primam editionem libri Vitas fratrum, eumq; edinim esse circà annum 1356. vel non multò post.

709 *Corollarium secundum.* Hinc etiam colliges minùs rectè Augustinum Fiuizanium in epistola prælimipari ad Sixtum V. dixisse; *Liber hic post ducentos circiter annos à primo suo ortu sepultus latens*, &c. cùm enim, vt vidimus, scriptus sit circà annũ 1356. iam excurrebant circiter 230. & ampliùs anni eo tempore, quo typis illum mandauit Fiuizanius, nempè anno 1587. Nisi dixerimus illud, *circiter*, apud Fiuizanium idem esse atq; paulò magis, vel minùs, & excessum triginta annorum non reputari ab illo multò magis, sed paulò magis, vel illum reiecisse huius libri editionem in annum 1370.

710 *Suppositio quarta. Author libri vit. fratrũ qui circumfertur nomine Iordani, appellatur Iordanus, & fuit Iorda-nus ex Prouincia Saxoniæ Superioris, & Lector Probatus.* Suppono quartò, Authorem huius libri Vitas fratrum, qui circũfertur nomine Iordani de Saxonia, appellatum fuisse Iordanum, ex Prouincia Saxoniæ superioris, & lectorem. Hæc omnia constant ex eius fidelissima relatione. Narrãs enim quomodò cuidam deuoto seni Eremitæ Augustiniano B. Petrus apparuit præcepitq; vt ipsi authori libri in memoriam reuocaret votum emissum in obsequium D. Petri, sed iam traditum obliuioni, sic D. Petrum loquentem introducit libro 2. cap. 20. pag. 160. *Dic fratri Iordano lectori, quod sponsionem mihi factam minimè seruauit.* Et rursus ibidẽ pag. 156. *Cùm quadam vice inter agens, cum Socio in Saxonia transiremus quemdam fluuium rapidum qui Sceda dicitur*, &c. & infrà . . *alia etiam vice dum cum Prouinciali meo, & duobus alijs Socijs transire deberem fluuium satis magnum, qui Mulda dicitur*, &c. Hos autem duos Fluuios Bodam, & Muldam Abrahamus Ortelius [a] intrà Superiorem Saxoniam enumerat, & rursus idem author huius libri pag. 157. & 158. *Cùm enim, vt mosis est in Prouincia nostra, in Curru cum Socio meo irem de Conuentu ad Conuentum*; & statim. *qui nos cum Curru ad Ciuitatem propinquam, quæ ad tria milliaria Theutonica distabat, duceret*, &c. vndè planũ est eius Prouinciam esse in Germania. Theutones enim, vt ait Calepinus, verbo, *Theutones* sunt quidam Germaniæ Populi, & hinc est, quod Augustinus Fiuizanius in Epistola dedicatoria ad Sixtum V. sic ait de authore libri. *Exercet iam eundem Germanos Ciues suos.* Et rursus. *Apparens scriptor hic apud Germanos atq; Saxones ex his natus est*, atq; adeò iure optimo libri huius author potuit appellari Iordanus de Saxonia. Secundò, cõstat authorem huius libri fuisse lectorem Iordanum ex annotatione, quam in antiquo exemplari haberi ad calcem Capitis 18. libri 1. testatur Fiuizanius ad finem eiusdem Capitis pag. 35. ibi. *Hic est sciendum* (ait antiqua annotatio) *quòd quidam frater Ordinis nostri, videlicet fratrum Eremitarum Sancti Augustini valdè cupiens nomen illius fratris scire, cui Deus hanc visionẽ ostendit, scripsit illi P. Reuerend. frat. Deuotiss. Lectori Iordano cõpilatori istius libri, quatenus dignaretur, sibi insinuare, qui fuisset ille frater.*

a in Theatro orbis nu. 5e.

Adde: Conuentus noster Quidelburgensis, ex quo testantur omnes præter Trithemium, qui [b] illum vocat, Argentinentem) fuisse Iordanum de Saxonia, authorem huius libri, erat in Prouincia Thuringiæ, & Saxoniæ, vt cõstat ex quadam Bulla Bonifacij Octaui, quę extat in Bullario Augustiniano R. P. M. F. Laurentij de Empoli pag. 47. data Laterani 18. Kal. Februarij anno, sexto Pontificatus, atq; adeò Christi 1300. super lite minoritarum Castri antiqui Quidelingberch cũ Eremitis Augustini Castri noui Quidelinborch. & titulus hic est. *Dilectis filijs Priori Prouinciali, & Fratribus Eremitarũ S. Augustini in Prouincia Thuringiæ, & Saxoniæ salutẽ, & Apostolicam benedictionem.* Iordanus ergò in hoc Castro natus in mundo, Deo verò in hoc Conuentu, communiter dicitur Iordanus de Saxonia, aliquandò verò Iordanus de Quidelinburg, vt in sermonario dan, quod extat Romæ in Bibliotheca Vallicellana, & Barchinone 711

b in Catalogo virorũ illustrium Germaniæ, part. 1. operũ bibliothecarum pag. 152.

in Cen-

in Conuentu Sancti Auguſtini;vbi etiam aſſeritur prædictum Iordanũ fuiſſe Lectorem Conuentus Morgdeburgẽſis;atq; adeò omnia optimè congruunt, ſi dicamus authorẽ huius libri verè fuiſſe Iordanum de Saxonia, & Quedelingborch, Lectorem Magdeburgẽſem, & Prouincialem Thuringiæ, & Saxoniæ.

712 Vera reſolutio.

Liber Vitas Fratrũ à Fiuizanio ſub nomine Iordani de Saxonia editus, eſt legitimus partus viri Germani ſuiq; authoris Probatur primò.

His poſitis mihi indubitatũ eſt; librum Vitas fratrum, qui à Fiuizanio editus eſt ſub nomine Iordani de Saxonia eſſe viri Germani fœtum germanum, non Spurium; legitimum partum Iordani de Saxonia hominis ſanctiſſimi, & doctiſſimi, & celeberrimi apud Authores, non ſuppoſitium, aut nothum. Id autem mihi perſuaſum habeo; primò quià, vt ex ſuppoſitione quarta conſtat, author huius libri appellabatur Iordanus, & erat ex Prouincia Saxoniæ. At in religione Auguſtiniana vnicus fuit Iordanus de Saxonia, imò & vnicus Iordanus, qui eſſet præcipuè tunc temporis alicuius nominis. Neq; in vllo authore extero, aut domeſtico reperietur memoria, niſi vnius Iordani de Saxonia, cuius ferè omnes authores meminere. Ille enim, quem Trithemius [a] vocat Argentinenſem, idem prorſus eſt cum Iordano de Saxonia, vt patet ex operibus, quæ illi attribuit. Atq; adeò liber hic non erit adſcribendus alteri Iordano recens confictо, ſed eidem & vnico Iordano de Saxonia omnibus noto. Secundò, quia Philippus Bergomenſis [b] ſcribens dum refert mortem Henrici de Hurimaria, illa verba in vltimo halitu proferentis, *In manus tuas Pater Deus commendo Spiritum meum, &c.* ſic ait: *Quibus completis, vt noſter Iordanus ſcribit, ſanctam Deo reddidit animam.* Hæc autem habentur in hoc libro Vitas Fratrum lib. 2. cap. 13. pag. 110. Quinimò, & Bergomẽſi antiquior Ambroſius Coriolanus [c] agens de Conuentu Sancti Antonij apud lacum Ambroſianum, ſic inquit. *De quo Vener. M. Iordanus de Saxonia dixit ſe vidiſſe confirmationem Innocentij Tertij.* Hæc autem extant in prædicto libro Vitas Fratrum lib. 1. cap. 14. Vnde patet librum hunc iam ab anno 1477. Iordano de Saxonia authore circumferri, & Seripandus Generalis, poſt Cardinalis [d] ſic ſcribit. *Recepimus à Vener. M. Marco Antonio Patauino, Priore Taruiſino librum qui dicitur Vita fratrum, editum à Vener. Fr. Iordano prouinciali Saxoniæ,* &c. & quod magis vrgebit R.P. Vvadingum, Ludouicus Prutenus [e] ſic ait. *Dubium etiam eſt, vtrum Ioannes Bonus fuerit de ordine Eremitarum S. Auguſtini, cùm hoc etiam non determinat clarè Venerabilis M. Fr. Iordanus Almanus, prouincialis Saxoniæ ordinis Eremitarum S. Auguſtini in libro de Vitas fratrũ, quem librum ſcripſit F. Ioanni Lectori in Argentina eiuſdem ordinis: & etiam Iordanis eiuſdem Iacobus Bergomenſis, mentionem facit in 14. lib. Chronicorum ſupplemẽtorum, vbi eumdem librum nominat diffuſam ſui ordinis Apologiam.* Hæc Prutenus. Quòd adhæc R. P. Vvadingus? Nonne credet ſuo conſodali, qui eandẽ cauſam agens de Monachatu S. Franciſci, hunc librum attribuit Iordano prouinciali Saxoniæ, affirmatq; dicatum fuiſſe Fr. Ioanni lectori in Argentina; & verè ita ſe habet in omnibus MS. huius libri Vitas Fratrum. Cæterum fallitur Prutenus credens Iordani Apologiam non diſtingui à libro Vitas Fratrum; hic enim continet libros 4. at illa tantùm librum vnum, vt conſtat ex Trithemio [f]. Deniq; idem probatur tertiò, quià in omnibus antiquis exemplaribus, quæ habuit Fiuizanius, ferebatur, ſub nomine Iordani de Saxonia. Neq; enim vir ille integerrimus partum alienum Iordano temerè adſcriberet, vel nõ moneret Lectorem variarũ inſcriptionum huius libri, ſi extarent.

a in cathalogo virorũ illuſtrium Germania pag. 158.

Secundò.

b lib 13. ſupplemẽti chronicorum fol. 350. an. 1486.

c circa an. 1477 in Apolog. verit. 6. §. ad Sextum negatur.

d lib. 3 regiſtri ſui generalatus fol. 187 pag. 2. Iulij 16 an. 1544.

e in Trilogio animæ edito Noremberga an. 1498. part. 3 cap 6 quod eſt de Prudentia litera H.

Tertiò.

f in cathalogo illuſtrium virorũ Germaniæ pag. 152.

713 Soluuntur problemata.

Ex his ad obiecta R.P. Vvadingi, quæ ſanè videntur acuta; *Sed quod acutum*, ait *Auguſtinus* [g], *non obtunditur ſcuto veritatis*, facilis eſt reſponſio. Ad Primum fatebor eſſe ſuſpicionem corrupti textus, ſed leuem, ſed voluntariam volentis textum corrumpere. Et ad primam probationem in oppoſitũ dico relationem illam eſſe deſumptam ex narratione Bullæ prædictæ, non tamen ex toto, ſed ex parte. Itaq; Iordanus ex Bullæ narratione, & ex alijs relationibus totam ſimul hiſtoriam contexuit, vt dicere potuerit, cum Rodulpho Rabani Diſcipulo. [h] *Quæ ab illis breuiter ſcripta, & in ſchedulis ſparſim memorauerant, in vnum colligere ſtudui, & tam ex eis, quæ ibi annotata reperi, quàm quæ ex aliorum relatione didici, ordinato breuiter libelli textu rerum geſtarum ſeriem ſcire volentibus pandere curaui.* Si hoc Rodulpho licitum, quare illicitum Iordano? Rem autem ità ſe habuiſſe conſtat ex verbis ipſis à te deductis. Plura enim ſunt in narratione Iordani, quàm in relatione Pontificis, ſeu potiùs Guillelmi Cardinalis. Iordanus quippe ait; *& ibi*

g ſer. 14. de verbis Apoſtoli cap. 17.

Reſpondetur primę probationi.

h in prologo vitæ S. Liobæ Virg. & Abbatiſſæ, apud Surium tom. 5.

vitam eremiticam in arctissima pœnitentia duxit; hæc autem apud Guillelmum non habentur. Iordanus ait; *Qui in honorem Sanctæ Mariæ Virginis Ecclesiam construxerūt ibidem, in qua simul cum dicto Patre virtutum Domino sedulo seruierunt.* Guillelmus verò sic. *Ecclesiam in honore Beatæ Mariæ Virginis construxit ibidem.* Iordanus antequam referat Regulam Augustini illis à Pontifice concessam, sic ait. *Vocabantur autem isti homines fratres Eremitæ Fr. Ioannis Boni, cùm ipse fuerit primus Institutor eorum, & quasi Prior generalis ordinem illum paterna sollicitudine gubernaret.* Guillelmus autem post acceptam regulam sic enarrat. *Qui cùm iam vocarentur fratres Eremitæ Ioannis Boni ordinis Sancti Augustini, Nouitij, qui recipiebātur ab eis, profitebātur hoc modo, &c.* Iordanus rursus sic ait. *Cùm autem iidem religiosi aliquam de approbatis regulis non haberent, ordini Eremitarum Sancti Augustini de mandato Sedis Apostolicæ sunt Uniti.* At Guillelmus sic refert. *Cùm autem iidem religiosi aliquam de approbatis regulam nō haberent, quidam ex eis accedentes ad Sedem Apostolicam obtinuerunt ab ea B. Augustini regulam sibi dari.* Quid ergò mirum; quòd Iordanus rem aliundè sibi cognitam suæ narrationi inseruerit, vel quòd idem enarrans nō eodem ordine, atq; Guillelmus enarret: sed vel anticipando, vel recapitulādo aliqua; quod etiam ipsis Euangelistis euenit in relatione operum Christi.

714 *Respondetur secundo.* Ad secūdam probationem dico duò. Primum est. Demus verba illa non adeò rectè, vel in ipsa constructione connecti, cum sequentibus, nūquid ideo dicemus esse supposititia, & inserta ab impostore, quasi Iordanus necessariò debuerit loqui congruentiùs, quàm impostor; qui ex industria aliquid supposititium de nouo assueret; vel quasi ipse author libri quantumuis doctus, & sanctus non potuerit minùs congruè loqui? cùm tamen passim minùs congruo, & plenissimo stilo loquatur? Augustinus certè eloquentissimus, si quis alius, sic de se loquitur[a]. *Solecismos autē, quos dicimus, fortasse quisq; doctus diligenter attendens, in oratione mea reperiat.* & asseremus fidēter verba illa non esse Iordani; quià minùs rectè cōnectuntur; addemusq; abruptè inserta ab aliquo malè feriato? Sanè si R. P. huic inditio fidis, interrogatio ipsum, numquid etiam sentiat alium malè feriatum supposuisse Iordano narrationem mortis B. Henrici de Vrimaria, quam sic refert lib. 2. cap. 13. pag. 110. *Item est exemplum in M. Henrico de Vrimaria qui cùm infirmaretur, & tempus suæ dissolutionis instaret, Fratribus in persona infirmantis, nec loqui potentis confessionem generalem facientibus Prior Prouincialis, qui adfuit, qui & dotatus pro tunc à Sede Apostolica, & à Priore generali singularibus gratijs fuit, absolutionem largam, & benè copiosam fecit; quam vir Dei cum magna deuotione, & gaudio, & lachrymarum multa effusione intentè accepit. Cumq; ad extremam horam venisset, &c.* Estnè in his verbis maior connexio, quàm in alijs? dicis nè esse supposita? Quarè ergò corruptum textum in vna parte, & non in alia suspicaris? facilis coniectura. Adde. Nūquid Iordanus debuit loqui congruentiùs, quàm Bergomensis? planè sinè vllo fundamento id assereretur; & tamen nō suspicaris corruptum esse textum illius ad annum 1199. lib. 12. etiamsi in margine tui Apologetici num. 15. pag. 97. sic notaueris. *Confusa oratio; sed sic habetur apud authorem.* Quarè ergo de Iordani clausula non similiter dices, *Confusa oratio, sed sic habetur apud authorem*? Adde rursus. Ipse Bergomensis[b] de morte Beati Augustini de Terano loquens, sic ait. *Cùm fratres eum ex more sepulturæ tradere vellent, à senensi Episcopo & vniuerso Populo prohibitum est, dicentes* (ecce incongrua, & barbara locutio, imò & solæcismus) *virum tantæ sanctitatis insignem terra obrui nō liceret.* Si ergò non dicimus in Bergomensi textum esse corruptum, quandò adest barbara locutio, quare id affirmandum in Iordano propter incongruam cōnexionem? Secundum, quod dico, est. Admitto, cū M. Marquez ea verba esse extrà locū suum, & per anticipationem posita (de hoc latè egimus supra[c]) sicut, & alia nōnulla, quæ in eadem narratione continentur, & necesse est, vt vel in narratione Iordani anticipentur, vel in relatione Guillelmi postponātur, vel in libro Constantij Laudensis minùs fideliter referantur, vt paret ex ijs, quæ aduertimus loco citato. Omittere tamen non possum, quod ais dissertatorem tuū admittere verba illa esse extrà locum suum, & *posita præproperè.* ait quidem esse extrà locum suū, & per anticipationem posita; nō verò dixit *præproperè posita,* quæ verba minùs benè sonant, & accelerationē indebitam videntur innuere. Hoc autem non est idem, atq; per anticipationem esse posita; vndè sinè scrupulo dicimus

[a] lib. 2. de ordine cap. 17.

[b] lib. 13. fol. 144.

[c] in respons. ad nu. 5. §. 2.

sacros Euangelistas aliquid per anticipationem posuisse, non tamen ità securè audebimus dicere eos aliquid præproperè posuisse.

715 Respondetur tertiæ.

Ad tertiam probationem; Respōdeo Iordanum narrationi Pontificię assuisse eam historiam, vel quià fortè viderat testimonium Henrici de Vrimaria, seù alterius, qui modò vel latet, vel perijt; vel quià ita audiuerat ab antiquis Patribus, vt dicere cum Sancto Ildēphonso a potuerit. *Horum ego Beatorum studijs prouocatus quaq; vetera antiquorum relatu reperi, quaq; noua exhibitione temporis reperi, orsu lingua, quo potui, subnotaui.* Neq; enim nisi valdè temerè, suspicabitur quispiam virum sanctissimū ab hinc ferè 300. annis, antè exortam istam controuersiam suæ narrationi mala fide insigne mēdacium inseruisse tam in hoc libro, quàm in Apologia, ex qua videtur illum citasse Coriolanus, quam R. P. Vvadingus supra b allegauit, & de quo nos rursus infra sermonem instituemus.

a in princip. libri de viris illustribus.

b §. 3. num. 10. pag. 34.

716 Respondetur quartæ.

Ad quartam probationē dicam plura. Primum est. Tantùm abest, vt Augustinus Fiuizanius fateatur se habuisse corrupta, contorta, & deprauata exemplaria, in quorum aliquod ea verba potuerint irrepere; quod eius hæc sunt verba in epistola ad Sixtum V. *Nouit enim, &c. quid sit ex vetustis, ac diuersis, plerumq; autē corruptis exemplaribus authorem aliquem suo nitori, ac veritati restituere*, &c. & rursus in Epistola ad Generalem Elparensem. *Tam quantùm ad ipsum opus attinet, non dubito quin ex collatione plurīū exemplarium, quorum ope multa, vel contorta, vel deprauata sua integritati restituta sunt; item ex consultatione, cum multis eruditis Viris iudicio pollentibus inita, quos sæpè adire, & consulere oportuit, eò redactum sit, vt absq; hæsitatione, vel offensione, & legi, & intelligi queat.* Hæc Fiuizanius. Hoc ne est fateri se habuisse exemplaria corrupta, contorta, & deprauata, ex quorum aliquo credere possimus eam narrationē fuisse desumptam, vel potiùs est Fiuizanij testimonium corrumpere, contorquere, & deprauare? Is enim author expressè affirmat res alias contortas, & deprauatas, ex collatione plurium exemplarium suæ integritati fuisse restitutas, iàq; opus ipsum absq; hæsitatione, vel offensione legi, & intelligi posse. Et tamen adhuc doctissimus pater Vvadingus hæsitat, & offenditur, vel offendat. Secundum est; Fiuizanius contulit plura exemplaria, in quibus omnibus (quantùm conijci potest) verba, quæ nunc litem excitāt, continebantur. Si enim in aliquo exemplari deessent, id non tacuisset M. Antonius Massa Salernitanus, qui lib. 1. cap. 18. pag. 45. sic notauit ad marginem. *In antiquo exemplari ad calcē huius capitis adest hominis annotatio*, &c. & rursus lib. 2. cap. 22. pag. 174. sic addit in notis. *Hac ad finem vsq; huius capitis non habentur in alio exēplari.* Qui prædicta notauit, illud omitteret aduertere, si fortè non contineretur in omnibus exemplaribus? Si autem in omnibus continetur, quæ suspicio esse potest corrupti textus? Tertium est. Quòd fundamentum excogitari potest, vt sinè temeritate dicatur, aliquem hominem malè fidei clausulam illam inuitam, & exosam omnibus antiquis exemplaribus adiecisse? Sanè nullum; nisi fortè velis obijcere Fiuizanio viro sanctissimo, qđ Baldo nonnulli de libro Pandectarum in controuersia, cum Bartolo. Quod verisimile nō esse, docet Ioannes Ficcardus c in vitis recentiorum Iurisconsultorum. *Quomodò etiam*, ait Ficardus, *potuisset Baldus ad eum modum insanire, vt Codices corrūperet?* Et certè, si ijs suspicionibus inanibus locis datur, plura vertentur in dubium, quæ nephas erit in dubium reuocare; neq; erit firmum aduersus hæreticos fundamentum ex Patrum testimonijs; quià pro libito suspicionem corupti textus inijcient. Non inducenda hæc suspicio sinè vrgenti fundamento, quale non est in præsenti, ne de sic inducente dicere possimus, cum Augustino d; *cùm vellet probare dubia, ausus est dicere sinè dubio reprobanda.*

c tom. 1. tractatuum vtriusq; iu. in fol. 158. pag. 1.

d lib. 1. de Anima, & eius origine cap. 16.

717 Respondetur quintæ.

Ad quintam probationem respōdeo. Non expressit Fiuizanius, aut M. Antonius Massa authographa, vel Codices manuscriptos fuisse exaratos antè ætatem Philippi Bergomensis, tamen satis clarè vterq; id innuit. M. Antonius Massa, dum in nota marginali capitis 18. lib. 1. pag. 45. sic inquit. *In antiquo exemplari ad calcem huius capitis adest*, &c. Fiuizanius dum in Epistola præliminari ad Sixtum V. sic ait. *Liber hic post ducentos circiter annos à primo suo ortu sepultus iacens*, &c. & dum in eodem libro Italica lingua impresso Romę ann. 1585. apud Ioannem Martinellum ad signum Phœnicis in dedicatoria ad Sixtū V. die 25. Maij anno 1585. sic habet. *Questo libro composto ducēto*

anni

anni fono. & in dedicatoria ad Fratres Augustinenses, vbi refert se ad Ordinẽ Augustinianum Pisis admissum, Fiuizanij quasi lacte nutritum, & Romæ per 26. annos immoratum, donec electus est Sacrista, sic inquit; *I cui essemplari, che son tre, scritti à mano, & stanno appresso di me,* & statim. *Trouandosi in essa vna molto particolar Informatione del principio, e progresso suo fin'à gl'anni del Signore 1380. Intorno à i quali vò congietturando, ch'essa fusse fatta.* Subdit deindè se, dũ esset Prouincialis Romanus, inuenisse vnũ ex prædictis exemplaribus manuscriptũ in Conuentu Balneoregiensi Sãcti Augustini, & alia duo se habuisse dono P. M. Fr. Antonij Castronouo de Trapani, & P. Lectoris Fr. Ambrosij Ficcerij Congregationis Lombardiæ.

718 Addé dictis. Qui clausulam aliquam à certo tempore suppositam esse conatur, nihil probat obijciendo, quod non ostendentur Codices anteriores, qui illã habeãt; probaret autem plurimum, si ostenderet ipse Codices anteriùs scriptos illam nõ habere. Sic Onuphrius noster a demonstrauit fabulam illã fœminæ Maguntiacæ ementiti Ioannis 8. Sũmi Pontificis traditam non fuisse à Chronographo antiquiore, quàm esset Martinus Polonus, quem ipse Cisterciensem, & mendacij illius authorem fuisse contendit. Cùm enim obijceretur eam historiã à Sigiberto tradi, in hæc verba prorupit. *Cæterum hanc etiam ex infectionibus Gualfridi Monachi qui post Martinum vixit, aut Roberti, qui Sigibertum suppleuit, esse, testimonio est, quòd in antiquis veris, & germanis Sigiberti exemplaribus non extat.* Ostendat Reu. P. Vvadingus eam clausulam nõ extare in antiquis, veris, & germanis Iordani exẽplaribus, & credemus clausulã esse addititiam, & figmentum suppositiuum. Tamen si omnibus antiquis exemplaribus, quæ vidit Fiuizanius, habetur; quarè scrupulum incautis iniecit, & suspicionem falsitatis intrusit? Adde: ostendimus sibi saltem vnum Codicem antè ætatem Philippi Bergomensis exaratum, quem nos ipsi vidimus annó 1630. extat Romę in Bibliotheca Angelica Conuentus Sancti Augustini, scriptus in chartis pergamineis, charactere antiquo, & iam prę antiquitate aliquantulum obscurato per manum Fr. Liberalis Taruisini Eremitæ Augustiniani, qui suã trãscriptionem sic incœpit. *Assit ad inceptum sãcta Maria meum. Incipit liber, qui dicitur Vitas Fratrum, compilatus per Fr. Iordanum de Saxonia ordinis fratrum Eremitarum Sancti Augustini ad petitionem Fr. Ioannis Lectoris eiusdem Ordinis, & professionis.* Opus autem sic incipit. *Spiritualis pulchritudinis verè amatori, in Christo sibi alteri F. Ioanni ordinis fratrum Eremitarum Sancti Augustini Lectori in Argentina F. Iordanus inter eiusdem ordinis Lectores minimus eorumdem, & animam vnam habere in Dominó,* &c. deindè sequitur alius prologus, cuius hoc est initium: *Cum scriptum sit, in memoria æterna erit iustus;* &c. in hoc ergò opere manuscripto lib. 1. cap. 8. loquens de Discipulis B. Ioannis Boni sic habet. *Inter quos etiam fuit B. Franciscus, qui ordinis posteà fratrum minorum fundator fuit,* &c. Cæterum libro 2. cap. 22. agit etiam de Cardinali Bonauentura Patauino, qui obijt ann. 1389. vnde libet trãscribi debuit post annum 1390. & in fine libri sic addit transcriptor. *Explicit liber Vitas fratrum editus, & compilatus per Reuerendum Virum F. Iordanum lectorem de Prouincia Saxonia ordinis fratrum Eremitarum Sãcti Augustini, scriptusq; per manum Fr. Liberalis Taruisini eiusdem professionis, & ordinis. Orate pro eo. Hic liber explicitur. Crucifixo gloria detur.* Et post finem dictorum indicum, quos libro subiunxit, sic concludit more antiquo.

Et sic est finis, sit laus, & gloria Trinis.
Explicit, expliciat, qui plus vult scribere scribat.
Explicit hic vere, pretium vult scriptor habere.

Compleui librum in profesto Illi undecim millium Virginum. Erit ne iam aliqua suspicio de textu, aut authore?

Sed vt R. P. Vvadingi, quem valdè colo, veneror, & diligo, animus conquiescat, ostendamus illi, & aliud autographum in membranis scriptũ, quod extat & vidimus eo ipso anno, in eadẽ Bibliotheca Angelica. sic incipit. *Incipit liber, qui dicitur vitas fratrum, compilatus per F. Iordanum de Saxonia ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini ad petitionem F. Ioannis Lectoris eiusdem ordinis, & professionis*, & in fine sic concludit. *Explicit liber Vitas fratrum editus, & compilatus per Reuerendum F. Iordanum Lectorem de prouincia Saxonia ordinis fratrum Eremitarum S. Augustini, scriptus per me Sanguinis de Bergamo de Vuaeforibus anno Domini 1458. die 12. Iulij, hora 20. facto fine pia laudetur Virgo Maria.* Huius libri initium est, *spiritualis pulchritudinis;* & continentur in eo ijdem prologi, atq; in alio exemplari; & lib. 1. cap. 8. sic ha-

Pergit responsio.

a In annotationibus ad Platinã in Ioãne 8. pag. 112

betur in textu, etiam ipso. *Cùm fama conuersationis eius per loca vicina crebresceret, plurimi ad eum conuersi sunt, inter quos etiam fuit B. Franciscus, qui ordinis postea fratrum Minorum fundator fuit.* Habet ergo R. P. Vvadingus id, quod optabat; vel potiùs quod nolebat, codices antiquos MS. de quorum vno constat fuisse scriptum anno 1458. à quo anno vsq; ad ann. 1486. in quo Philippus Bergomēsis suū diuulgauit supplementum chronicorum, intercesserunt viginti, & octo anni, vt videas, qua securitate conscientiæ possit affirmari Philippum Bergomensem virum eruditissimum, & pijssimum fuisse huius monachatus inuentorem temerarium, & impostorem. Sanè de tanto viro, & tam religioso, qualem noui R. P. Vvadingum, mihi persuadeo famam, & honorem Philippo Bergomensi, præ zelo Seraphici ordinis minùs iustè ablatum, præ amore Iesu numinis iustissimè, & religiosissimè aliquando restiturum.

720 Ad secundum fundamentum principale ante inuectos codices MS. Bibliothecæ Angelicæ, respondebam sic. Constat luce meridiana clarius ex suppositionibus factis, & probatis, Authorem huius libri, de quo agitur, esse Iordanum de Saxonia. Neq; obstat Pamphilum, Posseuinum, & Gratianum libro Vitas Fratrum Iordani de Saxonia aliud initium adscribere, quàm habeat liber à Fiuizanio euulgatus. Illi hoc initium assignant, *Spiritualis pulchritudinis*, recens verò liber impressus sic habet. *Multitudinis credentium* &c. Hoc inquam, non obstat; quià fortè Pamphilus, quem alij duo sequuntur; apposuit principium alicuius Epistolę dedicatorię, quam habebat Iordanus, & Fiuizanius omisit. Hæc sese mihi solutio facilis facilè obtulit. Reperi illam postea, apud Heribertum Rosueidum prolegomeno primo ad Vitas Fratrum pag. 7. ibi. *Iosephus Pamphilus Episcopus Signinus in Chronico ordinis Eremitarum Sancti Augustini citat ex vitis illis initium, Spiritualis pulchritudinis. Quod initium nunc in editis non comparet. Fortè olim eo initio* (hæc omisit Vvadingus, dū Heribertum citauit) *præfatio fuit præfixa, quæ nunc deest.* Sed quod magis est, cùm Granatæ ex Bibliotheca Abbatis Sacri Montis D. Petri Dauila in manibus venisset meas Iordani liber Italica lingua impressus (quem etiam Vvadingus in Bibliotheca Vallicellana reperisset, si quæsijsset) res extrà omne dubium est posita. Extat enim in principio libri hæc dedicatoria. *Al vero Amator della spiritual bellezza Frate Giouanni dell'ordine Eremitano di S. Agostino Lettore in Argentina, e Fratello in Christo Fr. Giordano, minimo frà i Lettori del medesimo Ordine desidera vn cuore, & vn'anima seco in Dio.* Quę sic verterentur. *Spiritualis pulchritudinis amatori vero F. Ioanni*, &c. Quæ clariora sunt reddita, post quàm reperimus Codices MS. Angelicæ Bibliothecæ; quorum duos prologos nondum impressos, in fine huius operis adducemus. Hic autem Ioannes Argentinæ lector, fortassis fuit vel Ioannes Basiliensis, apud Pamphilum fol. 55. mortuus Basileæ propè sexagenarius die 15. Octobris an. 1371 vel Ioannes Cluoth de Saxonia, apud eundem Pamphilum fol. 67. defunctus circà annum 1395. vel Ioannes Decock ex Saxonia oriundus, Doctor Pragēsis, quem ann. 1360. claruisse refert Trithemius a.

Solutus secundum.

a par. 1. suorum operum, in Cathalogo virorum illustriũ Germaniæ, pag. 147.

Varietas ergò initij huius libri nō obstat, tum quià falsa est suppositio, vt euidenter conuicimus ex editione Italica, & ex duplici autographo Bibliothecę Angelicę; tum quià euidentissimum est, ferè vt nihil ampliùs, hunc librum impressum; sub nomine Iordani de Saxonia, esse eundem prorsus cū eo, quem Iosephus Pamphilus tribuit Iordano de Saxonia; dixi euidentissimum esse; quià res adeò est clara, vt nullum futurum sit ingenium adeò proteruum, & rebelle, vt lucem respuat, tam clarè veritatis. Pamphilus enim vel tertio, quoq; verbo citato Iordano in libro Vitas fratrū, vel simpliciter allegato Iordano transcribit quandoq; narrationes, paginas, & capita ferè integra, quæ verbatim habentur in eo libro Vitas fratrum, qui à Fiuizanio impressus adscribitur Iordano de Saxonia. Sic fol. 26. transcribit longam narrationem de dispersione Fratrum post obitum D. Augustini, & de antiquitate, & vnione Ordinis ex Iordano de Saxonia in libro, quē inscripsit Vitas Fratrum & habetur hic libro 1. cap. 14. pag. 28. sic etiam fol. 33. pag. 2. enarrat obitum B. F. Clementis de Auximo Generalis Augustiniani Vrbeueteri anno 1290. vel 1291. & concludit. *Hæc Iordanus in libro, qui inscribitur Vitas Fratrum*; & habetur hic lib. 2. cap. 4. pag. 67. sic etiam fol. 36. pag. 2. volens referre historiam B. Fr. Augustini Nouelli de Terano Augustiniani Generalis,

721 Pergit responsio.

talis, anno 1309. relationem incœpit in hæc verba. *Placuit, & hoc loco ea omnia* (cōtinetur plusquam tribus integris folijs) *eisdem verbis ponere, quæ Iordanus in libro, qui inscribitur Vitas Fratrū, enarrat quid fuit vicinior illis temporibus*, & habētur hic libro 2. cap. 4. pag. 69. & cap. 5. pag. 75. & cap. 7. pag. 81. 82. 83. 84. & 85. & cap. 13. pag. 109. sic etiam fol. 40. pag. 2. enarrans mortem B. Fr. Henrici de Vrimaria ait, *vt Iordanus refert*; & habetur hic lib. 2. cap. 11. pag. 99. & cap. 10. pag. 154. sic etiam fol. 41. pag. 2. de eodem inquit, *vt idem Iordanus commemorat*; & habetur hic libro 2. cap. 13. pag. 110. sic etiam fol. 47. loquens de B. Fr. Hermanno de Allis sic habet, *de quo Iordanus Saxonius enarrat*; & habetur ibidem pag. 110. sic etiā fol. 50. agens de donatione Ioan. XXII. facta ordini Eremitico de corpore S. Augustini per integrum folium sic inquit. *De hac reunione meminit Iordanus de Saxonia in libro quem inscripsit Vitas fratrum*: & habetur hic libro 1. cap. 18. pag. 42. sic etiam fol. 53. loquens de B. Fr. Guillelmo de Cremona ordinis Augustiniani Generali Episcopo Nouariensi, & vt Sixtus Senēsis, & Possevinus tradunt, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, sic habet. *De hoc Guillelmo Iordanus de Saxonia in libro Vitas Fratrum id enarrat*; & habetur hic libro primo cap. 15. pag. 27. sic etiam fol. 56. loquens de B. Fr. Thoma de Arimino sic ait, *de quo Iordanus de Saxonia narrat*. Et habetur hic libro 2. cap. 5. pag. 74. sic etiam fol. 63. agens de Bōsemblante Patauino, qui obijt die 18. Octobris anno 1369. & erat Frater B. Fr Bonauenturæ Baduarij de Peraga Ordinis Sancti Augustini generalis, & Sāctæ Romanæ Ecclesię Cardinalis, sic inquit. *Hæc Iordanus sæpè memorato libro Vitas Fratrum*. & habentur libro 2. cap. 22. pag 173. verum est tamen, quòd hæc vltima de Bonsemblante habētur inter ea, quæ M. Antonius Massa, in notis obseruauit non haberi in alio exemplari. Sic deniq; fol. 68. pag. 2. loquens de B. Fr. Ioanne de Lana, inquit. *De quo exemplum miræ humilitatis, ac tolerantia enarrat Iordanus*; & habetur hic lib. 2. cap. 8. pag. 86. & 87.

722 *Pergit vlterius.* Quis ergò erit adeò proteruus, & rebellis, vt his omnibus perpensis, imò visis tantum, ausit dicere eum librum, qui à Fiuizanio editus circumfertur sub titulo Vitas Fratrum, & nomine Iordani de Saxonia, esse diuersum ab eo, quem Iosephus Pamphilus adscribit Iordano de Saxonia, & refert incipere. *Spiritualis Pulchritudinis*? Sanè nemo, cum videat ea omnia, quę Pamphilus ex Iordano de Saxonia in libro Vitas Fratrū transcribit haberi de Verbo ad Verbum in Iordano de Saxonia edito à Fiuizanio. Sed ais; ità dixit Fr. Thomas Gratianus vester Eremita; dixerit, sed errauit. Quo fundamento deceptus fuerit, inquirere, & disputare non est animus. *Miror* [a] *quosdam interpretes* (ait Hieronymus[b]) *causas erroris inquirere singulorum, & disputationem longissimam texere, &c. cum sic potuerint errare in Elia, & Hieremia, quomodò Herodes errauit in Ioanne*. Sic ergò Gratianus potuit errare in Iordano de Saxonia, quemadmodum Critanna errauit in Henrico de Vrimaria. Nec mirum authores nouitios in rebus antiquis re non benè perspecta, nuperis erroribus locū dedisse.

b lib. 3. Commētariorū in cap. 16. Matth.

723 *Diluitur prima, & secunda confirmatio.* Ad primam, & secundam confirmationem in oppositum respondeo: verum esse, quòd author huius libri obijt legationem pro Capitulo generali Mediolanensi anno 1343. ad Clementem VI. & quod familiaris fuit Henrico de Vrimaria, qui cognouit generalem Lamphrancum, vel potiùs Clementē Auximatem ann. 1290. & quod Pamphilus, Eisingrenius, & Gratianus cōstituunt Iordanum de Saxonia circa annum 1408. 1409. & 1410. Quinimò ijs nonnulla possumus addere ad maiores vires argumenti. Philippus enim Bergomensis [b] asserit Iordanum floruisse circà annū 1406. sed constituit illum sub eo anno coætaneū Bartholomeo de Vrbino, quē certissimum est floruisse circà ann. 1344. temporibus Clemētis VI. à quo propter Milleloquia Augustini, & Ambrosij Promotus est in Episcopum Vrbinatem. Deindè Trithemius [c], & Sixtus Senensis [d] eum constituunt anno 1410. Ciaconius [e], sub anno 1411. At verò sub anno 1408. F. Hieronymus Roman [f], Nicolaus Crusenius [g] & Pamphilus [h], vbi hæc addit de Iordano. *In suo libro, qui inscribitur, Vitas fratrum, narrat se fuisse in Italia, & Bononia vixisse eo tempore, quo erat Prior Monasterij Ioannes de Lana frequentemq; sibi adolescenti* (hoc verbo non vtitur Iordanus) *fuisse cū Henrico de Vrimaria viro non minùs doctrina, quàm sanctitate præstantissimo consuetudinem, & familiaritatem*. Hæc omnia habentur in libro prædicto Vitas fratrum libro 2. cap. 8. pag. 86. & cap. 22. pag. 171. tandē compendium

b in supplem. Chrō. lib. 14. fol. 264. iuxtà impressionem anni 1486.

c lib. de scriptoribus Ecclesiast. fol. 128. pag. 2.
d lib. 4. Bibliothecæ sanctæ.
e lib. de vitis, & gestis Pontificū in Ioan. 23. pag. 865.
f Cent. 11. fol. 77. pag. 2.
g 3. p. Monastichon August. cap. 22. pag. 166.
h in chrō. Augustin. fol. 71. pag. 2.

pendiũ rerũ ordinis Augustiniani editũ iussu Seripandi anno 1549. illum resplenduisse sub anno 1409. affirmat fol. 45.

724 *Fergit solutio*

Cæterum quomodocumq; hæc sint; adeò euidens est librum Vitas Fratrum à Fitizanio editũ esse Iordani de Saxonia, vt necessariò fatendũ sit vnum de duobus, nempè vel Iordanum non superuixisse vsq; ad annũ 1416. quod fit persuasibilius, vndè, & Antonius Posseuinus è Societate Iesu a eũ retrahit ad annum 1389. sic inquiens. *Iordanus de Saxonia Quintelimburgi natus ordinis D. Augustini vir magnæ sanctitatis, qui vixit circà annum* 1389. vel vixisse plusquã 100. annis, & in ordine Augustiniano circiter 90. vtpotè qui anno 1326. vt constat ex dictis, iam erat Augustinianus. Neq; hoc adeò insolitũ, vt fiat incredibile, adeò vt ne hoc credatur, veritas respuatur, quæ negari non potest. Ipse Iordanus libro 2. cap. 3. pag. 65. sic ait. *Vndè F. Ioannes de Viterbio vltrà centum annorum senex, qui circiter octoginta annis irreprehensibiliter vixerat, cùm ægeret in extremis, interrogatus à fratribus me præsente, quod eis verbum salutare pro testamento relinqueret, respondit, obedientiam.* Deindè S. Romualdus, & Simeon filius Cleophe Episcopus; & martyr vixere 120. annis; S. Paulus primus Eremita 113. S. Antonius Abbas 105. Proauus paternus Francisci Petrarchæ, vt ipse testis est libro 6. epistolarũ familiarium epistola tertia ad Ioannem Columnam, vixit annos 104. & Valẽtinus Forsterus b refert Baldum docẽdi gratia Bononiam concessisse ann. 1344. & obijsse Ticini 4. Kal. Maij anno 1420. & Antonius Posseuinus c sic ait. *Nicolaus Dinchespuel Germanus Rector gymnasij Viennensis, qui viuebat anno 1470. & ad Concilium Constantiēse fuit allegatus.* Fuisse autem fuisse Augustinianum exprimit pag. 160. ibi. *Nicolaus Tinchespuel Ordinis Diui Augustini, qui suprà cognomento scriptus est Dinchespuol, & Dinichespulus,* &c. Hic fuit in Concilio Constansiensi vnus ex septem Germanis, qui Martinum V. anno 1417. elegerunt. Adde. Augustinus de Roma Generalis Ordinis Eremitarum D. Augustini fuit vnus ex Theologis (vt testatur Cardinalis Turrecremata d) deputatis ad examinãdũ reuelationes Sanctæ Brigittæ ann. 1379. sub Vrbano VI. ad quod munus, vt credibile est, non eligeretur nisi homo circiter 40. annorum. Et nihilominùs, vt constat ex Concilio Basiliensi sessione 22. ha-

a lib. 2. apparatus sacri.

b lib. 3. histor. Iuris Ciuilis com. 1. tractatuum vtriusq; iuris fol. 56. pag. 1.

c tom. 2. apparatus pag. 147.

d in prologo reuelationũ S. Brigittæ ca. 1.

bita die 9. Iunij ann. 1435. tunc viuebat; & iuxtà omnia ordinis nostri Chronica obijt anno 1442. excurrunt autem anni 63. ab anno 1379. vsq; ad annum 1442. vndè debuit viuere ad 100. annos, & Philippus Ferrarius Seruita e loquẽs de primis fundatoribus ordinis Seruorum sic habet. *B. F. Alexius vnus ex primis fundatoribus, cùm ad annum ætatis 110. peruenisset obijt anno 1310.* & idem asserit F. Archangelus Cianius Seruita f; & alij plures, etiam nostris temporibus, centũ annos, & ampliùs compleuerunt. Quarè ergo adeò erit incredibile Iordanum vixisse circiter centum annos? vt ne id concedatur, negemus illius esse opus, quod illius esse conuincitur firmissimis fundamentis; cùm potiùs nè hoc negemus, illud debeamus admittere?

e in cathalogo Sanctorũ Italiæ pag. 583.

f Cẽtur. 1. ordinis Seruorũ lib. 6. cap. 9. fol. 71.

725 *Eneruatur, quod addidit contra M. Marquez.*

Sed additur in fine secũdæ confirmationis, Marquez minùs probabiliter asseruisse Iordanum scripsisse antè 300. annos, & allegatur in margine ex cap. 21. §. 1. verùm eo in loco verba M. Marquez, hæc sunt. *El segundo es el B. Iordan de Saxonia autor de mas de 300. annos.* Et prætereà cap. 26. §. 1. pag. 426. & §. 3. pag. 435. Vocat illum authorẽ trecentorum annorum. Hoc autem non est asserere, quòd liber fuerit scriptus antè 300. ann. sed authorẽ libri vixisse antè 300. annos. Hoc autem secundum est verissimum, quoniã Marquez prelo dedit opus suum Salmanticæ anno 1618. Iordanus autem antè annum 1318 natus fuit, anno enim 1340. iam (vt credere est) habẽs circiter 40. annos, obijt legationem pro Capitulo Generali Mediolanensi ad Clemẽtem Sextum. Rursùs potuisset citari Marquez ex cap. 8. §. 5. pag. 143. ibi. *antes que el B. Iordan de Saxonia, que hà que passo 300. annos.* Sed neq; hoc est dicere librũ fuisse scriptum antè 300. annos, & ipse Marquez se explicuit quomodò dixerit Iordanum vixisse antè 300. annos, vt nihil aliud sit, quàm ab eius natiuitate iam excurrisse 300. annos. Sic enim subdit probans esse authorem antè 300. annos. *Como el mismo confiesa en el lib. 2. del Vitas patrum capitulo 14. en que dize, que la Orden en vn Capitulo general le nõbro para que presentasse lo actuado al Papa Clemente VI. que fue eligido el anno de 1342. Y es de creer que quando le encargaron esta obediencia tenia mas de 40.* Ecce in quo sensu dicat Iordanum vixisse antè 300. annos, non verò dixit Iordanum scripsisse antè 300. annos.

Hoc illi arguens imposuit de suo.

726 Ex his omnibus constat Henricum, & Iordanum stare pro nobis in hac causa, par scilicet aureum purpuratorum testium, vt dicere valeamus, cum Rodulpho *a porrò de fide dictorum nemini fidelium arbitror esse ambigendum, quando ea probitas referentium commendat personarum?*

a in vita S. Liberto. 5. Surij.

AD NVMERVM TERTIVM.

Ex voluntaria acceptatione recitationis officij de Sancto Francisco, quid colligi possit, explicatur.

727 DVM M. Marquez b enumerasset authores, qui communi consensu tenuere B. Frãciscum antè sui ordinis institutionem egisse Eremitam Augustinianum; recensuissetq; Henricum de Vrimaria, & Iordanum de Saxonia, qui Bergomensem præcesserant plusquàm centum annis, sic adiecit. *Præterquam quòd Thomas de Argentina, qui electus fuit in Generalem nostri ordinis anno 1345. & obijt anno 1357. quadam addidit constitutionibus Ratisponensibus factis anno 1290. & in fine primi capitis, in quo agit de diuino officio allegat quasdam diffinitiones, Capituli Patauini, quod celebratum fuit anno 1315.* (sub doctissimo Alexandro de Sancto Elpidio tũc Generali, posteà Archiepiscopo Rauennatensi, vt nonnulli volunt, at vt alij sentiunt, Amalphitano, & Cretensi) *in quibus statutum est, vt in toto ordine recitaretur officium de tribus Sanctis religiosis, vt credi potest; quia habuerunt aliquam affinitatem in vita monastica, cum Sancto Augustino P. N. Hi erant Beatus S. Simplicianus, cum quo S. Augustinus statum sui monachatus communicauit; vt constat ex suis confessionibus lib. 8. cap. 1. & 2. Gloriosus Patriarcha S. Dominicus, qui fuit D. Augustini Canonicus Regularis. Et Seraphicus Pater S. Franciscus, in quo non inuestigamus aliam affinitatem, nisi fuisse fratrem Eremitam regula Augustini.* Hæc Marquez non intendens eo argumento conuincere aduersarios; tantùm enim dixit, *vt credi potest*, &c. sed rei probabilitatem, ea coniectura credibilem facere.

b cap. 21. §. 1. pag. 354.

728 Sed vt hanc coniecturam omninò enerues, ais, te velle scire primò, an Venerandi Patres Eremitæ solos sibi affines admittant diuino officio colendos? Secundò an solos eos, quibus cum Sancto Augustino aliquod vinculũ intercessit? Tertiò, vtrum omnes pios, & sanctos viros, vel cũ quibus Augustinus aliquando cõsortium iniuit, vel Canonicos Regulares Sancti Augustini officio colant diuino? Vltimò vtrum credendum sit non admissuros Frãciscum ad eumdem cultum, nisi illa consodalitatis affinitas intercessisset, cùm tamen eius cultum sæpiùs, & iteratis litteris Pontifices omnibus Christi fidelibus commendarint, & Religiosi ordines vniuersi admiserint. Pontificum autem decreta promittis te patula effecturũ in annalibus ad annum 1228. & deinceps.

Primò aduersarij quæsitũ. Secundum. Tertium. Quartum.

Interrogamur. Respondeamus modestè, & religiosè; & vt hoc etiam clarè fiat, suppono primò recitationẽ de aliquo sancto dupliciter à Summo Pontifice posse proponi primò sub præcepto; Secundò sub permissione, ex hortatione, aut commendatione; sicut propositum est modò officium de Sancto Carolo, & de Stigmatibus Sancti Francisci. Recitatio primo modo proposita à nullo quamtumuis perdito reijcitur; Secundò verò modo permissam, aut commendatã alij admittunt, alij secùs prout libet, vel non libet ex hoc, aut illo pio, & iusto motiuo, vt modò contingit in recitatione de Sancto Carolo, & de Stigmatibus Sancti Francisci. 729

Pro rei explicatione, suppono primo.

Suppono secundò, recitationem de Beato Francisco eo tempore, quo statutæ sunt diffinitiones Patauinæ, nempè anno 1315. ad Summum fuisse permissionis, & exhortationis, non præcepti. Id suadeo duplici argumento. Primum est; quià sine ingenti temeritate nõ licet suspicari communitatem doctam, & religiosã, qualis erat Augustiniana, cò vsq; piam, & commodam recitationem de Seraphico Patre contrà præceptũ Pontificium distulisse, respuisse. Secundum est, quià in toto tomo 1. Bullarij Laertij Cherubini, vel in compendio priuilegiorum regularium Emanuelis Rodericj Franciscani non habetur bulla, quæ huiusmodi præceptum contineat, & si aliqua esset; difficile esset, quòd omitteretur ab vtroq; Quoniam vsq; ad Sixtum IV. nullus Pontifex (quem ego in his authoribus viderim) egit de recitatione de B. Francisco, nisi Gregorius Nonus in Bullis Canonizationis; in eis autem non contineri præceptum, constat primò; quia commendatio, seu mandatũ, quod in illis habetur, est clausula communis omnibus 730

Suppono secundo.

omnibus, aut ferè omnibus Canonizationibus, quæ reperiuntur in tribus tomis Bullarij Laertij Cherubini, & tamen nulla Religio, neq; Seraphica recitauit, aut recitat de omnibus Sanctis Canonizatis; recitaret autem si crederet contineri in bullis Canonizationis præceptum de recitando. Secundò, quia ea est doctrina expressa Sancti Antonini [a], quæ sic habet in vita S. Osmundi. *Demum per Calixtum Tertium fuit opus consummatum, & adscriptus solemniter Cathalogo Sanctorum anno Domini 1457. per eum, & ordinatum de eo fieri officium, sicut de vno Confessore Pontifice pridie nonas Decembris, quando scilicet migrauit ad Dominum. Nota quòd dubitatum est aliquando vtrum quandò Papa mandat de aliquo nouiter Canonizato festum celebrari, quoad officium de ipso fiendum vtrum omnes Clerici, & Religiosi teneantur, vt ex præcepto, cuius transgressio obligat ad mortale, facere officium de illo Sancto. Et responsum est per viros peritissimos Curiæ, quod non; sed talia verba sunt exhortatoria, non præceptoria. Certum est enim multos Clericos, & religiosos optimæ, etiam vitæ, non facere officium de pluribus nouiter Canonizatis, & temerariè dictum esse; quòd propter hoc illi peccarent mortaliter.* Addo prædicta verba contenta in bullis Canonizationum modò; neq; continent exhortationem, neq; præceptum, ita ut sine noua Pontificis cõcessione possit de ijs Sanctis Canonizatis recitari, etiam accedente consensu, & acceptatione Ordinarij, vt anno 1626. declarauit Congregatio Sacrorum Rituum.

a 3. p. historia'i tit. 24. cap. 12. fol. 316. pag. 2.

731 Respondetur primò, & secundò quæstio

His positis ad primam, & secundam interrogationem respondeo nos admittere diuino officio colendos omnes eos, quos ex præcepto tenemur admittere; ex his autem, quorum recitatio non est præcepti, sed exhortationis, vel permissionis, non admittimus solos eos, qui sũt affines, vel quibus cum Sancto Augustino vinculum aliquod intercedit. Reposuimus enim in nostris Manualibus, siuè Calendarijs, siuè Ritualibus iam antè aliquot annos mense Martio festum Sãcti Archangeli Gabrielis, & mense Iulio festum Sanctæ Annæ, cũ quibus neq; Augustino speciale vinculum communicationis humanæ, neq; aliqua Augustinianis affinitas. Tamen eos, quorum recitationem non ex præcepto, sed liberè, & spontaneè nostris ritualibus inserimus, eligimus, vt cultu annuo celebremus præ alijs; vel quià cùm Augustino vinculum, vel quià cum Augustinianis aliqua affinitas, vel specialis aliqua deuotio, vel vtrumq; simul intercedit. Hos enim præ alijs eligere aliquam peculiarẽ rationem expostulat. Hæc autem peculiaris ratio in nostro casu, quandoquidem recitatio non erat sub præcepto, aiebat Marquez, credi potest, quòd fuerit aliqua affinitas eorum trium Sanctorum, nẽpè Simpliciani, Dominici, & Francisci, cũ Augustino; scilicet quia communius, & frequentiùs est in religionibus eos Sanctos specialiter colendos in proprijs Calẽdarijs, quandò licet, conscribere, cum quibus vinculum, vel affinitas intercedit. Hæc autem affinitas, aut vinculum inter Augustinum, & Franciscum non inuenitur, præter Monachatum Augustinianum Sancti Francisci. Quis non videat coniecturam hanc, licèt se sola nihil efficeret, adiunctis tamen alijs non parùm habere roboris, vt rem faciat credibiliorem, quòd tantùm ex ea petebatur à Marquez.

Ad tertiam interrogationem respondeo nos non admittere ad cultum officij diuini omnes Sanctos Canonicos Regulares, neq; omnes illos, cum quibus vinculum aliquod habuit Augustinus. Neq; enim agimus officium verbi gratia de Sanctis Monachis Aphricæ, quales sunt septẽ illi, qui in persecutione Vvandalica martyrium subiere; neq; de alijs Sanctis Aphricanis siuè Canonicis Regularibus, siuè Monachis Augustinianis. Tamen ex ijs, de quibus agere possumus & nõ tenemur; illos inter alios eligimus, quos vel pro vinculo, affinitate, aut deuotione chariores habemus. Et hac ratione potuisset religio Augustiniana Frãciscum, & Dominicum eligere cultu annuo colendos pro deuotione ad ipsos, & obseruantia ergà eorum familias; tamen in religione Augustiniana præceptum fuisse de illis recitari, ait Marquez credi potest (sanè credi potest. Quid enim obstat?) propter affinitatem aliquam cum Sancto Augustino, adiuncta, scilicet speciali deuotione ad ipsos inter alios affines. Vsitatus enim est in omnibus familijs religiosis, vt licèt non conscribant in suis Calendarijs omnes sibi coniunctos, tamen eos, quos eligunt, ex sibi coniunctis eligant. Ij enim sunt magis nobis noti, & maiorem ergà illos gerimus deuotionem. 732 Respondetur tertiò.

Ad vltimam interrogationem respondeo te- 733 Respondetur quartò.

deo te-

deo religionem Augustinianam admissuram ad cultum officij diuini, si præceptum Pontificis extaret, Seraphicum Frãciscum, sicut admisit omnes Sanctos quos Ecclesia Romana in Breuiario proposuit; etiam si cum illis nulla consodalitatis affinitas intercessisset. Tamen dum recitatio fuit libera (qualis erat circà annum 1315. vt constat ex secunda suppositione) quòd peculiariter elegerit B. Franciscum colendum, & non S. Petrum martyrem, vel S. Claram, vel alios insignes, & celebres sanctos, credi potest, vt ait Marquez, id factum fuisse propter prædictam affinitatem; præcipuè cùm electio B. Francisci, & Dominici cõiuncta fuerit cum electione S. Simpliciani, cuius peculiaris electio non videtur reduci posse in aliud caput, nisi in affinitatem, aut vinculum, quod habuit, cum Sancto Augustino in vita religiosa.

NVMERVM IV.

Sabellicus tradidit Monachatum Augustinianum S. Francisci.

VNus est testibus, quos Marquez adduxit in comprobationem Mo-

734 *Placitum M. Marquez.* *a cap. 31. §. 4. pag. 364. col. 1*

nachatus Augustiniani S. Francisci, est M. Antonius Sabellicus, aitq; *a* se ægrè pati posse M. Antonium Sabellicum dici posteriorem Philippo Bergomensi, aut eius in hac opinione sectatorem Probat autem eum fuisse Bergomensi, si non ætate; quia coæui erant, saltem in scribendo priorem; quià Bergomensis lib. 16. supplementi an. 1490. citat Sabellicum, refertq; Æneadum opus, quod diuinum vocat, &c.

735 *Infirmatur ab aduersario primò.*

Hoc placitum Magistri Marquez R. P. Vvadingus, eruditè, & acutè, vt solet, infirmat, & vrget; infirmat primò, quia citationem, & commendationem Sabellici non habet Bergomensis in supplemento Chronicorum, quod idibus Octobris impressum fuit Venetijs per Bernardum Rizum de Nouaria anno salutis 1490. die 15. Maij, in quo opere lib. 9. ad annum 390. & lib. 12. ad ann. 1199. & lib. 13. ad annum 1209. & 1224. plura habet, repetitq; Bergomensis de Monachatu Augustiniano Sancti Francisci. Philippus ergò Bergomensis meminit Sabellici non in supplemento Chronicorum; quod quindecim dumtaxat libros habebat, sed in supplemento supplemẽti in quo addito libro decimo sexto historiam deduxit vsq; ad annum 1502. & illud edidit Venetijs opera, & impensis Georgij de Rusconibus anno 1602. Credo, quòd debet dicere anno 1503. quià immediatè anteà affirmauerat, hoc auctarium supplementi fuisse à Bergomensi additum anno Christi 1503. & ætatis suę 69. vel dicendum in hoc secundo loco pro anno 1503. reponẽdum esse annum 1502.) die 4. Maij, ætate iam decrepita. Mirùm ergò non erit, quòd Sabellicus viderit supplementum, & ex illo desumpserit monachatum Augustinianum S. Francisci, illumque suæ Rapsodiæ inseruerit, & posteà Bergomensis vicem illi rependens eum in supplemento supplementi laudauerit. Neque benè colligitur Bergomensem fuisse in scribendo priorem ex eo, quòd laudauerit Sabellicum in supplemento supplementi; cùm Bergomensis multò antè scripserit supplementum, quàm Sabellicus Æneades.

Secundò, quia Sabellicus de suo se loqui non ostendit, illa vsus formula lo- 736 *secundò.*

quendi: *Franciscus qui, vt scribunt quidam Aurelij Augustini sacris initiatus*, &c. Eodem modo infirmabat Sabellici testimonium R.P.Fr. Antonius Daza apud Marquez *b*. *No lo dizen determinadamente sino refiriendolo por opinion agena, sin approbarla, ni admitirla. Sus palabras son estas; vt quidam scribunt, vt quidam aiunt.* *b cap. 31. §. 4. pag. 365.*

Vrget tertiò doctissimus P. Vvadingus Magistri placitum. 737. *Tertio.* Quia Sabellicus in indice authorum, quos suis Æneadibus scribendis tomo potissimùm secundo adhibuit hunc Iacobum Bergomensem Eremitanum adnumerat. Quem citat etiam persæpè, præsertim Ænea. de 7. libro 5. & 9. Priùs ergò ediderat opus suum Bergomensis, quàm Sabellicus.

In hac parte fateor ingenuè M. Marquez errasse in duobus; 738 *Inefficacis argumentationis M. Marq. ostẽditur primò.* Primò, quia prioritatem scribendi colligit præcisè ex citatione passiua. Hæc enim argumẽtatio omninò est inefficax; licèt enim benè inferatur opus authoris citati esse secundùm aliquam impressionem priùs editum, quàm opus authoris citantis, atq; adeò rectè sequatur supplemẽtum supplementi iuxtà aliquã impressionem fuisse diuulgatũ post editionem saltem aliquarum Æneadũ Sabellici, quandoq; Bergomensis in supplemento supplemẽti iuxtà impressionẽ anni 1502. vel 1503. citauit

citauit Æneades Sabellici: Nullatenùs tamen sequitur authorem citatū scripsisse priùs omnia sua opera, vel omnes editiones suorum operum. Potuit enim citatus prœlo tradere suum opus post primam editionem citantis, in qua non citabatur, & ante secundam, in qua citatur & hoc in præsenti contigit Sabellico, & Bergomensi; edidit quippè primo Bergomensis an. 1486. & non citauit Sabellicū. Edidit postea Sabellicus citās Bergomēsem ex prima editione; deindè secundò edidit Bergomensis supplementum supplementi citans, & laudans Sabellicum. Ex his autem etiam sequitur argumentū tertium doctiss.mi V vadinghi inefficax esse, nisi addatur Sabellicum tantùm edidisse vnam editionem Aeneadum, vel primā fuisse post annū 1486. Quod quidem verissimum est, omissum tamen à Vvadingo. Potuisset enim Sabellicus illas primò edere an. 1480. & non meminisse Bergomensis, benè tamen monachatus Augustiniani Sancti Francisci; & rursus eas dare in lucē anno verbi gratia 1502. & allegare Bergomensem.

739 Ostenditur secundò.

Secundò errauit Marquez, quià credidit Sabellicum tradidisse antè Bergomensem historiam de Monachatu Augustiniano Sancti Francisci. Quod quidem aliter se habuit. Mirum tamen non est, quod homo doctissimus in hunc lapidē impegerit; quandò & P. Vvadingus, qui demonstrare voluit Sabellicum post Bergomensem scripsisse, valdè diminutè illud probauit, cum tamen sit planum, & euidens vel in ipso limine operis; & præterea in alijs etiam non leuiter labitur, vt non glorietur omnis caro. Ostendamus rem istam, quamuis aliquātulum immoremur in assignatione temporum ipsorum operum. Et hunc laborem, vt ait Chrisostomus[a] disputans quo tempore Paulus singulas Epistolas scripserit; *nemo extra rem, neue hanc inuestigationem superuacaneæ curiositatis esse putet. Confert enim nobis non parùm ad quæstiones explicandas ipsum Epistolarum tempus.* Vt ergo fiat clarius, Aduerto primò me duplicem vidisse editionem Æneadum Sabellici. Prima habetur in Bibliotheca Matritensis Cōuentus Minimorum, in qua tomus primus impressus est Parisijs in ædibus Ascensianis nonis Octobris an. 1527. & tom. 2. an. 1528. 15. Kal. Aprilis, & in his duobus tomis neque præmittitur ad initium, neq; habetur ad finem Index authorum, vt videas quā

Diminutè probat Vvadingus Sabellicū post Bergomensē scripsisse.

a in præfatione in epistolā ad Romanos.

Vt ostēdatur aduertitur primò.

benè num. 11. dixeris, *vt videre licet ex indice authorum, quos suis Aeneadibus scribendis tomo potissimùm secundo adhibuit*. Index iste non à Sabellico, quandoquidem huic editioni deest, sed à posteriore aliquo affixus. Secunda Sabellici editio extat in Conuentu Augustiniano Cæsaraugustæ, & in ea vterq; tomus editus est Basileæ ex officina Heruagiana an. 1538. habetq; indicem authorum. Index authorum primo tomo præmissus non habet Bergomensem, at index præuius ad secundum tomum enumerat Iacobum Fremitanū, & Philippum Eremitanum. Credo equidem quod nomine Iacobi Eremitani intelligat Bergomensem; non tamen vt refers num. 11. appellat illum Iacobum Bergomensem Eremitanum: nomine autem Philippi Eremitani non intelligit Iacobum Philippum Bergomensem, sed Philippum de Mantua Mediolani degentem, cuius ipse meminit Æneade 10. lib. 8. circà annum 1480. fol. 329. editionis Ascensianæ.

Aduerso secundò. Tomum primum fuisse editum à Sabellico an. 1500. & tomum secundum mense Ianuario in principio an. 1504. vsq; ad quem an. fuisse à Sabellico productam historiam etiam agnouit P. Iacobus Giordanus Iesuita[b] Sabellicus itaq; tomum primum post editam historiam Venetam, vt patet ex epistola dedicatoria, dicauit Augustino Barbadico Duci Venetiarum. ibi. *Sunt quæ nunc vestro nomine inscribuntur, Aeneades septem. Si enim, nec temerè partiri placuit tres, & sexaginta libros.* Secundum tomum cōsecrauit Leonardo Lauredano, qui anno 1501. successit Augustino in principatu Veneto. Constat nos tomos à Sabellico editos Ordine prescripto ex epistola præuia ad Leonardum Lauredanum; vt mirum sit strenuum exploratorem in limine aperto ad Lapidē offendisse. Audi Sabellicum. *Nemo suis seruio abhinc anno, cum de nouo Principe creando ageretur,* (scribit ergò secundum tomum anno 1504. excurrerant enim tres anni ab an. 1501. in quo Leonardus Dux creatus est vsq; ad annum 1504.) *qui non dignitatem istam sibi bonis astrueret. Ne, grauaris, precor has tres nouissimas nostras Rapsodias Aeneades cognoscere, quas septem illis quarto ab anno edidis* (dedit ergò tomum primum in lucem an. 1500. à quo vsq; ad an. 1504. in quo secundum tomum diuulgauit, intercurrunt quatuor anni.) *aggressi suis*

740 Aduertitur secundò.

b tomo 2. sui operis Chronologici, sub anno 1594. pag. 445.

ra. Cótinet supremus hic Operis labor mille circiter, & octoginta annorum historiam à Veneta Vrbis Origine ad Sacrum annum, quem Alexander Sextus celebri piorum conuentu nuper solemnem (is est ann. 1500. Iubilæo Sacer) *Christiano nomini fecit. Eramq; hic ego demũ quieturus ni tuus fælicissimus Principatus, qui in eum annum incidit, qui celebrem illum ab Alexandro cõditum est proximè secutus* (atq; adeò an. 1501.) *& ea, quæ deinceps hoc biennio* (nempè an. 1502. & 1503.) *sunt in Italia insigniter gesta, me ad stilum reuocassent.* Adde. Clarius in fine Operis ostendit Sabellicus se scribere in principio an. 1504. sic enim ait in fine libri 2. Æneadis 11.) *Inciderunt hæc in Ianuarium mensem eius anni, qui primus fuit Iulij 2. Pontificis Maximi quartus ab eo quẽ Alexander Sextus Sacrum fecit Christiano nomini.* Ex quibus verbis finiri opus illud an. 1504. dupliciter constat, primò quià erat an. quartus ab an. 1500. qui sub Alexandro VI. fuit Sacer Iubilæo; Secũdò quià erat Ianuarius anni primi Pontificatus Iulij secundi; is autem fuit Ianuarius anni 1504. quià Iulius II. teste Onuphrio[a] electus fuit 4. idus Nouembris anno 1503.

a de Pōtif. & Card. pag. 343

741 Corollarium. Improbatur assertũ Vvadingi.

Hinc inferes errasse Sapientissimum Vvadingum hic num. 11. quãdò asseruit Bergomensem in supplemento supplementi laudando Sabellicum, vicem rependisse Sabellico, nempè in gratitudinẽ asserti Monachatus Augustiniani Sancti Francisci. Si enim supplementum supplemẽti, vt ipse Vvadingus fatetur num. 10. editũ fuit an. 1502. vel an. 1503 (atq; adeò an. 16. vel 17. post editũ supplementũ an. 1486.), quomodò tunc potuit vicem rependere Sabellico pro monachatu Augustiniano Sancti Francisci, de quo nihil tunc temporis scripserat, sed scripturus erat anno sequenti, scilicet 1504. Sabellicus enim meminit monachatus Augustiniani Sancti Francisci Æneade 9. lib. 2. in principio tomo 2. quem primò edidit an. 1504. sed dici posset Bergomẽsem rependisse vicem Sabellico, nõ quià asseruerit monachatum Sancti Francisci, sed quià illum tomo 1. citauerit; ità quidem dici posset ab alio, & potuisset ab ipso, sũt tamen gauderemus Bergomensem laudando, & extollendo rependere vicem Sabellico, qui ipsum[b] improbauerat, vt & ipse Vvadingus testatur num. 11.

Euasio.

Infringitur.

b to. 1. Aenea. 7. lib. 9.

742 Bergomẽsis in supplemento supplementi

Constat ergò clarissimè Bergomensem in suo supplemento edito an. 1486. imò, & in supplemento supplementi edito an. 1502. vel 1503. agentem de monachatu Augustiniano Sancti Francisci, fuisse in scribẽdo priorem Sabellico; qui eiusdem Monachatus meminit tantùm tomo 2. Æneadum, quem publici Iuris fecit an. 1504. Atque adeò malè Marquez mordicus censuit Sabellicum fuisse Bergomensi priorem in adstruendo monachatu Augustiniano Sancti Francisci, & in hoc rectè impugnatur, & conuincitur ab eruditissimo P. Vvadingo. Nihilominùs quamuis Sabellicus post Bergomensem scripserit, prior tamen obijt; excessit enim, è viuis, (vt habetur in supplemento supplementi impresso Venetijs anno 1553. fol. 323.) anno 1505. die 20. Ianuarij, & in templo Sanctæ Mariæ de Gratijs sepultus est.

prior fuit in scribendo Sabellicum.

743 Testimonium Sabellici nõ cõtẽnendum.

Cæterum adhuc testimonium Sabellici contemnendum nõ est. Vir enim vndequaq; doctissimus fuit teste Trithemio,[c] & qui aquas ex fontibus non turbidas, sed claras hauserit, vt populis propinaret, queq; certa ab incertis separaret, & vbi occurit res ipsi vel falsa, vel dubia, aut suspecta notare nouerit; vndè de se in epistola præliminari ad Democritum ait. *Nam quòd ad historiæ fidem attinet, nullã reformido calumniam, cum omnia quæ scribantur, vetustissima sint, & procul ab hominum memoria remota, atq; ex his potissimùm scriptoribus excerpta, qui historiæ legem non seruasse solùm, sed constituisse etiam videri possunt.*

c lib. de scriptoribus Ecclesiast. fol. 164.

744 Euasio. Reijcitur primò.

Sed occurrunt Vvadingus, & Daza nõ loqui Sabellicum de suo, ait enim, *vt quidam scribunt*. Contrà hanc tamen euasionem est primò. quià hoc à M. Marquez[d] satis est impugnatum; secundò quià modus iste loquendi aliquoties deseruit ad confirmãdam ex alieno testimonio propriam opinionem authoris; vt si ego dicerem; B. Virgo, vt Scotistæ censent concepta fuit sine labe originali; aliquandò verò deseruit, vel deseruire potest ad rẽ adstruendam ex solo testimonio alieno. Tunc tamen qui rem non improbat; & ad eius munus pertinet certa ab incertis separare, & vera à falsis discernere, eo ipso ad minùs sentit rem esse probabilẽ. Si enim crederet esse improbabilem, vel de probabilitate dubitaret, nõ satisfecisset suo muneri, nisi illud aduerteret. Quo posito sic argumentor. Vel Sabellicus vtitur illa forma loquendi primo modo; vel secundo, si primo habemus intentũ; si secundo, ergò saltem iudicauit illud esse probabile, aliàs nõ rectè impleßet munus

d cap. 21. §. 4. pag 363.

Secundò.

nus Chronographi, qualis ipſe erat. Adde Bergomenſem Sabellicus Aeneade 7. lib. 9. improbat, quia cum Proſpero reponebat Anaſtaſij, & Innocentij Pontificatus ſub Imperio Honorij, & Arcadij Fratrum Theodoſij Senioris filiorum; ergò ità improbaſſet, & illum in hac partè, niſi ſenſiſſet ſaltem rem eſſe probabilem. Ex his diſſoluta manent ea, quæ ex R.P. Vvadingo adduximus, & nobis poterant aduerſari.

AD NVMERVM QVINTVM.

Polidorus Virgilius aſſeruit Monachatum Auguſtinianum S. Franciſci.

745 *Placitum M. Marquez ad verbū relatū.* A Lium teſtem adduxit M. Marquez pro Auguſtiniano Sancti Franciſci monachatu [a], nempè Polidorū Virgiliū [b]; ſed placet eius verba ad verbum referre. *Tan poco Polidoro Virgilio, es inferior en tiempo à Philippo Bergomenſe, por que Genebrardo dize que viuian entrambos el año de 1494. y Paulo Iouio en el lugar alegado* (ſcilicet in Elogijs Doctorum virorum pag. 213.) *el P. Iacobo Gualterio dan eſta antiguedad à Polidoro; porque. Iouio le pone en tiempo del Rey Henrico VII. de Ingalaterra, y Gualtero al fin del Siglo 15. que ſe acabo en el de 1500. y el Cardinale Belarmino tambien pone à Filippo Bergomenſe en el anno de 1494. de manera que es voluntario dezir que le ſiguio Polidoro Virgilio, y ſi Siguio à alguno de ſu edad, es mas creible que ſiguirìa à M. Antonió Sabelico,* &c. Hæc M. Marquez.

a cap. 21. § 1. pag. 354. & § 4. pag. 364.
b lib. 7. de inuentorib. rerum cap. 4.

746 *Vt refertur ab aduerſario* Sed vt faciliùs, & vberiùs, quamuis non veriùs, Marquez poſſet impugnari, longè aliter refertur à P. Vvadingo. Sic enim habet [c]. *Alium adhuc producit diſſertator teſtem Bergomenſi priorem Polidorum Virgilium libro 7. de inuentoribus rerū cap. 4.* (Marquez [d] nō citat Polidorum ex cap. 4. ſed ex 14. at verò [e] allegat illū ex cap. 4.) *quem ſi non ætate, vel tempore ſeniorem, ſaltim* (meliùs ſaltem) *æqualem conſtituit ex eo, quod Genebrardo teſte conuiuebant an. 1494. Iacobus Gualterius Polidorum ponens ſub finem ſæculi 15. Paulusq; Iouius ſub Hērico VII Angliæ Rege aliquanto anteriorem facitue Bergomenſi. Hunc autem Belarminus in Chronologia reponit ſub anno 1494.* Hæc Vvadingus referens teſtimonium M. Marquez ex Hiſpano idiomate in latinum conuerſum.

c nu. 12. pag. 92.
d cap. 21. § 4. pag. 364. col. 1
e codē cap. 21. § 1. pag. 354. col. 2.

747 *Expeditur relatio aduerſa.* At interpres iſte, vel interpretatur, vt voluit, ſeu vellet, vel ex defectu notitiæ Hiſpani ſermonis Doctor Hibernus rem totam innertit; decipitur quippè, nec leuiter in pluribus; primò; quia ait. *Alium adhuc producit Diſſertator teſtem Bergomenſi Priorem Polidorum,* &c. Et tamen M. Marquez nullibi dixit Polidorum eſſe priorem Bergomenſi, ſed tantùm. *Tan poco Polidoro Virgilio es inferior en tiempo à Filippo Bergomenſe.* Quod longè diuerſum eſt, vt patet. Aliud enim eſt, eſſe priorem, & aliud non eſſe inferiorem. Prioritas non admittit æqualitatem negatio inferioritatis equalitatem non excludit. Secundò quia ait, *quem ſi non ætate, vel tempore Seniorem, ſaltim æqualem conſtituit*; & tamen Marquez de ſola loquitur æqualitate tēporis, in quo vterq; iam notus orbi florebat, & neq; verbum habet de ætate. Aliud autem eſt eodem tempore florere, & eſſe eiuſdem ætatis. Homines enim longè diuerſarum ætatum eodem tēpore florent. Sed oportebat dixiſſe Marquez Bergomenſem, & Polidorum fuiſſe æquales ætate, vt in eo etiam vberiùs conuinci poſſet. Tertiò; quia ait; *Iacobus Gualterius Polidorum, &c. Paulusq; Iouius, &c. aliquantò anteriorem faciunt Bergomenſi:* Et tamen verba M. Marquez ab hoc ſenſu, quàm longiſſimè abſunt. Sic habet. *Genebrardo dize que viuian entrambos el año de 1494. y Paulo Iouio en el lugar alegado el P. Iacobo Gualterio dan eſta antiguedad* (nempè antiquitatem viuendi anno 1494. de hac enim antiquitate agebat, vt patet) *à Polidoro.* Ecce quàm fidē mereatur in relatione antiquiorū authorum qui tam mala fide relator, & interpres retulit teſtimoniū doctiſſimi noſtri tēporis Viri, vt dicere poſſimus aliqualiter cū Auguſtino [f]. *iam verò quòd etiam de Cirileſi Eccleſia dicere voluit, & Epiſcopos ibi Catholicos maledictis inſectatus eſt, quibus volùit; quid aliud egit niſi vt vituperando Sanctos etiam noſtrorum temporum viros, nobiſq; optimè cognitos, ſatis oſtenderet, quid etiam de ignotis, quibus ſimiliter maledicit, ſentire debeamus.* Non ergò eſt contrà M. Marq: quòd Polidorum ætate præceſſerit Bergomenſis; id Marquez non negat, id eruditè docet, & efficaciter probat ſapientiſſimus Vvagindus [g], licèt nonnulla intermiſceat minùs vera; Et ratio eſt clara. Quoniam Bergomenſis anno 1503. agebat annum ſexageſimum nonum, & anno 1486. edidit ſupplementem annos habens 52. Polidorus verò deduxit ſuam hiſtoriam, vſq; ad annum 1358. qui fuit trigeſimus

ſij, & in quib. aliter relatū teſtimonium oſtenditur.
f lib. de vnico baptiſmo cap. 16.
g nu. 12. pag. 53.

trigesimus annus Henrici VIII. Quinimò, & plures annos post annum 1538. superuixisse Polidorum ex eodem loco, nempè lib. 24. historiæ Anglicanæ in fine constare docet Vvadingus; quià ibidem loquitur Polidorus de Eduardo iam regnante post Henrici patris mortem, quæ incidit in finem Ianuarij anni 1547. sed & illud ipsum opus de Inuentoribus rerum adolescēs scripsit teste Paulo Iouio[a] post editum à Bergomensi supplementum. Nam hoc ait Vvadingus editum est anno 1490. Polidorus verò nouem post annis illud suum opusculum dedicauit Lodico Odaxio Patauino anno scilicet 1499. vt habetur in Epistola præliminari. *Traxit ergò errorem hunc*, addit Vvadingus, *vel à Bergomensi, vel probabiliùs à Sabellico, cuius verba multis in locis transcripsit.*

[a] in Elogijs Doctorū virorum pag. 213.

748 Dixi R. P. Vvadingum in hac probatione intermiscere nonnulla minùs vera. Primò, quià ait supplementum editum fuisse anno 1490. quasi tunc primū prodierit in lucem; & tamen anteà impressū fuerat an. 1486. Venetijs per Bernardinū de Benalijs Bergomensem die 15. Decēbris, vt habetur in Bibliotheca Collegij maioris Sancti Bartholomæi Salmaticēsis; & huius editionis etiam meminit expressè Antonius Posseuinus.[b] Secundò quià docet probabiliùs esse quòd Polidorus traxerit opinionem, quam ipse errādo vocat errorē, à Sabellico. Quod Vvadingus hausit ex Marquez. Sed in eo vterque lapsus est. Polidorus enim scripsit librum de Inuentoribus rerum, quem & nos vidimus, an. 1499. vt constat ex epistola dedicatoria ad Ludouicum Odaxium, Sabellicus verò tomum secundum Aeneadū, in quo solo egit de monachatu Augustiniano Sancti Francisci, edidit an. 1504. mense Ianuario; vt probauimus manifestè in responsione ad numerum præcedentem. Tantùm ergò abest, vt probabiliùs sit Polidorum id traxisse à Sabellico, quod neq; probabilitatē habet, cùm Polidorus scripserit tantò antè Sabellicum. Quinimò vel certum, vel probabilissimum est Sabellicum id accepisse à Polidoro, qui quatuor, aut quinq; annis anteà rem ipsam tradiderat. Vndè crederem ego Sabellicum, cum dixit, *vt quidam scribunt*, respexisse etiam ad Polidorum, qui eisdem ferè verbis eamdem de Sancto Francisco historiam enarrauerat.

Nonnulla minus vera in probatione adversarij immiscenti ostēditur.

[b] tō. 2. apparatus sacri pa. 279. litera P. verbo *Philippus Forestus Bergomensis.*

749 Constat igitur ex dictis Ordo anterioritatis, & posterioritatis in scribendo inter Bergomensem, Polidorum, & Sabellicum. Bergomensis enim edidit supplementum an. 1486. Polidorus librum de Inuentoribus rerum an. 1499. Sabellicus tomum 2. Aeneadum ann. 1504. Vndè Sabellicus Monachatum Augustinianū Sancti Francisc trahere potuit à Polidoro, & Bergomensi. Polidorus autem à Sabellico nullatenùs trahere potuit, à Bergomēsi potuit, imò & ab Ambrosio Coriolano, qui antè editionem supplementi rem hanc ex Iordano tradiderat.

Ordo in scribendo inter Bergomēsem Polidorū, & Sabellicum.

750 Constat etiam Polidorum, licèt quodammodò tempore æqualem, ætate fuisse non parùm inferiorem Bergomensi, quandoquidem Polidorus an. 1499. Iuuenis erat, Bergomensis verò sexaginta quinq; annos ætatis agebat, cùm an. 1486 haberet quinquaginta duos, & an. 1503. haberet sexaginta nouem annos. Polidorum autem an. 1499. fuisse iuuenem traditur à Paulo Iouio vbi suprà, & præterea conijci potest ex eo quòd non solùm viuebat an. 1547. verùm, & an. 1554. vt constat ex Elogio Historiæ Anglicanæ, quod in principio eius operis editi Basileæ apud Thomam Guarinum an. 1570. sic habet. *Voluit eam ipsam historiam* (*Anglicanam scil. et, quam Londini mense Augusto an. 1533. Henrico Regi VIII. dicarat.*) *repurgare, polire, locupletare, id, quod biennio post, hoc est an. 1536. primum, deinde etiam 1554. auctiorem fecit.*

Polidorus ætate Bergomensi posterior.

751 Nihilominùs quomodocumq; sit testimonium Polidori, siuè Bergomensem viderit, vt credibile est; siuè non, non par ui faciendū est. Vir enim in historia omnium iudicio doctissimus rem ipsam absolutè tradidit; quòd non faceret, nisi veram iudicaret. Iudicia autem hominum peritorum in arte attestantium veritatē aliquam, non leuiter eam confirmat, præcipuè cùm ipsi teneantur ex proprio munere imposturas detegere, & non nisi veritatis aquas Orbi propinare. Licèt ergò Polidorus in scribendo etiam fuerit posterior Bergomensi in tradendo monachatum Augustinianum Sancti Francisci, sicut & Sabellicus posterior fuit Bergomensi, & Polidoro; adhuc authoritas Sabellici, & Polidori insignium historicorum rei saltem probabilitatem ostendit. Præsertim quià nemo credet, imò nec prudenter suspicabitur Viros in historia doctissimos sic oscitanter scripturos; vt rem nouam, & anteà inauditam,

Non parui faciēdū testimonium Polidori.

& improbabilem, vt aduersarij volunt, facilè, & temerè crederent sibi,& traderent alijs.

AD NVMERVM VI.

Conuincitur, Bergomensem non fuisse primum authorem Monachatus Augustiniani S. Francisci.

752 Conclusio aduersarij.

COncludis ex dictis. *iam ergò totius rei Origo deflectit ad Bergomensem.* Et vndè probas. Primò quia testimonia BB. Fr. Henrici de Hurimaria, & Iordani de Saxonia Figmentum, & imposturam esse; Polidori verò,& Sabellici recentiora narratione Bergomensis ostēdisti. Secundò quia Ludouicus Prutenus in Trilogio Animæ edito Norimbergæ an. 1498.& Marianus Florētinus Bergomensi Sinchronos, vel qui author est appendicis ad librum 1. Chronicorum à Mariano scriptorum antè centum,& plures annos,cū primum huius rei assertorem,atq; Inuētorem faciunt. *Vndè autem Bergomensis rem hanc post integra tria sæcula eruerit, in prædicto appendice Mariani narratur candidè* (sic ait) *& sine fuco.* ibi quippè refert author appēdicis se audiuisse à Fr. Hieronymo Bataglia de Mediolano in loco suo montis Luccensis apud Pistorium se habuisse à Fr. Bernardino de Feltro, quòd ipse Mātuę prædicans in solemnitate Sancti Bonauenturæ retulit quomodò in Concilio Lugdunensi tempore Gregorij Decimi celebrati, præfatus Sanctus Cardinalis formam habitus fratrum minorum dederat fratribus Eremitanis Sancti Augustini, adhuc non concordantibus ad inuicem de forma,& qualitate habitus. Adijt hominem Sanctum Fr. Iacobus Bergomēsis, qui sermonem audierat, petijtque, vt vel authenticè ostenderetur qualiter Sanctus Bonauentura dederit formam habitus Eremitis Sancti Augustini, qui fuerant tot sæculis antè Ordinē Minorum, vel nouiter assertum in pulpito retractaret. Beato autem Fr. Bernardino respondente se id per Bullas authenticè demonstrare non posse, tamen in scripturis Ordinis, & in laudibus Sancti Bonauenturæ illud inuenisse, nunquamq; veritatem se retractaturū esse.& sicut prædicauerat, ità fuisse. *Respondit ad hæc verba* (ait appendix) *Fr. Iacobus; ex quo hoc retractare non vultis, & mendacium vobis licet prædicare, & mihi mendacium licebit scribere. Et ità à Beato Patre indignatus recedens finxit in sua præallegata Chronica quod supradictū est de B. P. N. Francisco. Ecce quasò.* (ait P. Vuadingus) *ex fideli, & coæuo narratore totius rei præclaram Originem.*

Vt huius confusionis tenebras veritatis splendore fugemus; suppono primò quod Philippus Bergomensis natus ann. 1434.& indutus habitum Religionis Augustinianæ an. 1452. (vt ipse testis est supplemento editionis Venetæ an. 1486. fol. 280. vel an. 1451. vt habet in supplemento supplementi.) supplemento Chronicorum libris iātùm 15. digesto tertio terminum posuit, & illud edidit ann. 1486. En eius verba in fine libri decemiquinti. *Deo auxiliante, & fauente supplementi Chronicorum iam tertio terminum ponam,* & infrà. *Perfectum autem, & denuò castigatum, atque auctum per me opus fuit idibus Octobris anno à natali Christiano M. CCCC. LXXXVI. in Ciuitate nostra Bergomi, mihi verò à natiuitate quinquagesimo secundo. Impressum fuit Venetijs per Bernardinum de Benalijs Bergomensem eodem anno, videlicet* 1486. *die* 15. *Decēbris;* & hinc corriges P. Vvadingum, quatenùs in hoc §. num. 10. pag. 90. innuit primam editionem Bergomensis prodijsse an. 1490. Cæterum posteà, cùm vidisset opus suum castigatione indigere, supplementum supplementi in decem, & sex libros diuisum, vsq; ad an. 1502. deductū euulgauit an. 1504. (vt ait P. Vvadingus paulò antè citatus. Crederem tamen esse errorem impressoris, & debere dicere saltem 1503. quià immediatè antè asseruerat laborem hunc Bergomensis cōtigisse an. 1503.& ætatis suæ 69.& non potuit an. 1502. edi in lucem id, quod anno 1503 scriptum est. Addo. Euidens hoc est ex ipso Bergomensi in eodem supplemento supplementi fol. 449. ibi. *Iterato perfectum ho opus, imò castigatius repercussū per me fuit 9. Kal. Aprilis anno à Natali Christiano tertio supra millessimum quingentesimū in Conu. nostro S. Augustini Bergomi, mihi verò à natiuitate 69.*) die 4. Maij Venetijs opere,& impensis Georgij de Rusconibus, Eo quidē die,& ab eodem Georgio opus fuit prælo datum; sed non an. 1502. sed potiùs 1506. vt habetur in fine ipsius libri, in quo etiam extat epistola Bergomensis ad Aloisium Tassyni Episcopum Tarentinum data 9. Kal. Aprilis an. 1505 Postmodum hoc opus in latinam linguā conuertit M. Franciscus C. Florentinus. Non tamen est omninò mera translatio,

753 Pro veritatis manifestatione suppositio prima.

Philippus Bergomensis natus in ann. 1434. induit habitum Eremitarum an. 1452. edidit supplementū Chronicorū an. 1486. supplemētū supplementi an. 1503.

a numero 10. pag. 91.

vt volebat P. Vvadingus [a] quandoquidē vel ipſemet teſte, *ſæpè ibidem addit frequenter interpres, vel mutat voculam, imò, & aliquando rei ſeriem in translatione, ſed vt plurimùm non ſinè errore.* Hæc autem non ſunt munera meri translatoris. Adde lib. 9. anno 398. vt & citat Marquez [b], ſic ait. *Dicono alcuni, che S. Franceſco fù da queſto Ordine.* Quòd non dixerat Bergomenſis neq; in ſupplemento, neq; in ſupplemento ſupplementi.

b cap. 11. §. 4 pag. 363.

754 Suppoſitio ſecunda. Ambroſius Coriolanus ſcripſit Apologiam ann. 1477.

754 Suppono ſecundò P. M. Fr. Ambroſium Coriolanum Auguſtiniani ordinis Generalem prælo tradidiſſe Apologiam pro ordine Eremitico dicatam Sixto IV. qui electus fuit 5. idus Auguſti an. 1471. & obijt idibus Auguſti anno 1484. vidimus illam in Bibliotheca Conuentus noſtri Cæſarauguſtani, & habemus modò ex Bibliotheca antiqui noſtri Conuentus Burgenſis. Eſt impreſſa Romæ, cū alijs tractatulis eiuſdem authoris à M. Georgio Herola de Bamberga, *diuo Sixto IV. Pont. Max. ſedente anno 9. ſui Pontificatus, die 8. Decembris anno* 1481. vnde in libro regiſtri ſui generalatus, ferè in omni prouincia, vt v. g. in prouincia Franciæ fol. 75. pag. 2. Peruſiæ 27. Maij, anno 1482. ſic habet. *Item precepimus prouinciali, vt capiat ſummam librorum Commentariorum, & Defenſorij ordinis*, illam autem primò ſcripſerat anno 1477. vt conſtat ex veritate 1. cap. 3. §. *vndecimo patet*; vbi loquēs de ſimulacro Sancti Auguſtini in Tēplo Sancti Marci Venetiarum anno 1084. collocato, ſic inquit. *Quod ſimulacrum ſunt trecenti nonaginta tres anni quod fuit erectum*; & anni 393. additi ſuprà annos 1084. efficiunt annos 1477. fuit autem Ambroſius Colorianus, vt Trithemius aſſerens illum claruiſſe anno 1470. ait [c]. *Vir in diuinis Scripturis eruditus, & ſcientia litterarum ſæcularium inſignis, excellens ingenio, & eloquio diſertus, doctus, & eloquens.* Verùm homo doctiſſimus (vt quidem aiunt) infœlicem exitum habuit; & quæ cauſa ruinę? Audi Onuphrium [d]. *Magiſtrum ordinis Auguſtiniani Ambroſium Coranū ob veteres ſimultates in carcerem coniecit.* Clariùs rem enarrat Ciaconius Dominicanus [e]. *Anno eodem* (inquit) 1485. *Innocentius VIII. ob veteres ſimultates Fr. Ambroſiū Coranum Vicarium* (Prior erat, non Vicarius) *Generalem ordinis Eremitarum S. Auguſtini carcerauit intrà arcem S. Angeli, quòd dixiſſe ferebatur Innocentium VIII. in tenebris fuiſſe natum, & in tenebris viuere, & in tenebris moriturum.*

c in lib. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis fol. 151.

d in additionibus ad Platinā pag. 316. in Innocentio VIII.

e De vitis, & geſtis Pontificū pag. 993. in Innocentio VIII.

755 Verùm has tenebras nouis, & craſſioribus tenebris obſcurauit Reu. P. Bzouius [f], vbi cùm retuliſſet controuerſiam ortam inter Canonicos, & Eremitas Auguſtinianos, & Bullam Sixti IV. datam 5. idus Martij, vel Maij anno 13. ſui Pontificatus; atq; adeò Chriſti 1484. in qua prohibebat ea diſſidia in ordine D. Auguſtini, ſic ſubdit. *Poſthoc pontificium decretum promulgatum edidit nihilominùs Ambroſius Coriolanus Eremitarum the generalis contra Canonicos Regulares librum, quem titulo Apologia, ſeu defenſorij ſui ordinis prænotauit, illumq; Sixto IV. Pontifici nuncupauit. Sed Canonici Regulares Lateranēſes apud eumdem Summum Pontificem interpellantibus, & multa non ſolùm falſa, ſed & probroſa, & contumelioſa contra illorum congregationem in eo libro contenta obijcientibus; cùm Pontifex librum Coriolani tribus S. R. E. Cardinalibus examinandum commiſiſſet, ex eorumdem relatione igni illum adiudicauit; & idem decreuit Innocentius VIII. Sixti ſucceſſor, qui eumdē Coriolanum à iurgijs, & contumelijs, nec dum abſtinētem carceri mancipauit.* & vnde hæc omnia tam infallibiliter nouit Bzouius? *ita*, inquit; *Celſus Maphæus Veronēſis, qui tunc eam cauſam apud Sedem Apoſtolicam pro ſuis Canonicis agebat, in libro, quo eiuſdem Coriolani oppoſitionibus reſpondit Corollario 4. in fine; & Auguſtinus Ticinenſis in libello eadem de cauſa tunc edito, cuius titulus eſt, Clypeus veritatis.* Hæc ille. Dubius quidem ſum an Maphæus, & Auguſtinus, ita retulerint; ſed ſi ita eſt, clypeum veritatis veritate tranſuerberabimus, & P. Bzouij inſignem candorem admirabimur. In primis enim, decretum Sixti IV. promulgatum fuit anno 1484. & Apologia Coriolani fuit ſcripta ann. 1477. & Romæ impreſſa ann. 1481. vt paulò antè oſtendimus. Quomodò ergo verū erit, quòd Coriolanus edidit Apologiam poſt decretum, quod fuit promulgatum anno 1484? Deindè quis credat librum igni adiudicatū à Pontifice, cuius damnatio in nullo indice expurgatorio continetur; & cuius plura traſſumpta à pijſſimis, & doctiſſimis hominibus in plurib. bibliothecis abſq; omni prorſus ſcrupulo cuſtodiuntur? Candorem verò grauiſſimi patris admiror, qui vnico hauſtu eas aquas potauit, quas turbidas eſſe, vel deprehendere, vel ſaltem ſuſpicari potuiſſet; quia ex fontibus ipſorum aduerſariorum hauriebantur; nempe ex Celſo, &

f tom. 18. ſuorum Annaliū. an. 1484. n. 4.

Augustino Coriolani oppugnatoribus.

756 Addo duo. Primum est. Ambrosius Coriolanus; vel, vt proprius loquar, Ambrosius de Massarijs de Chora, siuè in carcere, siuè extra carcerem obierit, decessit mense Maio anno 1485. ex infirmitate naturali. Sic enim habetur in registro M. Siluestri de Balneoregio, Vicarij generalis fol. 6. pag. 1. die 22. Maij an. 1485. ibi à *Reuerendissimo P. olim generale M. Ambrosio de Chora.* & die 15. Iunij. ibi. *Paulò ante eius infirmitatē, & mortē*, & rursus. *Paulo ante Obitū Reuerēdiss. P. Generalis & eius infirmitatem.* Secundum est. si fortè aliquandiù eius libri fuerunt prohibiti, seu suspensi, falsum tamen est, eam suspensionem durasse. in Registro enim Anselmi de Montefalcone generalis fol. 40. pag. 2. mense Maio, an. 1486. præcipitur M. Iacobo Puiasola, prouinciali Aragoniæ, *vt compleret distribuere libros generalis præteriti.* & fol. 265. pa. 2. Romæ 26. Aprilis 1404. sic habetur. *Item mandamus in eisdem literis pro capitulo [congregatis. vt distinctè informēt nos de libris ordinis editis. à M. Ambrosio prædecessore nostro; & si supersint pecuniæ, transmittātur ad nos; & si supersint libri, dispensentur in foro, & pretio, quod instituetur per diffinitiones capituli.* Quam ergo fidem merentur, qui absq; sufficiēti fundamento audent affirmare Apologiam Coriolani à Sixto IV. & Innocētio VIII. fuisse igni adiudicatam? Benè quidem, libri iam incēdio consumpti distribuuntur in Prouincia Aragoniæ, & in Prouincia Tholosana dispensantur in foro; & hoc ex præcepto Sanctissimi generalis Anselmi Mōtisfalconij, qui Pontificio decreto nullatenùs repugnasset.

757 His suppositis, duo arbitror esse verissima. Primum est; Bergomensis non fuit primus assertor monachatus Augustiniani Sancti Francisci. Secundum est. Neq; fuit inuentor illius. Probemus singula, & primum ostendo primò; quia historiam hanc siuè priores docuerunt BB. FF. Henricus de Vrimaria, & Iordanus de Saxonia, vt in responsione ad numerum primum, & secundū huius Paraphi demonstrauimus. Secundò, quia etiam antè Bergomensem Ambrosius Coriolanus[a], non benè citat Marquez. cap. 21. §. 1. pag. 358. ex veritate 2. argumento octauo in contrarium adducto §. *quantùm ad primū;* versiculo *secundū dictum eiusdem priuilegij.*) Sancti Francisci monachatum tradidit in hæc verba. *Secunda causa fuit; quia vt dicit Iordanus* (scilicet de Saxonia, in sua Apologia) *talem formam accepit B. Franciscus in quodam nostro Eremitorio apud Saxetum propè Lauernas, vbi Sāctus Franciscus fecit pœnitentiam, nec voluit discrepare à nobis, nisi in Cingulo.* Ex quo sic conuinco intentum: Coriolanus edidit opus suum anno 1481. & illud scripserat anno 1477. & cōfirmat hoc assertum ex testimonio Iordani longè antiquioris Coriolano; Bergomensis autem anno 1486. primò dedit in lucem suum supplementum Chronicorum. Non ergò totius rei origo deflectit ad Bergomensē, quandò antè illum id docuit author antiquior in scribendo quinq; aut nouem annis, & confirmauit testimonio alterius longè antiquioris:

Prima Assertio.
Bergomensis non fuit primus assertor Augustiniani monachatus S. Francisci.
Probatur primò.
Secundò.
a in Apol. ad Sixtum IV. Franciscanū veritate 2. in responsione ad 9. argumentum.

758 Omitto, quòd Sampson Hains Guilielmita, quantumuis nobis aduersus b sic habet. *Et D. Franciscum Assisiatem Minoritani instituti authorem, cū Augustinianis aliquando vixisse, imò & ab Ioanne Bono habitum suscepisse, atq; eo Antistite sacra vota iurasse, in Chronica Martiniana testatū habeo.* Omitto itaq; hoc testimonium, quia non noui, quod sit hoc Chronicum, & quàm antiquum.

Confirmatur.
b lib. de veritate vitæ, & ordinis D. Guillelmi pag. 21.

759 Sed quid mirum, quòd doctissimus Vvadingus primum assertorem esse voluit Bergomensem, quandoquidem nullum inuenit illo priorem reiectis Henrico, & Iordano, quorum testimonia vult per imposturam adiecta? *At incidit in vnum* (vtamur verbis, quibus ipse Vvadingus[c] vrget Marquez; *& quantùm me iuis verbis adiuues,* vt aīt Augustinus lib. 2. cōtrà Cresconium cap. 24. *paululū attende.*) *cuius vestigium terere posset, & ex eo deuenire in cognitionem, & indagationem* prioritatis, & posterioritatis tradēdi monachatum Augustinianum Sancti Francisci. *Porrò is est.* Ambrosius Coriolanus loco allegato. Neq; quidem negare poterit hunc se vidisse; etenim Coriolanum ex eodem loco citato à M. Marquez, vbi suprà, allegat Vvadingus[d]; dum eum enumerat inter authores huius Monachatus, qui inter se non cohærent, vt ipse contendit, de loco initi tirocinij, aut suscepti instituti.

c §. 2. num. 18 pag. 2.
d §. 2. num. 10 pag. 34.

760 Secundum assertum, nempè Bergomensem non fuisse inuentorem prædicti Monachatus, constat ex primo. Si enim non fuit primus assertor, neq; potuit esse inuentor. Inuentor enim est, qui primò aliquid tradit, præcipuè ca speciali ratione,

Secunda assertio.
Bergomensis non fuit inuentor monachatus Augustiniani S. Francisci.

Probatur primò. ne, quandò illud per mendacium, & impoſituram tradit. In quo ſenſu Hiſpanicè dicimus, *Es inuencion; el lo a inuentado;* & hunc ſenſum, ni me fallo, intendit Apologeticus. *Probatur ſecundò coniecturis.* Cœterum vltrà etiam veritatem hanc ſuademus non leuibus coniecturis. *Prima.* Prima eſt; quià nephas eſt ſinè ingenti fundamēto (quale in præſenti non eſſe in reſponſione ad oppoſita demonſtrauimus) cenſere, aut ſuſpicari hominem religioſum, & qui ab omnibus ſinè bile, & ſtomacho loquentibus ſemper optimè audijt, pernicioſo mendacio, & diſcordiæ ſeminatiuo ſuam hiſtoriam turpiter, & temerè infeciſſe. Porrò Bergomenſem ſemper ab omnibus benè audijſſe conſtat ex ijs omnibus (quos viderim) qui vel ſcriptorum Cathalogos, vel tēporū Chronologias edidere. Vnicum tamen, idq; recentiſſimum referam teſtimonium, nempè Pauli Bolduani Stolpenſis (quicunq; ille ſit a) quod ſic ſe habet. *Iacobi Philippi Bergomenſis Chronicon libris 16. ab initio mundi vſq; ad annum Chriſti 1503. deductum, cui addita eſt acceſſio breuis ad annum 1535. lectu vtiliſſimum, & iucundiſſimum eſt. Vniuerſam enim Eccleſiæ Dei, & Imperiorum hiſtoriam, & Vrbium præcipuarum in tota ferè Europa origines, & res geſtas, & omnium illuſtrium virorū Principum, Doctorum, Artificum, Sanctorum, Martyrum, & aliorum vitam breuiter, & neruosè expoſitam notatis ſimul, & accuratè diſtinctis temporibus, & annorum ſerie obſeruata complectitur. Pariſijs.*

a in Bibliothecah historica impreſſa Lipſiæ à Friderico Lanckiſio an. 1620. pag. 61.

761 *Secunda.* Secunda Coniectura ſit ex proteſtatione eiuſdem Bergomenſis, & candida Confeſſione: Sic enim habet in fine libri 15. fol. vltimo Impreſſionis Venetæ anni 1486. *Quod iam me ſemel, & bis, & ter promiſi cum omni diligentia, & veritate facturum. Quo in loco & nunc, & ſemper nixus fui ſinè errore conſcribere ſucceſſiones Regum, & Principum omnium, & actus eorum, ac Virorum in diſciplinis excellentium, & Religionum Origines nec non & Pontificum omnium procurſus ſicut ex libr. hiſt. deſcriptione conijcietur.* Deindè, in Epiſtola præliminari ad Antoniotum Parauicinum Sanctæ Praxedis Præsbyterum Cardinalem, quæ in ſupplemento ſupplementi edito an. 1503. & ætatis ſuæ 69. circumfertur, ſic habet. *Cùm ſupplementum Chronicarum mearum iamdudū à me multis laboribus, multiſq; vigilijs elucubratum in Chriſto Reuerendiſsime, ac Sapientiſsime Pater, & Domine, ſæpè, ac ſæpiùs quadam incredibili voluptate, & animi ſuauitate perlegerem, didici in eo plura ferè mendoſa, pluriaq; tam antiqua, quàm noua memoratu digniſſima deeſſe. Quamobrem haud parùm ſubtriſti... Verùm tandem cùm me ipſum collegiſſem, & rem mente diligentiùs voluraſſem, demùm animo incenſus tota vetuſtatis, ac meæ tremulæ manus parumper oblitus de ipſo nouam facere repercuſsionem conſtitui, &c.* Et in fine eiuſdem ſupplemēti ſupplementi prælo traditi an. 1506. in Epiſtola ad Aloyſium Taſſum Bergomenſem Epiſcopum Tarentinum religioſus ſenex in hæc verba prorupit. *Fateor quidem, atq; Deum meum teſtor, me non falſa pro veris poſuiſſe, cùm nihil tam contrarium ſit hiſtoriæ quàm mendacium.* Hæc Bergomenſis; qui in hac poſtrema editione, vt & notauit Gabriel Pennotus b correxit lib 14. quæ lib. 9. dixerat de Ordine Canonicorum regularium, ſic inquiens. *Verùm quid de Ordine Canonicorum ſuprà lib. 9. aliqua diximus, poſt quorum impreſſionem ad notitiam noſtram noua quædam peruenerunt authenticis approbata ſcriptis; nō abs re pauca hæc, quæ ſequuntur, pro clariori veritate ſubuectimus. Canonicorum autem Ordo regularium D. Auguſtini, à quibus præfata Congregatio Lateranenſis continuauit, ab ipſo P. Auguſtino regularem ſumpſit Inſtitutionem, &c.* Quis ergò ſibi perſuadeat hominem pium, Veritatis auidum, qui tam candidè fateatur, ſe in ſupplemento ſuo plurima reperiſſe mendoſa, quiq; in ſua repercuſſione ſupplementi emendauit, quæ dixerat de Canonicorum Regularium Ordine, ea expreſsè recantans, non correcturum, vel omiſſurum in ſupplemento ſupplementi ea, quæ de Sancto Franciſco dixerat, ſi fraudolenter illa in ſupplemento impoſuiſſet? Præcipuè, cū in eo opere ſua opuſcula repercuſſerit, vt mendoſa quæq; corrigeret, ætate iam ferè decrepita, homo moribundus, redditurus breui rationem æquiſſimo, & ſeueriſſimo Iudici vel de omni verbo otioſo? Quis credat tunc temporis non emēdaturum eam narrationem, vel omiſſurum ſaltem, ſi ſciret eſſe figmētum, cùm ex ea ſequi aliquo modo aliorum offenſionem, & ſcandalum non ignoraret? egò ſanè non credam. Potiùs admittam Bergomēſem pro humana fragilitate deceptū, quàm pro fallaci malitia eſſe mentitum. Deceptio quippè eſt humanæ mētis damnatæ pro crimine infirmitas; mēdacium verò liberæ malignitas voluntatis; quam de tali, & tanto viro tam ſinè fundamento, non ſolùm temerè credere

b in ſua hiſtoria tripartita lib. 2. cap. 5. pag. 242.

verùm

verùm, & inaniter suspicari nephas est; cùm ex eo, quòd in hac re ex industria mentitus fuerit, eius omninò fides eleuetur, concidat, pereat. *Si enim ibi mentitus est*, vt de Bergomensi dicam, quòd Augustinus de Paulo in quadam Epistola ad Hieronymum, *vbi verum dixit? An ibi verum dixisse videbitur vbi hoc dixerit, quod lector sapit? Cùm verò contra sensum lectoris aliquid occurrerit, officioso mendacio deputabitur?* Ad primum, quod in oppositum adducitur, respondeo duo. Primum est. Testimonia BB. FF. Henrici, & Iordani perperam in suspicionem adduci, aut falsitatis notari persuasimus, suprà in responsione ad numerum primũ, & secundum huius Parraphi quinti, quidquid in oppositum se ostendisse credat Vvadingus; vt cum Augustino[a] dicere possim; *Ego potiùs non te ostendisse, quàm te ostendisse, dicis, ostendi.* Tertium est. Nos etiam, & clariùs probauimus testimonia Polidori, & Sabellici esse posteriora narratione Bergomensis. Tamen indè non sequitur Bergomensem esse primum assertorem, & inuentorem; antè illum enim id asseruerunt Henricus, Iordanus, & Coriolanus in Apologia scripta anno 1477. & edita anno 1481.

Soluitur primum.

a lib. 1. operis imperfecti contra Iulianum cap. 49.

762 Circà secundum, quod desumitur ex narratione Appendicis Mariani Florentini, & ex Ludouico Pruteno, noto plura. Primum est. Noui quidem ex Antonio Posseuino[b] Ludouicum Prutenum dictum de Prussia Ordinis Minorum edidisse Trilogium Animæ, Opus videlicet Tripartitum, de Animæ potentijs, passionibus, & habitibus, Nerimbergæ apud Antonium Rebergerum an. 1498. quibus autem verbis author iste notauerit Bergomensem fuisse prædicti Monachatus primum Assertorem, & Inuentorem nõ exprimitur à R. P. Vvadingo. Credo autẽ quòd sapiens quisq; iudicabit id non omittendum, vt saltem duorum testium, quamuis eiusdẽ Ordinis Seraphici, verbis concordibus testimonium Bergomẽsis posset argui falsitatis. Vndè cum id sit omissum, forsan licebit suspicari maiùs misterium esse in omissione Vvadingi, quàm in testificatione Pruteni. Ita olim scripseramus, cùm Pruteni librum nondum vidissemus. Inuenimus cum hoc anno 1630. die 5. Decembris Romę in Bibliotheca Vallicelana congregationis Oratorij. Edidit Pruteni Trilogium Fr. Nicolaus Glasberg de Morauia Epistola præfixa ad F. Paulinum de Lõberg Prouincialem Prouinciæ Bohemiæ de obseruantia Ordinis S. Francisci, data Nurembergæ die 20. Februarij anno 1498. vbi ait prædictum Ludouicũ fuisse Prutenum, de bona familia, & magistrum Coloniensem. Curauit autẽ opus illud imprimi Nicolaus ad instantiã præfati Paulini datis literis in loco S. Bernardini extra Brunam ann. 1496. in festo S. Scholasticæ Virginis, in quibus testatur dictum Ludouicum Prutenum laborasse, & laborare non cessare. In hoc ergo opere parte 3. cap. 6. qui est de prudẽtia, litera H. ex professo disputat contra Bergomensem, an B. Franciscus fuerit ordinis Eremitarũ S. Augustini, sub B. Ioanne Bono; ibi autem nullatenis ausus est dicere rem eam primo inuentam à Bergomensi. In capite enim; quod erat de Prudentia, imprudenter contra ipsum titulum loqueretur, si de viro religiosissimo, tam ingentem imposturam, sinè vllo fundamento diuulgaret. Imò cùm sermo incidisset de chirographo viso Mantuæ, licèt illud dicat esse fictitium, & incredibile; vir tamen modestus, & prudens, potiùs credidit Bergomensem, ex relatu aliorum deceptum; quàm ex propria peruersitate decepisse; vt ostendemus in responsione ad Numerum 8. huius parraphi, esse misterium procurati silentij. Dixerat R. P. Vvadingus Ludouicum Prutenum facere Bergomensem primum huius monachatus assertorem, & inuentorem; nihil tamen tale habet Prutenus; quid mirũ, quòd non exprimatur quibus verbis Prutenus rem istam tradiderit?

Pro solutione secundi noto quàm plura. Primum.

b tomo 2. Apparatus sacri pag. 48.

Secundum est. Non rectè computauit P. Vvadingus annos, dum ait Bergomensem edidisse rem hanc, *post trina integra secula*; Diuus enim Franciscus anno 1207. primò Conuersus est, & Bergomensis edidit in lucem supplementum Chronicorum anno 1486. Ab anno autem 1207. vsq; ad annum 1486. tantùm intercedunt anni 279. non ergo post tria integra sæcula, si quidem ad integritatem trium sæculorum desiderantur anni viginti, & vnus. 763

Secundum.

Tertium est. Miror, quòd narratio Appendicis Mariani Florentini videatur R. P. Vvadingo candida, & sinè fuco, quę in re tam graui singulariter imponit Bergomensi simile finxisse mendacium in vindictam animi indignantis, cui potest 764

Tertium.

test videri candida? sine fuco quidem, etiam mihi videtur, quià clara, & aperta sinè ambagibus, aut scrupulis; Candida tamen, nequaquam. Quis enim candor esse potest in simili relatione.

765 Quartum.

Quartum est. Quis credat incerto, & innominato authori indignanter loquẽti ex relatione Fr. Hieronymi de Bataglia hominis prorsus incogniti, qui id narrauerat ex relatione B. Fr. Bernardini de Feltro (*Sanè si laudanti amico credendum non est* repetam cum Augustino[a] *nec inimico detrahenti*.) Relatio hæc omninò suspecta tum quià maledica; & in vindictam eius, quod pro offensa reputabatur, excogitata; ait enim, *cùm sibi fratres conquererentur de hoc*, &c. tum etiam, quià nullum certum habet authorem. Authór enim est, vt ipse Vvadingus refert.[b] *Marianus Florentinus, vel qui author est appendicis ad librum 1. Chronicorum à Mariano scriptorum.* Quis autem credat narrationi, *quæ nec suum refert authorem.* (vt probatione P. Vuadingi vtamur[c] *nec veritati, nec fidei congruit historia.* vndè 15. distinctione cap. *Sancta Romana*, de gestis Martyrum sic habetur. *Sed ideò secundum authoritatem antiquam, vel consuetudinem singulari cautela in Sancta Romana Ecclesia non leguntur; quià eorum, qui scripsere, nomina penitùs ignorantur; & ab Infidelibus, aut idiotis superflua, aut minùs apta, quàm rei Ordo fuerit, scripta esse putantur.* Addè, nũquid author dubius, & incertus meretur maiorẽ fidẽ dũ viro religioso, & historico celebri imponit fuisse turpiter, & maliciosè mẽtitũ, quã ille, qui toto Orbi notus, sub proprio nomine refert visum aliquando Chirographũ in Conuentu Mãtuano professionis Beati Frãcisci in manibus Beati Ioannis Boni sub regula Sãcti Augustini? Quis nisi valdè in alteram partem sit affectus, ità desipiat? Planè nemo, & hinc est, quòd prædictæ appendicis commentum à nullo authore referatur, neq; à Seraphicæ familiæ alumnis, etiam neq; ab ipso Ludouico Pruteno, qui eam rem contra Bergomensem satis acriter, & prolixè exagitauit circa an. 1498. quando sententia Bergomensis in Seraphico ordine non benè audiebat indignatione recenti; cumq; relatio B. Bernardini de Feltro notior, & vulgatior esse debebat; at relatio Bergomẽsis; plurimis authorib. etiã ex Seraph. Sobole placuerit. Tantùm est inter Commentũ, & Veritatẽ discrimen. Vndè diceret quis posset in authorẽ appẽdicis, quod Augustinus, *quid nequitiæ, si hoc ipse finxisti? quid stolidiùs, si fingentibus credidisti?*

a lib 3. contra Petilian. cap. 10.

b nu. 13. pag. 94.

c nu. 15. pag. 96.

Aduersus Iulianum lib 1.

operis imperfecti nu. 41.

766 Quintum.

Quintum est, Minùs benè ait P. Vvadingus narrationem Appendicis esse ex fideli, & coæuo narratore. Ipse enim loco suprà allegato ignorauit, quis esset author appendicis, cùm dixit *Marianus Florentinus Bergomensi Sint brobos, vel qui author est appendicis*, &c. Non ergò certò nouerat pag. 94. quis esset author appendicis. Quomodò ergò pag 95. tam citò inuenire potuit quis esset & testem fuisse fidelem, & coæuum narratorem? Sanè fidelissimus testis, qui nomen suũ sic suppressit, vt operis author nesciatur. Sanè coæuus, de quo quis fuerit, & quo tempore vixerit, ignoratur. Numquid nõ potuit B. Fr. Bernardinus casum referre F. Hieronymo Bataglia anno 1490. & Fr. Hieronymus authori appendicis anno 1540. Verùm quidem est, quòd coæuitas eius authoris nosci posset ex antiquitate editionis huius appendicis. Tamen, ni fallor hæc editio coæua non est, cùm adhuc hoc opus non fuerit prælo mandatum. Sed neq; ex alio capite fortè colligitur antiquitas authoris huius appendicis. Qui enim tam notanter aduertit Trilogium Animæ à Ludouico Pruteno editum anno 1498. nõ omitteret appendicem editam fuisse, vel scriptam hoc, vel illo anno si illi constaret, & recentior non esset editio, aut compositio.

767 Sextum. Non potuit D. Bonauẽtura formã habitus Minoritici dare Eremitis S. Augustini.

Sextum est. Potuit S. Bonauentura discordantes adhuc fortè Augustinianos de forma, & qualitate habitus in Concilio Lugdunensi ex commissione Pontificis in concordiam reuocare, statuendo vt in ea, qua tunc vtebantur, & nũc vtũtur, forma perseuerarent. Tamen, quod formam habitus Fratrum Minorum dederit Fratribus Eremitanis Sancti Augustini, omni caret specie probabilitatis; primò; quià à tempore Gregorij IX. Innocentij, & Alexandri IV. vt constat ex pluribus Bullis, quas ipse P. Vvadingus adducit, præcipuè §. 4. Augustiniani Eremitæ vtuntur diuersa forma habitus, atquè Minoritæ, quæ vsq; in hæc tẽpora durat. Secundò, quià si forma habitus Minoritici tunc nobis fuit à D. Bonauentura concessa, cùm modò sit diuersa, oporteret assignare, quandò fuerit cõmutata. Tertiò, quià nullus est author etiam ex Franciscanis, qui rem hanc insinuauerit antè editionem supplementi Bergomensis post duo integra sæcula à Concilio Lug-

lio Lugdunensi; & post editionem supplementi, vnus tantùm vsq; modò fuit author, qui id ex relatione relationis retulerit, isq; innominatus, incognitus, dubius, & suspectus mihi est, qui cùm hæc diceret, nosci noluit.

768 *Euasio. Infringitur.* Sed dices in scripturis ordinis Franciscani, & laudibus S. Bonauenturæ inueniri. Sanè si fidus, & certus author mihi retulisset assertum istud à B.F. Bernardine de Feltro traditum; crederem in prædictis scripturis, & laudibus olim fuisse contentum, neq; auderem prædictam narrationem improbabilitatis damnare. Ceterum cùm ab authore incerto, ignoto, & suspecto referatur, neq; alibi vlla sit; vel fuerit etiam leuissima mentio huius historiæ, non crediderim B.F. Bernardinum id asseruisse; sed ab authore ignoto, & irato in hominem religiosum, & doctum per imposturam adiectum, vt sic eius testimonium elideret, & vindictam sumeret de asserto Monachatu Augustiniano S. Francisci.

769 Adde. quamuis Petrus Rodulphius [a] asserat B. Fr. Bernardinũ de Feltrio obijsse Ticini die 28. Septembris anno 1494. tamen Philippus Ferrarius Seruita [b] tradit illum obijsse die 20. anno 1464. quòd si hoc verum esset, facillè conuinceretur falsitas appendicis. Bergomensis enim suscepit habitum Augustinianum anno 1482. & edidit suum opus anno 1487. quomodò ergò eas omnes disputationes habere potuit Mantuæ cùm B. Bernardino valdè iuuenis, & 22. annis antè editionem sui supplementi? Ceterũ in hoc argumento non immoror; quià in martyrologio Ferrarij errasse videtur impressor potiùs quàm in Rodulphio.

a lib. 1. hist. Franciscanæ fol. 85.
b in suo nouo martyrologio pag. 383.

770 *Admissa euasione repercutitur, aduersarius.* Verùm tamen, demus arguenti verè à B. F. Bernardino eam historiam, & ex scripturis ordinis, & laudibus Bonauenturæ probationem adductam, interrogo sapientissimum P. Vvadingum; Vtrum prædictam probationem reputet probabilem, vel non. Si illi displicet, non existimat veram esse relationem de forma habitus tradita à S. Bonauentura, cùm improbabili nitatur fundamento. At si placet, inquiro rursus; Scripturæ ille ordinis D.P. Francisci, vel erant manuscriptæ vel prælo traditæ? Non hoc secundum quià nulla citantur; quià nullæ extiterunt. Si autem dicatur primum; habeo duo, quæ obijciam. Primum est. Si manuscriptis vestris, quæ nunc non extant, neq; alicubi ostendi possunt, creditur asserentibus B. Bonauenturam dedisse Eremitanis Sancti Augustini formam habitus Minoritici; quarè non credetur manuscriptis nostris, licèt nunc non extent, neq; alicubi reperiantur, quæ testabantur B. Ioannem Bonum acceptasse professionem S. Francisci sub regula Augustini? Secundum est. Si credimus olim repertas scripturas manuscriptas; quià refertur in appendice dictum in scripturis ordinis reperiri; quarè quandò B. Hẽricus de Vrimaria in tractatu de origine ordinis Sancti Augustini de B. Francisco dixit, *& vt quidam asserunt, fuit frater nostri ordinis in loco S. Iacobi de Aquauiuà iuxtà Pisas*, non licebit credere fuisse aliquos authores Henrico antiquiores, qui id in manuscriptis assererent? Vndè nulla erit illatio, quam numero 3. pag. 81. habes in hæc verba. *Sanè planè constat recentiorem esse additionem hanc, dum ait alios asseruisse Franciscum Augustinianum fuisse. Quis enim aliquandò sub illo tempore, aut antè huius Henrici ætatem, imò nec multis post annis quidquam de hoc prætenso dixit Monachatu?* Ecce verba tua, quæ te iugulent. Si enim legitimè infertur recentiorem esse additionem; quià ait; vt *quidam asserunt*, & nullus sub illo tempore, aut antè huius Henrici ætatem, nec multis post annis quidquã dixit de hoc monachatu; etiam inferetur recens esse commentũ, quandò dicitur *in scripturis ordinis inueniri*. Quis enim aliquandò sub illo tẽpore, aut antè huius Bernardini ætatem; imò nec multis post annis quidquam dixit de forma habitus Minoritici tradita à S. Bonauentura? vel ergò nulla est illatio, quàm contrà B. Henrici testimonium adducis; vel etiam testimonio appendicis Mariani, & relationi B. Bernardini suspicionẽ additionis recentis debes inijcere, cùm æqua sit omninò vtriusq; ratio; Sanctus hic Sanctus, & ille: dubium tibi vtrum Henricus id affirmauit, dubium etiã vtrum id Bernardinus asseruerit; Imò Bernardinũ id asseruisse valdè incertum; Henricum verò hoc retulisse, certissimum; cùm constet ex antiquis codicibus MS.

771 *Septimum.* Septimum est. Admisso, quòd verè B. Fr. Bernardinus ea, quę in appendice referuntur, & prædicauerit, & asseruerit, sequitur quòd in scripturis ordinis Seraphici, & in laudibus S. Bonauẽturæ, quas viderat Bernardinus, non inueniebatur eius tempore, scilicet circà ann. 1480.

quod

quòd B. Bonauentura nostrũ ordinem instituisset, vel quòd ex commissione pontificia vnioni generali præfuisset, vt præses. Nemo enim sibi persuadebit B. Bernardinum de Feltro, si id in scripturis ordinis, vel in laudibus D. Bonauenturæ inuenisset, vel nõ prædicaturũ in sermone, vel non traditurum posteà, quandò introducitur cum Bergomensi collocutus. Et tamen rem tunc inauditam sinè nouo fundamento, quod tale possit nuncupari, recentissimi authores non tam rei ipsi assentientes, quàm à nobis dissentientes, & in nos consentientes tradiderunt. Hos autem acutè, & veraciter redarguit, & cõuincit M. Marquez.ᵃ Nos etiam hac de re fortassis infrà nonnihil agemus. Interim tamen aduerto, cum Marquez raro Dei iudicio cani præsidentiam attributã D. Bonauenturæ iam generali eo tempore, quo nondum generalatũ acceptauerat, neq; Romã iam gereneralis aduenerat. Audierunt illum fuisse sub Alexandro IV. generalem, & quià eiusdem Pontificis tempore contigit vnio, congruum fortassis existimarũt id inuentum fingere pro eo tempore. Si ità fuit, accidit illis, quid simile ei, quòd Paganis, qui finxerunt Christum scripsisse libros Magiæ, contrà quos sic inuehitur Augustinus ᵇ, *in qua fallacissima audacia sic excæcati sunt, vt etiam à pueris, qui adhuc pueriliter in gradu lectorum christianas litteras norunt, meritò videantur. Cùm enim vellent tale aliquid fingere Christum scripsisse ad Discipulos suos, cogitauerunt ad quos potissimùm scribere potuisse facilè crederetur, tanquam ad illos, qui ei familiariùs adhæsissent, quibus illud quasi secretum dignè committeretur, & occurrit eis Petrus, & Paulus, credo quòd pluribus locis simul eos cum illo pictos viderunt, quia merita Petri, & Pauli, etiã propter eumdem passionis diem celebriùs, & solemniter Roma commendat. Sic omninò errare meruerunt, qui Christum, & Apostolos eius non in sanctis codicibus; sed in pictis parietibus quæsierunt. Nec mirum se à pinguentibus fingentes decepti sunt. Toto enim tempore, quo Christus in carne mortali, cum suis Discipulis vixit, nondum erat Paulus discipulus eius, &c. Quomodò igitur potuit libros, quos antequam moreretur, eum scripsisse putari volunt, ad discipulos tanquam familiarissimos Petrum, & Paulũ scribere, cum Paulus nondũ fuerit Discipulus eius?* Sic ergò, quomodò potuit Alexander committere, vt vnioni generali S. Bonauentura præsideret Romæ de facto eo tempore, quo nondum aduenerat Romam?

ᵃ cap 4. §. 4 & 5. pag 59. & sequentibus.

ᵇ lib. 1. de consensu Euãgelistarũ cap. 10.

Adhuc tamen; ne tãto viro videamur ingrati, addimus D. Bonauenturam in Cõcilio Lugdunẽsi valdè fauisse religionibus Mendicantibus. De eo S. Antoninus ᶜ sic ait. *Et in Concilio Lugdunensi per Gregorium ipsum celebrato affuit, qui sapientia sua in illo Concilio in defensionem religionum Mendicantium contrà multos, & magnos aduersarios à Deo datus fuit.* Verum est, quòd Marquez, nec sinè magno fundamẽto ᵈ credit Antoninũ nomine ordinũ Mendicantium tantùm intelligere ordines Prædicatorum, & Minorum. Deindè Ioannes Franciscus de Pãuinis in relatione pro Canonizatione Sancti Bonauenturæ ᵉ sic inquit. *Verùm cùm anno 1274. vocatus fuisset à Gregorio X. consilus ad Cardinalatum, & Episcopatum Albanensem assumptus fuit tempore, quo Lugdunense Concilium generale celebratum fuit. Ob enim præsentiam, & scientiam multa de nouo statuta, ac vetera reformata, & renouata fuerunt, &c. & præcipuè cap. Religionum diuersitas, situatum in titulo de Religiosis domibus in 6.* 772

B Bonauentura in Cõcilio Lugdunensi valdè fauit religionib. Mendicantibus.

ᶜ 3 p. tit. 24. cap. 8 in principio fol. 244.

ᵈ cap. 2. § 3. pag 15.

ᵉ par. 1. art 9. fol 9.

NVMERVM VI.

Excusatur Bergomensis in quibusdam.

DVM R. P. Vvadingus testimonium Bergomensis conatur infringere, inquirit, *vnde constat, quòd tanta fiducia asserit Bergomensis? fortassè an*, ait, *ex quibusdam carminibus, quæ ibidem præmisit, dũ contendit ex Sancto Augustino omnes in vniuersũ Ordines Mendicantium produxisse?* Rogat quidem Vvadingus; vtrũ indè probet Bergomensis suam assertionem, non tamen ignorat vir oculatissimus Bergomensem nullam indè desumpsisse probationem; sed ex Chirographo authentico, quod præextiterat in Conuentu Mãtuano; sed id præstat, vt authorem illorũ versuum vocet imperitũ Poetam; & per ironiam iocosè, & irrisoriè politum vatem, & polita carmina appellet. Obijcit deniq; contrà illa, quòd nec Veritati, nec fidei congruunt historicæ; quoniã testantur Carmelitas viuere sub Augustini regula, quod à veritate longissimè abhorret. 773

Quæsitũ aduersarij.

Finis quæsiti.

Obiectio eiusdem.

Fateor sanè Authorem anonymum illorum carminum esse Augustinianum; ipse enim se prodit, dum ait.

Primus hic instituit noster Dux nos Eremitas,
Cuius ab Imperio regula nostra data est.

Fateor

Fatcor etiam rudem esse, & imperitum Poetam. Addam tamen impolitum hunc Vatem videri germanum fratrem illius, qui Illustrissimi D. Fr. Thomæ de Firignano Mutinensis Ordinis Seraphici generalis 23. & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præsbyteri Cardinalis tit. SS. Nerei, & Achillæi, qui obijt Romæ ann. 1381. elogium sepulcrale edidit; cuius in Conuẽtu Aracœlitano teste Ciaconio in Vrbano VI. pag. 768. adhuc hæc pars politorum carminum conseruatur.

Mille currentibus annis trecentis quater viren'e vnoq; iuncto.

Ea autem carmina non adduxit Bergomensis in probationem monachatus Augustiniani Sancti Francisci, & volebat P. Vuadingus num. 15. pag. 97. vbi ait *illud vnum constantis assertionis fundamentũ, illum vnum anonymum Augustinianum ibi te stem producit*, & num. 16. pag. 98. *qui rude, & impolitum carmen, vel suum, vel cuiusquã ex consodalibus protulit in testimonium*, &c. Hoc quidem à veritate alienũ; sed oportebat carmina adducta fuisse in probationem monachatus prædicti, vt strueretur via ad illud argumentum, *qui rude, vel impolitum carmen vel suum, vel cuiusquã ex consodalibus protulit in testimonium, si esset aliud firmiùs, illud produceret.* Sed hæc argumentatio deficit in duobus. Primò, quia Bergomensis in testimonium protulit authenticum Chirographum; Secundò, quia prædicta carmina nõ attulit ad cõprobandum Monachatum Augustinianum Sancti Francisci; ibi enim neq; vnũ Verbum præmiserat de huiusmodi Monachatu. Ecce eius verba, quæ habentur in supplemento Chronicorum editionis Venetæ anni 1486. lib. 9. fol. 174. inter D. Augustini laudes; ibi. *Equidem hunc ipsum fontem illum è Paradisi medio egressum, ex quo omnis religiosorum mendicantium Ordo tanquam flumina prorupere, a quibus Omnis Christianus Orbis irrigatur, fecundatur, atque illustratur. Et propter eà quidam eruditus Vir id verissimum esse comprobans, ab eodem scilicet diuino fonte quatuor mendicantium religiosorum flumina potissimùm emanasse, his versibus cecinit dicens*, &c. Adduxit ergò ea carmina in laudem Augustini, non quidem ex ijs carminibus (quæ cum authoris anonymi sint, & Augustiniani, nullam fidẽ aduersarijs facient) probando B. Franciscũ à B. Ioanne Bono habitũ suscepisse; imò nec probando quatuor Ordines ab Augustino aliquo modò prodijsse; sed simpliciter referendo quid vir eruditus, licèt impolitis carminibus, ea in parte cecinisset.

775 Defenditur Bergomensis.

Neq; mirum adeò est, authorem carminum asseruisse sub Augustini regula Carmelitas militare. Quamuis enim hoc placitum omni careat specie probabilitatis, non tamen est assertum adeò singulare, nouum, aut insolens. Tradidere illud Robertus Olchot Dominicanus, author trecentorum annorum, a vbi enumerans eos, qui regulam Augustinianam obseruant, sic habet. *Vndè regulam de communi vita Clericorum, quæ vocatur Regula B. Augustini, quam multi alij religiosi sumpserunt posteà, inter quos sunt Prædicatores, Carmelitæ*, &c. Leonardus quoque de Vtino, Dominicanus, qui floruit circa annum 1445. b idem expressit. Ambrosius etiam Coriolanus in Oratione de laudibus Augustini coram Paulo II. qui teste Onuphrio c obijt Romæ 5. Kal. Augusti anno 1471. idem asseruit, & Raphael Volaterranus d sic habet. *Quatuor enim sunt, scilicet ordines Mendicantium, hic, qui Prædicatorum dicitur. Minorum, Eremitarum, & Carmelitarum. Sub ordine omnes Augustini patre Minores.* Ex his fontibus errorem hunc hauserunt postmodum Fr. Hieronymus Romanus Augustinianus varijs in locis suorum operum, vt ipse testatur, e & R. P. Fr. Antonius Daza Franciscanus in discursu de Monachatu Augustiniano Sancti Francisci, quem impugnauit Marquez, f & eius partem refert cap. 1. §. 1. pag. 3. vbi sic inquit Daza. *Y a la orden del glorioso B. Santo Domingo, y a la del Carmen, y otras muchas religiones, que en numero son mas de 30. concedio la Silla Apostolica en diuersos tiempos que militassen debaxo de la regula de S. Augustin.* Hæc P. Daza, & author magni Chronici Belgici, g sic habet. *Item anno Domini M. CC. IV. Albertus Patriarcha Hierosolymitanus ordinem Carmelitarum instituit in monte Carmeli sub regula B. Augustini.* Id ergò cecinit Vates carmine impolito, quod alij priùs, & alij posteriùs soluta oratione tradidèrunt.

776 Authores asserentes Carmelitarum ordinem sub Augustini regula militare.

a lect. 95. in librum sapientiæ.

b in sermone de S. August.

c de Pontif. & Cardin. pag. 317.

d circa annũ 1504. lib. 21. Anthropologiæ, cap. Dominicus, eiusque ordines viri. fol. 240. pag. 2

e lib. 6. Reipublicæ Christianæ cap. 15.

f cap. 20. §. 3. pag. 341.

g tomo 1. rerum Germanicarum fol. 213.

Dixi hoc assertum de Ordine Carmelitano sub Augustini regula omni specie probabilitatis destitui, quoniam constat adeò Illustrissimum Ordinem Carmeli sub speciali regula ab Alberto Patriarcha Hierosolymitano tradita vixisse, & viuere, vt non solùm mirum sit, fuisse, qui incautè assereret sub Augustino Duce militiam religiosam agere; Verùm & fuisse 777

777 Ordo Carmelitanus vixit, & viuit sub regula, tradita ab Alberto Patriarcha Hierosolymitano

qui

qui inaduertenter contenderent religionē hanc Basilij præceptis astringi. Quosdam huius opinionis authores suppresso nomine refert Ioannes Azorius,[a] expressè tamen id asseruit B. Antoninus, [b] qui ait. *Hi habuerunt initium sub quodam Patriarcha Hierosolymitano, cùm in Siria habitabant Christiani Hierosolymis, & alijs multis Ciuitatibus. Degebant autem in Monte Carmelo vt Eremitæ, & sub regula B. Basilij.* Si S. Antoninus in Basilio errauit, quid mirum, quòd Vates anonymus errauerit in Augustino? Vtrumq; autem fuisse deceptum cui dens est ex Bulla 8. Honorij III. quæ habetur apud Cherubinum Laertium, [c] & est tenoris huiusmodi.

a tomo 1. institut. Moral. l. 12. col. 157 c.
b 3. par. tit. 20. cap. 5. in principio fol. 74. pag. 2.
c tomo 1. Bullarij pag. 50.

778 *Honorius Episcopus Seruus Seruorum Dei Dilectis Filijs Priori, & fratribus Eremitis de Monte Carmelo salutem, & Apostolicam benedictionem. Vt viuendi normam regulariter à bon. mem. Hierosolymitano Patriarcha editam, quam antè generale Concilium vos dicitis humiliter suscepisse, imposterum vos, & successores vestri quantùm eum Dei adiutorio poteritis, obseruetis, in remissionem vobis iniungimus peccatorum. Dat. Reate 3. Kal. Februarij Pontificatus 10.* atque adeò Christi 1226.

Subditur ibi regula à Patriarcha prædicto tradita Brocardo, & cœteris Eremitis, qui sub eius Obedientia iuxtà fontem in monte Carmeli morabantur, sub data ex Achon idus Ianuarij anno Domini 1171. At hæc data patitur ingêtes difficultates, quas oppofuit Ioannes Stephanus Ferrerius Episcopus Vercellensis in vita S. Eusebij, & successorum eius, edita Romæ anno 1602. pag. 182. Albertus enim Patriarcha Hierosolymitanus, ab anno 1150. vsq; ad annum 1214. nullus fuit alius quam Albertus natione Italus, patria Parmensis, qui ex Episcopatu Vercellensi ad patriarchatum Hierosolymitanum anno 1204. translatus, in Domino obdormiuit anno 1214. Quidquid tamen de hoc sit, adhuc aliam anteriorem bullam quam Tolosæ in Conuentu Carmelitarum asseruari tradit Ioannes Graffi in Viridario, claui secunda, adduxit P. Fr. Valerius Ximenez de Embun Carmelita [d] est autem tenoris sequentis.

d In stimulo deuotionis ad antiquam Ordinem Carmelitarum cap. 5. §. 7. fol. 123.

779 *Honorius Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis Filijs Priori, & fratribus Eremitis de Monte Carmelo Salutem, & Apostolicam benedictionem.* (Nos) *normam vestram viuendi regulariter ab Alberto Patriarcha traditam, quam antè Concilium generale vos dicitis humiliter suscepisse, imposterum vos, & successores vestri quantùm cum Dei adiutorio poteritis, obseruetis,* (Et) *in remissionem vobis iniungimus peccatorum. Nulli ergò hominum liceat &c. Dat. Romæ 3. Cal. Februarij Pontificatûs nostri anno 1.* atq; adeò Christi 1217.

Hinc Bzouius [e] ex Paleonidoro [f] sic habet. *Hoc anno ad 3. kal. Februarij Honorius Pontifex neq; absq; miraculo præcedente religionem Carmelitarum Eremitarum hactenùs sparsam sub regula B. Alberti Patriarchæ Hierosolymitani viuentem auctoritate Apostolica approbauit.* 780

e tom. 13. Annal. ann. 1217. col. 232.
f lib. 1. Antiquitatis Carmeli 10.

Neque hæc præclarissimi, & antiquissimi Ordinis initia recentia. Altiora petit principia. Ad minùs enim,[g] Sixtus IV Bulla 38. data Romæ anno 1477. Kal. Aprilis anno 6. Pontificatus, confirmat Indulgentias, quas Christophorus Martignonus eiusdem Ordinis Magister Generalis sibi petijt confirmari, concessas nēpè à Leone IV. (circà an. 847.) Adriano II. (circà an. 867.) Stephano V. (circà annum 885.) Ioãne X. (circà annũ 916.) Ioanne XI. (circa annum 930.) Gregorio V. (circa annum 995.) Alexandro II. (circà annum 1061.) Gregorio VII (circà annum 1073.) Lucio IV. (circà annũ 1187.) Clemente III. (circà annũ 1188.) Innocentio IV. (circà annum 1248.) & Nicolao IV. (circà annum 1288.) Quin imò, nec finè fundamento, sacra hæc, & prophætica Religio Heliam Spiritus hæres, ab Hælia, & Helisæo origin em trahere à pluribus creditur. 781

Religio. Carmelitarũ quã antiqua, & à quo traxit initium.
g in compendio priuilegiorum Emanuelis Rodriquez pag. 486.

AD NVMERVM VIII.

Chirographum authenticum conuentus Mantuani defenditur.

ADducit R. P. Vuadingus testimonia, in quibus Bergomensis ex Chirographo authentico aliquandò apud Mantuam viso asseruit B. Franciscum egisse Eremitam Augustinianum sub magisterio B. Ioannis Boni, nempè lib. 12. ad annum 1199. & lib. 13. ad annum 1209. & 1224. 782

In narrationem, & fundamentũ Philippi Bergomensis acriter insurgit Vuadingus. Primò quià credibile non est, Bergomensem, si prius illo hunc astruerent Monachatum Henricus de Vrimaria, Iordanus de Saxonia, Sabellicus, aut Polidorus, non vocaturum eos in testes assertionis, quam ex ipsa nouitate vere- 783

Prima Vuadingi obiectio contra fundamentum Bergomensis.

KK batur

batur, nè plurimum execrāda videretur. Qui enim rude, & impolitum carmen, vel suum, vel alterius Augustiniani protulit in testimonium, & inefficacē, vt ipse admittit, testificationē Vincentij Beluacensis insinuauit, quomodò expressū testimonium, vel probabiliorem aliorū testificationem omitteret?

784 secundà. Secundà, quia Chirographum, quo rem hanc stabilire voluit, non constat; neque in hac re quidpiam magis dubium, aut Spurium, hoc Chirographo, quod nemo vidit, nemo legit, nemo in apertum produxit.

785 Tertia. Tertia, quia si tale Chirographum extaret, credibile non est, quod illud quispiam ex Augustinianis per quadringentorum annorum spatium in confirmationem huius prætensi Monachatus in forma probanti non transcriberet.

786 Quartà. Quartà, quià verosimile non est extare, vel aliquandò extitisse scripturam, quam per quatuor integra sæcula nullus vidit, nec ausit dicere, se vidisse. Quin ipse Bergomensis, qui post annos 300. hāc laruam obiecit, non audet dicere, se eam vidisse, sed *aliquandò*, inquit, *visum est Chirographum*.

787 Quintà. Quintò, quià si hoc Chirographum visum est; à quo? quæsò, quandò? quo loci? dic, oro te, quid continebat? quibus verbis fidem huius professionis astruebat? Quo characterum genere scribebatur? Qui illi testes, qui professioni subscripserunt? quod illius tabellarij nomen, per quem Chirographum stipulatum est.

788 sexta. Sexto si hoc Chirographum extabat, vt quid ipse Bergomensis non legit aliquādo, dum Mantuæ, moram traheret? vt quid non scripsit? vt quid non semel à se asserto huic Francisci Monachatui non subiunxit.

789 septima. Septimò, quià vt mysteriosū, & Sacrū hoc Chirographum, quod credi volunt, non videri, examinaretur, aut conspiceretur, multi Franciscani arte, prece, & sollicitudine laborarunt, & tamen nec vestigium, nec probabilitatem, aut vmbram illius potuerunt explorare.

790 His nititur fidem huius Chirographi destruere R.P. Vuadingus; eisdem ferè idem conatus fuit Ludouicus Prutenus à quo omnes alij ferè omnia fundamenta contra monachatum Augustinianum S.Francisci desūpserunt, nulla facta mētione Ludouici. Est tamen discrimen inter Ludouicum, & Lucam; Prutenum illum, hunc Hibernum, quod ille anno 1498. quasi recente, quam reputabat, iniuria, sinè iniuria loquitur; & hic post tot annos, quasi noui ter recondescente vulnere, desæuijt vsque ad sanguinem. Planè ni scirem Apologeticum hunc ab illo editum, ab alio potius, ab illo nullatenùs has amaritudines crederem dimanasse. Noui enim hominem, nescio an dicam, maiorem homine, virum eruditum, religiosum, & modestum, ex quo singulari beneuolentia hoc anno 1630. in eius dulcissimam amicitiam, & familiaritatem admissus sum. Sed quis hæc omnia cùm acri in scribendo seueritate nouerit cōcordare? Quæ est hæc in colloquendo dulcedo? Quæ in scribendo amaritudo? Ad loquendum totus est melleus? ad scribendum non parùm est felleus. Verba, quæ profert, vngunt; verba, quæ scribit, pungunt. Sanè argumētosa hæc apis mel & aculeum habet; mel in ore, aculeum in manu, ne dicam, gladium, & lanceam. Id quidem molestiæ, & affabilitati innatæ, & zelo pro Seraphica matre tribuendum; affabilitati, suauitas ad confabulādum; zelo, ignis ad scribendum, vt pro Seraphica parente pugnans, fiat & ipse ex parte Seraphicus, feruidus, flammeus igneus; vel denique hic excessus naturali ingenij viuacitati dulciter indulgendus, & efficaciter dissoluēda, quæ obijcit, exprobrat, & in noua bella deducit?

Sed progreditur vltra, & postquam sic amare in Bergomensem insurrexerat, deinde inuehitur in Paulum Morigiam, & Hieronymum Romanum. Ille enim in libro de Origine religionum dicit Bergomensem affirmare se illud vidisse. Hic autem lib. 6. Reipublicæ Christianæ cap. 6. refert Bergomensem vidisse illud Chirographum apud quendam Notarium publicum Mantuanum. At Bergomensem tale Chirographum non vidisse, constat; quià si illud vidisset, non adeo liberam fecisset optionem in supplemento supplementi pluribus post annis à se scripto, vt quam vellet in hac re sequeretur quisq; sententiam. 791 Obiectio eiusdem contra Morigiam, & Hieronymū Romanum.

Hinc infert primò inanem fuisse cogitationem Bergomensis ex affectu, & studio exortam, vt encomium opponeretur encomio. Dixit B. Bernardinus Tomitanus Bergomensi præsente Bonauēturam tradidisse Eremitis vltimam formam cucullæ, quam modò gestant; Ne 792 Primo eiusdē illatio.

hoc

hoc impunè diceret, & vt moderator moderatori, & vt cuculla cucullæ opponeretur, inuenit B. Franciscum fuisse Discipulum B. Ioannis Boni.

793 *Secundò.* Infert secundò omnes Bergomensi astipulantes, non aliam quam illum, cuius secuti sunt fidem, mereri. *Satis enim videtur absurdum* (habet in margine. Cap. *licet ex quodam*, de testibus. Posset addere, vt habet Marquez cap. 20. §. 4. pag. 346. col. 1.) *illos admitti, quorum repelluntur authores.* Neq; enim ex numerositate illis, aut authori amplior fides accrescit. Nam, vt dixit Socrates (Erasmus ex Laertio lib. 2. cap. 5.) *cui non fideres soli, ei nihilo magis fidendum est in turba similium. Nec enim refert quàm multi sint, sed quàm graues, & veri.*

794 *Solutio primæ obiectionis quatuor offerens. Primũ affertũ* Verum hæc omnia, potiùs verba, quã res, fidem Bergomensis non eneruant. Ad primum enim respondeo quatuor. Primum est. Constat satis manifestè ex dictis ad numerum primum huius paraphi, Henricum de Vrimaria an. 1334. & ex dictis ad numerum præcedentem, Iordanum de Saxonia circà annos 1356. vel paulò ampliùs; & Ambrosium Coriolanum, ex eodem Iordano antè annum 1486. in quo Bergomensis primò edidit supplementum Chronicorum tradidisse Monachatum Augustinianum Sancti Francisci. Quod ergò argumentum erit Bergomensis nullum authorem citauit, ergò nullus antè illum id docuerat? planè nullum. Alios enim, licèt extarent, non citauit; vel quia illorũ scripta non vidit, vel quia noluit rem istam alieno testimonio stabilire, quam tabellarij Chirographo comprobari testabatur. Vndè, & in supplemento supplementi edito anno 1503. non citauit in patrocinium suæ sententiæ Polidorum, Virgilium, qui in libro de inuentoribus rerum id tradiderat anno 1499.

795 *Illustratur ampliùs.* Sed nullitatem huius argumenti vlterà ostendamus exemplo. Luysius Legionensis Augustinianus sacrorũ librorum, apud Salmaticenses primarius Interpres in opusculo de Agno typico ad Grialiũ, tradidit Christum immolasse Luna 14. incipiente ad Vesperam, aut nullo, aut ferè nullo allegato authore. Infertur nè indè eam sententiam nullos habere patronos Legionensi antiquiores, adeoq; esse singularem, & nouam, vt Luysium agnoscat primum assertorem, & inuentorem? Planè, si argumentum Vvadingi aliquid valeret, illatio hæc efficax esset. In re enim tunc visa singulari, & noua, vel nullũ ferè nullũ suæ assertionis authorẽ produxit in mediũ. Et tamen Basilius Legionensis, Luysij Nepos, eiusdem instituti, & in eadem Academia Salmaticensi Sacræ Theologiæ primarius professor, & Cancellarius nuper anno 1629. in die Sancti Augustini Salmanticæ, dum Prior esset, non sinè rei scholasticæ magna iactura defunctus, in libello de ea re edito plures authores Luysio vetustiores pro ea sententia adduxit. Iis et ego addam testimonium Alberti Patauini Augustiniani antè 300. annos. Hic ergò in suo quadragesimali sermone 248. fol. 182. pag. 2. sic habet. *Sed omissis contentionibus, cum esset cura legem Euangelio concordare, posses dicere, quod luna 14. Christus passus est, & cœnã fecit cum Discipulis, & tamen antè diem festum Pascha, intelligendò diem cæremonialem, & diem artificialem. Cæremonialis enim, idest, dies festiuus, incipiebat in Vesperis vsq; ad sequentem Vesperam, vt dicitur leuitici 23. Artificialis autem dies est claritas Solis in Emisphærio. Itaq; si festum Pascha cœpit 14. Luna in Vespera quinta feria cùm sexta sequens feria ad eãdem lunationem pertineat, patet quod 14. Luna, & agnum typicum immolauit Christus, & ipse verus agnus immolatus est,* &c. & serm. 258. fol. 205. sic inquit. *Hoc viso potest dici, quod in sero quinta feria incœpit luna 14. quandò Christus mãducauit Pascha, & dies sequens, scilicet sexta feria vsq; ad vesperam fuit de eadẽ lunatione, in qua Christus Crucifixus, & mortuus est. Et iuxtà hoc potest responderi ad 2. quæstionẽ cùm quæritur de hora immolationis Christi, dicendo, quod sicut Euangelium cõcordat legi de die 14. ità etiam de Vespera. Sed distinguendum est, quòd duæ sunt Vesperæ decimiquarti diei. Vna est Vespera, in qua luna 14. incipit; altera, in qua terminatur, &c. in prima vespera, in qua incœpit luna 14. Christus agnus Dei est immolatus sacramentaliter, &c.* Verum est tamen, quod in fine sic ait. *Licèt autem ista opinio sit demulcens auditum, quià legi concordat Euangelium; quià mihi tamen temerarium est, definire, quod sancti Patres dubitauerunt, ideò communi nostrorum acquiesco sententiæ.* Eccè quomodò non valet argumentum in re, quæ videbatur noua, non adduxit alios authores in patronos suæ sententiæ, ergò non erant. inefficax consequentia, quãuis vulgò sit primò aspectu plausibilis.

Secundum est. Bergomensis verebatur ne talis scriptura plurimom execran- 796 *Secundum affertum.*

vel potiùs imponit Bergomensi; sed etiā quia asserit, Bergomensem id tradidisse post 300. annos, cùm tamen ab an. 1207. vsq; ad annum 1486. tātùm excurrerint 279. Addo rursus. S. Antoninus [a] dixit. S. Nicolaum de Tolentino Eremitam Augustinianum priùs fuisse Canonicum regularem, & nemo vsq; ad illū id asseruerat, ipse primus post 200. circiter annos nullo adhibito teste, nullo Chirographo citato nouiter asseruit; & nullus in Antoninum insurrexit; imò Antoninò fidem præbuerunt Silvester Maurolicus, [b] & Gabriel Pēnotus [c] quare ergò in Bergomensem tam acriter insurgitur? An quià ille Sanctus, hic nō? benè quidem, sed satis religiosus, & deuotus fuit Bergomensis, vt de illo sinè temeritate credi nō possit tam insignis impostura.

a 3. par. tit. 24. cap. 10. in principio.

b in Mari oceano Religionum.

c lib. 2. historiæ tripartitæ cap. 71. pagin. 542. & cap. ... pag. 190.

800 Ad tertium respondeo tria. Primum est. Modò non extat, vel saltem nescimus virum exter. Extitit tamen antè tempora Bergomēsis prædictum chirographum. Secundum est Authores Augustiniani vel scripserunt antè Bergomensem, vel post illum, si post illum, non potuerunt transcribere, neq; dicere se illud vidisse; quià tempore Bergomensis, vt ipse satis indicat, iam non extabat, sed tantùm cōstabat extitisse. Si verò antè Bergomensē vt quid transcriberent, qui de rebus Ordinis Augustiniani non scribebant? Qui verò scripserunt, pauci, & alienigenæ sunt, nempè Henricus de Hurimaria, & Iordanus de Saxonia. Hi autem licèt non transcripserint Chirographum, scripserunt tamen B. Franciscum egisse Eremitam Augustinianum. Tertium est. Quàm sit hoc argumentum inane, & alia ex obiectis quàm futilia, iusto manifestissimo exemplo. Eadem enim ferè omnia obijci potuissent contrà Bullam, quam modò produxit Marquez, ex qua constat B. Ioannem Bonum vixisse sub regula Augustini, nempè si quis dixisset circà annum Domini 1500. in hunc modum. *B. Ioannes Bonus vixit sub regula Augustini, quod bulla Pontificia comprobatur, quæ in Archiuo nostrò Romano aliquandò visa est*. Nunquid contrà hoc assertum non posset insurgere eisdem ferè omnibus obiectionibus, quibus Chirographum à Bergomēse citatum vrget Vvadingus, ille qui crederet B. Ioannem Bonum non vixisse sub regula Augustini; quod tradit Ludouicus Prutenus, [d] vbi ex eo quod Heremitæ B. Ioannis Boni vniti sunt ab Alexandro IV. ordini heremitarum S. Augustini, sic infert. *Nisi eremitæ Ioannis Boni fuissent de diuersis eremitis, non fuisset opus eos concorporare, & counire, nec dispensare super obseruantiæ ligamine. Igitur videtur*. (B. Ioānnes Bonus, de quo agebat) *fuisse eremita, non sub regula, neq; sub ordine eremitarum S. Augustini*. Quasi ordini Eremitarum S. Augustini non potuissent vniri alij Heremitæ S. Augustini sub diuersa congregatione, obedientia, & obseruantiis viuentes; sicut si modò Summus Pontifex vniret Franciscanis Obseruantibus Capucinos, Conuentuales, & Tertiarios; & dispensaret cum illis super diuersarum obseruantiarum ligamine; nunquid ex eo inferretur Capucinos non esse veros, & legitimos fratres Franciscanos, & filios S. Francisci? verùm hoc omisso, quòd attinet ad negationem monachatus Augustiniani S. Ioannis Boni, idem nostris tēporibus docuit P. Suarez [e] nullus enim eo vsq; illam bullam viderat, legerat, trāscripserat; nullusq; dixerat se illam vidisse, neq; à quo Pontifice, quo die, quo anno emanasset. Et tamen si quis his argumentatiunculis ductus dixisset illam non extare, neq; extitisse, deceptus fuisset. Haud secùs ergò poterit falli, qui eisdem obiectionibus innixus Chirographum Bergomensis nititur impugnare.

Tertium.

d in chronologio ... par. 3. cap. 6. litt. R.

e tom. 3 de religione lib. 2. cap. 9. num. 4.

801 Ad quintum respondeo duo. Primū est. Asserit Bergomensis inter antiquissimas Monasterij Mantuani Scripturas aliquando visum esse Chirographum. Eodem modo Posseuinus, [f] sic ait: *Matthæus Patauinus Ordinis D. Augustini Theologus Parisiensis apud Clementem VI. Pontificem maximum Auenione non mediocris authoritatis sermones plures, ac varios reliquit. Extabant Veronæ MSS. in Augustinianorum Bibliotheca*; & [g] de Nicolao Dinchespulo Augustiniano loquens, sic addit; *Quæstionem magistralem* (scilicet scripsit) *de hæresibus; ac Veritatibus Catholicis, quæ extabat Manuscripta in Bibliotheca Imperatoris Viennæ*. Pari ergò ratione impugnari posset Posseuinus vbi ait, *extabat, extabant*, atque Bergomensis quandò dixit, *aliquando visum est*; & tamē nullus Posseuino litem mouit, aut illum arguit falsitatis. Quarè ergò damnabimus Bergomensem, asseremusq; ex industria finxisse tam insigne mendacium? Secundum est. Si hoc genus argumenti efficax videtur R. P. Vvadingo, conuictū dabit Hugonem Cabellum, Franciscanū & in Hibernia Archiepiscopum, vbi asseruit

Soluo quintum duo continens.

Primum.

f tomo 2. apparatus sacri pag. 91.

g pag. 647. in fine.

Secundum.

seruit Scotum in Parisiensi Academia confutasse Dominicanos. Sic enim contrà illum arguit Nicolaus Iansenius Dominicanus.[a] *Et quandò nostros inspiciente ipsa Parisiensi Academia confutauit? quo anno? quo die? quo in loco? edissere nobis?* Addam etiam in hac causa verba præclara Hieronymi Osorij Episcopi Siluensis.[b] Cum enim Gualterus sic Hieronymū vrgeret; *designa res, nomina personas, appone tempora, circumstantias adhibe, certi tandem vt habeatur aliquid, in quo consisti possit, atq; adeò sibi resisti.* Hieronymus sic respondet. *Cùm accepisses in iudicijs, cùm non de Iure sed de facto quæstio est, esse crimen occultum multis argumentis aperiendum, & omnibus coniecturis acerrimè pugnandum, vt scelus conuinci possit; cùm igitur id ab aliquo magistro nō valdè perito didicisses, existimasti ea omnibus causis, quamuis in iudicijs minimè pertractentur, conuenire; & ideò à me* (dicat hæc etiā Bergomensis ad Vvadingum) *temerè circumstantias requiris, quas causa minimè postulabat. Non enim accusationem instituebam*, &c. vel dicat etiam cum antiquo authore Vitæ S. Gerardi Abbatis Bromiensis,[c] loquente de translatione S. Eugenij martyris, & Episcopi Toletani à Conuento Parisiense S. Dionysij ad monasterium Bromiense. *Nemo verò hic à nobis ad fidem faciendam exigat nomina eorum Monachorum, qui tunc apud S. Dionysium fungebantur ministerijs, quos officiales vocant; cùm illos nominatim expressos contineat ipsa Sancti Martyris translati verissima historia.* Sic ergò respondeat Bergomensis. Nomina Tabellarij, & testium in ipso Chirographo authentico expressè continebantur. Nemo illorum nomina à me exigat ad fidem faciēdam. Qui enim nobis retulerunt illud quōdā extitisse Chirographū, eos oēs circumstantias non curarunt exprimere.

[a] in Apologia pro Baronio contra vindicem Scoti cap. 3. ad finem tomi 15. Baronij.
[b] lib. 1. in Gualterum Haddonem col. 44.
[c] tomo 5. Surij die 5. Octobris cap. 21.

802 Ad sextum patet ex dictis ad tertium, & quartum Prædictum enim Chirographum tempore Bergomensis non extabat. Si enim extaret, non diceret ipse, *aliquandò visum est*, sed proferret illud. Constabat tamen aliquando visum fuisse ex traditione eorum, qui vel illud viderant, vel audierant à maioribus illud extitisse inter antiquas Scripturas Cōuentus Mātuani; Et ex his constat solutio 7. argumēti. Cura enim, & diligentia Patrum Frāciscanorum adhibita fuit post editionē supplementi Chronicorum, quandò iā non extabat, vel saltem ignorabatur vbi extaret prædictum Chirographum, & ideò mirum non est, quod illud non inuenerint Patres Ordinis Seraphici. Addam tamen, quamuis Bergomensis Chirographum transcripsisset, imò inueniretur, numquid crederent illi? numquid non suspicarentur esse figmentum? *Alij tentantes* (ait Beda[d]) *signum de Cœlo quærebant ab eo, quasi non possent, & illa calumniari, & dicere, ex occultis, & varijs aeris passionibus accidisse.*

Solutio sexti & septimi.

[d] lib. 4. cap. 48 in cap. 11. Lucæ.

803 Ad id autem, quod addit R. P. Vvadingus contrà Morigiam, & Romanum, dicam plura. Primum est. Certissimum est Bergomensem non vidisse prædictū Chirographum; id tantam nouerat ex relatione aliorum. Secundū est; Paulus Morigia[e] refert hunc Monachatum tradi à Bergomensi, *affermando hauer vedute alcune scritture*, &c. & Hieronymus Romanus[f] asserit Bergomensem vidisse illud Chirographum, errauit quidem vterq; Bergomensis enim tantùm asserit aliquādo visum fuisse, quod longè diuersum est. Aliqualem tamen occasionem errandi habuerant illis verbis libri 13. supplemēti Chronicorum ad annum 1209. vbi dixit Sanctum Franciscum à B. Ioanne Bono religionis habitum suscepisse, & in eius manibus professionis Votum sub regula Sācti Augustini emisisse, *Vt hoc etiam tabellarij Chirographo authentico comprobatur.* Neq; mirum est, ibi lapsos Morigiam Iesuatum, & Romanum Augustinianum, quando & ibi etiam offendit celebris historicus P. Fr. Ioannes de Pineda Franciscanus[g] dicens. *Dize Philippo Bergomense (lib. 13.) que fue de su Orden Ermitanno de S. Augustin, y que hizo profession en las manos de aquel regularissimo Varon Iuan Bueno Mantuano, y que lo tiene en su Orden por escritura firmada de escriuano publico.* Tertium est. Error (præcipuè non ex industria) eorū qui testimonium Bergomensis infideliter citant, non possunt Bergomensis fidei derogare. Licèt enim testis aliquid ad seriem gestorum adijciens ex suo, totam testimonij (sui, non alieni,) fidem partis mendacio decoloret, ità vt neq; credatur in veris, qui voluntariè decepit in falsis; tamen quā ratione, quo iure sequetur testimonium meū conuinci falsitatis; quià alius errando ignoranter, vel malitiosè tribuit mihi quod ego non dixi. Quartū est. Adeò in hos authores inueheris, vt mirum sit, ità loqui, qui dixerat, *offensas, & contentiones procul fecimus*; Mallem illos nihil tale scripsisse, quàm te adeò excāduis-

Solutio obiectionum contra Morigiam, & Romanū, continens plura effata.
Primum.
Secundum.
Tertium.
Quartum.

[e] in lib. de Origine Religionum impresso Venetijs apud Porrum de Sino anno 1569 cap. 17. fol 45.
[f] lib. 6. Reipublicæ Christianæ cap. 6. fol. 286. pag. 1.
[g] 3. parte suæ Monarchiæ libr. 22. cap. 28. § 4.

se, vt

se, vt hæc in illos, & omnes eis consentiẽtes effuderis. Illi in Cœlis, vt piè existimamus, triumphantes non curabunt de offensis suis, sed de damnis tuis. Alij autẽ adhuc militantes in terris scuto patientiæ protecti præbebunt alteram maxillã scientes de domo Dei quòd mille Clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Christiana fortitudo non ferit, sed patitur; percussa non repercutit, sed tolerat.

804 Diluitur prima illatio.

Ad primam illationem P. Vvadingi constat ex dictis ad numerum præcedẽtem, qualiter potuerit verum esse, quod de Sancto Bonauentura narrasse refertur B. F. Bernardinus de Feltro. Cùm tamen hæc in illò lego; & video post assertum denuò à Hieronymo Romano Monachatum Augustinianum S. Francisci, R. P. Fr. Dazam; & alios ex familia Seraphica tradidisse præsidentiam S. Bonauenturæ in capitulo Romano vnionis nostræ generalis an. 1256. in mentem veniunt verba Augustini. [a] *Vellem in vos dicere istam sententiam, sed nollem istis verbis.* *Vellem* dicere cũ Marquez cap. 1. in principio pag. 2. *duele mucho.* (al R. P. Daza.) *para escriuirlo, auer leido en el P. Fr. Hieronimo Roman que el Seraphico P. S. Francisco antes que fundasse la sagrada religion de los Menores, fue religioso de la nuestra, y professò su instituto en manos de S. Iuan Bueno; cosa à su parecer tan en su agrauio, que como si vna iniuria se vuiera de desquitar con otra, se dio por obligado à buscar alguna que opponer.* Vellẽ hæc dicere; sed nollem istis verbis, quibus numero 19. pag. 101. in Bergomensem inueheris in hac tua prima illatione. Malo enim posse dicere cum Augustino. [b] *Ego quando cuique vel dicendo, vel scribendo respondeo, etiam contumeliosis criminationibus lacessitus, quantùm mihi Dominus donat frenatis, atq; coercitis vana indignationis aculeis; auditori, lectoriuè consulens, non ago vt efficiar hominis conuiciando superior, sed errorem conuincendo salubrior.*

a lib. 2. contra literas Petiliani cap. 73.

b In præfatione ad librum 3. contra literas Petiliani.

805 Sed vltrà hæc, non possum non mirari quod eruditissimus, & doctissimus P. Vvadingus tam citò crediderit rem, quæ innititur testimonio authoris appendicis Mariani, authoris sanè anonymi, qui refert se audiuisse à Fr. Hieronymo Bataglia, qui dixerat se audiuisse à B. Bernardino de Feltro, qui dixerat se respondisse Bergomensi, quod id inuenerat, & legerat in scripturis Ordinis. Miror, inquã quòd huic narrationi tam citò crediderit; tum quia Ludouicus Prutenus ex professo rem disputans an. 1498. contra Bergomẽsem, nec verbum habet de hoc commento, scripturus sanè, & non omissurus, si tale quid præcessisset; tum etiam, quia author anonymus, qui nomen suum propalare non est ausus; & historiam retulit ex relatione relationis, non tantam meretur fidem; sapor enim veritatis huius aquæ, qui concedebatur origini, cùm per accidentia fuerit vitiatus, riuulis abnegatur; tum etiam quià contrà prædictas Scripturas Ordinis Franciscani militant ferè omnia argumenta, quæ contrà Chirographum Bergomensis obiecit. Primò quià nemo in apertum produxit has scripturas, secundò quià si tales scripturæ extarent, credibile nõ est, quòd illas quispiam ex Patribus Franciscanis per tot annorum spatium in confirmationem eius historiæ in forma probanti non transcriberet, ne tanquam, mysteria fidei sint in hac vita credendæ, nõ videndæ. Tertiò quià si hæ scripturæ visæ sunt; quæsò quando? quo loci? dic, oro te, quid continebant? quibus verbis rem hanc adstruebant? quo characterũ genere scribebantur? Quartò quià harũ scripturarum nullum huc vsq; vestigium inuentum est. Vel ergò fateatur P. Vvadingus similia argumenta contrà Chirographum Bergomensis esse futilia, vel nõ tã facilè admittat testimonium authoris anonymi; & Scripturas Ordinis Seraphici; timeatq; tam mordicus affirmare, traditionem Bergomensis fuisse cogitationem ex studio, & affectu exortam. Simile enim figmentum; & imposturam viro pio, docto, & religioso, qui nec moriens retractauerit, tam asseueranter tribuere absq; euidenti, aut certo fundamento, quod in præsenti non est, planè nõ noui quomodò possit culpa vacare. Dixi non esse in præsenti euidens, aut certum fundamentum ad sic iudicandum de Bergomensi: quià quamuis euidens esset, aut certum B. Franciscum non fuisse Eremitam Augustinianum; adhuc indè non infertur Chirographum fuisse malitiosè excogitatum à Bergomensi; potuit enim illud referre ab alio deceptus; & quandò ità esse potuit, pietas, & Charitas Christiana suadet, imò & præcipit; vt potiùs credamus hominem talem fuisse inaduertenter deceptum, quàm malitiosè mentitum. Audiat religiosissimus, sapientissimus, mihique charissimus pater; au-

diat

diat inquam, & discat; audiat Prutenum quem vidit, & discat à Pruteno, quem noluit imitari, quomodò vir ille doctus, & religiosus in principio huius controuersiæ locutus fuerit. *Adsertum* (verba sunt Pruteni a) *quod dicitur de Chirographo Mantuæ viso, &c. fictitium est, & quasi incredibile pro eo quia Mantua per multa distat ab Assisio & nunquam legitur quòd ibi conuersatus fuisset S. Franciscus.* Videns autem quid respōderi posset, sic tacitæ responsioni occurrit. *Et licet Iacobus Bergomensis putet, vel fingit* (debet dicere, *fingat*) *illuc cum Ioanne Bono translatum, tamen non est verisimile, quòd tale pittacium vnquam ibi visum fuerit, & iā non videtur,* &c. Quasi non potuisset Chirographum manu Sanctissimi Francisci subscriptum aliquando perire. Subdit, *de illo autē, quæ allegata est per Iacobum prædictum nunquam auditum est, & tale aliquid in aliquo scripto repertum.* Quasi non potuerit nunc aliquid de nouo, & verè dici ex sola relatione antiquiorū. Verùm licèt totus sit Ludouicus contrà Chirographū; at contra Iacobum sic concludit prudēter, & religiosè. *Videtur igitur Fr. Iacobus errasse, & defecisse ex relatu auditorum, sicut defecit in lib. XV. sub anno 1462.* &c. ita sanè loquendum de Philippo Bergomensi; asserendo scilicet potiùs illum inaduertenter deceptum, quàm malitiosè mentitum.

a in trilogio animæ parte 3. cap 6. litera H.

860 Ad secundam illationem Respondeo duo. Primum est. Nonnulli authores monachatus Augustiniani S. Francisci aliam, quam Bergomensis (& hic magnam) fidem, & censuram merentur, vtpotè qui non sunt illum secuti, sed præcesserunt, quales sunt Henricus de Vrimaria, Iordanus de Saxonia, & Ambrosius Coriolanus. Secundum est. Alij authores, qui post Bergomensem scripserunt, etiam si illum secuti sint, non parùm eius fidem augent; non enim solum sunt multi, sed graues, & veri. Nunquid nō accrescit fides, & authoritas amplior opinioni, quam plures viri doctissimi sequuntur; quàm si tātùm vnus illam tenuisset? Numquid opiniones verbi gratia subtilissimi Scoti non sunt probabiliores, saltem per extrinseca principia; quià tot homines doctissimi illis subscripsērunt? Non negabit hoc homo doctus, Theologus, & Scotista. Quarè ergò non erit etiā sententia Bergomensis probabilior, saltem per extrinseca principia; quià illi adhæserunt viri sapientissimi, quales sūt

Diluitur secunda.
Primum.
Secundum.

Antonius Sabellicus, Polidorus Virgilius, & Baptista Egnatius? Neq; enim est excusatio sapientum; quòd publica via errauerint. Neq; credi potest viros eruditissimos rem non consideratam in lucem prodidisse. Quòd si considerarunt, & prodiderunt, saltem probabilem iudicarunt. Iudicium autem peritorum Artis de re, aut de probabilitate rei non parùm illam commendat. Quæ autem ex Erasmo, & ex cap. *licèt*, adducit Reu. P. Vvadingus, speciosa sunt, si exteriùs tantùm inspiciantur; at si videntur intus, inania ad id, quod intenditur. Erasmus enim ex Laertio agit de testibus in causa suspectis, quorum pluribus non est magis credendum, quàm vni; quià suspicio, quæ vnius fidem euacuat, cunctis negat. In præsenti autem Sabellicus, Polidorus, & Egnatius non sunt suspecti. Caput autem, *licèt ex quodam*, quod est 47. de testibus, & attestationibus, & est Innocentij III. in Concilio generali; agit de testibus ex auditu ad probandam consanguinitatem, & affinitatem, & præcipit testes de auditu non admitti, si tantùm audiuerint ab vno, vel licèt audiuerint à pluribus, si hi plures sint infames, & suspecti; & nō omni exceptione maiores. Cùm enim vnus testis de visu solus, & plures, suspecti tamen, & infames, neq; omni exceptione maiores, nō sufficerent, consequens est, vt neq; illi admittantur, qui tantùm ab his se audiuisse testantur, *cùm enim videtur absurdum illos admitti, quorum repellantur authores.* Hæc autem in nostro casu non militant; tum quià Sabellicus, Polidorus, & Egnatius non asserunt se id accepisse à Bergomensi; tum etiam quià Bergomensis est testis maior omni exceptione, si omnes circumstantiæ rectè, & sinè bile, & stomacho considerentur.

AD NVMERVVM IX.

Testes domestici, qua ratione sint admittendi, explicatur.

861 EXaminat deindè R. P. Vvadingus testes, quos M. Marquez adduxit pro monachatu Augustiniano S. Francisci, distinguitq; illos in duas classes, Augustinianorum vnam, & exterorū alteram. *Maior, & potior pars testium,* ait, *constat ex domesticis Augustinianis.* Contra hoc insistem primò Verbis; deindè argumentis insur-

Adducuntur argumēta aduersarij cōtra testes domesticos.

insurgit. Verba omittimus, quià dimittimus. Argumenta adducimus, vt dissoluamus. Primum est. Quià domesticos testes non admittendos, præcipuè in re ipsos concernente, & in emolumentum cedente, docent leges; (sic citat in margine. *Lege, etiam C. de testibus. l. testes eos ff. si testes §. testes 4. q. 3. & cap. in locis, de testibus. & afferit ibi glossa. Abbas in cap. 1. de Procur. num. 4.*) & earũ expositores.

Primum.

Secundum ad hominem. Quià M. Marquez non semel reijcit Philippum à Sosa dicentem Sanctum Bonauenturam Augustinianis præscripsisse cucullam; quià erat eiusdem familiæ Franciscanæ.

Secundum.

808 Verùm hæc parùm vrgent. facili negotio soluuntur. Quin imò dicere possumus, cum Augustino.[a] *Vide quàm multa dixit, & quàm sibi ex aduerso proposuit, soluere, omninò non potuit. Nec solum hoc; sed etiam nos ipsos, quæ aduersos eos* (ad hominem arguentes) *dicere debeamus admonuit. Neq; enim tantùm nihil eos adiuuant hæc Euangelica testimonia; sed etiam causæ nostræ plurimùm suffragantur.* Si enim (vt ipse vult) repellendi sunt testes domestici, præcipuè in re ipsos concernente, & in emolumentum cedente, quomodò non repellit, aut non vult repelli à nobis authorẽ Appendicis Mariani, anonymũ, Franciscanum; vbi narrat narrasse Fr. Hieronymum de Bataglia narrasse sibi B. Fr. Bernardinum de Feltro totam hanc nouam historiam; quâ Bergomensis authoritas elidi, & nomen infici procuratur? Quomodò etiam non repellit, aut non vult repelli scripturas Ordinis Franciscani, quæ referuntur asseruisse B. Bonauenturam præscripsisse Eremitis in Concilio Lugdunensi formam Cucullæ, quam modò gestant; sed ea pro constanti supponit, & asserit, præcipuè num. 19. pag. 101. Nunquid res hæc ipsos non concernit? aut non cedit in eorum emolumentum? Vel lex illa, & doctrina tantùm intelligitur in Eremitas non in Franciscanos, *vt sit pondus, & pondus*[b] *mensura, & mensura? Sed vtrumq; abominale est apud Deum.*

Retorquetur obiectio.
a lib. de vnico baptismo cap. 7.
b Prouerb. 20.

809 Hæc ad hominem diximus; Verùm ad rem respondet ad primum ex doctrina M. Marquez[c] quòd testes domestici in causa Ciuili, qualis est hæc) sunt in duplici differentia. Vel enim testificãtur id, quòd aliàs constare non potest; vel quod constat, illos meliùs nosse potuisse, vel nõ. Si secundum repellendi sunt, vt & notauit Marquez eisdem testimonijs in margine allegatis, quæ etiam R. P. Vvadingus allegauit. Vndè mirum est, quod non viderit, aut noluerit aduertere alia testimonia, quæ ibidẽ Marquez adduxit, ex quibus constat Testes domesticos primi generis non solùm non esse repellẽdos; verùm etiam alijs præferẽdos, citauit Marquez pro hac parte testimonia, *ex Cap. Romanus in fine de testibus l. quoties C. de Nauf. lib. 11. cap. super prudentia 14. quæst. 2. l. Consensu §. plagij. C. de repud. latissimè Farinaccius in praxi Criminali parte 2. quæst. 55. inspectione 1. limitatione 3. num. 35. 36. & 37.* scilicet idem ostendit. Atq; adeò dum de Monachatu Augustiniano S. Francisci agitur, non sunt repellendi testes Augustiniani, præcisè quià domestici, sed potiùs præferendi. Res enim hæc, quæ intrà illorũ Cœnobia contigit, meliùs illis fuit nota.

Diluitur primum.
c cap. 21. § 3. pag. 359.
Quando testes domestici sunt repellendi.

810 Et sanè testes domesticos primi generis non esse repellẽdos vel ipsa praxis docet. D. Bonauentura[d] sic ait. *Cum familiaribus Sancti Viri collationem habui diligentem, & maximè cum quibusdam, qui Sanctitatis eius, & conscij fuerunt, & sectatores præcipui.* Et authores Chronicarum cuiuscumq; religionis, aut regni, non aliundè, quàm ex testibus domesticis trahunt plura, quę referunt in Vitis Sanctorum Sui Ordinis, aut regni. Et quod magis est Ecclesia Romana admittit eorum testimonia pro Canonizationibus Sanctorum. Vndè Ioannes Franciscus de Pauinis[e] in idem conspirans, sic ait. *Item Bonifacius IX admisit testimonium filiæ S. Brigittæ ad probanda miracula matris eius.* Et ex eodem fundamẽto docet[f] adhibendam esse fidem Chronicis Minorum, quamuis anonymis, in quantùm de Sanctitate Bonauenturæ loquebantur.

Progreditur data solutio, & confirmatur exemplis.
d in prologo legendæ S. Francisci.
e in informatione pro Canonizatione S. Bonauenturæ, quę habetur tomo 1. opusculorum eiusdem Sãcti par. 2. art. 4. fol. 16. pag. 1.
f art. 8. fol. 18. pag. 1.

811 Sed præstat audire verba Paschalis secundi ad Guidonem Archiepiscopum Viennensem, & Apostolicæ Sedis Legatum, quæ habentur 14. quæst. 2. cap. *super prudentia tua*, ex quibus constabit testimonia nostrorũ authorum ex eo quòd domestici sunt, non esse repellẽda in hac causa, testimonium verò appendicis Mariani, quod contrà Bergomensem afferitur, prorsus esse reijciendum. Casus hic erat. Guido in Causa, quæ vertebatur inter Canonicos S. Stephani, & Canonicos S. Ioannis, Canonicos S. Stephani ad perhibendum testimonium Veritati recipere nolebat, quià domestici erant. Paschalis Pontifex sic illi scribit. *In criminibus si quidem accusatorum, & testium illa distinctio obser-*

Confirmatur amplius ex Paschali 2.
Testes domestici in causa

criminali non admittendi, secùs in ciuili.

obseruanda est, qua in Canonibus continetur, ut qui ad probationem domestici assumantur. Caeterum in possessionum, vel huiusmodi negotijs hi potissimum assumendi sunt qui eadem negotia tractauerunt, de quorum auditu, & visu haesitatio esse non debeat. Ex his duo habemus. Primum est, in criminibus, & causis criminalibus repellendos esse testes domesticos. Et hinc sequitur repellendum esse testimonium appendicis Mariani, non solùm quià authoris anonymi, sed etiam, quia domestici, affertur enim à vobis in causa criminis, quod Bergomensi obijcitis, postquam asseruit B. Franciscum fuisse Augustinianum. Secundum est in causa ciuili non esse repellendos testes domesticos, quia vt dicit glossa in prædicto cap. *super prudentia tua*, verbo, *tractauerunt, ea, qua in capitulo gesta sunt, meliùs probari possunt per Canonicos, quàm per alios*. Et hinc sequitur Authores Augustinianos, qui asserunt S. Franciscum egisse Eremitam D. Augustini, nõ ex eo præcisè repellendos; quia domestici sunt; hæc enim causa Ciuilis est, & ea, quæ in nostris Conuentib^9 gesta sunt, meliùs probari possunt per Augustinianos, quàm per alios.

812 Diluitur secundum.

Ad secundum respondeo Magistrum Marquez non ex eo præcisè reijcere Fr. Philippum à Sosa, quià Frãciscanus erat; sed quià recẽs author, qui in propria causa loquens, & litigans, non omnem fidem meretur, nisi asserta probet ex antiquis, & fide dignis testimonijs. Audi verba Magistri Marquez. [a] *Remitirse à Volaterrano, y. a Fr. Phelipe de Sosa que es poco mas que remitirse a si; porque Volaterrano fue Canonigo reglar, y Fr. Phelipe de Sosa pareze hauer sido author moderno, y de la orden del glorioso P. S. Francisco, de quien Volueremos a tratar en el* §. 10. ibi autem sic habet pag. 52. *Creemos sin embargo que es author moderno y del Orden de los Menores*. Non ergò illũ præcisè reijcit, quià ex Ordine Seraphico; sed quià homo recentior rem antiquam, quæ nõ potuit illi meliùs constare, ex sola sua relatione comprobauit. Vndè cùm sit ex testibus domesticis secundi generis, mirum non est, quòd repellatur à Marquez. Hoc est quod ille asseruit, non quod ălij minùs rectè de illo cogitarunt, vt dicere cum Augustino [b] potuerim. *Quis ergò hac verba dicta esse crederet, scriberet, recitaret; si ea sicut oportuerat, cogitaret?*

a cap. 4. §. 6. pag. 43.

b lib. 3. de Animo, & eius origine.

AD NVMERVM X.

Hieronymi Roman sententia examinatur.

813 Assertio aduersarij.

HAbet etiam (ait R. P. Vvadingus [c]) *præter communem hunc errorem ex Bergomense haustum, alios, quos breuiter obijciam quibusdam huius Classis testibus.* Habeas non inficior. Habeo & ego quosdam, quos obijcere possem authoribus vestris in hac causa; ex aliorum tamen erroribus famã comparare non ambio. *Optimè enim nouit prudentia tua* (vt ait Hieronymus ad Augustinum [d]) *vnum quemq; in suo sensu abundare; & puerilis esse iactantia, quod olim adolescentuli facere consueuerant accusando illustres viros nomini suo famã quærere.* Sed examinemus quos errores, & in quos testes obijciat. Primus est Fr. Hieronymus Roman, *in quo historico*, ait, *Viri graues, & ponderosi scriptores maiorem cuperent solertiam in rebus examinandis, vndè author Bibliotheca hispanica tomo 2. classi 5. & Valerius Andreas in Catalogo clarorum Hispania Scriptorum eũ Censorum notionem minimè effugere potuisse non immeritò dixerunt.* Post enumeratos autem, quos ipse vocat errores subiungit hæc verba in fine vltimi, de illo specialiter agens. *Vt faciliùs, & Speciosiùs Franciscus Ioannis Boni asseratur discipulus, tota hac ordiebatur tela, & apparentia hac struebantur fũdamenta, qua tamen velut omninò falsa ipse noster reijcit dissertator.* Sic ille innuens ea omnia à Romano primum inuenta, vt faciliùs, & speciosiùs S. Franciscus B. Ioannis Boni Discipulus assereretur.

c num. 26. pag 103.

d epistola 19. inter Augustinianas.

814 Primo eiusdẽ obiectio in Hieronymum Roman

Huic ergò Authori obijcit primò, qđ [e] asserit Franciscum integro biennio, & vltrà Cesenæ hæsisse cum Ioanne Bono. Hoc autem cohærere non potest cum B. Bonauenturæ, [f] & omnium historicorũ fide dignorum fide, dicentium, quòd illo biennio à prima vsq; ad secundam conuersionẽ trinam ædificauerit, aut restaurauerit Vir Sanctus Ecclesiam.

e lib. 6 Reipub. Christiana cap 4.

f cap. 2. vita S. Francisci.

Secunda.

Secundò quòd dicit B. Franciscum semper retinuisse baculum Augustinianæ Religionis insigne. Quod est contrà Bonauenturam, [g] Vincentium Beluacẽsem [h] Antoninum, [i] & alios quosque Senos Francisci Vitæ Scriptores, Hi enim omnes docent Franciscum in secunda sua Conuersione baculum deposuisse.

g cap. 3.

h lib. 29. cap. 98.

i 3 part. titulo 24. cap. 2.

815 Tertia.

Tertiò, quod docet [k] Congregationẽ B. Ioannis Boni eamdem esse cum Congregatione fratrũ Pœnitentiæ Iesu Christi,

k ibidem cap. 6. & 14.

sti, seù Saecitarum. Quem etiam errorem Crusenius [a] traxit à Romano. Has autem Congregationes omninò fuisse distinctas, imò & Cōgregationem Saecitarum non fuisse vnitam in vnione generali, multis, ijsq; efficacibus argumentis M. Marquez ostendit [b].

a 5. p. Monasticon Augustiniani cap. 1.

b cap. 16. per totum à pag. 198.

816 Quartò, quia dicit Minores semper proprio, & certo nomine appellatos fuisse fratres de Pœnitētia Iesu Christi; idq; mandato Honorij III. Hoc autē est contrà omnes graues historicos, & contrà M. Marquez [c]. Quin imò & sufficit ipse Romanus contrà Romanum. Nam libro 6. Reipublicæ Christianæ cap. 5. fol. 281. pag. 2. verbatim refert diploma Honorij III. quo confirmat regulam S. Francisci sub titulo fratrum Minorum; & tamen adeò exiguò interuallo cap. 6. aut aliter præceptum ab Honerio, vt vocarentur fratres de Pœnitētia Iesu Christi, & quòd magis mirum est, in testem adducit Bonauenturam, qui potius cap. 6. scribit contrarium.

Quartū.

c cap. 16. §. 8.

817 Quòd autem Romanus addidit in lite exorta in Diœcesi Cremonēsi de antiquitate inter Eremitas, & Minores allegatū fuisse in processu, Franciscum cum illis egisse Eremitam. Respondet Reu. P. Vvadingus id mirum non esse; si allegabant Eremitæ, idq; anno 1499. post adinuentum à Bergomensi Monachatum.

Responsio eiusdem.

818 Non est animus errores defendere; quia non nisi errando propugnantur errores. At verò errando, neq; vincendi sunt errores, quantò minus defendendi? Vt enim ait Augustinus. [d] *Nos te dilectissime non sic volumus hæreticorum esse victorem, vt error vincat errorem, & quod est peius maior minorem.* Nolumus ergò errores aliorum erroribus nostris defendere. Placet tamen ostendere, quid Romanus, & alij à veritate alienum tradiderint; & quid illis, si non per fallaciam, per deceptionem imponatur. Neq; mirum est, homines quantumuis doctos, sed homines, aliquid humanum passos, aliquando approbasse falsa pro veris; *vt & Senecā* (verba sunt Francisci Petrarchæ [e]) *& iam hinc me ipsum excusem. Vix est enim humanum omni reprehensione caruisse.*

Authoris animus aperitur.

d lib. 3. de anima, & eius origine cap. 13.

e in præfatione epistolarū familiarū ad Socratem.

819 Neq; Romanus noster adeò est author inglorius (quamuis nonnunquam labatur. Quis non ità?) vt non benè audierit à pluribus. Referamus duos, quos authori Bibliothecæ Hispanicæ, & Valerio Andreæ iure optimo opponamus: Hi sunt M. Fr. Antonius Iepes Benedictinus [f], qui ait. *Lo quiero cō autoridad de otro religioso de la mesma Orden quebrantarsela, todo; y es author, que mereze mucho credito en materia de historia, porque la professo toda su vida, y la trato de proposito. Este es Fray Hieronimo Roman, de quien andan en España muchas obras, &c.* & M. Frater Didacus Coria Maldonatus Carmelita, [g] qui sic ait, *El muy R. P. F. Hieronimo Roman hombre muy docto, y no menos visto en historias, y antiguedades, que todos los que hasta el an escrito.* Sunt ergò, & Viri graues, & ponderosi Scriptores, qui in Romano commendent notitiam, cognitionem, & solertiam in rebus examinandis.

Hieronymus Romanus à pluribus benè audit.

f to. 2. historiæ Benedictinæ centur. 2. cap. 3. anno 617. fol. 237. pag. 2.

g in dilucidatio chronicorum, & antiquitatis sacri ordinis Carmelitici lib. 2. cap. 1. fol. 91. pag. 1.

Miror autem quomodò R. P. Vvadingus dixerit totam eam telam ordiri, & apparentia strui fundamenta cœpisse, vt faciliùs, & speciosiùs Franciscus Ioannis Boni assereretur discipulus; quasi primus, qui id docuerit, fuerit noster Romanus. Potuisset autem sapientissimus Pater aduertere primum authorem, qui dixerit Ordinem Minorum fuisse appellatum de Pœnitentia Iesu Christi, non Romanum, aut quempiam aliū ex consodalibus fuisse; sed Bartholomeum de Pisa Franciscanum id satis clarè innuisse circà annum 1380. expressisse verò Hieronymum Zozitam illustrē historicum orbi notissimum, quem ipse Romanus [h] in testem suæ assertionis citauit. Nūquid Bartholomeus Franciscanus, & Zuzita sæcularis hanc orsi sunt telam, & apparentia struxerunt fundamenta, vt faciliùs, & speciosiùs Franciscus Ioannis Boni assereretur discipulus? sed præstat obiecta discutere. 820

Qui dixerit ordinē Minorū de Pœnitētia Iesu Christi fuisse appellatum.

h lib. 6. Reipublicę Christianæ cap. 6. fol. 286. pag. 1.

Ad primam obiectionem respondeo duo. Primum est. Quòd Romano obijcitur, Romanus habet, & non habet. Habet quià asserit B. Franciscum in Eremo Cæsenatensi mansisse biennio, cum B. Ioanne Bono. Non habet; quià [i] refertur illum asserere B. Franciscum ibi mansisse biennio, & vltrà. Hoc autem (*& vltrà*) Romanus non habet. Verba eius [k] hæc sūt, *y estando aqui por espacio de dos años ò poco mas, &c.* Non ergò debuisset vertere latinus interpres, si cupiebat fideliter vertere, *biennio, & vltrà*; sed, *biennio, aut paulò vltrà*. Quæ duo longè diuersū sensum reddunt. Sed prima versio ad obiectionem magis conducebat. Secundum est; iam suprà [l] latè exposuimus quomodò stare possit, quod B. Franciscus illo 821

Responsio ad primam affertur duo. Primum.

i nu. 21. pag. 103.

k lib 6. Reipublicę Christianæ cap. 14. fol. 300 pag. 1.

Secundum.

l in responsione ad num 3. § 3.

biennio

biennio Ecclesias Assisij repatauerit, & nihilominùs mansisse dicatur in Eremo Cæsenatēsi; nempè quià verbi gratia absens erat de licentia Prelati, vbicunq; autem fuerit monachus, vt tradunt cōmuniter Doctores, dummodò sit sub obedientia Abbatis, aut Prælati sui, semper fingitur, & reputatur esse in claustro suo. Vndè Romani assertum non erit contrà D. Bonauenturam, aut alios historicos fidedignos. Salua enim illorum authoritate, stat firma Romani propositio. Eum autem in hoc sensu locutum, imò neq; in alio diuerso potuisse loqui, conijcio ex eo; quòd cùm dixisset B. Franciscum in Eremo Cęsenatensi mansisse biennio aut paulò vltrà (meliùs dixisset, aut paulò minùs) & nouum ordinem fundasse, subiecit hæc verba. *Esto hizo el monido del Oraculo diuino, porque oiendo aquellas palabras del Santo Euangelio que dize, el que viene á mi sino renuncia todas las cosas, non puede ser mi discipulo*, &c. nō potuit autē Romanus ignorare, id contigisse in Eccles. S. M. Angelorum propè Assisium lōgè ab Eremo Cæsenatensi; atq; adeò si etiam tunc dicebatur manere in Eremo Cæsenatēsi, id erat, quià erat extrà illā de licētia Prælati.

822 Ad secundam dico plura. Primum est. Romanus citato libro 6. cap. 14. fol. 300. pag. 1. sic habet. *Solo el baculo, que la religion de S. Augustin traia por señal de religion retuuo.* Secundum est; in hoc, vt existimo, manifestè errauit contrà omnes scriptores, quos viderim vitę B. Francisci inter quos S. Bonauentura [a] sic ait. *Deposuit baculum, &c.* Tertium est. Occasionem errādi videtur desumpsisse Romanus ex Iacobo de Voragine Dominicano circà annum 1290. qui vt supra retulimus [b] sic inquit. *Vndè cuidam cum baculo, qui figuram Thau in se habebat, apostbema fregit, & Sanatus est.* Hinc fortè credidit D. Francisc\u016b etiam post institutionem sui Ordinis vsū fuisse baculo. Sed debuit considerare, quòd hoc miraculum non Franciscus viuens, sed deuoto in Castro Chore Ostiēsis Diæcesis, qui illum viuentem, & viderat, & nouerat, post mortem apparens patrauit, vt constat ex D. Bonauentura in fine Vitæ Sancti Francisci, vbi sic addit. *Tetigit locum doloris cum baculo paruulo, qui figuram Thau in se habebat, & fracto mox apostbemate perfectam tribuit Sanitatem.* Addo ex D. Bonauenturæ satis colligi potest B. Franciscum saltem in fine Vitæ post acceptā sacra stigmata baculi adminiculo vsum fuisse; neque enim appareret suo deuoto nisi in ea forma, in qua ægrotus illum viuentem viderat. Simile videtur hoc argumentum illi, quo vtitur Ioannes Hierosolymitanus [c] explicans illa verba, Helisæi ad puerum suum [d] *Tolle baculum*, &c. *Baculum vtiq; (ait Ioannes) non dedisset ei Propheta postmodum, nisi cum manu sua solitus esset portare.* Sic itaq; Franciscus ægroto cognito apparens, non fregisset baculo apostbema, nisi cum manu sua solitus esset portare. Licet ergò in secunda conuersione baculum deposuerit; quòd malè negauit Romanus, satis credibile est, quòd postea saltem post sacra amoris vulnera illum reassumpserit; sed in modum Thau, qualis erat baculus nostrorū Erēmitarum, vt Vvadingo placuit.

823 Ad tertiam. Respondeo plura. Primū est. Tradidit Romanus Congregationē fratrum S. Ioannis Boni esse eandem cū Congregatione fratrum de Pœnitentia Iesu Christi. Ita habet libro 6. Reipublicę Christianæ cap. 3. fol. 264. pag. 2. & cap. 6. fol. 285. pag. 1. vbi & addit in eadem Congregatione B. Nicolaum Tolentinatem sub Augustini regula militasse, & fol. 286 pag. 2. & cap. 14. fol. 299. pag. 2. eandem identitatem illarum duarum Congregationum adstruit. Secundum est. fallitur R. P. Vuadingus [e] dum ait, Crusenium errorem hunc à Romano traxisse. Decipitur quidem sæpè Crusenius, in hoc tamen non sequitur Romanū; in suo enim monastico Augustiniano parte 3. cap. 1. pag. 124. inter Congregationes vnitas Ordini Eremitarum S. August. enumerat tā quā distinctas Cōgregationes Cōgregationē Eremitarū de Pœnitentia, & Congregationem Eremitarum B. Ioannis Boni; & pag. 125. contendens fratres de Pœnitentia Iesu Christi in vnione fuisse cōprehensos, sic habet. *Moueor autem plurimùm, vt asseram Saccitas cum Cæteris Congregationibus Ordinis S. Augustini fuisse vnitos, quià inuenio apud plerosq; hos Saccitas de Pœnitentia Iesu Christi fuisse à B. Ioanne Bono fundatos, cuius Congregationem fuisse vnitam certissimum est.* Hoc autem non est confundere Congregationem Saccitarum cum Congregatione Zambonitarum; sed vtriusque quasi agnoscere authorem B. Ioannem Bonum; (Hoc autem quomodò possit verificari, explicuit Marquez [f] & indè inferte Congregationem Saccitarum vnitam fuisse, nempè quià habuit etiam initium ab eo, cuius Congregatio,

quæ

Margin notes: Responsio ad secundam plura continet. Primum. — Secundum. — [a] cap. 3. — [b] in respon. ad num 5. §. 4. — Tertium. — [c] de institutione monachorum cap. 42 — [d] lib. 4. Reg. cap. 4. — Responsio ad tertiam plura dicens. Primum. — Secundum. — [e] num. 21. pag 105. — [f] cap. 16. §. 6. pag. 105.

quæ appellabatur Ioannis Boni, vnita fuit.

824 Tertium. Tertium est. Errauit Romanus Confundendo prædictas duas Congregationes, vt optimè ostendit Marquez a id quod euidenter conuincitur: quià Congregatio Eremitarum Ioannis Boni sub eo appellationis titulo, vt constat ex ipsa Bulla Vnionis, fuit vnita. Cõgregatio autem fratrum de Pœnitentia Iesu Christi & antè vnionem, & post vnionem, sub eà denominatione per totum ferè Orbem dispersa, perseuerabat extra Obedientiã Ordinis Eremitarum S. Augustini. Meminime vidisse in Archiuo Sedis Dertusensis testamentum in pergamineo D. Pontij de Iardino Episcopi Maioricensis qui inter alia relinquebat quoddam legatum Conuentui fratrum de Pœnitentia Iesu Christi circa annum 1300. Ioannes etiam Piosfeus b refert Collegium S. Petri in Academia Cantabrigensi in Anglia fuisse auctum regnante Eduardo II. atq; adeò post annum 1308. per id enim tempus Robertus Lirlingus adiecit Collegio quamdam Domum, quæ vocabatur Monasterium de Sacco, seù de Pœnitentia Iesu Christi. Cœterum quamuis Romanus errauerit, non tamen adeò singulariter, vt erroris Comites non habuerit. Vtràq; enim Cõgregationẽ in vnã manifestè videtur cõfundere P.M.F. Frãciscus Diago Dominicanus c Gaspar Escolan d Fr. Ludouicus de Mirãda Franciscanus, & Doctor Scipio Iardinus Maceratẽsis e.

825 Quartum. Quartum est. Non ita manifestum est Congregationem fratrum de Pœnitentia Iesu Christi dictorum Saccitarum nõ fuisse vnitam in vnione generali an. 1256 vt doctrina Crusenij, & Romani in hac parte possit sinè errore inter errores numerari. Quamuis enim id satis videatur conuincere M. Marquez g tamen omnia illa non improbabiliter dissoluentur, si dicatur, contigisse Saccitis idem quod Guillelmitis. Vtrique cõprehensi sunt in vnione, & vtriq; paulò posteà excẽpti sunt ab vnione. De Guillelmitis est manifestũ apud Marquez h. Quod autem de Guillelmitis est certum, de Saccitis non est improbabile; si attendamus quot, & quãti, & quàm antiqui authores rem hanc vnanimi consensu tradiderint. Hi enim sunt B. Fr. Ioãnes de Lana, qui fuit Prior Bononiẽsis circa annum 1330. Affirmat enim noster Cherubinus Girardaccius i ita haberi *in omnibus Scripturis B. Ioannis de Lana*; idem senserunt B. Fr. Iordanus de Saxonia (in omnibus antiquis originalibus, quorum vidi tria) circà ann. 1356. libro 1. Vitas Fratrum cap. 14 pag. 30. ibi *Nec non & fratres de Pœnitentia Iesu Christi, qui Saccita vocabantur.* S. Antoninus circà annum 1450. k Ambrosius Coriolanus circà annum 1477. l Compendium rerum Ordinis Augustiniani iussu Cardinalis Seripandi tunc generalis editum an no 1549. m anno 1258. vocans eos Eremitas de Pœnitẽtia Iesu Christi. Iosephus Pamphilus Episcopus Signinus, & Papæ Sacrista an. 1575. n Ibi inter alias Congregationes vnitas hanc sic enumerat in secundo loco. *Congregatio Eremitarum de Pœnitentia Iesu Christi per Italiam, & Galliam propagata.* Gundisaluus de Illescas. o Alphonsus Ciaconius Dominicanus p Guillelmus Caualcantinus. q M. Fr. Antonius de Iepes Benedictinus. r Abrahamus Bzouius Dominicanus. r Ludouicus de Miranda Franciscanus. s Siluester Maurolicus Abbas Rocchæ Matoris in Sicilia Ordinis Cisterciensis. u Ioannes Azorius è Societate Iesu. x Nephas ergò erit Romani, & Crusenij placitum hoc appellare errorem, cum tot, & talium virorum testimonijs confirmetur. Erit ergò opinio probabilis, licèt falsa, vt eum Marquez mihi persuadeo. y Quià decretum vnionis solùm extendebatur ad Congregationes habentes titulum Eremitarum. Vndè in bulla Vnionis sic habetur. *Cùm consona in Vobis Eremitarum appellatio, & parùm dissona prof sino disparibus titulis dis reparet.* At Saccitæ, non Eremitæ, sed fratres de Pœnitentia Iesu Christi Ordinis Sancti Augustini appellantur à Gregorio IX. (apud Marquez z) bulla data apud Vrbẽ Veterem 7. idus Decembris anno 1. Pontificatus, atq; adeò Christi 1227. & eodẽ modo vocantur in alijs priuilegijs, & authorib. antiquis. A nouioribus verò post compendium Cardinalis Seripandi editũ anno 1540. etiam vocantur Eremitæ. Sic enim eos nuncupat idem Compendium, Pamphilus, & Maurolicus. Vndè Colliges contrà Marquez a non solos Ciaconium, c & Escolanum b enumerasse Fratres de Pœnitentia Iesu Christi sub titulo Eremitarum; imò Ciacconius non appellat eos expresè Eremitas, sed Saga de Pœnitentia Iesu Christi; licèt dicat Ordinem Sancti Augustini auctum fuisse ab Alexandro, additis varijs Eremitarum Collegijs. At inter hæc Collegia

Ll

a c. 16. sect. per totum à pag. 298.

b tomo 1. relationum historicarum de rebus Angliæ pag. 47.

c lib. 5. Comit. de Barchinonensium cap. 18. & lib. 2. historiæ Prouinciæ Aragoniæ sui ordinis cap. 87. & 94.

d lib. 7. Annalium Valentiæ cap. 63. & 64.

e lib. 5. histor. Valẽtinæ cap. 8.

f 1. par. Manualis quæst. 4. art. 6.

g in vita S. Nicolai de Tolentino § 2.

Quartum. Nonest certũ Saccitas in vnione generali non fuisse vnitos.

g cap. 16. per totum à pag. 298.

h cap. 13. §. 14. pag. 234.

i 1. par. histor. Bononiensis lib. 6. pag. 195

k 3. par. historiali tit. 24. cap. 14. § 3.

l Vitam S. August. per Possidium scriptam.

m pag. 15. in prologo, & pag. 33.

n in Chron. August. fol. 30. pag. 1.

o 2. Tõ. 3. histor. Pontificalis lib. pat. 1. cap. 37. in fine.

p de vitis, & gestis Pontif. & Card in Alexandro IV. pag. 176. sub hoc titulo, Saga de Pœnitentia Iesu Chri.

q & in Vrbano IV. pag. 587.

r in vita S. Guillelmi cap. 14. pag 33.

s tomo 2. historiæ Bene. dictinæ in aduertentijs ad lectorem fol 2. pag. 2. col. 4.

t tomo 13. Annal. Baron. an. 1263. col. 718

u 1. par. Manualis quæst. 4. art. 6.

x in Mari Oceano omnium religionum pag. 274.

y tom. 1. institut. Moral lib 12. cap. 13. col. 1579.

z cap. 18. § 6. pag 306.

a cap. 16. § 2. pag. 301.

b pag. 306. vbi supra.

c in Alexandro IV. & Gen. firmans.

d lib. 5. histor. Valentinæ cap. 8.

legia enumerat Collegia Saccitarū, quod ferè in idem recidit.

826 Ad quartam. Obiectionem etiam plu ra respondeo. Primum est. Habet etiam, & non habet Romanus id, quod illi tribuitur. Habet quidem ex præcepto Honorij III. Ordinem Minorum fuisse appellatum de Pœnitentia Iesu Christi, ità docet lib. 6. citato cap. 6. fol. 286. pag. 1. & cap. 14 fol 300. pag. 1. Non tamen habet, quod illi imponitur num. 21. pagin. 104. nempè Minores semper proprio, & certo nomine appellatos fuisse fratres de Pęnitentia Iesu Christi. Quin imò eodem ipso in loco cap. 14. fol. 300 pag. 1. expresse addidit ità vocatos fuisse, *vn tiempo*, id est pro aliquo tempore, non semper. Non tamen ita paruo tempore quòd non durauerit etiam vsq; ad Gregorium IX. anno 1235. Ipse enim R. P. Vvadingus a adducit Bullam 25. Gregorij IX. quæ in regesto Vaticano est epistola 238. quæ sic se habet. *Archiepiscopis, & Episcopis per Italiā constitutis, Vt cum maiori libertate dominica posset Israel adimplere præcepta, in exitum de Aegipto ei Dominus affuit, & persequentem Pharaonis exercitum vnda demersit. De facili enim Sacra robur religionis infringitur, quæ ad uersa malignitatibus flatibus conquassatur. Cū igitur dilecti filij fratres de Pœnitentia mundi delitias aspernentur, & eorum religio Deo, & hominibus sit accepta, per Apostolica vobis scripta mandamus, &c. dat. Perusij 11. Cal. Decēbris, Pontif. nostri anno 8.* Summarium autem huius bullæ ab ipso R. P. Vvadingo præmissum hoc est. *Commendat fratres Minores Episcopis Italiæ, monens vt eis benignos se exhibeantes, nullis eos sinant aduersitatibus, vel pressuris molestari.* Quomodò ergo tā nouum, & inauditum videtur doctissimo P. Vvadingo religionem Seraphicam aliquando titulo fratrum de Pœnitētia fuisse appellatam, cùm ipse producat in publicum bullam Pontificiam, quæ id conuincit ex eius ipsissimo iudicio?

827 Scio Magistrum Marquez b sensisse quòd Romanus errauerit asserens Minores fuisse appellatos fratres de Pœnitentia Iesu Christi, Fundamentum eius est. Quià nullum huius denominationis extat firmum vestigium in aliquo antiquo authore. Quòd enim pro hac parte citatur priuilegium Bonifacij VIII. Augustinianis concessum Lateranj 19 Februarij anno 1. sui Pontificatus, vbi sic habet; *Quòd nulli liceat amodò Praedicatorum, Minorum Pænitentiæ Iesu Christi, Sanctæ Mariæ de Monte Carmeli, Sanctæ Claræ, alijsq; ordinibus in paupertate fundatis*, &c. hoc, inquit, nullius roboris est; quià non est legendum. *Minorum Pænitentiæ Iesu Christi*; sed. *Minorum, Pænitentiæ Iesu Christi*. Vndè in aliquibus impressionibus sic habetur. *Quòd nulli liceat amodò Minorum, Prædicatorū, Pænitentiæ Iesu Christi*, &c. ità legit Emanuel Rodriguez c.

Cæterum licèt Romanus errauerit 828 tradens Minores ex præcepto Honorij III. fuisse appellatos fratres de Pęnitētia Iesu Christi; nihilominùs cōstat ex ipsius R. P. Vvadingi testimonio eos vocatos fuisse a Gregorio IX. an. 1235. fratres de pęnitentia; & præterea aliquod inuenimus vestigium, vt credamus eos aliquāto tempore non dissimili appellatiòne nuncupatos, Si non fratres de Pęnitētia Iesu Christi, saltem fratres Pęnitentiales, & si non ab Honorio III. saltem ab Innocentio III. Etiam hoc videbitur nouum R. P. Vvadingo. Sed habeo testē antiquū & grauem, qui illi non poterit non placere. Is est Bartholomæus de Pisa Franciscanus, qui floruit circà ann. 1380. qui d de Minoritis loquens sic inquit. *Quamuis autè confirmationem religionis per Dominum Innocentium III. Viri pænitentiales nuncupa rentur*; & fortè huc respicit, quòd D. Bonauentura e dixit de Innocentio III. *approbauit regulam dedit de Pænitentia prædicanda mandatum*. Vndè iam poterit minùs mirari R. P. Vvadingus, quòd Romanus in testem sui asserti citauerit S. Bonauenturam. Nec enim ab illo tam longè dissidet Bonauentura, præcipuè adiuncto testimonio Bartholomæi de Pisa. Quod enim Romanus ait, sic appellatos ex præcepto Honorij III. vel est Romani æquiuocatio, vel error impressoris, qui pro Innocentio posuit Honorium.

Secundum est. Contradictio, quæ Ro 829 mano imputatur à Vvadingo, obiecta fuit Hieronymo Zuritæ à P. Daza; dissoluitur autem facilè à M. Marquez f in hūc modum. *Zurita, & Romanus asserunt Franciscanos aliquandò fuisse appellatos fratres Minores de Pænitentia Iesu Christi. Quòd autem Honorius eos tantùm vocat fratres Minores, nō est contrà prædictos authores. Pars enim tituli potuit omitti causa breuitatis. Sic enim religiosi Augustiniani, quorum titulus est*, fratres Eremitæ S. Augustini, *aliquandò tantùm appellantur*, fratres Eremitæ, *vel* Eremitæ, *vel*, fratres Sancti Augustini. Non ergò Romanus sufficit contrà Romanum.

Respōsio ad quartam plura afferens. Primum.

Tempore Gregorij IX Minores dicti fratres de pœnitentia. a tomo 1 Annalium Minorum pag. 53

b cap. 10. §. 8. pag. 309.

c in compen. priuileg. Regular. bulla 7. Bonifacij 8.

Minores dicebantur pœnitentiales.

d lib. 1. conformitatum par. 2. decimi fructus fol. 137. col 2. lin. 22.

e cap. 3. vitæ S. Francisci.

Secundum.

f vbi supra pagin. 310.

Tertium

830 Tertium.

Tertium est. Romani placitum, siuè sit error, siuè non, non fuit à Romano excogitatum; sed acceptum à Hieronymo Zurita,[a] qui id expressè affirmat. A quo item hauserunt alij, inter quos est Gaspar Escolanus.[b] Romanum autem id accepisse à Zorita constat; quià illum adduxit in testem,[c] & asserto Zuritæ non parùm fauet Bartholomæus de Pisa, ex cuius verbis etiam faciliùs, & speciosiùs deducitur Monachatus S. Francisci sub B. Ioanne Bono, & expressè ad idem intentum conuincendum conducit Bulla Gregorij IX. ab ipso Vvadingo adducta. Qua ergò ratione, quo prætextu dici potest. *Ea struebantur fundamenta apparentia, & tota ea ordiebatur tela, vt faciliùs, & speciosiùs assereretur S. Franciscus Discipulus Beati Ioannis Boni?* vt quid enim Bartholomeus de Pisa Franciscanus, & Hieronymus Zorita homo Secularis, & historicus celebris, & de antiquitate benemeritus, vt eũ vocat Cardinalis Baronius.[d] Vt quid, inquam, hi authores viam, eamq; per imposturam struerent prædicto discipulatui? Quis credat Hieronymum, & Bartholomeum, illum secularem, hunc Frãciscanum malitiosè, & per figmentum struxisse viam discipulatui, quem tam ægrè fert eruditissimus Lucas? Adde. Nũquid etiam Gregorius patres ordinis Seraphici appellauit fratres de penitentia, vt faciliùs, & speciosiùs asseretur S. Franciscus B. Ioannis Boni discipulus? Cũ ergo ex ipsius testimonio teneamus fratres Minores à Gregorio IX. appellatos fuisse fratres de penitentia; & aliàs asserat id fuisse inuentum vt faciliùs, & speciosiùs crederetur Franciscus Ioannis Boni discipulus; restat ex eius sententia iam faciliùs, & speciosiùs credi posse monachatum Augustinianum S. Francisci.

a lib. 2. Annalium Aragoniæ cap. 73.
b lib. 5. historiæ Valentinæ cap. 8.
c lib. 6 Reip. Christianæ c. 6. fol. 186. pagin. 1.
d tomo 11. anno 1097 cap. 40. aliàs num. 32.

831 Responsio ad id quod respondet, & subijcit.

Ad id autem, quod subijcitur, scilicet mirum non esse, quòd in lite de præcedentia inter Minoritas, & Eremitas allegaretur; B. Franciscum egisse quondam Eremitam Augustinianum; allegabatur enim ab Eremitis, idq; anno 1499. post editionem supplementi Chronicorum; ad id, inquam, respondeo. Ità sanè est. adhuc tamen est aliquid, quod sit mirum, nempè quòd in ea causa, vbi id allegabatur, fuerat pro Eremitis iudicatum absq; eo quòd prædicta allegatio infirmaretur testimonio Ludouici Prutheni, qui ann. 1494. ediderat Trilogium Animæ; neq; testimonio Fr. Hieronymi de Bataglia, à quo author appendicis Mariani Florentini totam illam historiam refert audiuisse.

Mirum tamen non est per ea tempora litem euictam in Episcopatu Cremonensi. Pluribus enim in locis Eremitæ Augustiniani digniorem, & antiquiorem locũ, quàm Franciscani, obtinebãt. Audi Ambrosium Coriolanum in Apologia ad Sixtum IV. Ordinis Seraphici alumnũ veritate 2. in responsione ad secundum ibi. *Perusii, qua est dignissima Ciuitas, & Ciuitas studij, Minores vadunt antè Eremitanos. Similiter Romæ, qua est caput mundi, & omnium Cærimoniarum magistra, fratres Eremitæ S. Augustini præstantiorem locum tenent; & sic penè in omnibus præstãtissimis Ciuitatibus.* Quinimó, & modò in Regno Lusitaniæ digniorem locum obtinent, quàm Franciscani, vt tradit M. Marquez.[e] Addit Coriolanus, quòd quamuis vbiq; antiquiorem locum obtinerent alij Ordines, potuit esse ratione maioris fauoris, potuit esse ratione alicuius consuetudinis. *Aliter diceremus quòd Ordo Seruorum esset antiquior Ordine Minorum, & nostro, cùm in aliquibus locis in processionibus digniorem locum obtineant, quòd tamen est falsum, cùm ipse ex nostro descenderit Florentiæ. Similiter Ordo Scopetinorum, siuè Congregationis S. Saluatoris veniunt post omnes mendicantes, & tamen certũ est, quòd isti habuerunt Originem à Fr. Stephano, & Fr. Iacobo Andrea Senensibus fratribus nostris Conuentus nostri Illiceti propè Senas ad tria milliaria; & in signum huius retinuerunt totum habitum claustralem nostrum. Similiter fratres Hospitalis S. Mariæ de Scala de Senis instituti fuerunt à B. Augustino nostro de Senis. Similiter princeps suo tempore omnium Euangelizantium M. Gabriel de Spoleto nostri Ordinis instituit Ordinem S. Spiritus de Venetijs & nihilominùs hi omnes, qui fuerunt à nobis nati, digniorem locum obtinent in processionib. quàm aliquis Ordo mendicantium.* Vndè etiã, vt refert Cardinalis Iacobatius[f] *in Thuscia fratres Minores vadunt antè Prædicatores* (idest, in loco digniori, & antiquiori) *qui sunt digniores, ideò quia illud est ibi de Consuetudine.*

832 Progreditur responsio.

e cap. 2. § 3. pag. 11.
f lib. 1. de Conciliis art. 2. numer. 23. fol. 107. pag. 2.

AD NVMERVM XI.

Card. Aegidij Viterbiensis testimonium expenditur.

833 Testimonium Aegidij Viterbiensis.

SEcundus testis Augustinianus, qui scrupulum mouit R. P. Vvadingo, est Illustrissimus Cardinalis Ægidius Vi-

terbienſis, qui in libro 20. ſœculorum, qui habetur manuſcriptus in Bibliotheca Angelica Conuentus Romani S. Auguſtini, dicato Leoni X. ad annũ 1198. ſic habet, vt refert Maruqez a, *vt veluti à Guillelmo Guillelmita, ità à Ioanne Bono Ioambonita, & à loco, quem incolebant, Bictrinenſes nominati ſint. Habeo authores, qui ſcribant huius viri ſanctitate, ac fama illectum Franciſcum Aſſiſium magni ordinis Minorum authorem habitum induiſſe, baculum geſtaſſe, Eremitam egiſſe, ligneis calceis vſum eſſe. Quam rem nec Vincentius quidem ſcriptor hiſtoriarum accuratiſſimus inficiatur. Argumento ſunt, quod Mantuæ Chirographum quãdoq; lectum aiunt; quod in Ioannis Boni manu profeſſus Ordinem ſit; namq; is color, quo poſteri eius vſi ſunt, adhuc beretinus vocatur à Bictrinis loco non procul à Piſauro, quem Ioannes Bonus incoluerat.*

a cap. 21. §. 5. pag. 366.

834 Contrà hæc inſurgit R.P. Vvadingus. Primò, quià alij Auguſtinenſes non ſtatuunt tyrociniũ, aut initiationem Franciſci in Conuentu Bictrinenſi. Secundò, quià nec locum hunc incoluerat Ioannes Bonus, ſed Cœſenam; quam, dum aliquandò relinquere vellet, & tota nocte omni conatu verſus patriam tẽderet, ad auroram in eadẽ Eremo Cęſenatenſi ſe inuenit, & ab eo loco non receſſit, niſi ab Angelo monitus, vt Mantuam pergeret illic moriturus. Tertio, quià Congregatio de Bictrinis nõ incæpit niſi poſt plures annos à morte Franciſci, nempè anno 1230. vt habet b. Reuerendiſſimus Cruſenius Auguſtinianus. Quartò quià de huiuſmodi æthymologia Coloris beretini, ſeù Cinerei nullum prodit Aegidius authorem, cùm non ſit tanta inter beretinum, & bictrinenſe ſimilitudo vocum, vt indè poſſit vel à longè deduci.

Obiectiones aduerſarij cõtra Aegidium Prima. Secunda. Tertia. Quartò.

b 2. p. Monaſticon Auguſtiniani cap. 18. pag 114.

835 Sed ad hæc obiecta dicamus, plura, ſed breuiter, *vt interim citò dicamus*, vt ait Auguſtinus c *quemodò verba, quæ poſuiſti, ſinè cuiuſquam noſtrum anguſtia poſſint intelligi*; vt hoc autem clarè fiat, ſupponenda eſt veriſimilis, & probabilis relatio in hunc modum. Ante acceptam regulam Auguſtinianam in Congregatione Cęſenatenſi aliqui ex Diſcipulis Ioannis Boni circà annum 1206. fundauerunt Conuentum S. Blaſij de Bictrinis, quem tunc aliquantulùm Ioannes Bonus incoluit. Cùm autem anno 1207. Conuentus Cęſenatenſis à Sede Apoſtolica obtinuiſſet regulam, & ordinem S. Auguſtini, Conuentus Bictrinenſis maluit remanere, vt anteà, & extrà obedientiam Conuentus Cœſenatenſis. Præcepit Concilium Lateranenſe, nequis de cætero nouam religionẽ inueniret; ſed qui vellet Domum de nouo fundare religioſam, regulam, & inſtitutionem acciperet de approbatis; & tunc Bictrinenſes ad maiorem ſui inſtituti firmitatem decreuerũt eligere regulam S. Auguſtini, & ordinem, idq; antè annũ 1228. in quo à Gregorio IX. obtinuerunt Confirmationem ſui inſtituti, ſub regula Auguſtini. Conſonat ferè iſs omnibus bulla huius confirmationis, quam R. P. Fr. Laurentius de Empuli in Bullario Auguſtiniano pag. 123. dedit in lucem anno 1628. extatq; originalis in noſtro Archiuo Romano, & eſt huiuiuſmodi.

c lib. 2. contra literas Petiliani cap 7.

Suppoſitio pro obiectionũ ſolutione.

Conuentus S. Blaſij de Bictrinis fundatus eſt à diſcipulis S. Ioannis Boni, eũq; idem aliquantulũ incoluit, ut receſſit ab

obediẽtia Conuentus Cæſenatẽſis, quando hic ſuſcepit Regulam Auguſtini, quam poſtea, & ipſe amplexu' eſt.

836 *Gregorius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filijs fratribus Eremi de Brictinis Fanenſis Diœceſis, & alijs fratribus Eremo ipſi ſubiectis ſalutem, & Apoſtolicã benedictionem. Cùm olim, ſicut intelleximus, motu proprio quendam nouum ordinem inueneritis, & ad ipſius obſeruantiam vos duxeritis aſtringendos; quia tandem illo relicto, cùm non eſſet de ordinibus approbatis, B. Auguſtini regulam recepiſtis, eamq; cupitis in perpetuum irrefragabiliter obſeruare. Nos veſtris ſupplicationibus inclinati, vos ab obſeruantia prædicti ordinis abſoluentes à vobis perpetuis temporibus inuiolabiliter obſeruari concedimus regulã memoratam. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginã noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Peruſij 6. idus Decembris Pontificatus noſtri anno 2.* atq; adeò Chriſti 2228.

837 Ex hac bulla habemus primò; non parùm antè annum 1228. incæpiſſe Congregationem Bictrinenſem, ſed ſinè regula approbata; ait enim Pontifex. *Cùm olim, ſicut accepimus, motu proprio quendam nouum ordinem inueneritis, &c.* Secundò obſeruaſſe regulã S. Auguſtini aliquantò antè annum 1228. ait enim Pontifex. *Quià tandem illo relicto, cùm non eſſet de ordinibus approbatis* (quaſi innuat id factum motiuo ſumpto ex decreto Concilij Lateranenſis celebrati anno 1215.) *B. Auguſtini regulam recepiſtis.* Qua confirmatione muniti Bictrinenſes ediderunt nouas Conſtitutiones, quas idem Gregorius IX. anno 8. Pontificatus, tertiò idus Martij, id eſt die 13. Martij (atq; adeò

Corollarium primũ ex Bulla relata.

Multò ante annum 1228. incæpit Congreg. Bictrinenſium.

Secundùm Aliquãto antè an 1228. obſeruauit regulam Auguſtini.

adeò non anno 1234. vt malè habet Crusenius a, qui eum errorem hausit à Marquez b, sed potiùs anno 1235. quoniam Gregorius IX. teste Onuphrio c electus fuit in Papam 13. Kal. Aprilis, idest die 30. Martij; vndè die 13. Martij anni primi Pontificatus necessariò incidit in annum 1228. atq; adeò dies 13. Martij anni octaui Pontificatus necesse est incidat in annum 1235.) cõfirmauit. Vndè constat non rectè inferri ab aduersarijs ex confirmatione Cõstitutionum facta anno 1235. prædictam Congregationem incœpisse paulò ante, verbi gratia circà annũ 1230. quasi religio Seraphica non incœperit anno 1209. & tamẽ rescripto Apostolico confirmata non fuit, vsq; ad annum 1223. Sic ergò Cõgregatio Brictinensis, quæ sinè regula Augustini incœpit antè Concilium Lateranense, neq; enim cõtrà eius decretum statim de nouo fuisset inuenta sinè regula aprobata; post Concilium Lateranense non multò post ex ordinarij concessione suscepit regulam Augustini, quàm illis Pontifex confirmauit anno 1228.

a 2. p. cap. 18. pag. 114.
b cap. 14. §. 8. pag. 103.
c in epitome Pontificũ, & Cardin. pag. 142.

838 Responsio ad primum. Ex ijs non est difficile ad opposita respondere. Ad primum respondeo, vt & respondi suprà in responsione ad secundam obiectionem numeri 5. parraphi 3. nempè Aegidium, ibi nec verbum habere de loco tyrocinij, aut suscepti instituti S. Francisci; sed tantùm de incolatu D. Ioannis Boni in Conuentu Brictinẽsi, scilicet per aliquod tempus. Hoc autem non est contrà alios authores Augustinenses.

839 Responsio ad secundum. Ad secundum dico; quòd dupliciter potest quis locum aliquem incolere, primò permanenter pro ferè omni vita, vel saltem pro longo tempore. Secundò per modum transeuntis, aut pro paruo tempore. Igitur B. Ioannes Bonus incoluit Conuentum Brictinensem, non permanenter, hoc enim modò solùm incoluit Cæsenam post assumptam vitam Eremiticam; sed quasi per modum transeũtis pro aliquo tempore. Neq; hoc est cõtrà historiam Vitæ ipsius. Quòd enim refertur à Constantio d, nempè cùm vellet in patriam repedare, se apud Cæsenam inuenisse, ideò accidit; quià cogitabat abire non reuersurus. Quod verò Aegidius ait illum incoluisse Conuentũ Brictinensium, sermo est de breui incolatu pro aliquo tempore. Hoc autem non solùm non contradicit, imò conforme est historiæ. Sic enim ait Constantius Laudensis. e *Oue* (scilicet in Conuentu Cæsenæ) *stette si volentieri sempre, che non si legge, che partisse giamai per andare altroue ad habitare gl'anni interi.* innuit manifestè minori tempore quam per annum integrum alibi habitasse. Neq; verisimile est aliter contigisse, cùm suam Congregationem per plures annos gubernauerit. Potuit ergò breui tempore incolere Eremum Bictrinensem, licèt extrà Cæsenatensem non protraxerit longas moras.

d lib. 1. vitæ ip sius capit. 11. tal. 19. pag. 6.
e lib. 1. vitæ B. Ioannis Boni cap. 2. fol. 5.

Ad tertium constat ex dictis, quàm verisimiliter probabiliter, & cõformiter ab bullam Gregorij IX. & decretũ Concilij Lateranensis dicatur: Congregationem Brictinẽsem, saltem antè acceptam regulam Augustini præcessisse Cõcilium Lateranense, & paulò post illud elegisse regulã, & ordinem D. Augustini, quem illis Pontifex anno 1228. confirmauit) atq; adeò antè mortem D. Francisci, qui obijt anno 1226. prædicta Congregatio obseruabat regulam Augustinianam; sed habet Crusenius Congregationem Brictinensem incœpisse post plures annos à morte Francisci. Habeat ità Crusenius; sed errauit vt homo. Addo. Quamuis Congregatio Brictinensis non suscepisset regulam Augustini; nisi post mortem Francisci, nihil indè contrà Aegidium, quià non constituit Monachatũ S. Francisci in Conuentu Brictinensi. Qui verò illum ibi constitueret, deberet dicere; Congregationem Brictinensem, sicut & Cæsenatẽsem suscepisse regulam Augustini sub anno 1207. & ex tunc se ab illa separasse sub diuersa obedientia Generalium, obseruantia Constitutionum, & delatione habitus; quod non est improbabile. 840 Responsio ad tertium. Reijcitur Crusenius.

Ad vltimum negare non possum Aegidium Cardinalem nullum alium authorẽ prodere de ethymologia coloris beretini. Tamen authoritas maxima eruditissimi Cardinalis Aegidij, & vocum aliqualis similitudo (non *Beretinum*, & *Brictinense*, sed *Brittinus*, & *Brittinis*; appellabantur quippè, *Fratres de Brittinis*; vt habet Cardinalis ipse (vt statim dicam) rem satis persuadent. Nequè scrupulosiùs perquirẽda est in ethymologijs omnimoda similitudo, quæ potiùs esset idẽtitas, quàm similitudo; sufficit aliqualis consonantia. Temporum enim iniuria sæpè voces corrumpit, & memoriam æthymologiarum delet. Hoc passim 841 Responsio ad quartum.

obuium. Sed audiamus pulchra verba Petrarchæ [a] *pauca exempli causa ponenda sunt. Romulus Romanæ Vrbis Conditor Quirinus dictus est. Cur? Quia hasta in prælijs vtebatur; quæ Sabinorum lingua Quiris dicitur. Cæsar Augustus cùm supremo Vitæ tempore statua eius fulmine disiecta esset, in qua scriptum erat Cæsar, & prima littera cecidisset, remanentibus quatuor sequentibus, consuluit Auspices, quid sperandum sibi? illi autem dixerunt, Centum diebus victurum, & non amplius, quod ea littera significaretur, quam fulmen excusserat, ipsum verò post mortem in Deorum numerum referendum, id significare quod remãserat. Quoniam lingua Thuscorum, Esar, Deus diceretur. Percurre nunc Thusciam; ac Sabinam, quære ostiatim, Quid est, Esar? quid est, Quiris? Arabicè te locutum credent.* Sic ergò color Beretinus, seù potiùs Brittinus, dictus est talis, ex eo, quod illo vtebantur fratres de Brittinis, quos fortè vulgus Italicè appellabat, *I Frati de Brittines*. Ab illis autem videtur B. Franciscus in institutione sui Ordinis mutuasse colorem; quià color cinereus Franciscanorum appellatur Beretinus (corrupta iam aliquantulùm voce, vt passim vocibus accidit) vt constat ex Gregorio XIV. bulla 11. anno 1591. [b] vbi refert Gregorium XIII. præcepisse Tertiarijs S. Francisci, vt non solùm caputium rotundum; sed etiam habitum coloris beretini, seù subcineritij ad instar fratrum eorumdem Côuentualium deferre deberent, &c. Vndè Gabriel Pennotus [c] sic ait. *Sicut & fratres D. Francisci vocati sunt fratres Berettini à colore*, &c. videtur autem tunc idem fuisse color Beretinus, quod griseus, quo induebãtur Brictinenses: quià, vt testatur Clemens Reynerus [d] patres Frãciscani in Angliam admissi circa an. 1221. *Londini ædificarunt monasterium, quod hodie ad Fratres Griseos nuncupatur.* Sed placet addere verba ipsa Aegidij, quæ R. P. Vvadingus omisit. Addam autem illa prout sunt in manuscripto antiquo Bibliothecæ Angelicæ Conuentus Sancti Augustini Romani [e]. *Namq; is color*, ait, *quo posteri vsi sunt, ea tra Britinum vocatur à Brittinis non procul à Pisauro, quò Ioannes incoluerat: cùm littera Pontificia extent, qua vestem postea abeunte Francisco dirimitū, cùm tunc longè esset suapte natura nigro, non vllo fuco infecta, quod in D. Francisci veste, quæ etiam nunc visitur, haud obscurè apparet; iubetq; Pontifex Eremitarum vestium in atrum declinare; Minorum verò in subalbidum; dat præterea illis calceos, his admit; illis zona, his fune cingi iubet: sed multò erat maior, multòq; sublimior Francisci spiritus, vt iungi illum alteri oporteret. Cœpit id Vitæ genus ordiri Franciscus, quo nihil simpliciùs, duriùs, sanctiùs, vt meruerit vir omnium mortalium lux, & decus, Deo ità iungi, vt quiuerit cum eius filio fieri, vt quæ ille passus est vulnera, eisdem hic locis acceperit, vt aci antè alios mortales amoris iudicium.* Hæc Aegidius Cardinalis, qui [f] dixerat. *Franciscus Ioannis Boni sanctitate illectus ità diuino arsit amore, ità se Saluatori iunxit, vt illius vulnera amoris vnici signum contraxerit.* Et in epistola ad Patres illicetanos refert D. Franciscum Illiceti aliquãdò commoratum. Vt videas, quàm asseueranter tradat doctissimus Aegidius Monachatum Augustinianum S. Francisci.

a l.b. 3. inuectiuarum in Medicū pag. 1216.

b tom. 2. Bullarij Cherubini pag. 699. § 3.

c lib. 1. histor. Tripartit. cap. 46. nu. 8. pag. 148.

d in Apostolatu Benedictino Angliæ tract. 1. sect. 1. § 16. p. 161.

e in lib. 20. seculorum fol. 168. pag. 2.

f ibid, fol. 113

842 Manceant ergò sic reiecta, quæ fuerũt obiecta. Illud tamen in testimonio Cardinalis me mouet, quòd videtur confundere Congregationem Eremitarum S. Ioannis Boni cum Congregatione Brictinensium. Ait enim sic; *veluti à Guillelmo Guillelmitæ, ità à Ioanne Bono Ioanbonitæ, & à loco, quem incolebant, Brictinenses nominati sunt.* Hoc autem est manifestè falsũ, vt constat ex varijs Bullis, quas passim retulimus, & præcipuè ex bulla vnionis, quam R. P. Vvadingus adduxit §. 4. num. 21. pag. 61. ibi. *Quorum quædam S. Guillelmi, quædam S. Augustini ordinum, nonnulla autem Fr. Ioannis Boni, aliqua verò de Fabalis, aliæ verò de Brictinis censebantur*, &c. fateor tamen probabile mihi esse eam etiam Congregationem à B. Ioanne Bono, vel eius Discipulis siuè antè, siuè post professionem regulæ Augustini dimanasse. Quoniã cùm Gregorius IX. Eremitis Fratris Ioannis Boni prohibuisset conformitatem in habitu cum minoribus bulla data Laterani 9. Kal. Aprilis Pontificatus anno 14. atq; adeò 1240. statim Eremitæ Brictinenses se ad eamdem astringi intellexerunt. Audi verba Alexandri IV. bulla data Laterani 8. Kal. Martij anno 2. Pontificatus, atq; adeò Christi 1256. ibi. *Intelligentes verò Fr. Andreas tunc Generalis Prior de Brictinis ordinis supradicti, & alij fratres sui, quòd ad prædicta seruanda fratres, & cæteri tegerentur*, &c. Verisimile autem est, quod non ità intellexissent, nisi etiam à Beato Ioanne Bono ortum habuisset.

Reijcitur Aegidius, prout cõfundit Congregationem Brictinẽsium ac Iambonitarum.

AD NVMERVM XII.

Testimonium, & arguitur, & ex parte defenditur.

843 TErtius Testis Augustinianus, cuius errores notantur; est Fr. Ioannes de Critana, de quo suprà a, dixi quid censerem. Nunc ea, quæ illi obijcis, recensebo; & succensebo; interim tamen explicãs si quid veri, aut probabilis habeat, vel aduertens vndè sumere potuerit occasionem errandi.

a in respõsione ad secundã obiectionem nu. 5. §. 3.

844 Obijcit ergò Critanæ Vvadingus primò, quod in tractatulo in latinum translato à Fr. Gregorio Dainef de antiquitate Ordinis Sancti Augustini cap. 8. fol. 58. pag. 1. ait, S. Franciscum instituisse ordinem Minorum sub Augustini regula; quam, quia nouis additis præceptis non nihil immutarat, Honorius III. vix adduci potcrat, vt eam confirmaret. Secundò, quia ibidem dicit Concilium Lugdunense approbasse SS. Francisci, & Dominici instituta tantùm vt rem bonam, & Reipublicæ vtilem, & nihil vltrà; at verò D. Augustini ordinem approbatum, & confirmatum habuisse, prout in ipso Augustini sæculo fuerat; quē item in Concilio Lateranensi codicibus inscribi iussum affirmat. Tertiò, quia ibidem fol. 57. pag. 2. tradit S. Franciscum cingulum in funem vertisse, vt qui se indignum existimaret eo cingi, quo tot, tamq; solemnes Sancti prius vsi fuerant. Quartò, quia ibidem fol. 56. pag. 2. asserit B. Augustinum, quinque vulnerum Christi stigmata in corde suo impressa habuisse.

Obiectiones Vvadingi cõtra Critanam Prima.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

845 Fateor ingenuè. Adeò ferè hæc omnia à veritate abhorrent, vt dubitauerim an per ignorantiam linguæ hispanæ interpres errauerit. Quæsiui Critanæ librum; inueni; impressusq; est Vallisoleti, apud Ludouicum Sãchez an. 1604. Licèt enim Prouincialis Castellæ iusserit opusculum illud tenebris tradi; tamen omnia volumina non potuerunt luce priuari, quià in varias partes dispersa in lucem emerserant. In eo ergò libro verè habet Critana ea omnia, quæ illi R. P. Vvadingus obijcit, ijs in locis, quæ à nobis citantur.

846 Sed oportet, vt Critanæ asserta examinemus, & R. P. Vvadingi obiectiones prosequamur. Et quod ad primum attinet, turpissimè errauit Critanã, neq; vlla alia impugnatione eget, quàm ipsa nouitate rei sine vllo fundamento, & ostensione earumdem regularum. Tamen quod spectat ad difficultatem Honorij, in confirmanda regula D. Francisci; non ille primus id asseruit. Sic enim habet Hermanus Schedel b: *Ordinem etiam Minorum hac tempestate 3. Kal. Decembris Honorius Pontifex (& vt ferunt difficillimè) confirmauit.* Non erat enim antiquus hostis hūc ordinem in Ecclesia Dei admodum profuturum, ideò obstitit, vt ad nihilum redigeretur.

Improbatur primũ Critanæ assertum.

b ... ætate Mũdi fol. 209. pag. 2.

847 Circà secundum aliquantulum immorandum. Credit etenim P. Vvadingus ipsis verbis Concilij Lugdunensis expressè affirmari Pontificem, & Patres Concilij voluisse, eum Ordinem in suo statu permanere, non absolutè, sed ad tempus, donec scilicet aliter de illo ordinaretur. Verba Concilij hæc sunt: *Ceterum Eremitarum S. Augustini, & Carmelitarum Ordines, quorum institutio dictum Concilium generale præcessit, in solido statu volumus permanere* (sic ab eo habetur, addit R. P. Vvadingus, *in regesto Gregorio X. in Vaticano sub anno 3. fol. 28. & in Concilijs Coloniæ nuper editis, cum annotationibus Seuerini Binij; in suo statu manere concedimus*) *donec de ipsis fuerit aliter ordinatum;* & ità haberi in textu, vt aduertit P. Vvadingus, Glossa in cap. *Religionum*, de Religiosis Domibus in 6. adnotauit. Legitur autem in eisdem Codicibus Vaticanis, & Coloniensibus, & in glossa. *Intendimus siquidem tam de illis, quàm de reliquis, etiam non mendicantibus ordinibus, prout animarum saluti, & eorum statui expedire viderimus, prouidere* quam (subdit Vvadingus) *non improbabiliter, nec vero dissimiliter (quantumcumque ex aduerso noster elaboret dissertator cap. 2. §. 4. & 5.) subinnuit glossa.* Hoc est decisiuum, & dicebatur, quod Gregorius nolebat aliquē Mendicantium dimittere, nisi Prædicatores, & Minores, de nõ Mendicantibus tres, Cistercionsium, & Ordinem nigrorum, & de Templarijs, & Hospitalarijs suum facere. Hæc omnia adduxit R. P. Vvadingus, vt ex Critana penas sumeret, non vt Critanæ errorem conuinceret. Illius enim conuictio non tantè molis erat, ex ipso enim textu Concilij satis, superq; redarguebatur inscitia Critanæ. Vt ergò ea, quæ adducuntur in Critanam, & Augustinianorum Ordinem lędunt, explicemus, & respondeamus, plura. Primum est

Asserta aduersarij circa secundū Critanæ.

Reijcitur secundum Critanæ.

mum est. in textu Concilij non habebatur, *in solido*, sed, *in suo statu*, &c. ità agnouit circà ann. 1477. Coriolanus [a], & M. Marquez [b]. Neq; vllus est, qui id negauerit. Quinimò in nostris priuilegijs olim impressis vsq; ad priuilegia Pauli IV. anno 1556. extat fol. 96. pag. 2. Bulla Gregorij X. data Lugduni pridiè Kal. Aprilis anno 4. Pontificatus, atq; adeò Christi 1275 in quo de verbo ad verbum fecit annotari tenorem prædictæ Constitutionis. Clausula autem, de qua agimus, sic se habet. *Caterum Carmelitarum, & Eremitarum Sancti Augustini ordines, quorum institutio dictum Concilium generale præcessit, in suo statu manere concedimus, donec de ipsis fuerit aliter ordinatum.* Aduertunt tamen omnes Bonifacium VIII. textum mutasse, vt diceret, *in solido statu volumus permanere.* Et quidē id præstitit quadam Bulla data Romæ, apud S. Petrum 5. nonas Martij anno 4. Pontificatus, cuius bullæ meminit in alia, quæ originalis extat in nostro Archiuo Romano, & affertur ab Empuli [c], & data fuit Romæ apud S. Petrum 3. nonas Maij anno 4. Pontificatus, & in hac secunda bulla adducitur tenor capitis, *Religionum*, de religiosis domibus in 6. cum mutationibus, & detractionibus à Bonifacio VIII. factis. Prędicta autem mutatio fuit declaratio, non innouatio. Perindè enim fuit atq; si declarasset verba illa à Gregorio X. in eum sensum fuisse prolata. Aliàs non juberet decretum corrigi, & emendari, sed nouam conderet Constitutionem.

Assertioni ad uersarij respondentur plura. Primum.
a in Apologia veritate 6. in responsione ad 4. principale.
b cap. 2. §. 4. & 5.
c in Bullario Augustiniano pag. 46.

848 Secundum est. Perindè erat dicere *in suo*, seù, *in solito*, atq; *in solido statu volumus permanere.* Status enim, quem tunc habebat ordo Eremitarum S. Augustini, solemniter approbatus erat ab Alexandro IV. per Bullam vnionis.

Secundum.

849 Tertium est; ex verbis Concilij nihil contrà Ordinem D. Augustini colligitur primò, quià vt Coriolan[9] [d] docet volūtas Gregorij fuit de illis ordinib[9] loqui, sicut ex textu ipso euidēter patet, qui instituti fuerūt post Cōciliū generale Lateranēse institutio autē Ordinis Augustiniani, vt Concilium Lugdunense loquitur, Concilium generale, scilicet Lateranense, præcessit; Secundò, quià quandò dicitur, *donec de ipsis fuerit aliter ordinatum*, non est sermo de extinctione; sed de reformatione, seù ordinatione, vt optimè conuincit Marquez [e] id, quod etiam Coriolanus verba illius capitis vrgens obseruauit. *Gregorius*, ait Coriolanus, *non dixit*, cassamus, *sed dixit*, volumus in suo statu permanere; *vbi nota primò, quod dixit*, in suo statu. *Igitur iste ordo habebat statum; quia pacificè steterat per multa centenaria annorum. Secundò nota quòd dicit*, permanere *quod dicit valdè manere; & per consequens noluit ipsum cassare, imò de ipsò paternaliter, & charitatiuè prouidere. Quòd apertè per verba sequentia sua Constitutionis colligitur, in quibus ait*; intēdimus siquidem tàm de ipsis, quàm de reliquis, & non mendicantibus ordinibus, prout animarū saluti, & eorū statui expedire viderimus, prouidere. *Nā cùm isti Ordines fuerint antè Conciliū generale Lateranense, & non post illud instituti, fortè honorabilius intēdebat illis prouidere, quā alijs.*

Tertium.
d in Apologia veritate 2. in fine.
e cap. 2. § 3. pag. 15.

Neq; contrà hoc est id, quod ex glossa adducitur, vt enim acutè perpēdit Marquez [f] glossa tantùm ait, *& dicebatur*, &c. vt indicet eum tantùm fuisse rumorem popularem incerto ortum authore, cui Viri graues credere nolunt. Audiamus Petrum sutorē Doctorem Theologum, & Carthusiæ Parisiensis Priorem, circà annum 1520. vt conijcere est ex eius scriptis. Is ergò [g] sic inquit. *Ferunt ipsum Gregorium voluisse solos duos Mendicantium Ordines, scilicet Prædicatores, & Minores cæteris exclusis relinquere; non Mendicantes verò ad vnam redigere Trinitatem. Siquidem, vt aiunt, volebat Cistercienses, nigrosq; Monachos in suo statu dimittere*; (in hoc sensu dixit Gregorius de Eremitis, & Carmelitis, in suo statu manere cōcedimus) *& de Templarijs Hospitalarijsq; vnum ordinem facere. Verùm non facilè crediderim Sancta Trinitatis nomine huiusmodi Trinitatem fuisse excogitatam. Non enim rationi consentaneum videbatur tam multos diuinitùs institutos ab Ecclesia penitùs exulare. Mirùm ergò non erit, quòd huic incerto rumori viri graues fidem dare noluerint.* Vndè Augustinus epistola 133. ad Italicam sic ait. *Vt certum apud nos fieret, quos incerta fama credere nolebamus*; atq; adeò rumor hic neq; inducit probationem, neq; partem probationis, neq; repugnandum ei, qui noluerit credere. Vndè Augustinus in Epistola ad fortunatum (habetur de consecratione, distinctione 4. cap. *Sanctum est*) cùm historiam quamdam enarrasset, sic subdidit. *Quòd si fortè hoc, quod narraui de his, qui naufragio imminente periclitabantur, noluerit aliquis credere (non enim hoc diuinarum scripturarum authoritas, sed incerto authore fama commendat, non repugnabo*, &c. Vndè glossa ibi-

850
Diluitur, quod ex glossa affertur.
f cap. 2. § 4. pag. 15.
g lib. de vita Carthusiana tract. 3. cap. 21. pag. 334.

dem

dem sic infert. *Argumentum, quod fama nō inducit probationem, nec partem probationis, nec exemplum.* Ex hoc autem, quod rumor iste popularis tunc emerserit, nihil obest. Quid enim nocuit Seraphicæ Religioni quòd anno 1625. rumor sparsus est, qđ Summus Pontifex Vrbanus Octauus intendebat reducere omnes Congregationes Ordinis S Francisci ad vnam Obseruantiam, & Congregationem Capuccinorum sub vno Ministro Generali. Adhuc tamen dicam cum Ænea Siluio [a] cū retulisset pugnam Falconum, & Coruorum; quam fama erat constans in Gallia Belgica non longè à Leodio circà tempora Gregorij XII. & Benedicti XIII. cōtigisse, *de bello Falconum, & Coruorum suam cuique opinionem relinquimus veri periculo penes famam relicto.*

[a] in relatione de his, quæ sub Federico III. acciderūt impressa ann. 1493. cum Chronico Schedelij fol. 892. pag. 2.

851 Testimonium Antonini. Scio Antoninum [b] de Gregorio X. in Concilio Lugdunensi loquentem sic habere. *Reprobauit etiam, & prohibuit omnes religiones Mendicantiū exceptis Ordinibus Prædicatorum, & Minorum, vt vtilibus Ecclesiæ Dei, & ideò permanētis. Heremitas autem fratres S. Augustini, & Carmelitas dimisit in suspenso, donec aliud declararetur.* Vndè illi Canonici regulares, contrà quos egit Coriolanus, dicebāt Ordinem Eremitarum in Concilio Lugdunensi relictum fuisse sub pendulo. Id nobis nunc denuò R. P. Vvadingus tacitè improperat. Quo autem firmo fundamento hæc Obiectio, & testificatio S. Antonini post ducentos ferè annos nitatur, non inuenio; cùm textus Cōcilij satis clarè in alium sensum à nobis ex Marquez adductum accipiatur. Sed demus aduersarijs eam fuisse Gregorij, & Concilij mentem, quid indè in nostrū opprobrium? Sanè nihil. Primò quià sors nostra tunc esset communis cum Canonicis regularibus Sancti Augustini, Carthusientibus, Grandimontensibus, Vallischolaribus, Vallumbrosanis, Camaldulensibus, Guillelmitis, Præmonstratensibus, Eremitis Montis Virginis, Trinitarijs, Merecnarijs, Seruitis, Militibus S. Iacobi de Spata, de Calatraua, & alijs. Cùm tot autē grauibus illustrissimis, & sanctissimis Ordinibus iacturam pati non propter defectus, sed ob vitandam nimiam diuersitatem religionum, nec potest, nec debet alicui religioni quasi in contemptum obijci. Quod autem tunc manerent hæ potiùs religiones, quam aliæ, id tribuendum est affectui, & deuotioni Pōtificis iuuantibus etiam magnis meritis earumdem religionum. Secundò quià nemo iustè in opprobrium illustrissimæ religionis Seraphicæ vertet quod Ioānes XXII. voluerit illam extinguere. Id autem voluisse Ioannem nonnulli fortè perperā volunt, & insinuat S. Antoninus [c] in hæc verba. *Quis ad dilectionē ordinis* (scilicet Frāciscani) *fortius efferbuit, quā Rex Siciliæ Robertus Ludouici Sancti frater, & Domina Regina Sancia Vxor eius; qua pro defensione Ordinis personam, & potentiam suam obtulit, eam exponere parata pro stabilitate Ordinis, & Regula, parata immolari, &c. Magna pars dictorum Regum, & Principum scripsit pro excusatione, & conseruatione Religionis ipsius cordialissima Domino Papæ,* &c. Quare ergò alijs vertetur in opprobrium id, quod & dubium saltem est, & sinè sufficienti fundamento; & quamuis esset verum, esset cōmune cum tot illustrissimis religionibus & specialiùs, & certiùs cum ipsa religione Seraphica, licèt diuerso tempore.

[b] 3. par. historiali tit. 20. cap. 2. § 6. fol. 68.

Reijcitur;

[c] 3. par tit. 24. cap. 9. § 15. fol 218.

852 Reijcitur tertium Critanæ & Vvadingus dū impugnat. Quod ad tertium Critanæ assertum spectat; fateor; Errauit, dum imprudenter, & sinè nullo fundamento id asseruit; sed vidè vtrum tu benè feceris, dum sic loqueris de Corrigia, quam Franciscus portauit antequam suum Ordinem institueret. Contendis enim, seù innuis Frāciscū nō ex humilitate, vt volebat Critana, reliquisse Corrigiā; sed potiùs illā reiecisse tanquā rē quæ vilescceret illi, & sperneretur ab ipso. Omnes enim authores referunt Franciscū reiecisse Corrigiam. Res autem claræ, & quæ in pretio habētur, non dicuntur reijci; quæ vilescunt, & spernuntur reijciuntur. Errat quidem Critana, dum asserit; sed labitur, & Vvadingus, dum impugnat. Sicut enim Franciscus non dimisit zonam præ humilitate, & despectu sui; ità neq; præ contemptu illius. Quin imò magis derogat humilitati Seraphici Francisci impugnatio, quam assertum. Vtrumq; autem cōtradicit Veritati. Reiecit itaq; Corrigiam; non quidem reputans se indignum, qui illam portaret; sed neq; reputās illam vilem, & aspernabilem; qua tot Sancti Viri præcincti fuisse perhibentur. Neq; enim omne, quod reijcitur, vt malum, & vile, reijcitur; satis est vt reijciatur quòd sit minus congruum fini præintento. Reijcere enim, vt docet Antoninus Nebrissensis in suo vocabulario, & Fr. Didacus Ximenez Arias Dominicanus in Vocabulario Ecclesiastico impresso Cæsaraugustæ ann. 1596. apud Laurentium Robles,

bles, idem est, atq; retroiacere, vel etiam repellere, vel etiam vilem habere. Quarè ergò in præsēti potiùs erit vilem habere, quòd superbum fuisset; & non repellere à se, quod conuenit deuotioni, & ardori Seraphico Francisci, volentis austeriorē vitam amplecti? Adde si tantùm reijciūtur res, quæ vilescunt, & spernuntur, nūquid Beatus Franciscus viluit Innocētio III. & ab eo spretus est? Sic enim de eo habet Breuiarium lectione 5. *Quem cùm accedentem ad se Summus Pontifex Innocentius III. reiecisset*, &c. Numquid Sanctissimus Pontifex Franciscum Sanctissimū habuit vilem, & spreuit? vel potiùs dimisit, repulit, non admisit? Cùm ergò Franciscus ad imitandam humilitatē, & paupertatem Christi vellet vestiri, & asperiùs & viliùs, ea omnia, quæ habebat, simul reijecit cum Corrigia; nō quidem aspernans illam vt rem sibi nō charam; sed rē sibi charissimam dimittens tanquam non ità congruam fini præconcepto de altissima paupertate iuxtà Euangelium, quod audierat. Eamq; esse huius vocis significationem, clarè cognoscet qui legerit Calepinum, & aliōs latinæ linguæ peritos. Licèt enim aliquando reijcere sumatur pro dimittere cum aspernatione, & contemptu, quandoq; verò secùs contingit, & idem significat atq; dimittere, siuè repellere.

853
Quartum Critanæ assertum & quæsitum Vvadingi.

Quartum. Critanæ assertum erat, Augustinum quinq; vulnerum Christi stigmata in suo corde impressa habuisse, citauitq; pro hac parte D. Bonauenturam; inquirit ergò à Critana Vvadingus quo in loco id asserat Bonauentura; quià ipsi quamuis Bonauenturæ libros voluerit, nihil licuit offendere. In hoc puncto dicám plura. Primum est.

Reijcitur quæsitum Critanæ, & circa punctum dicuntur plura. Primum

Occasio, vt existimo, errandi fuit Critanæ, & alijs Ioannes Maburnus Bruxellensis Canonicus Regularis Abbas Monasterij Liuriacensis.[a] vbi sic ait. *Quem sic vnquam Sanctorum vulnerauerat Charitas Christi? quem ad suspiria tanta emittenda sagittauerat. Quem sic totum sibi rapuit Charitas, vt Augustinum. Non puto vlli Sanctorum. Hinc & depingitur corde vulnerato;*[b] *Tractare possumus Augustini laudes item per quæstionem, Vtrum Deus omni virtute eum ornauerit, & adeò cor eius charitate inuulnerauerit, quòd stigmata Christi, sicut Paulus, vt Bonauentura ait, portauit?* vbi tamen, vt ego existimo, & cōtextus ostendit, Maburnus, non tribuit Bonauenturæ assertionem stigmatū Augustini, sed Pauli; vt sit sensus, possumus inquirere, vtrum Augustinus, sicut de Paulo asserit Bonauentura, stigmata Christi in corde portauerit? & adhuc in eo, quod Bonauenturæ ad scribit Maburnus, & in Bonauentura inuenire non potui, fallitur quisquis id censet de Paulo. Vt enim ex parte benè notauit. Molanus[c] *Cum multorum offendiculo, nonnulli Paulum Apostolum Doctorem gentium, & Catharinam Senensem* (de hoc vide Castellinum in libro de Canonizatione Martyrum) *Sororem Ordinis Sancti Dominici cum impressione Stigmatum depinxerunt, & de Paulo occasionem sumpserunt; quòd scribit ad Galatas 6. portare stigmata Domini Iesu in corpore suo. Sed is error facilè expressus est. Circà Catharinam autem multi pertinaces fuerunt.* &c. De Catharina autem alia quæstio est, de qua hic non agimus.

a in suo Roseto impresso Mediolani apud Hieronymum Bordonum an. 1603 Alphabeto 48 ex. 20 pa. 436.
b & pag. 438.

c lib. 3. de historia sancta. rum Imaginū ca. 44. fol. 158. pag. 2.

854 Secundum.

Secundum est. Antè R. P. Vvadingū fuere ex nostris, qui de Bonauenturæ allegatione dubitauerit. Magister Ludouicus de Angelis[d] cū retulisset verba Maburni, sic subiunxit. *Nec ista laus parua est, aut indigna, si Bonauentura eam asseruit*; & M. Marquez[e] cùm ex Bonauentura insinuasset Augustinum Christi stigmata in Corde habuisse, addidit ad marginē hæc verba. *No se halla en S. Bonauentura este testimonio, pero citanle per esta sentencia Iuan Maburno in suo Rosceto tit. 20. ad finem: y el P. Fr. Iuan de los Angeles (in triumphis amoris Dei) 1. parte cap. 11. citado por el templo Eremitano en la Vida de S. Augustin cap. 26.* (huius operis author est Ambrosius Staibanus Augustinianus, qui pag. 96. eidem sententiæ adhœsit.) *y estos authores citan tanbien à S. Vincente Ferrer para el mesmo effecto.* Hinc videas inaniter laborasse R. P. Vvadingū, si adhunc finem euoluit Bonauenturę libros; potuisset enim aduertere Marquez in margine expressisse illud testimoniū in Bonauentura non inueniri. Videas etiam nō à solo Critana; sed etiam ab alijs authoribus non domesticis tantùm; sed & exteris inquiri posse quo in loco id asseruerit Bonauentura.

d lib 6. de vita & laudib. D. August. cap. 7 fol. 239.

e cap. 25 in princ. pa. 411.

855 Tertium. Augustinum Christi stigmata habuisse in corde non dicitur temerè

Cœterum, an Augustinus Christi stigmata habuerit in corde impressa, nec nè, non aio, neq; nego. Crediderim tamē non temerè dici, quòd prędicti authores affirmant; & præter illos indicat non leuiter Ambrosius Coriolanus in fine expositionis tertiæ regulæ D. Augustini; vbi sic ait. *Christus ità plantatus est in corde religiosorum, vt ex his multi eius stigmata, vel passio-*

passionis portauerint vestigia. Testis est parens noster Augustinus, qui de seipso ait. Vulnerauit cor meum Charitas tua Domine. *Testis est B. Franciscus, qui in corde suo stigmata habuit. Testis est D. Clara de Monte Falcone nostri Sacri Ordinis Sanctimonialis, in cuius corde Christus in Cruce cum omnibus eius passionis vestigijs carneus repertus est. Testis est etiam nostra B. Christiana de Spoleto, quæ vt passionis Christi particeps fieret, sponte clauo suum perfodit pedem.* Florentius etiam, a quem citat Ludouicus de Angelis, b sic habet. *Tecum ipse diligenter animaduerte, quòd D. P. Augustinus eumdem ipsum fidelissimum sui amatorem Dominum Iesum tam ardenti vicissim amore complexus est; vt cor illius dilectionis iaculo transfixum legatur contigisse;* vndè & P. Fr. Emanuel de la Cerda Augustinianus Durandi Cathedraticus in Academia Conimbricensi, & posteà Lusitaniæ Prouincialis, b sic ait. *Cor Augustini vulnere carneo transfixum fuit, sicut quæst. 4. positiua adnotauimus;* additq; ob Virginitatis eximiæ insigne, carneum Lilij florem in corde B. Vgolini nostri Eremitę à Deo formatum. Et idem repertum in corde B. Cherubini de Auellania Itali in Annalibus nostrarum rerum affirmari, eoque insigni in nostro Laurinensi monasterio adornari. Cornelius etiam Lancellotus c hanc opinionem vt probabilem refert. Et non dissimiliter idem tradit noster Andreas Gellominius Episcopus Asculanus. d Vide quæ de illa diximus in Bibliotheca Augustini libro 2. parte 2. Cæterum interim quicquid sit de his, & fide horum authorum, Ego potiùs inclinor vt credam Augustini vulnera fuisse amoris spiritualia, non carnea: debile enim fundamentum est ad struendum in corde Augustini vulnus carneum.

a lib. 5. de institut. Christiana cap. 11.
b vbi supra.
b in quodlibetis q. 8. positiua.
c lib. 3. de Vita D. August. cap. 43. pag. 322.
d in Thesauro Cælesti deuotionis ad B. Virginem edito an. 1625 cap. 3. pag. 21.

AD NVMERVM XIII.

Crusenij asserta ex parte damnantur, & ex parte explicantur.

856 Quæsitum aduersarij

QVartus Testis Augustinianus à R. P. Vvadingo impugnatus est M. Fr. Nicolaus Crusenius. Vnũ ab illo expostulat, & aliud monet. Expostulat, quo titulo asserat e non solùm S. Franciscum sub regula S. Augustini profecisse, verùm, & addiderit eum eodem Francisco Sancti Augustini zelum, & Spiritum hæreditasse Bonauenturam Paduanum, Bernardinum, & innumeros Viros Dei, qui ex Cœsenatica Eremo, & ex Schola S. Ioannis Boni prodiere. Monet verò illum S. Franciscum non coram Fulginate, sed Assisiate Episcopo vestes renunciasse, nec tunicam Pastoris pecorũ à se anteà emendicatam coram Episcopo super nudum induisse.

e par. 2. cap. 25

Monitio eiusdem

Expostulatio facilè responsum habet. 857 Resoluitur quæsitum.
Licèt enim nõ nimis probẽ modum loquendi, satis tamen constat, quid voluerit Crusenius asserere. Nõ enim adstruit illos prodijsse immediatè sed mediatè. Sicut si diceremus S. Hyacinthũ, Thomã, & alios Sãctos Illustrissimi Ordinis Prædicatorũ prodijsse ex Schola Canonicorũ Regulariũ. Sẽsus quippè esset, illos prodijsse mediatè, nempè quia ex illa prodijt S. Dominicus, à quo cęteri. Vndè non vobis eripit Sãctissimos illos Viros, quos vestros esse gaudemus; & gloriamur in Domino, quod Ecclesiæ suæ talem, & tãtam contulit religionem, quæ tam gloriosos fructus ferat. Sed tantùm ait: ex illa Schola Bonauenturam, & cœteros prodijsse, quià indè Franciscus, à quo alij. Ità ille loquitur, ego aliter loquerer, ne quem scrupulũ delicatioribus injicerẽ.

Monitio autem verissima est. Renuntiatio enim vestium coram Episcopo Assisiate contigit, vt tradunt Bonauentura, 858 Monitio recipitur, & stabilitur amplius.
& cęteri scriptores in vita Sancti Francisci, & Breuiarium Romanum lectione 4. & tunica Pastoris pecorum non fuit ab illo emendicata. Sic enim ait Bonauentura cap. 2. *Hoc cernens Episcopus, & admirans tam excedentem in Viro Dei feruorem, protinus exsurrexit, & inter brachia sua illum suscepit recolligens, vtì erat vir pius, & bonus, pallio, quo erat amictus, operuit, præcepit: suis famulis vt aliquid sibi darent ad membra corporis contegenda. Oblatus est autem ei mantellus, quem ipse gratanter suscipiens cum cæmento, quod sibi occurrit, manu propria consignauit, operimentum formans ex eo crucifixi hominis, & pauperis seminudi. Vndè & Franciscus Maurus Hispellas Minorita* poeta non in elegans libro 5. Franciscidos sic cecinit pag. 110.

At postquã contemptor opũ, cõtemptor honorũ
Franciscus media nudatus restitit aula,
Obstupuit magnus primum, obtutuq; Sacerdos
Ora sua defixa tenens, immobilis hæsit.
Vt verò excussus stupor, & lux reddita menti
Emicuit, casu indoluit, seseq; morantem
Incusans, latè excepto pia brachia pandit,
Prætenditq; manus, & sacro tegmine nudum
Excipiens chlamidis puerũ circũtegit vmbra.
Tam verò (id nec fore, alta; sed mẽte premebat
Sic pater adherens; diuini numinis Ordo.)

Impro-

Improuisò annis feraq; ætate colonus
Iam grauis ad notã, quem cura aduexerat Vrbẽ
Sollicitum agrestis, coram affuit; ergò vbi nudũ
His puerum aspexit, facinusq; exterritus ingẽs
Deuouit, mox ipse suis rude tegminis aufert
Ex humeris textum. Tuq; ò puer; effera quẽ vis
Nescio quæ nunc vrget, ait, cape latus amictũ
Hunc, mihi qui superat: mollis tibi carbasus esto.
Hæc memorãs bonus agrestis, simul horrida nu
Tegmina cõiecit. Sed enim meliora Sacerdos (do
Continuò afferri iubet, increpitatq; vocatq;
Nunc hos, nunc illos famulos, vrgetq; morãtes.
Franciscus verò donum lætabile agrestis
Accipit, & forma, quã primùm insignit amatã
Texta Crucis, cõsuta de hinc simul aptat habẽda
Tegmina dura sibi. Hæc Maurus.

859 Addit vltrà R.P. Vvadingus contra testes Augustianos. *Multa huius generis obseruare liceret in his venerandis Scriptoribus. Sed non omnes errores propalare noster est scopus; verùm ostendere ex vno quotidiè multos accreuisse, & minimum errorem in principio fieri maximum in fine.* Et statim. *Error semper est error, & quidquid errorem probat, erroneum est,* &c. Hæc, & alia, quæ subdis, verba sunt; ijs non respondemus, quià magistrũ habemus Augustinum, qui, a sic inquit. *Hæc fratres cum impigra mansuetudine agenda, & prædicanda retinete. Diligite homines, interficite errores. Sinè superbia de Veritate præsumite sinè sæuitia pro veritate certate. Orate pro eis, quos redarguitis, atq; conuincitis.*

a lib. 1. contra Petilianum cap. 29 [illegible]

AD NVMERVVM XIV.

Morigiæ testimonium examinatur.

860 HIs contrà testes domesticos obiectis, secũdam classem testium exterorum, quos Marquez adduxit, Vvadingus, & examinat, & exagitat. Ex omissis testimonijs Sabellici, & Polidori, de quibus ipse egit in hoc parrapho 5. à num. 9. & nos latè tractauimus b descendit ad testimonium Morigiæ, quem etiã dicit sequutum fuisse Philippi Bergomẽsis relationem, esseq; recentẽ scriptorẽ.

b in respon. ad num. 4. & 5

861 Deindè in Morigiam, & circà Morigiã plura notat. Primum est. Quòd in testem adhibet Vincentium Beluacensem libro 33. cap. 98. Contrà hoc autem est primò quià Vincentius non habet tot libros historiæ, neq; terminauit trigesimum primum, quem ad secundum Innocentij IV. Pontificatus annum deduxit, & continuator eius historiæ sub eodem libro 31. supplementum addidit. Secũdò quià Vincentius nihil habet, quòd huic opinioni, vel apparenter faueat præter ea, quę scribit libro 29. cap. 98. de habitu, sub quo incedebat illo biennio antè suũ ordinem institutum; ex quo loco, quàm tenue, aut nullum pro hac re sumi possit argumentum, superiùs ipse dixerat §. 4. numero 1. vsq; ad 31.

Notantur plura circa Morigiam. Primum.

Secundum est, quod malè Marquez cap. 21. §. 2. corrigit Morigiam, quòd pro hac sententia citet Bergomensem ex lib. 12. ait enim apud Bergomensem eam tantùm haberi lib. 9. & 13. cùm tamen veriùs, & largiùs illam habeat libro illo 12. vbi agit de B. Ioanne Bono. 862

Secundum.

Tertium est, quod Morigia cap. 33. in quo de S. Francisco, eiusq; ordinis agit ex professo, nec verbum habet de huiusmodi monachatu: imò taliter eius vitam refert, vt fuisse non posset alterius instituti; & denuò in suo Summario Chronologico libro 6. de Augustino, & Francisco, diuersisq; ab eis exortis congregationibus sermonem instituẽs ampliorem nihil prorsus, quod oppositæ possit fauere sententiæ, habet. Hoc autem opus edidit accuratiùs, & amplioris lectionis vir post editum illud de origine religionum, quià & illud citat libro 6. prædicti Summarij, vbi refert opera à se conscripta. 863

Tertium.

Quartum est, P. Dazam, dum Morigiam inter authores sœculares retulit, non adeò singularem esse in asserto, vt grauem testem, & præuium doctorem non liceret proferre. Tales enim dicendos Iesuatos lõgissimè probat Panormitanus in cap. *Nullus* de foro competenti num 9. & author additionum ad eundem locum. Imò idem Abbas 1. part. Consiliorum consilio 55. in quæstione orta inter eosdem, & Fratres Minores, circà quoddam relictum legatum refert num. 3. Eos vt se illius ostenderent capaces, dixisse se esse puros laicos, & nullum habere superiorem, & conuenire causa deuotionis; negaruntq; suam domũ esse religiosam, sed prophanam, vtporè dedicatam sinè authoritate Episcopi, & sinè Ecclesia; habebat enim tantùm Oratorium. 864

Quartum.

Verùm aperiamus quid de singulis his annotationibus iudicemus; & ad primam dico duo, Primum est. Error fuit impressoris, vt & agnouit M. Marquez a, quod pro libro 29. cap. 98. appositum sit libr. 33. cap. 98. Neq; ignorare potuit Morigia Vincentium non habere tot li- 865

Circa primam notationem afferũtur duo primum.

a cap 21. §. 1. pag 516.

bros

bros historiæ, vel citare librum trigesimum ad illud intentum. Vidimus hoc opus Vincentij impressum Venetijs anno 1494. nonis Septembris finiuitq; Vincentius historiã suam libro 31. cap. 105. anno 2. Innocentij IV. qui erat annus Christi 1244. Secundum est. Satis fauet Vincentius prædictæ opinioni, dum[a] refert B. Franciscum in habitu illo Eremitico incessisse biennio antè sui Ordinis institutionem; id quod suprà latè probauimus, dum responderemus obiectionibus, quas doctissimus P. Vvadingus[b] congessit. Adeoq; ea relatione fauet parti nostræ, vt pro ipsa ferè ab omnibus referatur. ità Cardinalis Aegidius Viterbiensis Morigia antiquior in libro viginti sœculorum cap. 13. §. 18. ibi. *Quam rem nec Vincentius quidē scriptor historiarum accuratissimus taficiatur.* Episcopus, etiam Signinus[c] agens de B. Ioanne Bono, sic inquit. *Vincentio Beluacensi & Sabellico historicis referentibus.* Et ratio est satis clara; quià credibile non est, virũ sanctissimum veste vsurum eius religionis, quam non profiteretur, & religionem ipsam insolita taciturnitate permissuram. Dixi insolita taciturnitate; quià in similibus casibus nulla tacet, & meritò non tacet. Sũt enim plura, quę ad clamandũ impellant. Rem hanc ita se habere pluribus persuasimus loco allegato; addamus & nunc in eius confirmationem priuilegium Alexandri IV Ordini Eremitarum S. Augustini concessum ab Alexandro IV. anno 1255. antè generalem vnionem, quod est huiusmodi inter priuilegia olim impressa fol. 2. pagina prima. *Alexander Episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto filio R. Sancti Angeli Diacono Cardinali salutem, & Apostolicam benedictionē. Volentes omne, quod dilectis filijs Eremitis Ordin. S. Augustini, vel eorum Sacræ religioni scandalum, vel infamiam posset parere (quantùm cum Deo possumus) submoueri, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus quatenus fratres discedentes motu proprio voluntatis, & eorum culpis amotos ab ordine eorumdem, ac illos, qui ordinem ipsum non professi (cùm frequenter Angelus tenebrarũ se in lucis Angelũ transfiguret) ipsorum Eremitarum habitum deferunt; quod habitũ ipsũ deponant monitione præmissa per Censuram; ecclesiasticam appellatione remota compellas ipsosq; nihilominus, si contingat eos propter hoc excommunicationis vincul. innodari, & in sua perdurantes contumacia excommunicatos publicè nunciari facias, arctiùs euitandos in locis, vbi videris expedire. Dat. Anagniæ idibus Iulij anno Domini 1255. Pontificatus nostri anno 1.* Difficilè ergò est creditu Patrem Seraphicum gestaturum habitum alicuius religionis proprium contrà ipsius religionis placitum; & Congregationem S. Ioannis Boni, id si fieret, negligenter dissimulaturam, quandò Congregatio Eremitarum S. Augustini, quæ sub protectione Cardinalis Ricardi degebat, priuilegijs Pontificijs remedium efficacissimum adhiberi impetrauit.

Secundum.
a lib. 29. c. 98.
b §. 4. à nu. 5. ad 31.
c in chronico Augustinian.
Confirmatur

Ad secundam annotationẽ dico breuiter duo. Primum est; forsitan opus, quod vidit M. Marquez, vel per errorem Impressoris, vel per nouam diuisionem librorum ab emendatore, & correctore factam non libro 12. sed tantùm 9. & 13. verba illa habebat. Secundum est; vel demus etiam in ea obiectione M. Marquez deceptum fuisse, & nõ benè numeros librorum considerasse. Quid mirum? cui non sæpè quid simile contingat? 866

Asseruntur duo circa secundam. Primum.
Secundum.

Ad tertiam annotationem, duo etiam breuiter respõdebo, cum M. Marquez[d] primum est. Verùm quidem est, quòd Morigia[d] in libro de origine religionum cap. 33. (at 28. in impressione Veneta anni 1569. apud Petrum de Fino cap. 28. fol. 72. pag. 2.) agens de S. Francisco nihil dixit de monachatu Augustiniano S. Frãcisci; quin imò & in Summario Chronologico rem istam silentio inuoluit. Quę fuerit causa, ipse nouerit. Tamen ex eo, quòd non repetierit, quis inferat retractasse primum assertum. Secundum est. licet in ijslocis Morigia non commemorauerit iterum monachatum Augustinianum S. Francisci, tamen cùm in impressione Veneta cap. 17. (in noua cap. 22.) fol. 45. pag. 1. tantùm habeat ea, quę P. Vvadingus retulit; tamen in recentiori editione cap. 53. loquens de Congregatione Illicetana Eremitarum S. Augustini, in ea aliquandiù B. Franciscum vixisse commemorauit, vbi & hæc habet. *Anno Domini 600. teste Hieronymo Bonetjori in loco S. Saluatoris Illiceti dabantur religiosi, & vt ait Franciscus Thoma Chronista Senēsis anno Domini 1050. ibidem fuerunt Eremitæ Augustiniani.* His consentit noster Cardinalis Aegidius Viterbiensis in epistola ad Patres Illicetanos, quæ extat Romæ manuscripta in Bibliotheca Angelica. ibi. *anno tandem 600. cum immane in Oriente exoriretur bestia, & feralis factio Mahumet,* 867

Respōdētur duo circa tertiam.
d cap. 11. §. 4. pag 365.
Primum.
Secundum.

omnis Hetruscorum historia Eremum sacrariúq; vestrum floruisse, ac tam celebrem fuisse testatur. & infrà. *Quæ quidem rerum tam clarissimarum incrementa scriptum reliquere, etiā D. Franciscum traxisse, ac cum vestris vestrarum arborum vmbra diù* (aliquandiu potiùs; errauit sinè dubio scriptor) *commoratum.* Hoc nè est palynodiam recantare eius, quod cap. 22. dixerat, & in 33. non repetierat? quis ità insaniat.

868 Ad quartam annotationē dico duo. Primum est. Enumerauit P. Daza nō Sabellicum, & Polidorum, vt per errorem habet Vvadingus, sed Polidorū, & Baptistam Egnatium, vt refert Marquez a inter authores sœculares : id perperam factum satis innuit R. P. Vvadingus b idq; conuincit M. Marquez c quià Polidorus fuit Præsbyter Londinensis teste Paulo Iouio, & Baptista Egnatius fuit Præsbyter Venetus, vt ex eius scriptis constat.

Ad quartam respondetur duo.

Primum.

a cap. 21. § 4. pag 363.

b in hoc §. 5. num. 17.

c vbi supra

Secundum est P. Daza dum Morigiam recenset inter Authores sœculares, singularissimus est in suo asserto, & turpissimè errauit. Licèt enim tempore Abbatis Panormitani circà annum 1440. essent meri laici, & sœculares; tamen tempore Pauli Morigiæ, qui ann. 1569. primò edidit in lucem opus illud de origine religionum, erant verè, & essentialiter religiosi; vt patet ex ipso Morigia, dū de sua religione agit; & prætereà manifestum est, ipsos à tempore Iulij 2. solēnia religionis vota emisisse, vt liquet ex Bulla 36. Clementis VII. tomo 1. 1532. pridiè Cal. Februarij pro Iesuatis S. Hieronymi. ibi. *Sanè pro parte vestra nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd postquam fel. record. Iulius Papa II. prædecessor noster ex certis tunc expressis causis fratres tantùm existentes Congregationis S. Hieronymi Iesuatorum nuncupatorum, quam illam pro tempore ingredientes professionem per religiosos Ordinis S. Augustini emitti solitam expressè emittere, & in eodem habitu, & statu, in quibus tunc existebant, remanere, ac sub eorum regularibus institutis viuere tenerentur; statuerat, & ordinauerat; vos professionem per religiosos S. Augustini huiusmodi emitti solitam expressè emittere consueuistis, &c.* Non ergò dici potest Paulum Morigiam esse authorem sœcularem, quandoquidem religio Iesuatorum à tempore Iulij II. solēnem professionem emisit, & Morigia suum librum euulgauit anno 1569. Stat ergò Panormitanū benè loqui, & P. Dazam secus; distinguenda enim sunt tempora, vt concordentur Iura.

Secundum

Iesuati verè & essentialiter religiosi.

AD NVMERVM XV.

Testimonia quorumdem recentiorum expenduntur.

869 POST Morigiam, vt aliorum testium exterorum rem hanc expressè testantium infringat testimonia, reijcit sapientissimus P. Vvadingus Gūdisaluum de Illescas d, & Alphonsum de Villegas e Carolum de Tapia f, & Baptistam Egnatium g. Ex quibus Villeguas, & Illescas Sabellicum referunt. Tapia sui asserti Illescam prodit authorem; solus Baptista Egnatius nulli acceptam refert hanc opinionem.

d in hist. Pontificali lib. 5. cap 35. sub Innocentio III.

e in vitis sanctorum in legenda S. Francisci.

f lib. de relig. reb. c. 18. nu. 4

g lib 4. de exēplis illustriū virorū cap. 4.

870 Contrà Illescam obijcit, quod solo in illo capite 33. in rebus notissimis circà ipsum Franciscum non semel à vero deuiauit. Ait enim cap. 33. ad Babiloniæ Soldanum profectum ann. sexto; ab eius conuersione; & S. Dominicum obijsse anno 1223. cùm Franciscus in Syriam pertexerit teste Bonauentura cap. 9. terτiodecimo suæ conuersionis anno; & Dominicus secundùm omnium bonorum historicorum fidem, obierit anno 1221. deindè cap. 34. sub Honorio III. ait; hunc Pontificem confirmasse regulam Sancti Francisci anno 6. sui Pontificatus, cùm tamen id fecerit anno 8. vt expressè habetur ad finem ipsius regulæ in diplomate Pontificio. Nihil ergò mirum, quòd qui in rebus adeò apertis lapsus est circà Franciscum, in alijs etiam errauerit. Addit tandem Illescam referentem vitam S. Francisci nihil tale dixisse, sed solùm cùm de Augustinianis egit, sententiam Sabellici retulit; quasi debuerit idem in omnibus locis repetere, nè videretur recantasse palynodiam.

Obiectio contra Illescam

870 Contrà Villegam obijcit primò; quòd de eo, seu vtraq; parte florum Vitæ Sanctorum ab eo edita, ità habet Posseuinus; *omninò verò in vtraq; essent nonnulla ad veritatem historiæ accuratiùs recognoscenda.* Secundò, quià tribuit Antonino Franciscū accessisse ad monasterium Augustinianorum, ab eisq; petijsse, vt in eorum admitteretur sodalitium, illos cū in suum recepisse consortium, & suo habitu donasse; & tamen apud Antoninum nec verbum de his rebus habetur.

Obiectio prima cōtra Villegam.

Secunda

871 Contrà Tapiā obijcit, quòd ille sicut & Villegas vir est nostrorum dierum, & prætereà Iurisconsultus est, in re historica non adeò versatus.

Obiectio contra Tapiam.

873 Contra Egnatium deniq; opponit, quòd cum obierit anno 1553. vt præmittitur ad illud opus in eius vita, rem, quæ tribus centenarijs, & quadragena ampliùs annorum contenditur euenisse, quomodò absquè authore scire potuit? Alium habere non potuit ex completa nostra deductione, ait Vvadingus, præter Bergomensem, Sabellicum, aut Polidorum, de quorum fide iam egimus suprà num. 9. & sequentibus. Hi enim soli in hoc asserto priores.

Obiectio contra Egnatium

874 Animus est Authores hosce à prædictis calumnijs aliqualiter vendicare. Sed antequam hoc in particulari præstemus, duo nobis notãda sunt contra R. P. Vvadingum. Primum est. Ex eo, quòd authores posteriores sequantur aliquem priorem, non infringitur posteriorũ authoritas, & iudicium prioris roboratur. Quod enim subsequẽtes Doctores illud pro vero approbauerint, non potest non addere probabilitatem opinioni. ferat verbi gratia in re noua doctus homo iudicium, & posteà subscribant alij plures. Antè horum subscriptionem, certè non reputabitur illius viri docti placitũ tam probabile atq; post illam; quia iam non innititur iudicio vnius hominis, sed pluriũ sapientũ. Probabiliùs quippè est, per extrinseca principia id, qđ plures docti iudicant, quàm id, quod vnus censet. Sic ergò in præsenti. Esto posteriores authores sequantur Bergomensẽ, Sabellicum, aut Polidorum, non minuitur fides posteriorum, & crescit authoritas priorum ex eo, quòd posteriores homines docti re benè perpensa, & ponderata eorũ placito acquicuerint. Vndè meritò Marquez [a] hæc verba protulit. *Que el M. Villegnas siguiesse al P. Roman, que importa para nuestro intento? Siguele per ventura à ojos vendados? dexo por esso de tener su parezer? es necessario que todos los authores, que conspiran en vna opinion, se muevan por differentes fundamentos? lo q; haze el caso es, que sean authores bien reputados; que claro esta que alguno dellos a de llevar à otros tras si.*

Pro relatorũ authorũ vendicatione notantur duo. Primum Quòd authoris posterior priorem sequatur, illius authoritas nõ infringitur, sed huius iudicium roboratur.

a cap. 21. §. 5. pag 365.

875 Secundum est; non eleuatur in omnibus fides alicuius authoris ex eo, quod in aliquibus errauerit. Quis enim adeò vigilet, vt quandoq; non dormitauerit? aliquandò bonus dormitat Homerus. Et sanè, si propter quosdam errores testimonium authoris est repellendũ in omnibus, vt quid R. P. Vvadingus vsus est, Antonini testimonijs? non semel sãctus, & doctus hic vir patitur claros, & crassos errores. Etenim [b] iuxtà impressionem Basileæ anno 1491. die 10. Februarij per Nicolaum Resser) ait sub Innocentio III. anno 1310. inceapisse ordines Prædicatorum, & Minorum; & [c] ait quod anno 1220. B. Dominicus migrauit Bononiæ ad Dominũ; & [d] ait Petro de Lunæ decedenti successisse in Antipapatu dictum Eugeniũ; & [e] ait post mortem Innocentij IV. vacasse Sedem Pontificiam quasi per bienniũ. & [f] enarrat plura, & manifesta figmenta de Comitibus Barchinonensibus, & Regibus Aragonum; & [g] ait Nicolaum IV. electum fuisse ann. 1300. Adde. Neq; poterit allegare testimonia Doctoris illuminati Francisci Maironis, vel Illustrissimi D. Francisci Gonzaga. Hic enim [h] sic ait. *Extat adhuc eius Epistola Madrusii in Augustinensium Conuentu apud doctissimum P. Fr. Ferdinandum à Castello* (quis ignorat hũc fuisse Dominicanum, & in Conuentu Dominicanorum semper vixisse?) *Catholici Philippi eius nominis 2. Vniuersa Hispania Regis discretissimum ecclesiastem.* Et [i] loquens de domo Conimbricensi S. Francisci, sic inquit. *Primò à Templariis antè annum Dominica Incarnationis millesimum.* (quis nescit Templarios non præcessisse annum millesimum, sed inceapisse circà ann. 1100.) *ædificata, &c.* Maironius autẽ [k] sic inquit. *Intelligendum vlteriùs quòd duodecimus* (scilicet, Cyclus) *qui incœpit anno Domini 658. secundùm præmissa, fuit finitus anno Domini 1190. quià tantùm videtur reddere numerus annorum 532. vlterà illum numerum; & tertius decimus incipiens an. Domini 1191. currit nunc per 113. annos* (atq; adeò scribebat Maironius anno 1303. vel 1304.) *si benè scio numerare. Et si patet, quòd à libro isto scripto per Augustinum vsq; nunc fluxerint 700. anni minùs 32.* (atq; adeò iuxtà Maironis supputationẽ scripsit Augustinus libros de mirabilibus Sacræ Scripturæ anno 635. vel 636. quia si ab anno 1303. vel 1304. demas annos 700. minùs triginta duobus, remanent anni 635. vel 656.) *Vt patet, si compares illud millesimum ad istud, ni fallor. Sed istud est attendendum, quòd in principio istius Cycli fuit missus vir Seraphicus Franciscus, & ordo Minorum inchoatus, qui benè numerat circà quadriennium, vel triennium, cùm sint circà centum decem anni, quod illa fuit religio inchoata.* Sentit ergò Ordinem Minorum incepisse anno 1193. vel 1194. Ecce tres crassissimi errores. Primus, quod ordo Minorum

Secundum Authoris qui in aliquibus errauit, fides in omnibus non eleuatur.

b 3. par. tit 19. cap. c. §. 4. fol. 32.

c cap. 3. in principio fol 37.

d titulo 22. in principio fol. 125.

e titulo 20. cap. 6. § 5 fol. 44.

f titulo 20. cap. 4. §. 3. fol. 71.

g titulo 24. cap. 8 in principio fol. 244.

h in chrõ. Frãciscano par. 3. pag. 617.

i pag 805.

k in floribus versatum D. Augustini in libros de mirabilibus sacræ scripturæ.

salutis tertium, & vigesimum supra duodecies centesimum Bononiæ, est vita defunctus. Naucleros etiam,[a] sic habet. *Tandem vigesimo tertio salutis anno suprà duodecies centenum apud Bononiam Italiæ Ciuitatem Nonis Augusti migrauit ad Dominum. Hieronymus à Sorbo* Capuccinus[b] sic ait de B. Dominico. *Migrauit ad Dominum nonis Augusti an. 1223.* & quoad annum mortis subscribit prædictis P. Fr. Franciscus Ortizlucius Diffinitor Prouinciæ Castellæ Ordinis S. Francisci in suo Flore Sanctorum impresso Matriti apud Michaelem Serrano de Bargas anno 1605.[c] & Alphõsus Ciaconius Dominicanus[d] qui ait; *anno Domini 1223. ex hac vita migrauit Bononiæ nonis Augusti B. Dominicus ordinis prædicatorum institutor.* Quid ergò mirum quòd vbi tot authores decepti sunt, Illescas errauerit.

a vbi supra.
b in princ. cõpendij priuilegiorũ pag. 9
c fol. 258. pa. 2
d in vitis Pontif. & Card. sub Honorio III.

880 Deniq; in eo quod idem Illescas,[e] sic asseruit. *Lo mas cierto es, que Honorio confirmo la regola de S. Domingo en el primer anno de su Pontificato, y la de S. Francisco en el sixto. Remitome en esto à los Chronicos de las mismas Ordenes;* in hoc, inquam multò minùs meretur asperam reprehensionem; primò quià eius rei determinationem remisit ad historias ipsorum Ordinum; Secundò, quià alij etiam in eumdem annum reiecerunt regulæ Franciscanæ confirmationem. Ità inter alios P. F Franciscus Longi à Coriolano Capuccinus.[f] Quin & fasciculus temporum editus an. 1484. sic habet sub Honorio III. *Quatuor Ordines Mendicantium. videlicet Prædicatores, Minores, Carmelitæ, & Augustinenses confirmantur ab Honorio, &c. Præponuntur tamen Prædicatores Minoribus quià sex mensibus antè ipsos confirmati fuerunt.* Neq; id admiratione dignum. Licèt enim solemnior regulæ approbatio data fuerit anno 1223. & Pontificatus VIII. Tamen idem Pontifex alias eiusdem religionis approbationes minùs solemnes alijs annis videtur diuulgasse. Apud Emanuelẽ Rodriguez Franciscanum,[g] Honorius III. bulla 2. data 3. idus Iunij anno 3. Põtificatus sic ait. *Cùm dilecti filij Franciscus, & Socij eius de vita, & religione Minorum fratrum abiectis vanitatibus huius mundi elegerint vitã viã à Romana Ecclesia meritò approbatã,* &c. & bulla 3. data Viterbij 4. Kal. Iunij an. 4. Pontificatus sic ait. *Vndè Vniuersitati vestræ volumus esse notum, quòd nos Ordinem talium dè approbatis habemus*, &c. Potuit ergò ad hunc modum anno 6. Pontificatus aliã regulæ approbationem publicare, ad quam ij authores se referant.

e Pergit vlterius.
e vbi sup. fol. 337. pag. 1.
f in Breuiario Chronologico impresso Lugduni an. 1623. pag. 346 & 148. sub an. 1199.
g in compẽd. priuileg. Regul. impresso Salmanticæ per Didacum à Cussio ann. 1605 pag. 14.

Alphonsus autem de Villegas,[h] sic ait. *Fuesse à vn monasterio de Augustinos, pidiole recibiessen en el, recibieronle; y (como dize S. Antonino de Florencia, Antonio Sabelico Iuan Baptista Eguacio, y otros authores) vistiose S. Francisco el habito de S. Augustin de saia negra y cinto de cuero, y truxole algunos dias, aunque no hizo professiõ.* Hæc ille; hoc autem non est tribuere Antonino Franciscum accessisse ad monasterium Augustinensium, ab eisq; petijsse, vt in eorum admitteretur sodalitium, illos cum in suum recepisse consortium; suoq; habitu donasse; sed potiùs adhibere, & producere Antoninum, Sabellicum, Egnatium, & alios in testes assumpti à B. Francisco habitus Augustiniani Eremitici, nempè tunicæ nigræ, & corrigiæ. Allegatio enim Antonini, & aliorum non cadit suprà totam narrationem, sed tantùm suprà assumptionem habitus Augustiniani; vt manifestè patet legenti, & intelligẽti. Planè, si hoc modò allegantur authores, mirum non erit si dicantus non esse conuenientia testimoniã non quidem authorũ; sed aduersarij in alium sensum illa detorquentis. *Nec erant conuenientia eorum testimonia,* (sic ait Cardinalis Iacobus de Vitriaco[i]) *qui mutabant Christi verba, & addebebant aliqua, & subtrahebant alia; nec sub eodem sensu, quo Christus dixerat, recitabãt.* Perperam ergò tribuitur Alphonso de Villegas id, quod ipse non habet. Neq; contrà eius testimonium est; quod Posseuinus ait; licet enim admittamus quòd nõnulla eius asserta, sicut & plurima eiusdẽ Posseuini, essent accuratius recognoscenda, quod cuicumq; doctissimo contingit. Non indè sequitur, quod omnia, vel in particulari hæc, de quibus agimus.

881 Defenditur Villegas.
h 1. par. Floris Sanctorũ impressa Matriti per Ludouicũ Sanchez anno 1603. fol. 353. pag. 2.
i sermone fe. riæ 6. in Parasceue super tomum cap. 18.

Sed veniamus ad Carolum de Tapia. Hic[k] de S. Ioanne Bono loquens sic ait. *Fuit iste Ioannes S. Francisci Præceptor, quem ab eo religionis Augustinianæ habitum accepisse, & in ea professum esse affirmat ex Sabellico Illescas historia Pontificali in vita.* Innocentij III. & 1 de religione Augustiniana sermonem instituens sic habet. *Fuit hæc religio aliarum etiam mater, ex ea namq; vt diximus S. Franciscus Minorum Ordinem fundauit.* Neq; eius testimonium infringitur ex eo, quod fuerit Iurisconsultus. Adhuc enim homo doctissimus eam historiam non traderet; nisi veram esse iudicaret,

882 Defenditur Carolus de Tapia.
k in tract. de religiosis rebus super authentica ingressi ca. de sacrosanctis Ecclesijs verbo Monasteria ca. 18 num. 4.
l infra. num. 13.

Iudicium autem hominis doctissimi etiam in facultate aliena non parum authoritatis tribuit opinionibus. Creduntur enim rem maturè considerasse, & post rem benè consideratam ità sensisse. Sed ait Vvadingus, in re historica nō erat adeò versatus. *Sed nunquid* (dicam cum Augustino [a]) *ided conuincuntur, aut connecti aliqua documentorum firmitate monstrantur, ipse sceleratos, & sacrilegos fuisse dicit, ego innocentes fuisse respondeo. Quid laborem probare defensionem meam, cùm ille nec tenuiter probare conatus sit accusationem suam?* nempè quà Carolū de Tapia minùs in historijs versatum affirmat, quasi Iurisconsultus non possit optimè nosse historias, sicut & P. Vvadingus, quamuis Theologus, nouit.

a lib. de vnico baptismo cap. 16.

883 Tandem Ioannes Baptista Egnatius [b] sic ait. *Franciscum vnum Assisiatem recentioribus saeculis editum huc inferam, qui ob Iudicante patre, paternasq; opes sapiùs ostentante, Ioannis Boni Mantuani intra Italiæ fines Eremiticam vitam profitentis antea iterum sequi maluit. A quo edoctus vnam paupertatē amplecti sic diuino afflante Spiritu adeò postea claruit; vt nulla nunc loco sectatoribus illius non occurrat.* Licèt autem nullum authorem citauerit, fortè quià necessarium non esse iudicauit; potuit præter Bergomensē, Sabellicum, & Polidorum nō infimi nominis testes adducere B. Fr. Henricum de Vrimaria, & B. Fr. Iordanum de Saxonia, Ambrosium Coriolanum, & fortè alios, qui adhuc in lucem non prodierūt sepultis eorum libris, aut tractatibus in tenebris Veterum Bibliothecarum. Deductio enim R. P. Vvadingi, vt suo loco latiùs ostendimus, nimis incompleta est. Addam in fine. Quamuis videam tam facilè aliorum opiniones improbari, earumq; authoribus insultari, non dicam cum Cardinali Zabarella in prologo ad Clementinas, *de his, qui facilè improbant aliorum opiniones, aut qui dum improbant, etiam verbis insultant, non videò quod aliud sentiendum; nisi quòd videntur pr[a] me temerè moueri, secundò parùm prudenter.* Hæc, inquam, nō dicam, ne videar etiam ego verbis insultare, dum improbo, & Zabarellæ censuram incurrere, dum vitare desidero.

Defenditur Ioannes Baptista Egnatius.
b lib. 4. de exemplis illustrium virorum cap. 4 §. de B. Frācisco Assisiate

AD NVMERVM XVI.

Testimonia æquiualentia pro Monachatu Augustiniano S. Francisci vindicantur.

884 POstquā doctus & religiosus P. Vvadingus conatus est, sed, vt suspicor, irrito conatu, testimonia authorum tam domesticorum, quam exterorum, qui D. Francisci Monachatum Augustinianū disertis verbis tradiderunt, inficere suspicionibus, & rationibus eneruare; contra eos in arenam descendit, qui sub forma æquiualenti verborum eam partem asseruere, ij sunt Vincentius Beluacensis, [c] qui sic habet. *Denique tertiū Ecclesiæ opere consumata habitum adhuc Eremiticum tunc temporis habuit, baculumq; manu gestans pedibus calceatis, & corrigia cinctus incessit.* Quæ omnia Antoninus transcripsit, [d] hæc solùm varians, *& corrigia corporis cinctus incedebat.* D. Bonauentura, qui [e] sic ait. *Soluit calceamenta de pedibus, deponit baculum, peram reijcit, & pecuniam execratur, retentaq; corrigia pro cingulo funem sumpsit.* Eamdem ei vestē præscribunt Breuiarium Ecclesiæ Bracharensis, & proprium Minorum, & alij ohi Minoritæ, quorum testimonia refert Marquez, [f] & ex illis hoc efformat argumentum. Habitus proprius Ordinis Eremitarum eo tempore in Congregatione S. Ioannis Boni constabat ex corrigia, tunica, baculo, & calceis. Sed Franciscus biennio antè sui Ordinis institutionem portauit hunc habitum. Ergò eo tempore fuit Augustinianus in illa Congregatione, quia nisi esset eiusdem religionis alumnus non portaret habitum peculiarem, & proprium illius.

c lib. 29. cap. 94.
d 3. par. tit. 24 cap. 1. in §. tum cap. 10.
e in legenda S. Francisci cap. 3.
f cap. 23. §. 2. pag. 355. & sequentibus. Argumentum M. Marquez.

885 At contrà hoc fundamentum triplici telo militat R. P. Vvadingus. Primò quià [g] Saris ostendit quam infirmum sit hoc argumentum, & posterius esse hoc indumenti genus apud Augustinianos, quàm vt illud Francisco dare potuerint. Secundò, quià Bergomensis [h] dixit se omisisse velle testificationem Vincentij; quià, inquit, & si referat D. Franciscum fuisse Eremitā, & cum baculo, pedibusq; calceatis, & corrigia cinctum incessisse, non tamen Ioannis Boni discipulum esse dixit. Tertiò, quià D. Bonauentura [i] Vincentius [k] Antoninus [l] Breuiarium Romanū à Francisco Quignonio ordinatum, & Breuiarium Minorum non solùm referunt Franciscum deposuisse calceamenta, baculum, & corrigiam, & tunicam, verùm etiam addunt, *Peram reijcit, & pecuniam execratur. Vellem itaq; scire*, ait Vvadingus, *an etiam Sacculum, pera, & pecunia insignia fuerint professionis, & vitæ Augustinianæ; vel quarè à nostro dissentatore taceantur vel similiter non inculcantur, quæ eodem Orationis decursu narrant hi vetusti, & graues authores?*

Triplex aduersarij obiectio contra assertum fundamentum.
Prima.
g § 4. num. 10 & sequentibus.
Secunda.
h lib 12. anno 1199.
Tertia.
i cap. 3.
k lib. 29. cap. 96.
l 3. par. tit. 24. cap. 2.

thorret. At quæ placent, narremus; & quæ non fauent silentemus? Hæc, & sic ille.

886 Verùm ijs placet respondere, ità vt calumnijs frustratis Christum imitãtes nec veritatē taceamus, nec aduersarios prouocemus. *Iesus sic respondit* (ait Cardinalis Iacobus de Vitriaco a) *vt omnes doli, & calumniæ frustrarentur. Ità enim temperat responsionem, vt nec veritatem taceat, nec se defendere videatur, dans nobis formam temperatè respondendi hostibus, ità vt nec veritatem negemus, nec aut contra nos dictis prouocemus.* Adhuc tamen (ni fallor) præstabo, *vt responsio ista* (vt ait Augustinus b) *à multis intelligatur, multis etiam demonstretur quàm inanis sit, quantùm attinebat ad causam; quàm verò amara, & maledica, quòd non pertinebat ad causam.*

a sermone secundo, in Parasceue in cap. 18. Ioannis.

b lib. 3. contra Cresconium cap. 46.

887 Ad primum ergò respondeo me suprà ad numerum quartum P. Vvadingi latissimè satisfecisse ijs, quæ prædictus Pater adduxit, vt ostenderet inefficax argumentum desumi ex habitu Eremitico quem Franciscus portauit biennio antè sui Ordinis institutionem. Ad secundum respondeo, sicut & ibidem respōdi. Duo dixit Bergomensis, nempè Franciscum fuisse Augustinianum, & fuisse Discipulum Ioannis Boni. Omittit Vincentium non quasi ex illo non probaretur S. Franciscum fuisse Augustinianum; sed quià non ostendebatur fuisse Discipulum B. Ioannis Boni, quod ipse præmiserat. Vndè sic conclusit. *Non tamen Ioanni. Boni discipulum esse dixit*; & libro 13. anno 1209. sic ait. *Sed hoc in loco erunt fortè aliqui, qui huiusmodi scripta impatienter sustinebunt, quod D. Franciscum Discipulum B. Ioannis Boni Mãtuani fuisse dixerim*, &c.

Respondetur primo.

Respondetur secundo.

888 Ad tertium dico duo. Primum est. M. Marquez minùs inculcauit verba illorũ authorum, quæ nunc Vvadingus inculcat; quià non attinebant ad causam; neq; suspicari potuit homo cordatus, & religiosus id ab aliquo, præcipuè tanto viro, interrogandum, & improperandum. Cęterum neq; tacuit, neq; omisit illa. Eadē enim verba Bonauenturę, quę hic adducis referũtur ad verbum à M. Marquez. c Quinimò d adducit etiam de verbo ad verbum testimonia Vincentij, & Antonini. Videat lector quà veritate dicatur sic confidenter ea verba taceri à dissertatore. Addo in eadem columna explicat Marquez illa verba, *pecuniam execratur*, referenda esse non ad tempus, in quo missam audiebat, in quo ignoramus an secũ pecuniam portaret; sed ad institutionem suæ regulæ, in qua Minoribus præcepit nè nummos tangerent. Ecce non tacet; ecce non omittit. Ecce etiam inculcat verba, quæ ab illo quasi mysteriosè taceri, & non inculcari iactabas.

Tertiò respondetur duo. Primum.

c cap. 21. § 2. pag. 359. col. 1 lin. 17 & cap. 24. § 1. pag. 357 col 1. lin. 30. & sequentibus, & cap. 25. § 9. pag. 410. col. 1. lin. 42.

d cap. 25 § 5. pag. 410. lin. 5.

Secundum est. Franciscus dum mendicaret pro victu, vel pro ornatu Ecclesiarum reparatarum, quamuis esset religiosus, sacculum, peram, & pecuniā fortè portabat, sicut & modò ferunt religiosi itinerantes; & tamen eorum professionis, & vitæ insignia non sunt sacculum, pera, & pecunia. Sicut licèt Christus apud Iudam haberet loculos, & pecunias oblatas, tamen loculus, & pecunia non erant insignia professionis Apostolicæ, & Euangelicæ. Habebat ergo Franciscus fortassis sacculum, peram, & pecuniam, quàuis non essent insignia religionis Augustinianæ; neq; enim omnia, quæ Religiosus habet, sunt insignia eius religionis, quam profitetur. Cùm tamen in Ecclesia Sanctæ Mariæ Angelorum Euangelium audiuit, omnia, quę habebat, dimisit, tam ea, quæ erant insignia religionis Augustinianæ, quàm ea, quæ talia esse non poterant. 889

Secundum.

AD NVMERVM XVII.

Alia testimonia æquiualentia pro eodem monachatu vel defenduntur, vel expenduntur.

ALios testes, qui in idem sub ęquiualenti forma verborum conspirarent, Marquez adduxit. Adeò tamen eorum verba visa sunt doctissimo P. Vvadingo (ea est ingeniorum, & iudiciorum diuersitas) aliena ab huius monachatus patrocinio, vt verba transcribere sufficiens iudicauerit, neque oportere impugnationes adiungere, (adiunxit tamen) quasi non impugnatore, aut responsore, sed lectore tantum indigeant. At non adeò hebes erat, *vt sui desipuerit Vir Sapientissimus* (vt de Platone dixit Augustinus e) *& eruditissimus suorum temporum, qui & ità locutus est, vt quæcumq; diceret, magna fierent; & ea locutus est, vt quomodocumq; diceret, parua non fierent.* Examinemus igitur singula, & lector ferat sententiam, an ex ijs testimonijs sub aliqua probabilitate deducatur eos authores sensisse B. Franciscum antè institutum suum Ordinem fuisse alterius professionis religiosum, atq; adeò Augustinianum. Hoc est enim M. Marquez argumentum; ità habet; f *deuese tambien poner en esta classe el Breuiario de Braga* 890

Assertio aduersarij.

e lib. 3. contra Academicos.

Argumentũ M. Marquez.

f cap. 21 § 2. pa. 357. col. 1.

en la

en la lecion primera y segunda del rezo de S. Francisco, en que dize que el Santo era religioso antes que el estado de un saco, y estado con una soga fundasse el Orden Seraphico; y aunque no dize de que religion, pero las señas del habito con las palabras de Felipo Bergomense, Sabelico y Polidoro Vergilio sin fundamento de. Accedamus ergò ad testimoniorum examen.

891 Primum testimonium. Primum testimonium desumitur ex Breuiario Bracharensi, ibi. *B. Franciscus Seraphicus natione Italus ex Assisio Vmbrorum Ciuitate ortus, vir vtique diuinus, ac primus institutor fratrum Minorum, & fundator merito, florens circa annum Domini ducentesimum octauum supra millesimum. Primò negotiator humanus & affabilis, at prodigus vsque ad annum 25. deinde terrena omnia despiciens, Christum in omni vita secutus est; & cùm aliquandiu pedibus calceatus, & corrigia cinctus incessisset, sententiæ dominicæ memor Lucæ 24. Qui venit ad me, & non renunciat omnibus, non potest meus esse discipulus; abiectis omnibus tunicam incultam, & contemptibilem fune præcinctam induens, nouum ordinem instituit, cum quo velut Sol in Orbe radians christianam religionem plurimùm illuminauit.* Ferè hæc eadem verba habent Matthæus Palmerius ad annum Christi 1206.[a] Hartmannus Schedel,[b] & Ioannes Nauclerus.

a In suo Chronico generali 6. ætate Mundi fol. 208. pag. 1
b volumine 2. Chronologiæ generatione 41. an. 1215

892 Verba hæc transcripsit Marquez, inquit Vvadingus[c] quid inde sibi fauere putat, quod dicitur Franciscum à vigesimo quinto suæ ætatis anno, circà quod tempus ad Deum conuersus est, semper Christum in omni vita secutum, & nouum ordinem instituisse. Contrà hoc autem fundamentum sic propositum objicit primò. Quia potest quis, & verè dicitur, Christum sequi, etiamsi non se adstringat regularibus disciplinis; secundò, quià rectè aliquis affirmatur nouum ordinem instituisse, etiamsi priùs non sit professus veterem; tertiò, quià in hoc eodem loco dicitur Franciscum in secunda conuersione omnibus renunciasse; ergò non renunciauerat anteà per Augustinensis Ordinis assumptionem, ad quam sicut ad cæteras aliorum Ordinum præmittitur rerum omnium renunciatio.

c In hoc §. 5. num. 90. pag. 116.
Refertur fundamentum, & contra illud objicitur primò.
Secundò.
Tertiò.

893 Minus fideliter referri fundamentum aperitur. Verùm in hac re, R. P. Vvadingus minùs fideliter refert, & inefficaciter arguit. Marquez enim non probat B. Franciscũ fuisse religiosum alterius Ordinis à Franciscano ex eo præcisè, quòd Christum in omni vita secutus est, vel ex eo quòd nouum Ordinem instituerit; (oportebat autem sic referre, vt fundamentum omninò debile, & impugnatio efficax videretur) sed ex eo, quòd terrena omnia despiciens Christum in omni vita secutus est vsque ad mortem, scilicet sub eodem statu religionis tunc incepto, & per totam vitam continuato. Neq; infert professum fuisse veterem Ordinem ex eo præcisè, quòd fundauerit nouum; sed ex eo quòd postquam dixerat omnia terrena despexisse, & Christum in omni vita fuisse secutum, atq; adeò fuisse religiosum, subdidit fundasse nouum Ordinem. Si enim priùs fuit religiosus, & posteà fundauit nouũ Ordinem, manifestè sequitur eum priùs fuisse religiosum Ordinis distincti ab illo nouo, quem ipse fundauit. Vt autem cõstet hunc esse sensum M. Marquez, subijciamus eius verba, quæ habet cap. 21. §. 2 pag. 357. col. 2. ibi. *He aqui como desde su cõuersion, que pone a los 25. años de su edad, dos antes que fundasse su Orden, le haze religioso, pues tiene por un mesmo estado el que aqui començò, y el que continuò toda su vida, y desde este pũto le llama estado de religion, la hora que dize* (ecce illatio M. Marquez) *que dexo el Santo en el todas las cosas terrenas, y siguio los passos de Christo sin interrupcion hasta morir. Deinde terrena omnia despiciens, Christum in omni vita secutus est;* & infrà. *Quien auiendo dicho* (notato verba) *que antes auia dexado todas las cosas, y començado à seguir a Christo, prosiguen con que aqui fundo nueua Orden; dize que hasta alli estaua en Orden ia fundado. Porque esa relacion induce la palabra nueua.* &c. Quid clariùs ad ostendendum M. Marq. non loqui in eo sensu, quem R. P. Vvadingus impugnat.

894 Diluitur prima obiectio, sæculares benè viuentes dicuntur sequi Christum. Hoc posito ad Obiectiones oppositas facilis est responsio. Ad primam dico negari non posse etiam sæculares benè viuentes sequi Christum. De omnibus enim loquitur qui dixit; *qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat Crucem suam, & sequatur me.* Tamẽ sequi Christum despiciendo terrena omnia per totum vitam, prout in prædicto testimonio affirmatur de B. Francisco, præcipuè cùm aliàs constet in aliqua parte vitæ fuisse religiosum, satis probabiliter, ne dicam efficaciter sequitur in alia etiam parte fuisse religiosum, cùm eodem modo sit sermo de omni vita. Et in hoc vltimo sensu loquitur Marquez, vt constat ex eius verbis.

895 Soluitur secunda. Ad secundam similiter respondeo, vt quis fundet nouum Ordinem nõ requiri, vt priùs professus sit antiquũ. Tamen cùm dicitur de aliquo, quòd priùs fuit religio-

religiosus, & posteà fundauit nouū Ordinem, vt in præsenti dicitur de B. Francisco non obscurè, sequitur manifestè priùs fuisse religiosum ordinis diuersi ab eo, quem instituit. Et in hoc sensu loquitur Marquez, vt ex eius verbis ostēdim[a].

896 Ad tertiam clara, est solutio. Dupliciter enim potest quis renūciare omnibus, primò renunciando tam in communi, quàm in particulari; quæ est altissima paupertas, quam profitētur Patres Franciscani. Secundò renunciando omnibus in particulari, non verò in cōmuni, hoc est renunciando dominio proprio, non verò dominio Communitatis; & hanc paupertatem vouent aliæ Religiones. Frāciscus ergò professus fuerat paupertatem hoc secundò modo in Congregatione Ioannis Boni; audito tamen Euangelio in Ecclesia S. Mariç Angelorum, secutus est paupertatem primò modo renunciando omnibus, tam in communi, quàm in particulari. quid clarius? quid facilius?

Solutio tertia.

897 Secūdum testimonium desumitur ex Francisco Petrarcha [a], qui sic habet. *Franciscus, licèt, vt aiunt, diurnitate consulta, & reuelatione cœlitus accepta pro salute multorum inter vitæ hominum bella periculosas non tam sibi, quàm militibus suis excubias elegisset, ipse tamen magnus amator solitudinis, Eremiq; sectator fuit.*

Secundum testimonium.

a lib. 2 de vita solitaria tract. 3. cap. 11.

898 *Hinc applaudit hic testis*, ait P. Vvadingus [b] *pro hoc asserendo monachatu, quòd dicat Franciscum amatorem solitudinis, & Eremi fuisse sectatorem.* Contrà hoc autem obijcit primò: quià non omnes amantes solitudinem, & Eremum sectātes sunt Augustiniani; Secundò quià Petrarcha loquitur de Eremicolatu Francisci post institutum suum Ordinem. Verba enim antecedentia ad ea, quæ adduxit Marquez; hæc sunt. *An verò Franciscum, seu voluerunt audientiam, seu Seraphicam raptà mentis ardorem, stupendumq; illud insigne Sācrorum Christi stigmatum, & vulnus antent membra testantia, tantumq; & tam breui de paupertatis coniugio genitæ sobolis incrementum habiturum credimus, si mansisset Assisij? Quæ licèt, vt aiunt, &c.* Hæc autem omnia, & reuelatio de Vrbibus incolendis post institutum Ordinem cuenerunt.

b §. 5. num. 31 pag. 117.

Refertur fundamentum ex testimonio deductū, & impugnatur primò.

Secundò.

899 Hæc tamen non omninò obstāt. Dòmacetenim à vero huius fundamenti relatio, & impugnatio. Etenim M. Marquez non vtcumq; ex eo induxit Petrarcham; quià dixit B. Franciscū fuisse amatorem solitudinis, & Eremi quomodolibet sectatorem; sed quià sectator, vt ipse ait, propriè loquendo, idem est, quòd discipulus; vndè ex testimonio Petrarchæ sequitur, quòd Franciscus fuerit in Eremo discipulus. Sed non fuit discipulus in religione, quā fundauit; ergò in alia, quam priùs fuerat professus, nempè in Augustiniana. Hunc autem esse illius discursum [c] manifestant eius verba, quæ sequuntur. *Tambien se deue alegar Francisco Petrarca en el libro 2. de vita solitaria tractatu 3. cap. 11. donde dize que aunque el Seraphico P. S. Francisco mouido de reuelaciones celestiales fue maestro de frailes en poblado, sin embargo fue discipulo en el yermo, que amaua de corazon, y tuuo Maestro en la vida solitaria, cosa que el P. Daza contradize cō grande esfuerzo. Qui licet, &c. Ipse tamen magnus amator solitudinis, Eremiq; sectator fuit. Esta palabra, sectator, significa lo mesmo que discipulo como consta de S. Bonauentura* (in prologo legendæ S. Francisci) *que llama á los frailes Menores, que vinieron con S. Francisco familiares suyos, y sectadores (esto es imitadores, y discipulos) de su Santidad.* Cum familiaribus, (dize) sancti viri collationem habui diligentem, & maximè cum quibusdā; qui sanctitatis eius, & conscij fuerunt, & sectatores præcipui. *De la misma manera habla Iuan Baptista Egnacio, en el lugar, que abaxo referire, en que dize de los frailes de S. Francisco, vt nullo nunc loco sectatoribus illius non occurras.* ijs etiam testimonijs posset addere aliud D. Bonauenturæ [d] quibus ait, *& ideò perfectionis omnis amator Franciscus ad laborē manualem sectatores suos, & filios moderatè, ac prudenter induxit.*

Non refertur veridicè fundamentum, & ostenditur.

c cap. 11. §. 2. pag. 358. col. 1

d in Apologia pauperū contra Giraldum de Abbatisuilla, responsione 4. partis 3. fol. 305. pag. 1.

900 Hinc facilè soluuntur obiectiones R. P. Vvadingi. Ad primam dico. Non infert Marquez; fuit quomodocumq; sectator Eremi, ergò fuit Augustinianus; sed hic fuit sectator Eremi, scilicet propriè, & rigorosè, atq; adeò discipulus in Eremo, non in religione Seraphica, ergò antequam illam fundaret. Si autem antè institutū suum Ordinem fuit in Eremo Discipulus, & Magistrum habuit, credibile fit, quòd fuerit in religione. Si autem fuit in religione, non est fundamentum, ad tribuendum id alteri religioni, quam Augustinianæ.

Soluitur primò.

901 Ad secundam obiectionem respōdeo Petrarcham non loqui de Eremicolatu post institutum ordinem Seraphicum, & non aliàs; sed de Eremicolatu antè, & post institutionem religionis; idq; ostendo ex

Soluitur secunda.

do ex ipsis verbis, quæ adducuntur in oppositum[e]. Ait enim Petrarcha Franciscum non habiturum ea, quæ ibi commemorat, si mansisset Assisij. At hoc, quod est, nō manere Assisij, & in Eremis degere, non tantùm contigit illi post institutū ordinem; sed etiam antè, vt constat ex eius vita. Tribuit ergò Petrarcha D. Francisco ea omnia propter Eremicolatum etiam antè institutum Ordinem.

902 Quare displiceat fundamentum oppositum.

Fatebor tamen ingenuè, quod sentio; ex alio capite mihi displicet hoc fundamentum. Nempè quià licèt aliquandò sectator idem sit, quòd discipulus, non tamen semper etiā in significatione proprijssima; sed ad summum, quandò quis sectator est eius, cuius possit esse discipulus, & qui possit esse magister. In præsenti autem Franciscus dicitur Eremi sectator, Eremus autem non potest magistri officium exercere, neq; ille Eremi potest esse Discipulus. Hic ergò sectator nihil aliud est, quàm frequentans, vel sequens Eremum cum frequentia, in hoc sensu videtur loqui D. Franciscus in regula cap. 5. vbi ait. *Sicut decet Serues Dei, & paupertatis Sanctissima Sectatores*; & S. Petrus Damianus[a] qui ait. *Ita nimirum S. Benedictus, quamquàm propensiùs velit nos esse, quod erat, hoc est, Eremi Sectatores, tolerabiliùs tamen ducit nos infirmes, ac debiles in monasterij portu, vel ignobiliter viuere.* & in libro *Dominus vobiscum*, b sic ait. *Nonnulli autem fratres Eremitica vita Sectatores*, & Hugo Cardinalis c qui ait. *Romanorum 12. Hospitalitatem sectantes; non solùm sustinentes sed sectantes*; Item d. *Sectare verò institiam. Notat frequentiam, & actionem.*

a In Appendice Bibliothecæ veterū Patrū ep 9 ad Dominum venerabilem Abbatem col 533. b in prologo ad Leonē inclusū col 543. c in epistolam primā ad Timotheū cap 5 fol. 193. pag. 2 d in cap. 2. epistol a ad Thimoth. fol. 202

903 Tertiū testimonium.

Tertium testimonium desumitur ex Volaterrano e qui sic habet. *Quadriennio in Eremo, saltibusq; ferarum victitauit. indè diuina instructus sapientia duodecim sibi comitibus electis prolapsos ad nitre iamdudum populos concionibus, adhortationibus, prodigijs ad nouum Ordinem, Vitaq; abstinentiam prouocauit.*

e lib. 21. Antropolog. tit. Franciscus, c. iusq; ordinis viri clari. pag. 1.

904 Obiectio.

Hinc autem nullum desumi fundamentum | sic suadet R. P. Vvadingus[f] *Deindè citat Volaterranum, qui dixit antè assumptos, & electos sibi comites in Eremo, saltibusq; ferarum victitasse. Qua ergò illatio? Eremita fuit Augustinianus. Probè sanè clarū testimonium.* hæc ille.

f § 5. nu. 32. pag. 115.

905 Refellitur.

Sed quorsum hæc tonitrua, quorsum hæc fulgura cōtrà Volaterrani testimonium, cuius verba tantùm continere insinuationem vitæ religiosæ D. Francisci, antè fundationem ordinis Seraphici asseruit Marquez, & tandem illum reijcit vt minùs dignum fide. Audi eius verba g. *Y no se desuia desta mesma opinion Volaterrano porque dize que el Sancto glorioso viuio quatro años en el iermo, y luego fundo nueuo Orden, y nueua abstinencia de vida; Con que insinuo* (vigilanti verbo vsus est Marquez) *que la vida Eremititica, que hizo àquellos quatro años, fue vida de religion.* Supponit autem Marquez negandum à nemine B. Frāciscum fuisse Augustinianum; si semel admittitur antè institutum suum Ordinem fuisse religiosum. Et infrà subdit. *Pero aunque en esta parte su testimonio nos era fauorable, pierde con nosotros il credito por veerle eligir muchas vezes con tan poca aueriguacion.* Vt quid ergò verba illa irrisoria; *probè sanè, clarum testimonium?* quasi Marquez ex Volaterrani testimonio contenderet suum assertum efficaciter comprobari.

g cap. 21. § 2. pag 358. col. 2

Quartum testimonium desumitur ex Breuiario Romano in lectionib[9] S. Francisci. ibi. *Cùm verò in grauem morbum incidisset, ex eo aliquando confirmatus, cœpit ardentius colere officia charitatis. Qua in exercitatione tantùm profecit, vt Euangelicæ perfectionis cupidus, quidquid haberet, pauperibus largiretur.* 906

906 Quartum testimonium.

Hinc autem nihil haberi contendit doctissimus P. Vvadingus; quià omisso eo dubio, vtrum Euangelica perfectio extrà religionem possit acquiri; tamē nō est idem capere perfectionem Euangelicam, & eamdem statim adipisci, vel profiteri. Biennio illo se exercuit, & disposuit (vt Antoninus, & Fernandus Perez, quos sui sensus confirmatores adduxit Marquez, affirmant) vt mundum totaliter contemneret, & deindè post multa virtutis exercitia sibi, & Sectatoribus ex Euangelica lectione perfectionis normā præscripsit. 907

907 Obiectio.

Sed in his P. Vvadingus fundamētum Magistri Marquez nō ità fideliter refert. Audiamus eum[h], qui postquàm retulit clausulam Breuiarij Romani suprà positam, sic ait. *Aunque non es prueua indubitable* (ecce in quo sensu inducat præsentem probationem, seù suasionem non conuictionem) *es gran confirmacion de nuestro intento. Porque àquellas palabras*, tantùm profecit, vt Euangelicæ perfectionis cupidus, &c. *en grandeze la perfecion en que se empleo el glorioso Sācto, y dan à entēnder que crecie tantò en caridad que determino de seguir al Hijo de Dios en el estado mas perfecto, que sin duda es el de la religion.* Supponit, ni 908

908 Expenditur fundamētum M. Marq. & non fideliter relati probatur.

h cap. 21. §. 2. pag 359 col. 1.

fallor

fallor, Franciscum Seraphicũ Dei amore ardentem, & Euangelicæ perfectionis cupidum vbi decreuit mundum totaliter contemnere, nō dilaturum per duos annos adeptionem perfectionis Euangelicæ, quã alij tepidiores statim, atq; prudenter disponunt, amanter amplectuntur: Nescit quippè tam tarda molimina spiritus sancti gratia.

909 Hinc patet ad obiectionẽ. Licèt enim aliud sit, cupere perfectionem, & illam profiteri; tamen credibile non videtur; quòd B. Franciscus postquam disposuit mundum totaliter cõtemnere, cupijtq; perfectionem Euangelicam amplexari, adeò tepidè se haberet, vt biennio remaneret in sæculo. Et sanè in principio illius bienni disposuisse Franciscum totaliter mundum contemnere, ab illoq; totaliter secessisse docent Antoninus a, & Fernandus Perez de Guiman b nō enim aiunt, vt Vvadingus vult, Franciscum, se tunc disposuisse, vt mundum totaliter contemneret; sed disposuisse totaliter mundum contemnere, & ab illo se totaliter remouisse. Quæ duo longè diuersa sunt. Sed præstabat sic referre, vt vis argumẽti infirmaretur, & redderetur impugnatio plausibilior. Ecce Antonini verba. *B. Franciscus cùm deditus esset negotijs sæcularibus, & est satis simplicitatis, visitatus à Deo tribulatione captiuitatis Perusij, ac etiam infirmitate corporis, disposuit mundum totaliter contemnere*, &c. Ecce etiam verba Ferdinandi Perez. *E despues de tanto humil comienço, y despues de muitos sanctos actos suios adarcandose de todo punto del mũdo* (nota hæc verba) *tomo vida de Eremitano, e assi començo à ser perfecto* (non ergò tantùm cupiens, sed exequens perfectionem) *en la carrera de Dios, que muchos prouocados y animados por el su exemplo dexando el mundo volaron al estado de la penitẽcia*. Hæc autem verba Fernandi sic ponderat Marquez; & vrget vbi supra. *Conque declaro la Consulta del Breuiario Romano quãto se pudo dessear; y pareze que tomò la declaracion de S. Antonino de Florẽcia, que dize* visitatus à Deo infirmitate corporis, disposuit mundũ totaliter contemnere. *Porque si en el habito Eremitano se apartò de todo punto de el mũdo, escogio estado de religion. de otra manera por perfecta vida, que hiziera, non se apartara de todo punto de el; y si para prueua de su perfecion se dize que otros por su exẽplo dexaron el mundo, y volarõ al estado de la penitẽcia, el mesmo estado tẽdria el Sãcto por à quel tiẽpo. Y como dize S. Thomas* (2. 2. quæst. 186. art. 6. in corpore, & ad primum) *no ay estado de perfecion sin la obligacion de tres votos substantiales*. Hæc valdè distant ab ijs, quæ Vvadingus retulit. Sanè diuersissimum est, videre fũdamenta in ædificatore, vel in destructore; hoc est in defensore, vel in impugnatore alicuius opinionis.

Quintum testimonium desumitur ex Ioãne Pineda, & Marco Vlyssipponensi Minoritis, quatenùs referunt B. Franciscum biennio illo incessisse in habitu Eremitico, & indè desumptam occasionem adstruendi huiusmodi monachatus. 910

At contrà hoc R. P. Vvadingus obijcit Primò. quod hi authores id non admittunt, neq; probant; imò expressiùs, & data opera improbat peculiari tractatulo Vlyssipponensis. Secundò, quia Pineda affirmat Franciscum à nullo hominum; sed à solo Deo edoctum, quam deberet vitam sectari. Tertiò quià decipitur Marquez, vel interpres Castellanus, qui Lusitanium verbum, *comprido*, ex historia Marci Vlyssipponẽsis reddidit Castellano idiomate, *cumplido*; illud enim habitum longum, vel prominentem, hoc significat integrum, vel completum. 911

Nutat etiam in his fides relatoris. Efficacius arguit Marq. c. Supponit enim ex vsu, & modo procedendi P. F. Ioannis Pinedæ, ea ab illo recipi, quæ refert nullo obiecto authore in contrarium, quod & in præsenti fecit d dicens. *Dize el M. Pisano que S. Francisco anduuo por dos annos solitario vestito como Eremitano, y por esto dize Philipo Bergomense, e que fue de su Orden de Ermitanos de S. Augustin. y que hizo professiõ en las manos de aquel regularissimo Varon Iuan Bueno Mantuano, y que lo tienen en su Orden por escritura firmada de escriuano publico*. Et deindè subdit Marquez f. *y no bueluo sobre lo referido, que es su estilo o diuerso de aprobarlo, y conformarse con ell: de otra manera quien puede dudar que le corria obligacion per lo menos de contradezirle; quando no se quisiera de tener en impugnarlo*. & g *Pero no se atreuio à hazerlo en este lugar, por no ir cõtrà el testimonio de su conciencia, ni à hablar mas claro en nuestro fauor por no desgraciar à su Orden (aque podemos atribuir lo que dixo en otra parte) y assi lo confessana el P. Pineda de si, como me certificò el muy R. P. M. Fray Iuan de Camargo, &c.* fuit is Castellæ Prouincialis, & supremæ, Inquisitionis Hispaniarum qualificator, Vir doctus, & illustri genere natus 912

Agrip-

Marginalia:

a 3. par. tit 24. c. 1. §. 1 in fine
b in mari hist. Ecclesiæ c 113
Quintum testimonium.
Prima obiectio.
Secunda.
Tertia.
Referuntur argumenta M. Marquez, vt non fideliter ab aduersario adducta oppa. ...
c cap. 21. §. 5. pag. 365. col. 2
d 3 p Monarchiæ Ecclesiasticæ lib. 12. c. 11. §. 2.
e lib 13.
f pag 366. col. 1.
g infra col. 2.

Agrippinæ in Hispania, vulgò Agreda. Præterea ex eodem Pineda sic argumẽtatur Marquez [a] *y para que no quede en duda que el P. Pineda assiente à nuestra opinion, es de aduertir que en aquel Capitulo en el §. 2. dize que quando S. Francisco llegò à tener doze compañeros, se fue con ellos al Papa Innocentio III. el qual confirmo de palabra su manera de viuir, y rezibio en sus manos la profession de el Sãcto, y de sus Compañeros año de 1209. y antes de llegar à este estado y hablando de su primera conuersion, quando tomo el habito de Ermitaño en el mesmo §. antedicho. Fue su primera Conuersion al Señor por vida religiosa año de 1206 de manera que no solo en la segunda conuersion; quando instituio su Orden; sinò en la primera tambien, que fue dos annos antes, quando dexo la hazienda, y se salio al iermo, confiessa que era religioso.* En argumenta, quæ M. Marquez ex Pineda desumpsit, neq; omninò inefficacia, vt in eam sententiam Pinedam conspirasse credamus, & tamen à R.P. Vvadingo non inculcantur, non dissol uũtur, sed inuoluuntur silentio. An quià hæc illi inefficaciora visa sunt, quàm ea, quę retulit, an quià efficaciora? inquiram deniquc à Viro doctissimo vtrum laudet reticentiam P. Pinedæ referentis sententiam Bergomensis, vel reprobet. Si damnat doctissimum hominem arguit, indicatq; Pinedam nobis fauisse dum tacuit. Si laudat, dicam cùm Augustino [b] *Quid tibi ergò visum est vt aduersus nos illis tacentibus, tu loquaris? Nam si benè faciunt, cur non imitaris? Si malè, cur laudas.* Deindè Marquez [c] ex Marco Vlyssipponẽsi Minorita, [d] sic arguit. *Dize que S. Francisco anduuo dos años vestido de habito cumplido, pobre, y honesto, y vn cayado en la mano como Ermitano, y Zapatos en los pies, y ceñido con vn cinto, donde algunos tomaron occasion de dizir que fue monge Ermitaño de S. Augustin. Llamando habito de Ermitaño cumplido; pobre, y honesto, el que S. Francisco truxo aquellos dias affirmo que no fue habito casual, como algunos an pretendido, sinò de estado cierto, y citando a la margen el supplemento de las Chronicas de Philippo Bergomense sin reprobarle, ni contradezirle, antes passando con ello, como hizo el P. Pineda consintio en nuestra pretension de otra manera obligacion tenia de contradezirle, y aun refutarle.* Verũ est, quòd cap. 22. in principio pagin. 369. col. 2. sic habet. *diziendo que fue habito cumplido, confessò que le truxo canal, esto es, cõ capilla y todas las insignias restantes.*

a ibidem pag. 366 col. 1.

Quæsitum.

b lib. 1. aduersus Cresconiũ cap 3.

c cap 21. §. 5. pag. 366. col. 1.

d 1 par. Chronic. Ordinis Minorum lib. 1. cap. 5.

913 Responsio ad primã obiectionem.

Ex his facillimè respõdetur ad Obiectiones, Ad primam dico duo. Primũ est, Quę refert opinionem quam eius religio vt sibi contrariam reijcit, si crederet falsam, & neq; probabilem iudicaret, illam sinè dubio ibi refelleret. Aliàs neq; fidei historicæ, neq; religioni suæ satisfecisset. Vndè cùm hi authores nostram opinionem retulerint, & nullatenùs se opposuerint, signũm est, quòd illi adhæserunt, & ad minùs quod illam probabilem esse, existimarunt. Secundus est. Si Marcus Vlyssipponẽsis postcà in speciali tractatulo illam impugnauit, indè forsan ortum, quòd monitus fuit ab aliquo ex consodalibus, ex eius anteriori scripto desumi fũdamentum, vt alij crederent, ipsum vel opinioni Bergomensis assensisse, vel saltem non dissensisse eius probabilitati. A quo ingenti crimine vt se in sui Ordinis gratiam vendicaret, fortè edidit specialem illum tractatulum.

914 Responsio ad secundam.

Ad secundam. Obiectionem respondeo P. Pinedam asserere D. Franciscum à nullo hominum edoctum; sed à solo Deo, quam deberet vitam sectari. Loquitur tamen de Francisco iam instituente suum Ordinem iuxtà illud, quòd ipse D. Franciscus ait in suo testamento, *& postquam dedit mihi Dominus curam de fratribus* (innuit aliter secum actum antè illud tẽpus) *nemo ostendebat mihi quid deberem facere, sed ipse altissimus reuelauit mihi quòd deberem viuere secundùm formam Sancti Euangelij & ego paucis verbis simplicibus feci scribi, & Dominus Papa confirmauit mihi.* Ex hoc autem non infertur quòd Pineda senserit, Franciscum non fuisse religiosum, atque adcò Augustinianum antè sui Ordinis institutionem.

915 Responsio ad tertiam.

Ad tertiam respondeo Magistrũ Marquez duplex argumentum ex Marco desumere. Primum, quià non refutauit opinionem, quam ex Bergomensi retulerat, & deberet refellere, si falsam, & improbabilem iudicaret. A quo argumento vt se eximeret, speciale illud Opusculum diuulgauit. Secũdum est quià dixit, *cumplido*. Verũ ne de nobis dici possit, quod ex Tullio refert Augustinus. [e] *Verbi controuersia tamdiù torquet homines contentionis cupidiores, quàm veritatis;* fatebor ingenuè; sanè ex illa Voce, prout sonat in idiomate Hispano, in quo M. Marquez legit historiam, non absurdè intulit. At si in Lusitanica lingua, in qua Marcus scripsit, aliter habetur, argumentum nullum est. Hoc autem ponderare nec debuit, nec potuit Marquez, qui prudenter arbitra-

e lib. 9. de Ciuitate cap. 3.

tus

tus est interpretem rectè transtulisse.

916 Obiectio contra argumentũ ex sexto testimonio desumptum.

Sextum testimonium adducitur ex Henrico Sedulio Minorita, & Antonio Iepes Benedictino. *Henricus tamen* (ait Vvadingus[a]) *istorum improbat opinionem ipso illo loco ex quo citatur, & Antonius sub conditione tantùm loquitur de hoc monachatu, nimirum si ità,* inquit, *euenit, vt quidam opinantur; citatq; solùm Hieronymum Romanum in margine.*

a §. 5. nu. 33. pag. 119.

917 Soluitur & nõ fideliter argumentum M. Marq. adduci ostenditur.

Sanè quisquis R. P. Vvadingum legerit, & Magistrum Marquez non viderit, irridebit plura ex his, quę Vvadingus conatur euertere; exsibilabitq; Marquez, quasi nimiùm delirauerit, aut desipuerit. Sed moneo, & rogo lectorem, vt iudicium non ferat, donec authorem nostrũ inspexerit; neq; enim licet aliquem inauditum condemnare, & eo vsq; suspecta sit illi fides aduersarij, tunc sinè dubio reprobanda. Quis lecta relatione Vvadingi, non autumet Marquez adducere Sedulium, & Iepes in testes asserentes D. Franciscum fuisse Monachũ Augustinianum? Certè nemo. Falletur tamen quicumq; ità iudicauerit. Eos enim nõ vocat in testes Monachatus; sed probabilitatis opinionis, quæ adstruit eiusmodi Monachatum. Hæc autem duo longè diuersa sunt, potest enim qui censet aliquid esse falsum, adhuc iudicare illud esse probabile. Sic Scotista plures ex opinionibus D. Thomæ falsas reputat & nihilominùs non dicet omnes illas esse improbabiles; quin imò probabiles, saltem aliquas esse fatebitur, licèt illas iudicet falsas. At rem ipsam ità se habere, clariùs demonstrare non possumus, quam transcribendo ipsa verba Magistri Marquez, sic enim ait. [b] *El vltimo sea el P. M. Fr. Antonio de Iepes, que en il 1. tomo de la Chronica de S. Benito Centuria 1. año de 494. cap. 3. la da por opinion probable* (ecce scopus; ad quem in hac citatione Marquez respexit) *en estas palabras. Las Ordenes de S. Basilio y S. Augustin, &c. que ni precede nada la ordẽ de los Predicadores por auer sido Sancto Domingo Canonico reglar, ni la de S. Francisco, si este Sancto fue primero de la Ordẽ de S. Augustin, como algunos tienẽ por opinion.* Censuit ergò opinionem esse, atq; adeò sententiam probabilem; id enim significat opinio. Addit deindè [c] Marquez. *las mesmas, y aun mas fauorebles tiene Hẽri. o Sedulio Minorita en su historia Seraphica, en el Commẽtario à la vida de S. Francisco cap. 2. §. 1.* Hinc (*dize*) *nata opinio* (opinio. ergò sententia probabilis) *S. Franciscum initio conuersionis operam dedisse instituto D. Augustini. Quòd si verum est, eo nomine D. Augustino sanctissimoque eius instituto, & gratias agimus, & Charitatis vinculo arctius cõfœderamur.* Ecce quàm clarè constat Sedulium, & Iepes adduci à nostro authore ad confirmandam probabilitatem nostræ sententiæ ex eo, quod illam vocant opinionem. Opinio enim verè non est, quæ probabilis non est. Hoc autem fundamentum stat inconcussum, etiam si Sedulius eodem ipso in loco Franciscum non fuisse Augustinianum, asseueret. Possumus enim quæ falsa censemus, probabilia iudicare. Firmum etiam stat, quamuis Iepes, sub conditione dubitanter dicat; si ità euenit. Possumus enim dubitare de facto, & certi esse de probabilitate facti; diuersa enim principia persuadent existentiam rei, & probabilitatem eius; atq; adeò dubij esse possumus de existentia, & certi de probabilitate; verbi gratia licèt quis dubitet, vtrum B. Iacobus Hispanis prędicauerit, certus tamen esse poterit de probabilitate partis affirmatiuæ.

b cap. 25. §. 5. pag 355. col. 1

Cum iudicio quòd aliquod sit falsum stare potest iudicium, quòd sit probabile.

c ibidem.

Cum certitudine probabilitatis facti potest de facto dubitari.

918 Obiectio aduersarij cõtra argumentum M. Marq. ex septimo testimonio desumptum.

Septimum testimonium expenditur ex D. Antonio Patauino Ordinis Minorum. Credit tamen doctus P. Vvadingus nulli lectorũ Marquez persuasurum ex illo, vel leuiter deduci posse hũc Monachatum, *quamuis eius, & Francisci Mauri Minorita testimonia longa verborum serie, & accommodatitijs loquendi formulis adaptare rei suæ toto nitatur conatu.* Ità Vvadingus. fortè dum metuit vinci, eis nominibus ingenium, & verborum ponderationem, quibus torquebatur, incusat. *Falsitas enim* (ait Augustinus [d]) *quæ vndari, & redargui metuit, eorum vitiorum nomine quæ veritas damnat, diligentiam veritatis accusat. Verùm ipsa, cùm legantur authorum verba* (ait P. Vvadingus [e]) *id clariùs edocebunt.* Verba D. Antonij in sermone 3. Dominicæ 1. quadragesimæ (sub hoc titulo, *de multiplici deserto, & ieiunio*) ad illud Euangelij, *Ductus est Iesus in desertum*, hæc sunt. *Desertum, idest religionis professionem ardua vita aggreditur. Ideò talibus professoribus dictum est* (Lucæ nono) *Estote fortes in bello; nam nemo mittens manum ad aratrum, &c. de hoc deserto 1. Machab. 2. Exclamauit Mathias voce magna in Ciuitate dicens. Omnis, qui zelum habet legis, statuens testamentum, exeat post me? Et fugit ipse, & filij eius in montem, & reliquerunt quæcumq; habebant in Ciuitate. Tũc indicũ descẽdebãt multi quærẽtes iudiciũ, & iu-*

d lib. 1. aduersus Cresconiũ cap. 6.

e §. 5. nu. 34. pag. 119.

& insilitiom in desertum; & sederunt ibi ipse, & filij, & mulieres, & pecora eorum. Matathias interpretatur Donatus à Domino, vel donum, & signat virum iustum, & religiosum specialiter tamen religionis fundatorem, vt B. Franciscum, &c. & infra. *His igitur Matathias virum religiosum signat, qui habet filios quinq; idest sẽsus, quos mundum fugiẽs ad montem perfectionis Euangelicæ secum du it.*

919 Additio aduersarij. a vbi sup. an. 31. pag. 121. Addit deinde Reu. P. Vvadingus a. *Sed quid si ego probabiliùs ex eodẽ D. Antonio adijcerẽ, licèt omninò illud nõ asserã, nullos tũc fuisse fratres, vel Eremitas Augustinianos, sub quibus potuisset S. Franciscus militare, vel saltẽ hos non cognouisse S. Antonium, seù ad eius notitiam non peruenisse? Alludens enim Sãctus Doctor in sermone 10 post Trinitatẽ ad furtum Achom, qui furatus est regulam auream ait.* Regula aurea est vita Religiosorum, quę hominem distortũ, & prauum ad mensuram rectè viuendi corrigit, & modum rebus ponit. Hanc regulam ferè omnes Religiosi furati sunt; quia ad veritatem Euangelij non ambulant, secundùm patrum instituta non viuunt, sed distortè, & simulatoriè vitam suam ducunt. Regulam auream B. Benedicti Monachi furati sunt; regulam aureã B. Augustini Canonici, & sic de singulis religiosis, qui sua, non quæ Iesu Christi sunt, quærunt. *Ex quo loco verisimiliùs, aut potiori fundam. nto deduci putarim tunc solos Canonicos sub regula S. Augustini militasse, vel ità saltem constasse S. Antonio, quàm ex superiori loco intulisse eundem sanctum virum sui instituti is Augustinensem monachatum.*

920 Transcribũtur verba M. Marquez. & diluitur obiectio. b cap. 22 § 4. pag 370. col 2 Verùm enim verò vt lector iudicare possit vtrum M. Marquez ex testimonio D. Antonij suum intentum non improbabiliter deducat, eius verba b referamus. *Notense aquellas palabras*, virum iustum, & religiosum; specialiter tamen religionis fundatorem, vt B. Franciscum. *En que comienza à distinguir en el Sancto glorioso los dos estados; el primero, de simple religioso, esto es quando salio de la Ciudad para el yermo en trage de Ermitano; y el secundo de fundador, conuiene à saber quando en el desierto se le fueron iuntado los primeros compañeros de su sagrado instituto; y auia menester esta distincion para acõmodar la figura de Matathias, que primero se salio de la Ciudad priuatamente, y con solos sus hijos, y despues fue cabeza de los que le buscaron en el desierto;* & infra pag. 377. col. 1. hic igitur Mathathias virum religiosum signat (*notese estas palabras*) qui habebat filios quinque, idest sensus, quos mundum fugiens ad montem perfectionis Euangelicæ secum ducit. *Este Mathathias (añade el Sancto) significa vn varon religioso (este es el Seraphico P. S. Francisco) que tenia cinco hijos, conuiene à saber cinco sẽtidos los quales huiendo del mundo lleuo consigo al monte de la perfecion Euangelica. He aqui como le haze religioso desde que se retiro al disierto solo, y sin otra compañia, que la de sus cinco sentidos porque le llama varon religioso, que tenia cinco hijos, solos, y huiẽdo de el mundo con ellos se subio al monte de la perfecion.* Quòd autem, si antè institutum suũ Ordinem fuit religiosus, fuerit Augustinianus, supponit ex ijs, quæ ibidem pag. 376. col. 1. dixerat. ibi. *A este argumẽto se podria responder de dos maneras ò confessando que fue habito de religion, y negando auer sido de la nuestra y esta repugnancia ia seria sin fundamento; por que auiẽdo sido el Sancto Patriarcha religioso de otro habito, especialmente de orden eremitico, que otra le puede pretẽder? digan lo las insignias, que concuerdan en todo cõ las de nuestra religion*, &c. Non ergò omninò improbabilis hæc deductio ex D. Antonij testimonio. Est enim huiusmodi S. Antonius comparat virum religiosum D. Franciscum Mathathiæ, qui duplicem statum habuit in deserto, nempè priuati militis, & Cõmunis Ducis. Vtrumq; ergo nunc statum habuit Franciscus, & militis, & Ducis. Militis in alia religione, atq; adeò in Augustiniana; & Ducis in religione Seraphica, quam ipse primus instituit.

Id autem, quod subiecit doctissimus P. Vvadingus ex D. Antonio sermone 10. 921 Refellitur quod subiecit. post Trinitatem nec parùm, nec semel miratus sum. Ni enim vtroq; oculo careo, clarè video, quòd dum vnum nobis oculum frustrà eripere voluit, vtrumq; ab Illustrissimis religionibus Monastica, & Canonica lumen auulsit. Quomodò enim vir eruditissimus sic caligauit, vt testimonium in nos omninò inefficax, in Benedictinos, & Canonicos parùm honorificum, ne dicam ignominiosum, aut iniuriosum, tam fidẽter in lucẽ protulerit, quasi ex illo aliqua verisimilitudine deduci possit eo tempore, quo S. Antonius sermonem illum (si verè eius est) prædicauit, solos Canonicos sub regula S. Augustini militasse; vel ità saltem constasse S. Antonio. Si enim indè inferri potuit, ideò est; quià de solis Canonicis dixit furatos esse regulam aureã B. Augustini. Indè autem omninò inefficaciter colligi demonstratur. Primò, quià de Primò.

Mona-

Monachis etiam dixit furatos esse regulam auream D. Benedicti, & tamen non soli Monachi, sed etiam milites Calatrauæ sub illa viuebant. Ergò similiter licèt de Canonicis dicat furatos esse regulam auream B. Augustini non indè infertur solos Canonicos tunc temporis sub illa militasse. Secundò quia loquitur de Monachis nigris tantùm, neq; enim credibile est, omnes Congregationes, quæ regulam Benedictinam profitebantur, etiam Camaldulēsem, Grandimōtensem, Vallumbrosanam, & Cisterciensem irreligiosè viuendo furatas esse regulam D. Benedicti. Ex eo autē quòd Monachi nigri furati fuerint regulam Benedicti, nō sequitur quòd tunc sub illa non militarent Monachi Albi. Tertiò quià, vt constat ex cap. *Religionum*, de religiosis domibus in 6. Ordinis Eremitarum S. Augustini institutio Concilium generale anno 1225. celebratū præcessit. Quartò quià ignorare non potuit S. Antonius homo Lusitanus, & Vlyssiponensis tunc temporis sub Augustini regula degere alium Ordinem à Canonicis regularibus distinctum, cùm pateat ex cap. *ınt ...* titulo, *qui Clerici, vel vouentes*, sub Innocētio III. ad annum 1199. nobilē fœminā in manibus cuiusdam de fratribus S. Augustini votum emisisse, & in eius Ordinis habitu biennio post permansisse; & iubet Pontifex Episcopis Vlyssiponensi, & Conimbricensi, vtriq; Episcopo Lusitano, vt matrimonium posteà intentatū, cassum, & irritum esse declarent. Quintò, quià eo tempore sub Augustini regula viuebant Dominicani, Vallischolares, Saccitæ, Templarij, Hospitalarij, Theuthonici, Equites S. Iacobi, & alij; de quibus, præcipuè de Dominicanis, dici non potest, nec credi quòd B. Antonio non constaret eos obseruare regulam Augustinianam. Vltimò quià S. Antonius non loquitur de ijs, qui sub Augustini regula viuebant, sed de ijs, qui illam furati fuerant, quærentes sua, non quæ Iesu Christi. Sic enim ait. *Hanc regulam ferè omnes religiosi furati sunt, quia ad veritatem Euangelij non ambulant, secundùm patrum instituta non viuunt, sed distortè, & simulatoriè vitam suam ducunt*. Et statim. *Regulam auream B. Augustini Canonici*, (scilicet furati sunt,) *& sic de singulis religiosis, qui sua, non quæ Iesu Christi sunt, quærunt*. Hinc ergò nullo prorsus modo deduci potest, tunc non militasse Eremitas sub regula Augustini; sed benè, eos non esse furatos regulam Augustini; quià non quærebant quæ sua sūt sed quæ Iesu Christi. Tantùm enim agit de furibus regulæ. Atq; adeò malumus D. Antonium ibi non enumerasse Ordinem Eremitarum S. Augustini damnat enim quos enumerat. Sic quasi in laudē Illustrissimæ Familiæ Canonicæ, vt nouiter nostræ nouitatem imponat, gloriosè illud vsurpas, quod S. Antonius arguē do, & exprobrando prædicauerat. *Videtis ne* (ait Augustinus [a]) *quemadmodum nouitatis appetitio comite errore in magnas deducatur angustias*.

[a] lib. 2 de moribus Manichæorum cap. 10.

922 Vltimum testimonium desumitur ex Franciſco Mauro Hispellate Minorita, & docto Poeta, [b] vbi describens Franciscum postquam Agricolæ clamidem accepit, se ad prælia hostis occulti præparasse sic cecinit.

Vltimum Testimonium.

[b] lib. 5. Franciscidos ante medium pag. 125.

Ergò dura noua tum primùm exordia vita
Molitur, tentatq; vltrò bellator in armis,
Insuetus tenet insueta certamina pugna.

Et statim.

Sic puer intrepido primis congressib⁹ audax
Sese corde infert, nec qua grauiora parātur
Bella timet, &c.

Subdensque, quarè tot hostiles conflictus cùm manerent, sequentibus carminibus parenthesim implens, sic inquit.

Quippè truces Erebi monstra exhorrenda colonos.
Ipse sibi, generiq; suo, stirpiq; Nepotum,
Seq; qui olim aduentāt acres iā fecerat hostes,
Religione sacra, superisq; in vota vocatis
Ritè inimicitias, pariterq; odia aspera firmās

At ex his nihil suaderi, quantò minùs persuaderi autumat P. Vvadingus. Ait enim Poetam ibi repræsentare Dœmones iam præuidisse sacram ab eo fundandā religionem, & propterea coijsse in inimicitias contrà eum, & contrà socios, eorumq; futuros Discipulos.

Obiectio in argumentum ex testimonio desumptum. § 5. num. 36 pag 122.

993 Sed vt verum fatear, arbitror raros futuros viros cordatos, quos non excæcauerit affectus, qui non iudicent, ex prædictis verbis probabile satis argumentū elici ad credendum Hispellatem existimasse B. Franciscum fuisse religiosum à prima sua conuersione, & consequēter Augustinianum. Quoniam si statim atq; in Eremum secessit nouæ moliens exordia vitæ, Dœmones fecit sibi hostes religione Sacra, superisq; in vota vocatis; nō improbabiliter sequitur, eum tunc fuisse religiosum, emisisseq; vota religionis. Neq; dici potest Poetam repræsentare

Reijcitur.

Euasio infringitur primò.

Dœmones tunc præuidisse sacram ab eo fundandam religionem. Contrà enim est, primò, quià Poeta Christianus, & religiosus in historia Sacra non rectè induceret Dœmones præscios futurorū contingentium liberorum, quæ illi proprijs viribus nosse non poterant. Secundò. Secundò quià si repræsentasset Dæmones illud præuidisse, non diceret, *si qui olim aduenient*; sed, *qui post aduenient*, vel alio simili modo. Si enim id præuidebant futurum, nō dicendum erat sub dubio, *si qui olim aduenient*, sed cum certitudine, *qui mox aduenient*. Dicamus ergò Maurum inducere B. Franciscum à prima sua conuersione Dœmones fecisse hostes sibi, & suæ familiæ, si qua futura esset religione sacra, quam assumpserat. Quasi diceret, cum eum viderunt religiosum calcato mundo, & eius diuitijs, & delicijs contemptis, statim coierūt in illum, & in suos, si quos haberet; non quià præuiderunt illos futuros, sed quià timuerunt ne fortè Vir Sāctus, & Euangelicæ perfectionis cupidus nouum aliquem Ordinem in altissima paupertate fundaret.

924 Conclusio Aduersarij. Tandem in fine sui Apologetici concludit R. P. Vvadingus,[a] se cùm accuratè authorem expendit quantæ fidei esset, qui isthec primus asseruit, inuenisse eum plùs æquo suis rebus studuisse, & affectui tribuisse indicat primum huius rei authorem fuisse Philippum Bergomensē, quem alij secuti sunt; neq; maiorē apud ipsum assecuti sunt fidem, quàm primus quem secuti sunt, meruerit assertor. Neque mirum esse docet, quòd Marquez plures testes conuocauerit, quià non solùm, qui verbum vllum fecerit vel Eremitici habitus, vel corrigiæ, aut baculi, seù solitudinis, & Eremi. Verùm etiam, & contrarios testes aduocauit, nimiumquè studium conuocandi plures quoq; testes fidem argumenti non roborat, sed eneruat.

a num 37 pagin. 123.

925 Infringitur quoad vnam partem. Respondemus his omnibus negantes vitia, sed non reddentes conuitia. *Magister enim noster Christus* (ait Iacobus de Vitriaco Cardinalis b) *Licet verbis contumeliosis eum inhonorarent, negat vitium, sed non reddit conuitium*. Respondeat autem vel Marquez, vel Bergomensis P. Vvadingo id, quòd Abbati Præmonstratensi Bernardus epistola 251. *Audiui auditionem vestram, & timui. Scribitis enim contrà me amaritudines. Absit autem, vt tam rationabiliter, quàm terribiliter*. Et quidem in præsenti nō scribit rationabiliter; ea omnia inania esse constat; quià in superioribus latè, & manifestè ostendimus, non fuisse Philippum Bergomensem huius Monachatus primum authorem; sed antè illum hanc veritatem tradidisse Henricum de Vrimaria, Iordanum de Saxonia, & Ambrosium Coriolanum. Post hos autem authores, & Bergomensem, in idem omissis testibus Augustinianis, conspirarunt Antonius Sabellicus, Polidorus Vergilius, Baptista Egnatius, Paulus Morigia, Gundisaluus de Illescas, Alphonsus de Villegas, Carolus de Tapia Petrus Gregorius, & alij recentiores.

b in sermone Dominica de Passione super illud Ioannis 8 *quis ex vobis arguit me de peccato*.

926 Infringitur quoad alterā. Addo. Neq; eneruatur fides argumēti ex conuocatione plurium testium, etiam eorum, qui minùs clarè loquuntur, & per inductionem allegātur. Quis enim neget in materijs opinabilibus, & cōtrouersis non parum roborari sententias ex multitudine authorū, qui illis adhærēt? Quis nostris temporibus de Immaculata B. Virginis Conceptione scripsit, qui nòn omnes, quos potuerit, testes conuocauerit, etiam non expresse loquentes, sed per discursum inductos? Numquid ijs allegationibus eneruatur argumentū, vel potiùs roboratur? An ibi roboratur, & in nostra causa eneruatur? Absit, Æqua vtriusq; ratio. Neq; contra hoc est Panormitanus in prohœmio ad decretales, numero 4. vbi ait. *Experientia quippè expertū est, quod bona allegatio inficitur, & obnubilatur ob nimiam allegationem*. Hoc inquam contrà non est; id enim ad summum cōtinere potest Veritatem in quæstionibus Iuris, nō verò in quæstionibus facti, qualis est hæc. In his enim testium multiplicatio factum reddit credibilius.

APOSTROPHE AD R. P. F. LVCAM VVADINGVM,

Et Lectorem.

H*Aec interim nobis*(dicam cum Augustino in fine libri secũdi de Incarnatione Verbi, si ille est author eius Operis) *ad praesens de rebus tam difficilibus occurrere potuerunt.* 927
Si quis sanè meliùs aliquid potuerit inuenire, & euidentioribus assertionibus, quae dicit, comprobare, illa potiùs, quàm haec recipiantur. Haec autem emendata, non vt volui, sed vt valui, *respondisse illis sufficiat* (verba etiam sunt Augustini libro 21. de Ciuitate cap. vltimo) *qui literarum, quas communes habemus, authoritatem non spernunt. Sed eas malè intelligendo, non quod illae loquuntur; sed hoc potiùs putant futurum esse, quod ipsi volunt.*

Respondi, sicut existimo (ait Augustinus epistola 23.) *quaestionibus, quantùm attinet ad minùs sapaces, & ad contentiosos, non satis; quantùm ad paratos, & intelligentes plùs fortè, quàm sat est.* Tamen 928
quaestio magna iurè expostulabat responsionem non breuem. *Recordatus sum* (inquit Augustinus ibidem) *Nebridium amicum meum, qui cùm esset rerum obscurarum ad doctrinam pietatis maximè pertinentium diligentissimus, & acerrimus Inquisitor, valdè oderat de quaestione magna responsionem breuem.* Responsio quidem nostra breuis non est; tamen, ni fallor, dicere possum cum Augustino Epistola 120. ad Honoratum. *Habes librum, & si prolixum, tamen quantùm existimo, non superfluum. Nihil autem memini me posuisse* (dixero cum Ioanne Diacono in proemio Vitae S. Gregorij ad Ioannem Papam) *quod scriptorum veterum authoritate nequeat defendi, exceptis illis miraculis, quae nostris temporibus facta multorum adhuc superstitum viuis codicibus celebrantur.* Si tardiùs quàm par erat, respondi, dicam cum Augustino Epistola 7. ad Marcellin. *Hinc est quòd periculosissimarum quaestionum libros de Genesi scilicet, & de Trinitate diutiùs teneo, quàm vultis, & fertis; vt si non potuerint nisi habere aliqua, quae meritò reprehendantur; saltem pauciora sint, quàm esse possent, si praecipiti festinatione inconsultiùs ederentur.*

Quod verò ad modestiam, & mansuetudinem attinet (vtor verbis Ambrosij Catharini contrà 929
Caietanum in praefatione ad Magistrum Generalem) *opinor agnoscet pius lector etiam plùs quàm ferret indignitas; saepè numerò imperasse mi stomacho, cohibuisseq; iustum quemdam animi mei impetum*; nempè cùm scirem, & memoria retinerem ea verba Pauli 1. ad Thymoth. 2. *Noli verbis contendere ad nihil enim valent, nisi ad subuersionem audientium*: & illa eiusdem 2. ad Thymoth. 2. *Seruum Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati. Nolui tamen* (vt ait Catherinus vbi suprà) *huius religiosae mansuetudinis praetextu ità in angustum cogi, vt non dicerem malum & tenebras, quod est malum, & tenebra.* Fecit hoc Ambrosius ille acriter, nos pacificè; ille asperis, nos mitioribus verbis, nè in aliquo laederemus doctissimum Patrem, vel Seraphicum Ordinem nobis charissimum offenderemus.

Neq; ni mea me fallit opinio, Augustinianam familiam extuli cum dispendio, & depres-
sione aliarum, ne contrà eam dici posset illud Hugonis Cardinalis Dominicani super illa 930
verba Pauli ad Romanos 3. fol. 23. pag. 2. *An Iudaeorum Deus tantùm? Hoc dici potest* (ait Hugo) *contrà quosdam Religiosos similes Donatistis dicentibus Deum tantùm esse in Aphrica. Sic multi, tantùm salutem esse in religione sua.* Sapientissimum enim semper mihi visum est consilium duorum grauissimorum generalium Praedicatoris, & Minoritici Ordinis apud Antoninum 3. parte tit. 23. cap. 13. §. 5. fol. 219. pag. 1. in Epistola ad fratres suorum Ordinum *Cauendum est nè quis vestrum sic sanctos suos, sic statum suum imprudenter extollat; quòd in aliorum depressione laus fieri videatur.* Id quidem prudentissimi Generales cauerunt; & meritò; tum quia laudatio propria cum depressione aliorum, contentionum, & discordiarum est fomes; tum quià parùm, aut nihil est illud, cui, vt sit aliquid, oportet, quòd alia sint nihil.

Scio non de futuros, qui nonnulla, imò, & plura carpant. *At cur non sufficeam*, (verba
sunt Fr. Augustini Patauini Minoritae in praefatione ad summam angelicam) *qui nec sum S.* 931
Thomas, nec Scotus, nec Abbas Siculus, aut Ostiensis, nec alius quispiam clarissimus, nec postremò vnus quidam omnia posset. Et sicut nec valdè gaudere. (vt ait Augustinus in quodam Sermone apud

D.Bonauenturam libro 2.pharetræ cap.32.fol.175.pag.2.) *debemus quandò laudamur, ità nec contristari, quandò vituperamur. Quià nec damnare iniuria, nec coronari potest laus falsa.* Id tamen ausim dicere, nec præsumpsi antè cognitionem veritatis, neq; falsitatem volui animosè defensare. Noui enim ex Augustino in prœmio libri 2.de Trinitate, *quòd duo sunt, quæ in errore hominum difficilè tolerantur; præsumptio priùsquàm veritatis pateat; & cum iam patuerit, præsumpta defensio falsitatis.*

932 Propugnaui partem, quæ hinc indè examinata non potuit non apperere probabilis, etiã viso tuo Apologetico Pater Sapientissime. *Ad eius tibi cuncta respondi*, (vt Augustini verbis vtar lib.2.Operis imperfecti contrà Iulianum num.34,& 55.) *quis autem nostrum vicerit, iudicet pius lector amborum.* Vtriusq; nostrum verba qui legerint, iudicabunt. Et sanè ausim affirmare rem hanc ex contradictione amplius manere declaratam, & clarã. *Oportet*, ait Paulus 1.Corinth.cap.11 *hæreses esse secundùm hoc dictu Apostolus*, (vt explicat D. Thomas lectione 4.in eum locum fol.95.pag.2.) *quòd oportet hæreses esse, ex eo quòd Deus malitiam hæreticorum ordinauit in bonum publicum; & hoc dicit, primò quidem ad maiorem declarationem veritatis. Vndè dicit Augustinus in Glossa (lib.16.de Ciuitate cap. 12.) Ab aduersario mota quæstio discendi existit occasio. Multa quippè ad fidem Catholicam pertinentia, dum hæreticorum callida inquietudine exagitantur, vt aduersus eos defendi possint, considerantur diligentiùs, & intelliguntur clariùs, & prædicantur instantiùs.*

933 *Si qua à me* (vt cum Augustino dixero sermone de Assumptione Beatæ Virginis cap.primo; si forte Augustini est) *pleniter dicta cognoueris, doni Dei gratus existe; si autem minùs, nostræ compatere humilitati; quia licèt minùs valeamus, tamen vera volumus. Si dixi ut debui* (vt ait Augustinus ibidem cap.9.) *approba tu, & tui; si autem non ut debui, ignosce obsecro tu, & tui*; & tandem, *quæso igitur te* (vt ait Hieronymus ad Augustinum epistola vndecima inter Augustinianas,) *& iterum, atq; iterum deprecor, vt ignoscas disputatiunculæ meæ.* Non tamen cum Hieronymo addam, *quod modum meum egressus sum, tibi imputes, qui coegisti ut rescriberem, & mihi cum Stesichoro oculos abstulisti*; sed finiã cũ Augustino in Epistola ad Hieronymum citata à D. Bonauentura lib.3.Pharetræ cap.36 fol.191.pag.1. *obsecro te per mansuetudinem Christi, vt si læsi te, dimittas mihi, nec me vicissim lædendo malum pro malo reddas.* Viue, & vale.

Prologi, seù Epistolæ Præliminares, quæ habentur in principio Libri Vitas Fratrum à Iordano de Saxonia editi, qui extat manuscriptus in Bibliotheca Angelica Romæ in Conuentu S. Augustini.

934 SPiritualis Pulchritudinis vero Amatori in Christo sibi alteri Fr. Ioanni Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini Lectori in Argentina Fr. Iordanus inter eiusdem Ordinis Lectores minimus cor vnum, & animam vnam habere in Domino.

Miræ Charitatis omnis ex proprio pectoris vestri emanãs fonte de quiousdam quæstionibus conscientiam vestram, vt scripsistis, pungentibus, vt potè qui Beatissimi P.N. Augustini verus filius ex istere per regularum Institutionis suæ perfectam Obseruantiam Sancto desiderio Domino æstuatis, exiguitatem meam consultare curauit. In præsenti ad respondendum scriptis vestris applicare animum, nonnulla se modo ingerebant conceptui ex vestris monitis. Quorum consideratio magis otiosum studium exposcebat; quippè vestra prudens interrogatio torpentis ingenij mei excitatio fuit, & ità quæsijsse, quærendo, viam est dedisse quæsitis. Cùm itaq; Sancto proposito vestro pro puritate conscientiæ vestræ huiusmodi chartula respondere nequirem, cuperem tamen pro modulo meo vestris quæsitis satisfacere, dubietatisq; scrupulum à multorum cordibus se mouere; ad præsens opusculum diuino fretus auxilio manum posui, vestris consultationibus motus, & Orationibus adiutus. Quod quidem opusculum *Vitas fratrum* describitur, ideircò appellatum, tum quia in eo Vita fratrum nostrorum describitur; tum quià in eius lectione frater quilibet an sit verus filius P.Nostri Augustini Sanctissimi, ac per hoc verus frater Ordinis sui ex vita sua propria cognoscere valebit super erogationis operibus plurifarijs in eo contentis, nihilominùs in eo conscriptis. Et vbi sibi quisquè hæc legendo viderit aliquid deesse, doleat de prætetito, & caueat sibi de futuro secundùm consilium eiusdem Patris in regula.

PRO-

PROLOGVS.

CVm scriptum sit, *In memoria æterna erit Iustus*; profectò indignum valdè est illos vnquā 516
à memoria hominum excidere, qui Iustitiæ præclaris operibus, ac gestis dignè me- Psalm. 11.
morabilibus virtutum exemplaria posteris protulerunt. Sanè cùm inter omnes Religioso-
rum Ordines fratrum Eremitarum Sancti Augustini Sacer Ordo ab olim, & hodiè fue-
rit, & sit in Agro Sanctæ Ecclesiæ Virtutum Seminibus, morum plantulis, Sapientiæ Flo-
sculis, ac Sanctitatis exuberantibus fructibus in suis fratribus copiosè per Dei gratiam
fœcundatus; nè exempla Sanctæ Religionis à Patribus, & præcedentium temporum fra-
tribus in Obliuionis nubilum deducantur, sed potius in æterna memoria recondantur;
ideò studui Fratrum, ac Patrum singularium gestorum, nobiliorum meritorum eiusdem
Ordinis Vitam, gestaq; pro quanto ad meam peruenere notitiam, in vnum colligere, &
circà hoc Originem progressumq; eiusdem Ordinis simul, & communes eius Obseruan-
tias, prout mihi Deus dederit, referre; ea affatim, quæ ex his Statum Ordinis respiciunt,
subijciens cum omni reuerentia correctioni Venerabilis Patris Nostri Generalis. Nec ex-
timet quis, me præsumpsisse omnia, ac singula velle contexere, quæ de his Sacræ Religio-
nis fratribus ab antiquo forent meritò recensenda. Quandò autem ait Mundi Sapiens,
ea, quæ scimus, sunt minima pars eorum, quæ ignoramus; quòd maximè obtinet veritatē
in his, quæ in facto consistunt, qualia sunt huiusmodi, quæ de gestis particularium perso-
narùm sciri possunt, quæ re vera pauca sunt respectu eorum, quę Deus operatur in singu-
lis Viris Sanctis, qui omnia, plerumq; ea, quæ ad sui laudationem pertinent, ex humilitate
cœlare nituntur ad arrogantiam euitandam.

Pauca igitur vtcumq; mihi cognita conscripsi. Et quidem si non omnia miraculosa, 936
seù prodigiosa videantur, non ob hoc sunt vilipendenda. Non enim in hoc solum mea in
hoc opere desudauit Intentio, vt referrem miracula, sed potiùs, vt ex gestis præteritorum
ædificationem pararem futurorum. Nec enim omnia quæ B. Hieronymus in libro, qui
Vitas patrum inscribitur, narrat, miraculosa existunt; sed vt essent dumtaxat ædificatoria;
circà hoc præcipuè versabatur, prout ipse testatur in prologo eiusdem libri. *Hoc*, inquiēs,
*Opus aggrediens non tam ex stylo laudare quærens quam ex narratione rerum profuturarum legentibus
sperans, dum gesto rum vnusquisq; inflammatur exemplis.* Neq; etiam omnes, qui sancti sunt,
miraculis claruerunt, nec tamen eo minùs Sancti sunt in conspectu Dei. Nimirum etiam
plerumq; miracula facta sunt à malis secundùm B. Augustinum de fide ad Petrum, & ha-
betur T. Q. S. *Teneamus*; & ponit exemplum de Magis Pharaonis, qui fecerunt quàm multa,
quæ multi de filijs Israel non potuerunt facere, licèt Moses fecerit. Et de Simone Mago,
qui multa fecit, quæ boni Christiani facere nequiuerunt, licèt Petrus fecerit. Sed in alijs
tamen gaudebant Christiani quià nomina eorum scripta erant in Cœlo. Vndè etiam dicit
B. Gregorius in fine primi libri Dialogorum, quòd *sunt plerumq; qui signa non faciunt, & tamen
signa facientibus dispares non sunt.* Quod ostendit per hoc, quòd B. Petrus in mari siccis pedi-
bus ambulauit, & Paulus in mari tria naufragia pertulit. Et inquit, *in vnò eodemq; elemento,
Paulus in naui ire non potuit, vbi pedibus Petrus ambulauit, iter fecit. Apertè igitur constat quod cùm
vtriusq; virtus dispar fuerit in miraculo, vtriusq; tamen meritum dispar non est in Cœlo.* Hæc id
circò dixerim ne quis propter hoc venerandorum quorumdem infrà memorandorum
facta parui pendat, si non sint miraculis comprobata, dum tamen sint nobis ad ædifica tio-
nem exemplaria profutura. Porrò nonnulla huic Operi Vitas fratrum, de institutis, & col
lationibus Patrum, vtile prospexi inserere, eo quòd ex Vita Patrum formatur vita fratrū.
Nec conturbet lectorem, si plerumq; in rerum gestarum narratione inueniat Ordinem ip-
sum non seruatum; quià propter conuenientiam materiæ nonnumquam congruere vi-
sum est noua, & moderna facta etiam in eodem capitulo gestis Veteribus applicare. De-
niq; circà titulum propter Grammaticos est sciendum, quod hic *Vitasfratrum* stat pro vna
dictione; quià in libro B. Hieronymi est etiam compositum ex duobus obliquis, & ideò
manet indeclinabile per omnes casus secundum Grammaticorum. Veterum hanc regu-
lam doctrinalem. *Si componantur obliqua, nō variantur.* Secus est de duobus compositis ex vno
recto, & altero obliquo, sicut Paterfamilias. Illa enim declinantur ex Vna parte. Composi-
ta verò ex duobus rectis ex vtraque parte, vt Respublica.

Explicit prologus.

LAVS DEO.

do ex ipſis verbis, quæ adducũtur in oppoſitum. Ait enim Petrarcha Franciſcum non habiturum ea, quæ ibi commemorat, ſi manſiſſet Aſſiſij. At hoc, quod eſt, nõ manere Aſſiſij, & in Eremis degere, non tantùm contigit illi poſt inſtitutũ ordinem; ſed etiam antè, vt conſtat ex eius vita. Tribuit ergò Petrarcha D. Franciſco ea omnia propter Eremicolatum etiam antè inſtitutum Ordinem.

902 Fatebor tamen ingenuè, quod ſentio; ex alio capite mihi diſplicet hoc fundamentum. Nempè quià licèt aliquandò ſectator idem ſit, quòd diſcipulus, non tamen ſemper etiã in ſignificatione propriſſima; ſed ad ſummum, quandò quis ſectator eſt eius, cuius poſſit eſſe diſcipulus, & qui poſſit eſſe magiſter. In præſenti autem Franciſcus dicitur Eremi ſectator, Eremus autem non poteſt magiſtri officium exercere, neq; ille Eremi poteſt eſſe Diſcipulus. Hic ergò ſectator nihil aliud eſt, quàm frequentans, vel ſequens Eremum cum frequentia, in hoc ſenſu videtur loqui D. Franciſcus in regula cap. 5. vbi ait. *Sicut decet Seruos Dei, & paupertatis Sanctiſsimæ Sectatores*; & S. Petrus Damianus a qui ait. *ità nimirum S. Benedictus, quàmquàm propenſiùs velit nos eſſe, quod erat, hoc eſt, Eremi Sectatores, tolerabiliùs tamen ducit nos infirmos, ac debiles in monaſterij portu, vel ignobiliter viuere.* & in libro *Dominus vobiſcum*, b ſic ait. *Nonnulli autem fratres Eremiticæ vitæ Sectatores*, & Hugo Cardinalis c qui ait. *Romanorum 12. Hoſpitalitatem ſectantes; non ſolùm ſuſtinentes ſed ſectantes*; Item d. *Sectare verò iuſtitiam. Notat frequentiam, & actionem.*

Quare diſplicet fundamentum aperitur.

a In Appendice Bibliothecæ veterũ Patrũ ep 9 ad Dominum venerabilem Abbatem col 531. b In prologo ad Leonẽ incluſũ col 543. c in epiſtolam primã ad Timotheũ cap 3 fol. 193. pag. 2 d in cap. 2. epiſtol. 2 ad Thimoth. fol. 202

903 Tertium teſtimonium deſumitur ex Volaterrano e qui ſic habet. *Quadriennio in Eremo, ſaltibuſq; ferarum victitauit. indè diuina inſtructus ſapientia duodecim ſibi comitibus electis prolapſos ad uitio iamdudùm populos concionibus, adhortationibus, prodigijs ad nouum Ordinem, Vitaq; abſtinentiam prouocauit.*

pag. 1. Tertiũ teſtimonium.

e lib. 21. Antropolog. tit. Franciſcus, eiuſq; ordinis viri clari.

904 Hinc autem nullum deſumi fundamentum ſic ſuadet R. P. Vvadingus f *Deindè citat Volaterranum, qui à dixit antè aſſumptos, & electos ſibi comites in Eremo, ſaltibuſq; ferarum victitaſſe. Quæ ergò illatio? Eremita fuit Auguſtinianus. Probè ſanè clarũ teſtimonium.* hæc ille.

Obiectio.

f § 5. nu. 31. pag. 515.

905 Sed quorſum hæc tonitrua, quorſum hæc fulgura cõtrà Volaterrani teſtimonium, cuius verba tantùm continere inſinuationem vitæ religioſæ D. Franciſci, antè fundationem ordinis Seraphici aſſeruit Marquez, & tandem illum reijcit vt minùs dignum fide. Audi eius verba g. *Y no ſe deſuia deſta meſma opinion Volaterrano porque dize que el Sancto glorioſo viuio quatro años en el yermo, y luego fundo nueuo Orden, y nueua abſtinencia de vida; Con que inſinuo* (vigilanti verbo vſus eſt Marquez) *que la vida Eremitica, que hizo àquellos quatro años, fue vida de religion.* Supponit autem Marquez negandum à nemine B. Frãciſcum fuiſſe Auguſtinianum; ſi ſemel admittitur antè inſtitutum ſuum Ordinem fuiſſe religioſum. Et infrà ſubdit. *Pero aunque en eſta parte ſu teſtimonio nos era fauorable, pierde con noſotros el credito por verle eligir muchas vezes con tan poca aueriguacion.* Vt quid ergò verba illa irriſoria; *probè ſanè, clarum teſtimoniũ*? quaſi Marquez ex Volaterrani teſtimonio contenderet ſuum aſſertum efficaciter comprobari.

Refellitur.

g cap. 11. § 2. pag 356. col. 2

906 Quartum teſtimonium deſumitur ex Breuiario Romano in lectionib' S. Franciſci, ibi. *Cùm verò in grauem morbum incidiſſet, ex eo aliquando confirmatus, cæpit ardentius colere officia charitatis. Qua in exercitatione tantùm profecit, vt Euangelicæ perfectionis cupidus, quidquid haberet, pauperibus largiretur.*

Quartum teſtimonium.

907 Hinc autem nihil haberi contendit doctiſſimus P. Vvadingus; quià omiſſo eo dubio, vtrum Euangelica perfectio extrà religionem poſſit acquiri; tamẽ nõ eſt idem capere perfectionem Euangelicam, & eamdem ſtatim adipiſci, vel profiteri. Biennio illo ſe exercuit, & diſpoſuit (vt Antoninus, & Fernandus Perez, quos ſui ſenſus confirmatores adduxit Marquez, affirmant) vt mundum totaliter contemneret, & deindè poſt multa virtutis exercitia ſibi, & Sectatoribus ex Euangelica lectione perfectionis normã præſcripſit.

Obiectio.

908 Sed in his P. Vvadingus fundamẽtum Magiſtri Marquez nõ ità fideliter refert. Audiamus eum h, qui poſtquàm retulit clàuſulam Breuiarij Romam ſuprà poſitam, ſic ait. *Aunque non es prueua indubitable* (ecce in quo ſenſu inducat præſentem probationem, ſeù ſuaſionem non conuictionem) *es gran confirmacion de nueſtra inteneo. Porque àquellas palabras*, tantùm profecit, vt Euangelicæ perfectionis cupidus, &c. *en grandeze la perfecion en que ſe empleo el glorioſo Sãcto, y dan à entẽder que crecio tanto en caridad que determino de ſeguir al Hijo de Dios en el eſtado mas perfecto, que ſin duda es el de la religion.* Supponit, ni

Expenditur fundamẽtũ M. Marq. & non fideliter relerti probatur.

h cap. 11. § 2. pag 359 col. 2.

fallot

fallor, Franciscum Seraphicū Dei amore ardentem, & Euangelicæ perfectionis cupidum vbi decreuit mundum totaliter contemnere, nō dilaturum per duos annos adeptionem perfectionis Euangelicæ, quā alij tepidiores stâtim, atq; prudenter disponunt, amanter amplectuntur: Nescit quippè tam tarda molimina spiritus sancti gratia.

909 Hinc patet ad obiectionē. Licèt enim aliud sit, cupere perfectionem, & illam profiteri; tamen credibile non videtur; quòd B. Franciscus postquam disposuit mundum totaliter cōtemnere, cupijtq; perfectionem Euangelicam amplexari, adeò tepidè se haberet, vt biennio remaneret in sæculo. Et sanè in principio illius biennij disposuisse Franciscum totaliter mundum contemnere, ab illoq; totaliter secessisse docent Antoninus a, & Fernandus Perez de Guiman b nō enim aiunt, vt Vvadingus vult, Franciscum, se tunc disposuisse, vt mundum totaliter contemneret; sed disposuisse totaliter mundum contemnere, & ab illo se totaliter semouisse. Quæ duo longè diuersa sunt. Sed præstabat sic referre, vt vis argumēti infirmaretur, & redderetur impugnatio plausibilior. Ecce Antonini verba. *B. Franciscus cùm deditus esset negotijs sæcularibus, & esset satis implicatus, visitatus à Deo tribulatione captiuitatis Perusij, ac etiam infirmitate corporis, disposuit mundum totaliter contemnere*, &c. Ecce etiam verba Ferdinandi Perez. *E despues de santo humil comienzo, y despues de muitos sanctos actos suios adartandose de todo punto del mūdo* (nota hæc verba) *tomo vida de Eremitano, e assi comēzo à ser perfecto* (non ergò tantum cupiens, sed exequens perfectionem) *en la carrera de Dios, que muchos prouocados y animados por el su exemplo dexando el mundo volaron al estado de la penitēcia.* Hæc autem verba Fernandi sic ponderat Marquez; & vrget vbi supra. *Conque declaro la Clausula del Breuiario Romano quāto se pudo dessear; y pareze que tomò la declaracion di S. Antonino de Florēcia, que dize* visitatus à Deo infirmitate corporis, disposuit mundū totaliter contemnere. *Porque si en el habito Eremitano se apartò de todo punto de el mūdo, escogio estado de religion. de otra manera por perfecta vida, que hiziera, non se apartara de todo punto de el; y si para prueua de su perfecion se dize que otros por su exēplo dexaron el mundo, y volarō al estado de la penitēcia, el mesmo estado tēdria el Sācto por à quel tiēpo. Y como dize S. Thomas* (2. 2. quæst. 186. art. 6. in corpore, & ad primum) *no ay estado de perfecion sin la obligacion de tres votos substanciales.* Hæc valdè distant ab ijs, quæ Vvadingus retulit. Satè diuersissimum est, videre fūdamenta in ædificatore, vel in destructore; hoc est in defensore, vel in impugnatore alicuius opinionis.

a 3. par. ti 24. c 1. §. 1 in fine
b in mari historiarū c 123

910 Quintum testimonium desumitur ex Ioāne Pineda, & Marco Vlyssipponensi Minoritis, quatenùs referunt B. Franciscum biennio illo incessisse in habitu Eremitico, & indè desumptam occasionem adstruendi huiusmodi monachatus.

Quintum testimonium.

911 At contrà hoc R. P. Vvadingus obijcit Primò. quod hi authores id non admittunt, neq; probant; imò expressiùs, & data opera improbat peculiari tractatulo Vlyssipponensis. Secundò, quia Pineda affirmat Franciscum à nullo hominum; sed à solo Deo edoctum, quam deberet vitam sectari. Tertiò quià decipitur Marquez, vel interpres Castellanus, qui Lusitanum verbum, *comprido*, ex historia Marci Vlyssipponēsis reddidit Castellano idiomate, *cumplido*; illud enim habitum longum, vel prominentem, hoc significat integrum, vel completum.

Prima obiectio.
Secunda.
Tertia.

912 Nutat etiam in his fides relatoris. Efficacius arguit Marq. c. Supponit enim ex vsu, & modo procedendi P. F. Ioannis Pinedæ, ea ab illo recipi, quæ refert nullo obiecto authore in contrarium, quod & in præsenti fecit d dicens. *Dize el M. Pisano que S. Francisco anduuo por dos annos solitario vestito como Eremitano, y por esto dize Philipo Bergomense, e que fue de su Orden Ermitano de S. Augustin. y que hizo professon en las manos de aquel regularissimo Varon Iuan Bueno Mantuano. y que lo tienen en su Orden por escritura firmada de escriuano publico.* Et deindè subdit Marquez f. *y no buelue sobre lo referido, que es su estilo ordinario de aprobarlo, y conformarse con ell: de otra manera quien puede dudar que le corria obligacion por lo menos de contradezirlo; quando no se quisiera de tener en impugnarlo.* & g *Pero no se atreuio à hazerlo en este lugar, por no ir cōtrà el testimonio de su conciencia. ni àhablar mas claro en nuestro fauor por no desgraciar à su Orden (aque podemos atribuir lo que dixo en otra parte) y assi lo confessaua el P. Pineda de si, como me certificò el muy R. P. M. Fray Iuan de Camargo, &c.* fuit is Castellæ Prouincialis, & supremæ, Inquisitionis Hispaniarum qualificator, Vir doctus, & illustri genere natus

Referuntur argumenta Marquez, vt non fideliter ab aduersario adduci appareat.
c cap. 21. §. 5. pag 361. col. 1.
d 3 p Monarchia Ecclesiastica lib. 22. c. 21. §. 2.
e lib 13.
f pag 366. col. 1.
g infra col. 12.

Agrip.

tus est interpretem rectè transtulisse.

916 Sextum testimonium adducitur ex Henrico Sedulio Minorita, & Antonio Iepes Benedictino. *Henricus tamen* (ait Vvadingus[a]) *illorum improbat opinionem ipso illo loco ex quo citatur, & Antonius sub conditione tantùm loquitur de hoc monachatu, nimirum si ità,* inquit, *euenit, vt quidam opinantur; citatq; solùm Hieronymum Romanum in margine.*

Obiectio contra argumentum ex sexto testimonio desumptum.

[a] §. 5. nu. 33. pag. 119.

917 Sanè quisquis R. P. Vvadingum legerit, & Magistrum Marquez non viderit, irridebit plura ex his, quę Vvadingus conatur euertere; exilibauitq; Marquez, quasi nimiùm delirauerit, aut desipuerit. Sed moneo, & rogo lectorem, vt iudicium non ferat, donec authorem nostrũ inspexerit; neq; enim licet aliquem inauditum condemnare, & eo vsq; suspecta sit illi fides aduersarij, nunc sinè dubio reprobanda. Quis lecta relatione Vvadingi, non autumet Marquez adducere Sedulium, & Iepes in testes asserentes D. Franciscum fuisse Monachũ Augustinianum? Certè nemo. Falletur tamen quicumq; ità iudicauerit. Eos enim nõ vocat in testes Monachatus; sed probabilitatis opinionis, quæ adstruit eiusmodi Monachatum. Hæc autem duo longè diuersa sunt, potest enim qui censet aliquid esse falsum, adhuc iudicare illud esse probabile. Sic Scotista plures ex opinionibus D. Thomæ falsas reputat & nihilominùs non dicet omnes illas esse improbabiles; quin imò probabiles, saltem aliquas esse fatebitur, licèt illas iudicet falsas. At rem ipsam ità se habere, clariùs demonstrare non possumus, quam transcribendo ipsa verba Magistri Marquez, sic enim ait.[b] *El vltimo sea el P. M. Fr. Antonio de Iepes, que en il 1. tomo de la Chronica de S. Benito Centuria 1. año de 494. cap. 3. la da por opinion probable* (ecce scopus; ad quem in hac citatione Marquez respexit) *en estas palabras. Las Ordenes de S. Basilio y S. Augustin, &c. que ni pierde nada la ordẽ de los Predicadores par auer sido Sancto Domingo Canonico reglar, ni la de S. Francisco, si este Sancto fue primera de la Ordẽ de S. Augustin, como algunos tienẽ por opinion.* Censuit ergò opinionem esse, atq; adeò sententiam probabilem; id enim significat opinio. Addit deindè[c] Marquez. *las mesmas, y aun mas fauorables tiene Hẽrico Sedulio Minorita en su historia Seraphica, en el Commẽtario à la vida de S. Francisco cap. 2. §. 1.* Hinc (*dize*) *nata opinio* (opinio. ergò sententia probabilis) *S. Franciscum initio conuersionis operam dedisse instituto D. Augustini. Quòd si verum est, eo nomine D. Augustino sanctissimoque eius instituto, & gratias agimus, & Charitatis vinculo astrinxi cõfœderamur.* Ecce quàm clarè constat Sedulium, & Iepes adduci à nostro authore ad confirmandam probabilitatem nostræ sententiæ ex eo, quod illam vocant opinionem. Opinio enim verè non est, quæ probabilis non est. Hoc autem fundamentum stat inconcussum, etiam si Sedulius eodem ipso in loco Franciscum non fuisse Augustinianum, asseueret. Possumus enim quæ falsa censemus, probabilia iudicare. Firmum etiam stat, quamuis Iepes; sub conditione dubitanter dicat; si ità euenit Possumus enim dubitare de facto, & certi esse de probabilitate facti; diuersa enim principia persuadent existentiam rei, & probabilitatem eius; atq; adeò dubij esse possumus de existentia, & certi de probabilitate; verbi gratia licèt quis dubitet, vtrum B. Iacobus Hispanis prędicauerit, certus tamen esse poterit de probabilitate partis affirmatiuæ.

Cum iudicio quòd aliquod sit falsum stare potest iudicium quòd sit probabile.

[b] cap. 21. §. 5. pag 355. col. 1

[c] ibidem.

Cum certitudine probabilitatis facti potest de facto dubitari.

- Septimum testimonium expenditur ex D. Antonio Patauino Ordinis Minorum. Credit tamen doctus P. Vvadingus nulli lectorũ Marquez persuasurum ex illo, vel leuiter deduci posse hũc Monachatum, *quamuis eius, & Francisci Mauri Minoritæ testimonia longa verborum serie, & accommodatitijs loquendi formulis adaptare rei suæ toto artatur conatu.* Ità Vvadingus. fortè dum dum metuit vinci, eis nominibus ingenium, & verborum ponderationem, quibus torquebatur, incusat. *Falsitas enim* (ait Augustinus[d]) (*quæ nudari, & redargui metuit, eorum vitiorum nomine quæ veritas damnat, diligentiam veritatis accusat. Verùm ipsa, cum legantur authorum verba* (ait P. Vvadingus[e]) *id clariùs edocebunt.* Verba D. Antonij in sermone 3. Dominicæ 1. quadragesimæ (sub hoc titulo, *de multipl. i deserto, ac ieiunio*) ad illud Euangelij, *Ductus est Iesus in desertum*, hæc sunt. *Desertum, idest religionis professionem ardua vita aggreditur. Ideò talibus professoribus dictum est* (Lucæ nono) *Estote fortes in bello; nam nemo mittens manum ad aratrum, &c. de hoc deserto 1. Machab. 2. Exclamauit Matathias voce magna in Ciuitate dicens. Omnis, qui zelum habet legis, statuens testamentum, exeat post me? Et fugit ipse, & filij eius in montem, & reliquerunt quæcumq; habebant in Ciuitate. Tũc indiciũ descẽdebãt multi quærẽtes indiciũ,*

918 Obiectio aduersarij cõtra argumentum M. Marq. ex septimo testimonio desumptum.

[d] lib. 1. aduersus Cresconiũ cap. 6.

[e] §. 5. nu. 34. pag. 119.

& in silitiam in desertum, & sederunt ibi ipse, & filij, & mulieres, & pecora eorum. Matathias interpretatur Donatus à Domino, vel donum, & signat virum iustum, & religiosum specialiter tamen religionis fundatorem, vt B. Franciscum, &c. & infra. *His igitur Matathias virum religiosum signat, qui habet filios quinq., idest sẽsus, quos mundum fugiẽs ad montem perfectionis Euangelicæ secum ducit.*

919 Additio aduersarij. a vbi sup nu. 31. pag. 121. Addit deindè Reu. P. Vvadingus a. *Sed quid si ego probabiliùs ex eodẽ D. Antonio adijcerẽ, licèt omninò illud nõ afferã, nullos iũc fuisse fratres, vel Eremitas Augustinianos, sub quibus potuisset S. Franciscus militare, vel saltẽ hos non cognouisse S. Antonium, seù ad eius notitiam non peruenisse? Alludens enim Sãctus Doctor in sermone 10 post Trinitatẽ ad furtum Acham, qui furatus est regulam auream ait.* Regula aurea est vita Religiosorum, quę hominem distortũ, & prauum ad mensuram rectè viuendi corrigit, & modum rebus ponit. Hanc regulam ferè omnes Religiosi furati sunt; quia ad veritatem Euangelij non ambulant, secundùm patrum instituta non viuunt, sed distortè, & simulatoriè vitam suam ducunt. Regulam auream B. Benedicti Monachi furati sunt, regulam aureã B. Augustini Canonici, & sic de singulis religiosis, qui sua, non quæ Iesu Christi sunt, quærunt. *Ex quo loco verisimiliùs, aut potiori fundamento deduci putarim tam solos Canonicos sub regula S. Augustini militasse, vel itá saltim constasse S. Antonio, quàm ex superiori loco indicasse eumdem sanctum virum sui institutoris Augustinensem monachatum.*

920 Transcribũtur verba M. Marquez, & diluitur obiectio. b cap. 2. § 4. pag 376. col 2. Verùm enim verò vt lector iudicare possit verum M. Marquez ex testimonio D. Antonij suum intentum non improbabiliter deducat, eius verba b referamus. *Notense aquellas palabras,* virum iustum, & religiosum; specialiter tamen religionis fundatorem, vt B. Franciscum. *En que comienza à distinguir el Sancto glorioso los dos estados; el primero, de simple religioso, esto es quando salio de la Ciudad para el yermo en trage de Ermitaño; y el secundo de fundador, conuiene à saber quando en el desierto se le fueron iuntado los primeros compañeros de su sagrada instituto; y auia menester esta distincion para acõmodar la figura de Matathias, que primero se salio de la Ciudad priuatamente, y con solos sus hyos, y despues fue cabeza de los que le buscaron en el desierto;* & infra pag. 377. col. 1. hic igitur Mathathias virum religiosum signat (*notẽse estas palabras*) qui habebat filios quinque, idest sensus, quos mundum fugiẽs ad montem perfectionis Euangelicæ secum ducit. *Este Mathathias (añade el Sancto) significa vn varon religioso (este es el Seraphico P. S. Francisco) que tenia cinco hijas, conuiene à saber cinco sẽtidos los quales huiendo del mundo lleuo consigo al monte de la perfecion Euangelica. He aqui como le hax religioso desde que se retiro al disierto solo, y sin otra compania, que la de sus cinco sentidos porque le llama varon religioso, que tenia cinco hijos, solos, y huiẽdo de el mundo con ellos se subio al monte de la perfecion.* Quòd autem, si antè institutum suũ Ordinem fuit religiosus, fuerit Augustinianus, supponit ex ijs, quæ ibidem pag. 376. col. 1. dixerat. ibi. *A este argumẽto se podria responder de dos maneras ò confessando que fue habito de religion, y negando auer sido de la nuestra y esta repugnancia ia seria sin fruto; por que auiẽdo sido el Sancto Patriarcha religiosa de otro habito, especialmente de orden eremitico, que otra le puede pretẽder? diganlo las insignias, que contesten en todo cõ las de nuestra religion,* &c. Non ergò omninò improbabilis hæc deductio ex D. Antonij testimonio. Est enim huiusmodi S. Antonius comparat virum religiosum D. Franciscum Mathathiæ, qui duplicem statum habuit in deserto, nempè priuati militis, & Cõmunis Ducis. Vtrumq; ergo nunc statum habuit Franciscus, & militis, & Ducis. Militis in alia religione, atq; adeò in Augustiniana; & Ducis in religione Seraphica, quam ipse primus instituit.

921 Refellitur quod subiecit. Id autem, quod subiecit doctissimus P. Vvadingus ex D. Antonio sermone 10. post Trinitatem nec parùm, nec semel miratus sum. Ni enim vtroq; oculo careo, clarè video, quòd dum vnum nobis oculum frustrà eripere voluit, vtrumq; ab Illustrissimis religionibus Monastica, & Canonica lumen auulsit. Quomodò enim vir eruditissimus sic caligauit, vt testimonium in nos omninò inefficax, in Benedictinos, & Canonicos parùm honorificum, ne dicam ignominiosum, aut iniuriosum, tam fidẽter in lucẽ protulerit, quasi ex illo aliqua verisimilitudine deduci possit eo tempore, quo S. Antonius sermonem illum (si verè eius est) prædicauit, solos Canonicos sub regula S. Augustini militasse; vel itá saltem constasse S. Antonio. Si enim indè inferri potuit, ideò est; quià de solis Canonicis dixit furatos esse regulam aureã B. Augustini. Indè autem omninò inefficaciter colligi demonstratur. Primò, quià de Primò.
Mona-

Monachis etiam dixit furatos esse regulam auream D. Benedicti, & tamen non soli Monachi, sed etiam milites Calatrauæ sub illa viuebant. Ergò similiter licèt de Canonicis dicat furatos esse regulam auream B. Augustini. non indè infertur solos Canonicos tunc temporis sub illa

Secundò. militasse. Secundò quia loquitur de Monachis nigris tantùm, neq; enim credibile est, omnes Congregationes, quæ regulam Benedictinam profitebantur, etiam Camaldulēsem, Grandimōtensem, Vallumbrosanam, & Cisterciensem irreligiosè viuendo furatas esse regulam D. Benedicti. Ex eo autē quòd Monachi nigri furati fuerint regulam Benedicti, nō sequitur quòd tunc sub illa non militarent Monachi Albi.

Tertiò. Tertiò quià, vt constat ex cap. *Religionum*, de religiosis domibus in 6. Ordinis Eremitarum S. Augustini institutio Concilium generale anno 1225. celebratū præcessit.

Quartò. Quartò quià ignorare non potuit S. Antonius homo Lusitanus, & Vlyssiponensis tunc temporis sub Augustini regula degere alium Ordinem à Canonicis regularibus distinctum, cùm pateat ex cap. *intuentes*, titulo, *qui Clerici, vel vouentes*, sub Innocētio III. ad annum 1199. nobilē fœminā in manibus cuiusdam de fratribus S. Augustini votum emisisse, & in eius Ordinis habitu biennio post permansisse; & iubet Pontifex Episcopis Vlyssiponensi, & Conimbricensi, vtriq; Episcopo Lusitano, vt matrimonium posteà intentatū, cassum, & irritum esse declarent.

Quintò. Quintò, quià eo tempore sub Augustini regula viuebant Dominicani, Vallischolares, Saccitæ, Templarij, Hospitalarij, Theuthonici, Equites S. Iacobi, & alij; de quibus, præcipuè de Dominicanis, dici non potest, nec credi quòd B. Antonio non constaret eos obseruare regulam Augustinianam.

Sextò. Vltimò quià S. Antonius non loquitur de ijs, qui sub Augustini regula viuebant; sed de ijs, qui illam furati fuerant, quærentes sua, non quæ Iesu Christi. Sic enim ait. *Hanc regulam ferè omnes religiosi furati sunt, quia ad veritatem Euangelij non ambulant, secundùm patrum instituta non viuunt, sed distortè, & simulatoriè vitam suam ducunt*. Et statim. *Regulam auream B. Augustini Canonici*, (scilicet furati sunt,) *& sic de singulis religiosis, qui sua, non quæ Iesu Christi sunt, quærunt.* Hinc ergò nullo prorsus modo deduci potest, tunc non militasse Eremitas sub regula Augustini; sed benè, eos non esse furatos regulam Augustini; quià non quærebant quæ sua sūt sed quæ Iesu Christi. Tantùm enim agit de furibus regulæ. Atq; adcò malumus D. Antonium ibi non enumerasse Ordinem Eremitarum S. Augustini damnat enim quos enumerat. Sic quasi in laudē Illustrissimæ Familiæ Canonicæ, vt nouiter nostræ nouitatem imponat, gloriosè illud vsurpas, quod S. Antonius arguēdo, & exprobrando prædicauerat. *Videris nè* (ait Augustinus [a]) *quemadmodum vanitatis apertio comite errore in magnas deducatur angustias.*

a lib. 2 de moribus Manichæorum cap, 10.

922 Vltimum testimonium desumitur ex Franciscō Mauro Hispellate Minorita, & docto Poeta, [b] vbi describens Franciscum postquam Agricolę clamidem accepit, se ad prælia hostis occulti præparasse sic cecinit.

Vltimum Testimonium.

b lib 5. Franciscados ante medium pag. 125.

Ergò dura noua tum primùm exordia vitæ
Molitur, tentatq; vltrò bellator in armis,
Insuetus tener insueta certamina pugnæ.

Et statim.

Sic puer intrepido primis congressib⁹ audax
Sese corde infert, nec quæ grauiora parātur
Bella timet, &c.

Subdensque, quarè tot hostiles conflictus cùm manerent, sequentibus carminibus parenthesim implens, sic inquit.

Quippè truces Erebi monstra exhorrenda colonos.
Ipse sibi, generiq; suo, stirpiq; Nepotum,
Seq; qui olim aduentāt, atres iā fecerat hostes,
Religione sacra, superisq; in vota vocatis.
Rudè inimicitias, pariterq; odia aspera firmās

At ex his nihil suaderi, quantò minùs persuaderi autumat P. Vvadingus. [c] Ait enim Poetam ibi representare Dęmones iam præuidisse sacram ab eo fundandā religionem, & propterea coijsse in inimicitias contrà eum, & contrà socios, eorumq; futuros Discipulos.

Obiectio in argumentum ex testimonio desumptum.

c §. 3. num. 36 pag 122.

993 Sed vt verum fatear, arbitror raros futuros viros cordatos, quos non excæcauerit affectus, qui non iudicent, ex prædictis verbis probabile satis argumentū elici ad credendum Hispellatem existimasse B. Franciscum fuisse religiosum à prima sua conuersione, & consequēter Augustinianum. Quoniam si statim atq; in Eremum secessit nouæ moliens exordia vitæ, Dœmones fecit sibi hostes religione Sacra, superisq; in vota vocatis; nō improbabiliter sequitur, eum tunc fuisse religiosum, emisisseq; vota religionis. Neq; dici potest Poetam representare

Reijcitur.

Euasio infringitur primò.

Dœmones tunc præuidisse sacram ab eo fundandam religionem. Contrà enim est.primò,quià Poeta Christianus, & religiosus in historia Sacra non rectè induceret Dœmones præscios futurorũ contingentium liberorum, quæ illi proprijs

Secundò. viribus nosse non poterant. Secundò quià si repræsentasset Dœmones illud præuidisse,non diceret, *si qui olim aduenient;* sed,*qui post aduenient*,vel alio simili modo. Si enim id præuidebant futurum, nõ dicendum erat sub dubio, *si qui olim aduenient*,sed cum certitudine, *qui mox aduenient*. Dicamus ergò Maurum inducere B.Franciscum à prima sua conuersione Dœmones fecisse hostes sibi, & suæ familiæ, si qua futura esset religione sacra, quam assumpserat. Quasi diceret,eum cum viderunt religiosum calcato mundo,& eius diuitijs, & delicijs contemptis, statim coiecerũt in illum,& in suos,si quos haberet; non quià præuiderunt illos futuros,sed quià timuerunt ne fortè Vir Sãctus,& Euangelicæ perfectionis cupidus nouum aliquem Ordinem in altissima paupertate fundaret.

924 Conclusio Aduersarij. Tandem in fine sui Apologetici concludit R. P. Vvadingus, *a* se cùm accuratè authorem expendit quantæ fidei esset, qui isthæc primus asseruit,inuenisse eum plùs æquo suis rebus studuisse,& affectui tribuisse indicat primum huius rei authorem fuisse Philippum Bergomensẽ, quem alij secuti sunt; neq; maiorẽ apud ipsum assecuti sunt fidem,quàm primus quem secuti sunt,meruerit assertor. Neque mirum esse docet,quòd Marquez plures testes conuocauerit, quià non solùm, qui verbum vllum fecerit vel Eremitici habitus, vel corrigiæ, aut baculi, seù solitudinis,& Eremi. Verùm etiam, & contrarios testes aduocauit, nimiumquè studium conuocandi plures quoq; testes fidem argumenti non roborat, sed eneruat.

a num 37 pagin.123.

925 Infringitur quoad vnam partem. Respondemus his omnibus negantes vitia,sed non reddentes conuitia. *Magister enim noster Christus*(ait Iacobus de Vitriaco Cardinalis *b*) *Licet verbis contumeliosis eum inhonorarent,negat vitium, sed non reddit conuitium*. Respondeat autem vel Marquez, vel Bergomensis P. Vvadingo id, quòd Abbati Præmonstratensi Bernardus epistola 251. *Audiui auditionem vestram,& timui. Scribitis enim contrà me amaritudines. Absit autem,vt iam rationabiliter; quàm terribiliter*. Et quidem in præsenti nõ scribit rationabiliter;ea omnia inania esse constat; quià in superioribus latè, & manifestè ostendimus,non fuisse Philippum Bergomensem huius Monachatus primum authorem; sed antè illum hanc veritatem tradidisse Henricum de Vrimaria,Iordanum de Saxonia,& Ambrosium Coriolanum. Post hos autem authores, & Bergomensem,in idem omissis testibus Augustinianis, conspirarunt Antonius Sabellicus, Polidorus Vergilius,Baptista Egnatius, Paulus Morigia, Gundisaluus de Illescas, Alphonsus de Villegas, Carolus de Tapia Petrus Gregorius, & alij recentiores.

b in sermone Dominica de Passione super illud Ioannis 8 quis ex vobis arguit me de peccato.

926 Infringitur quoad alterã. Addo.Neq; eneruatur fides argumẽti ex conuocatione plurium testium, etiam eorum,qui minùs clarè loquuntur, & per inductionem allegãtur. Quis enim neget in materijs opinabilibus, & cõtrouersis non parum roborari sententias ex multitudine authorũ, qui illis adhærẽt? Quis nostris temporibus de Immaculata B.Virginis Conceptione scripsit, qui nõn omnes,quos potuerit, testes conuocauerit, etiam non expresè loquentes, sed per discursum inductos? Numquid ijs allegationibus eneruatur argumentũ, vel potiùs roboratur? An ibi roboratur, & in nostra causa eneruatur? Absit, Æqua vtriusq; ratio. Neq; contra hoc est Panormitanus in prohœmio ad decretales, numero 4. vbi ait. *Experientia quippè,experiũ est,quod bona allegatio inficitur, & obnubilatur ob nimiam allegationem*. Hoc inquam contrà non est;id enim ad summum cõtinere potest Veritatem in quæstionibus Iuris,nõ verò in quæstionibus facti,qualis est hæc. In his enim testium multiplicatio factum reddit credibilius.

APOSTROPHE AD R. P. F. LVCAM VVADINGVM,

Et Lectorem.

H*Aec interim nobis*,(dicam cum Augustino in fine libri secũdi de Incarnatione Ver-
bi, si ille est author eius Operis)*ad præsens de rebus tam difficilibus occurrere potuerunt.* 927
*Si quis sanè meliùs aliquid potuerit inuenire, & euidentioribus assertionibus, quæ dicit, com-
probare, illa potiùs, quàm hæc recipiantur.* Hæc autem emendata, non vt volui, sed vt valui, *res-
pondisse illis sufficiat* (verba etiam sunt Augustini libro 21. de Ciuitate cap. vltimo) *qui litera-
rum, quas communes habemus, authoritatem non spernunt. Sed eas malè intelligendo, non quod illæ lo-
quuntur; sed hoc potiùs putant futurum esse, quod ipsi volunt.*

Respondi, sicut existime (ait Augustinus epistola 23.) *quæstionibus, quantùm attinet ad minùs sa-
pates, & ad contentiosos, non satis; quantùm ad paratos, & intelligentes plùs fortè, quàm sat est.* Tamen 928
quæstio magna iurè expostulabat responsionem non breuem. *Recordatus sum* (inquit Augu-
stinus ibidem) *Nebridium amicum meum, qui cùm esset rerum obscurarum ad doctrinam pietatis ma-
ximè pertinentium diligentissimus, & acerrimus Inquisitor, valdè oderat de quæstione magna responsio-
nem breuem.* Responsio quidem nostra breuis non est; tamen, ni fallor, dicere possum cum
Augustino Epistola 120. ad Honoratum. *Habes librum, & si prolixum, tamen quantùm existimo,
non superfluum. Nihil autem memini me posuisse* (dixero cum Ioanne Diacono in prœmio Vitæ
S. Gregorij ad Ioannem Papam) *quod scriptorum veterum authoritate nequeat defendi, exceptis il-
lis miraculis, quæ nostris temporibus facta multorum adhuc superstitum viuis codicibus celebrantur.* Si
tardiùs quàm par erat, respondi, dicam cum Augustino Epistola 7. ad Marcellin. *Hinc est
quòd periculosissimarum quæstionum libros de Genesi scilicet, & de Trinitate diutiùs teneo, quàm vel-
les, & ferres; vt si non potuerint nisi habere aliqua, quæ meritò reprehendantur; saltem pauciora sint, quã
esse possent, si præcipiti festinatione inconsultiùs ederentur.*

Quod verò ad modestiam, & mansuetudinem attinet (vtor verbis Ambrosij Catharini contrà
Caietanum in præfatione ad Magistrum Generalem) *opinor agnoscet pius lector etiam plùs quã
res ferret indignitas; sæpè numerò imperasse me stomacho, cohibuisseq; iustum quemdam animi mei impe-
tum*; nempè cùm scirem, & memoria retinerem ea verba Pauli I. ad Thymoth. 2. *Noli verbis
contendere ad nihil enim valent, nisi ad subuersionem audientium*: & illa eiusdem 2. ad Thymoth. 2.
*Seruum Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia
corripientem eos, qui resistunt veritati. Nolui tamen* (vt ait Catherinus vbi suprà) *huius religiosæ
mansuetudinis prætextu ità in angustum cogi vt non dicerem malum & tenebras, quod est malum, & te-
nebra.* Fecit hoc Ambrosius ille acriter, nos pacificè; ille asperis, nos mitioribus verbis, nè in
aliquo læderemus doctissimum Patrem, vel Seraphicum Ordinem nobis charissimum
offenderemus.

Neq; ni mea me fallit opinio, Augustinianam familiam extuli cum dispendio, & depres-
sione aliarum, ne contrà eam dici posset illud Hugonis Cardinalis Dominicani super illa 930
verba Pauli ad Romanos 3. fol. 23. pag. 2. *An Iudæorum Deus tantùm? Hoc dici potest* (ait Hugo)
*contrà quosdam Religiosos similes Donatistis dicentibus Deum tantùm esse in Aphrica. Sic multi, tan-
tùm salutem esse in religione sua.* Sapientissimum enim semper mihi visum est consilium duo-
rum grauissimorum generalium Prædicatoris, & Minoritici Ordinis apud Antoninum 3.
parte tit. 23. cap. 13. §. 5. fol. 219. pag. 1. in Epistola ad fratres suorum Ordinum *Cauendum est
nè quis vestrûm sic sanctos suos, sic statum suum imprudenter extollat; quòd in aliorum depressione laus
fieri videatur.* Id quidem prudentissimi Generales cauerunt; & meritò; tum quia laudatio
propria cum depressione aliorum, contentionum, & discordiarum est fomes; tum quia pa-
rùm, aut nihil est illud, cui, vt sit aliquid, oportet, quòd alia sint nihil.

Scio non defuturos, qui nonnulla, imò, & plura carpant. *At cur non sustineam,* (verba
sunt Fr. Augustini Patauini Minoritæ in præfatione ad summam angelicam) *qui nec sum S.* 931
*Thomas, nec Scotus, nec Abbas Siculus, aut Ostiensis, nec alius quispiam clarissimus, nec postremò vnus
quidam omnia possit. Et sicut nec valdè gaudeo.* (vt ait Augustinus in quodam Sermone apud

D. Bo-

D.Bonauenturam libro 2.pharetræ cap.32.fol.175.pag.2.) *debemus quandò laudamur, ità nec contristari, quandò vituperamur. Quià nec damnare iniuria, nec coronari potest laus falsa.* Id tamen ausim dicere, nec præsumpsi antè cognitionem veritatis, neq; falsitatem volui animosè defensare. Noui enim ex Augustino in prœmio libri 2.de Trinitate, *quòd duo sunt, quæ in errore hominum difficilè tolerantur; præsumptio priusquàm veritatis pateat; & cum iam patuerit, præsumpta defensio falsitatis.*

932 Propugnaui partem, quæ hinc indè examinata non potuit non apperere probabilis, etiā viso tuo Apologetico Pater Sapientissime. *Ad tua tibi cuncta respondi*, (vt Augustini verbis vtar lib.2.Operis imperfecti contrà Iulianum num.34,& 55.) *quis autem nostrum vicerit, iudicet pius lector amborum.* Vtriusq; nostrum verba qui legerint, iudicabunt. Et sanè ausim affirmare rem hanc ex contradictione amplius manere declaratam, & clarā. *Oportet*, ait Paulus 1.Corinth.cap.11. *hæreses esse. secundùm hoc dicit Apostolus*, (vt explicat D. Thomas lectione 4.in eum locum fol.95.pag.2.) *quòd oportet hæreses esse, ex eo quòd Deus malitiam hæreticorum ordinauit in bonum publicum; & hoc dicit, primò quidem ad maiorem declarationem veritatis. Vndè dicit Augustinus in Glossa (lib.16.de Ciuitate cap. 12.) Ab aduersario motà quæstio discendi existit occasio. Multa quippè ad fidem Catholicam pertinentia, dum hæreticorum callida inquietudine exagitantur, vt aduersus eos defendi possint, considerantur diligentiùs, & intelliguntur clariùs, & prædicantur instantiùs.*

933 *Si quæ à me* (vt cum Augustino dixero sermone de Assumptione Beatæ Virginis cap.primo; si forte Augustini est) *pleniter dicta cognoueris, doni Dei gratus existe; sin autem minùs, nostræ compatere humilitati; quia licèt minùs valeamus, tamen vera volumus. Si dixi ut debui* (vt ait Augustinus ibidem cap.9.) *approba tu, & tui; si autem non ut debui, ignosce obsecro tu, & tui*, & tandem, *quæso igitur te* (vt ait Hieronymus ad Augustinum epistola vndecima inter Augustinianas,) *& iterum, atq; iterum deprecor, vt ignoscas disputatiunculæ meæ.* Non tamen cum Hieronymo addam, *quod modum meum egressus sum, tibi imputes, qui coegisti vt rescriberem, & mihi cum Stesichoro oculos abstulisti*; sed finiā cū Augustino in Epistola ad Hieronymum citata à D. Bonauentura lib.3.Pharetræ cap.36 fol.191.pag.1. *obsecro te per mansuetudinem Christi, vt si læsi te, dimittas mihi, nec me vicissim lædendo malum pro malo reddas.* Viue, & vale.

Prologi, seù Epistolæ Præliminares, quæ habentur in principio Libri Vitas Fratrum à Iordano de Saxonia editi, qui extat manuscriptus in Bibliotheca Angelica Romæ in Conuentu S. Augustini.

934 SPiritualis Pulchritudinis vero Amatori in Christo sibi alteri Fr. Joanni Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini Lectori in Argentina Fr. Iordanus inter eiusdem Ordinis Lectores minimus cor vnum, & animam vnam habere in Domino.

Miræ Charitatis omnis ex proprio pectoris vestri emanās fonte de quibusdam quæstionibus conscientiam vestram, vt scripsistis, pungentibus, vt potè qui Beatissimi P.N. Augustini verus filius existere per regularum Institutionis suæ perfectam Obseruantiam Sancto desiderio Domino æstuatis, exiguitatem meam consultare curauit In præsenti ad respondendum scriptis vestris applicare animum, nonnulla se modo ingerebant conceptui ex vestris monitis. Quorum consideratio magis otiosum studium exposcebat; quippè vestra prudens interrogatio torpentis ingenij mei excitatio fuit, & ità quæsijsse, quærendo, viam est dedisse quæsitis. Cùm itaq; Sancto proposito vestro pro puritate conscientiæ vestræ huiusmodi chartula respondere nequirem, cuperem tamen pro modulo meo vestris quæsitis satisfacere, dubietatisq; scrupulum à multorum cordibus se mouere; ad præsens opusculum diuino fretus auxilio manum posui, vestris consultationibus motus, & Orationibus adiutus. Quod quidem opusculum *Vitas fratrum* describitur, idcircò appellatum, tum quia in eo Vita fratrum nostrorum describitur; tum quià in eius lectione frater quilibet an sit verus filius P.Nostri Augustini Sanctissimi, ac per hoc verus frater Ordinis sui ex vita sua propria cognoscere valebit super erogationis operibus plurifarijs in eo contentis, nihilominus in eo conscriptis. Et vbi sibi quisquè hæc legendo viderit aliquid deesse, doleat de præterito, & caueat sibi de futuro secundùm consilium eiusdem Patris in regula.

PRO-

PROLOGVS.

CVm scriptum sit, *In memoria æterna erit Iustus*; profectò indignum valdè est illos vmquã 556
à memoria hominum excidere, qui Iustitiæ præclaris operibus, ac gestis dignè me- Psalm. 11.
morabilibus virtutum exemplaria posteris protulerunt. Sanè cùm inter omnes Religioso-
rum Ordines fratrum Eremitarum Sancti Augustini Sacer Ordo ab olim, & hodiè fue-
rit, & sit in Agro Sanctæ Ecclesiæ Virtutum Seminibus, morum plantulis, Sapientiæ Flo-
sculis, ac Sanctitatis exuberantibus fructibus in suis fratribus copiosè per Dei gratiam
fœcundatus; nè exempla Sanctæ Religionis à Patribus, & præcedentium temporum fra-
tribus in Obliuionis nubilum deducantur, sed potius in æterna memoria recondantur;
ideò studui Fratrum, ac Patrum singularium gestorum, nobiliorum meritorum eiusdem
Ordinis Vitam, gestaq; pro quanto ad meam peruenere notitiam, in vnum colligere, &
circà hoc Originem progressumq; eiusdem Ordinis simul, & communes eius Obseruan-
tias, prout mihi Deus dederit, referre; ea affatim, quæ ex his Statum Ordinis respiciunt,
subijciens cum omni reuerentia correctioni Venerabilis Patris Nostri Generalis. Nec ex-
timet quis, me præsumpsisse omnia, ac singula velle contexere, quæ de his Sacræ Religio-
nis fratribus ab antiquo forent meritò recensenda. Quandò autem ait Mundi Sapiens,
ea, quæ scimus, sunt minima pars eorum, quæ ignoramus; quòd maximè obtinet veritatē
in his, quæ in facto consistunt, qualia sunt huiusmodi, quæ de gestis particularium perso-
narum sciri possunt, quæ re vera pauca sunt respectu eorum, quę Deus operatur in singu-
lis Viris Sanctis, qui omnia, plerumq; ea, quæ ad sui laudationem pertinent, ex humilitate
cœlare nituntur ad arrogantiam euitandam.

Pauca igitur vtcumq; mihi cognita conscripsi. Et quidem si non omnia miraculosa, 936
seù prodigiosa videantur, non ob hoc sunt vilipendenda. Non enim in hoc solum mea in
hoc opere desudauit Intentio, vt referrem miracula, sed potiùs, vt ex gestis præteritorum
ædificationem parerem futurorum. Nec enim omnia quæ B. Hieronymus in libro, qui
Vitas patrum inscribitur, narrat, miraculosa existunt; sed vt essent dumtaxat ædificatoria;
circà hoc præcipuè versabatur, prout ipse testatur in prologo eiusdem libri. *Hoc, inquiēs,
Opus aggrediens non tam ex stylo laudare quærens quam ex narratione rerum profuturarum legentibus
sperans, dum gestorum vnusquisq; inflammatur exemplis*. Neq; etiam omnes, qui sancti sunt,
miraculis claruerunt, nec tamen eo minùs Sancti sunt in conspectu Dei. Nimirum etiam
plerumq; miracula facta sunt à malis secundùm B. Augustinum de fide ad Petrum, & ha-
betur T. Q. S. *Tenemus*; & ponit exemplum de Magis Pharaonis, qui fecerunt quàm multa,
quæ multi de filijs Israel non potuerunt facere, licèt Moses fecerit. Et de Simone Mago,
qui multa fecit, quæ boni Christiani facere nequiuerunt, licèt Petrus fecerit. Sed in alijs
tamen gaudebant Christiani quià nomina eorum scripta erant in Cœlo, Vndè etiam dicit
B. Gregorius in fine primi libri Dialogorum, quòd *sunt plerìq; qui signa non faciunt, & tamen
signa facientibus dispares non sunt*. Quod ostendit per hoc, quòd B. Petrus in mari siccis pedi-
bus ambulauit, & Paulus in mari tria naufragia pertulit. Et inquit, *in vno eodemq; elemento,
Paulus in naui ire non potuit, vbi pedibus Petrus ambulauit, iter fecit. Apertè igitur constat quod cùm
vtriusq; virtus dispar fuerit in miraculo, vtriusq; tamen meritum dispar non est in Cælo*. Hæc id
circò dixerim ne quis propter hoc venerandorum quorumdem infrà memorandorum
facta parui pendat, si non sint miraculis comprobata, dum tamen sint nobis ad ædificatio-
nem exemplaria profutura. Porrò nonnulla huic Operi Vitas fratrum, de institutis, & col
lationibus Patrum, vtile prospexi inserere, eo quòd ex Vita Patrum formatur vita fratrū.
Nec conturbet lectorem, si plerumq; in rerum gestarum narratione inueniat Ordinem ip-
sum non seruatum; quià propter conuenientiam materiæ nonnumquam congruere vi-
sum est noua, & moderna facta etiam in eodem capitulo gestis Veteribus applicare. De-
niq; circà titulum propter Grammaticos est sciendum, quod hic *Vitasfratrum* stat pro vna
dictione; quià in libro B. Hieronymi est etiam compositum ex duobus obliquis, & idcò
manet indeclinabilis per omnes casus secundum Grammaticorum. Veterum hanc regu-
lam doctrinalem. *Si componantur obliqua, nō variantur*. Secus est de duobus compositis ex vno
recto, & altero obliquo, sicut Paterfamilias. Illa enim declinantur ex Vna parte. Composi-
ta verò ex duobus rectis ex vtraque parte, vt Respublica.

Explicit prologus.

LAVS DEO.

ERRORVM CORRECTIO

Numerus numerorum cùm ponitur denotat ab eo lineas numerandas. Cùm numero linearum sequitur M denotat errorem esse in margine.

pag.	col.	num.	linea	M	Errata	Correcta
5	1	2	5		qais	quæ á
10	1		11		Coascieaze	Conſcientie
13	2	31	2		reſolutiones	reſolutione
15	2		3		Brenſeas	Franciſcus
17	1	49	28		purtibue	peribus
		50	1	M	Secunde vie	duplici vie
19	2	57	15		relirquebat	relinquebat
20	2	61	1		imagroem	Imeginem
24	2		2	M	fabularum	fabulem
25	2		3		Gremiticum	Bremiticum
26	1	75	13		Ioennis	Ioennes
33	1	9	1		Secũda replica	Secũdá replicá
35	2	19	1		Tertiam	Tertium
47	2		29		Matiſconenſis	Metiſconenſis
51	1	85	6		Mora	Mira
60	1		18		1752.	1252.
71	1				Pontificiom	Pontificum
78	2	24	7		deſtuxiſſe	defluxiſſe
91	1	100	16		imenem	imeginem
92	2	115	18		denatè	duorè
94	2		1		innocoſti	inuocaſti
100	1	145	2	M	qui	quo
102	1	157	5		viuerarunt	vocitarunt
112	2	205	9		noſter	noſter
122	1		3	M	Brictinenſis	Brictinenſes
127	2		5		octinuiſſe	obtinuiſſe
129	2		33		vosis	vocis
138	2		5		fis	ſic
			31		cõtrouerſiem	controuerſia
142	2	297	5		Mereas	Merquee
143	1		7		Marcus	Merquez
144	2	306	5		probari	priuari
145	2		31		que	quæ
156	2	345	18		Eremitas	ad Eremitas
160	1	359	30		anſcitur	neſcitur
164	1	374	26		queſi	quam
168	1		1	M	piimo	prime
173	1	408	5		Theodulpo	Theodulpho
173	1	417	19		perſpiinis	perſpicuis
174	2	422	31		inclitei	Iudices
177	2	15	24		potuiſſe	potuiſſet
179	1	19	24		Aqdrius	Aquiuius
182	1		32		Mariorem	Maiorem
187	1		7		verbem	veſtem
188	2		14		oppignoraſſet	oppignoreſſet
193	2	61	21		Bartholomeços	Bartholomeçus
199	1		4		Bebediciti	Benedicti
			9		enim	cùm
			7	M	Nrulero	Nauclero
202	2	299	1		ſæpè	recte
203	2	110	2	M	nonum de	nonum
			4		alois	alios
211	2		29		deliteſcentem	deliteſcentem
212	1		10	M	verritate	veritate
215	1	163	29		Cruſerius	Cruſenius
216	2	167	1	M	Dictus	Diuus
218	2		7		teſtimonios	teſtimonijs
223	1	190	7		vtemq;	vtramq;
227	2	64	10		inducerentur	inducerentur
232	2		34		Bezzi	Razzi
241	1		29		non	nos
243	2	160	20		fructum	ſectum
245	2	269	1		Quies	Queis
249	2		20		Bugenſis	Burgenſis
251	2		25		Afonſus	Alfonſus
		300	15		Alſsõn	Alfonſo
256	2	306	5		Alfonſius	Alfonſus
260	1	320	5		ſi	ſic
263	1	340	24		tto	alio
264	1	331	33		congrueti	congruat
271	1		1		victiris	victorie
278	2	384	10		Tritemicue	Tritemius
285	2		41		priniiegium	priuilegium
287	1	405	9		Benediuus	Benedictus
288	2	419	20		peribue	patribus
290	1	422	35		conuicitor	conuincitur
290	1	424	21		iſtud	illum
292	1		16		Ludouicis	Ludouici
294	2	430	16		Benedictinais	Benedictinis
300	1	449	29		Auguſtino	Auguſtini
310	1				Mathéus	Matthæus
317	2	511	6	M	damus	domos
320	1	18	3	M	Authore	authores
			5		citaia	citati
339	1	596	6		Bremitam	Eremita
	2	599	1		linitrinau	liniauue
340	1	601	41		Argonæ	Aragonæ
	2		2		Nino	Niño
			3		Hinonrum	Niñorum
343	2		16	M	origibus	originibus
347	1	640	2		&	è
349	2	651	23		1687.	1247.
351	1		3		nooonlle	nonnulla
354	1		6		dignirate	dignitatem
356	1		24		ponta	pontem
	2	682	23		oreuetis	creaueris
360	1		13		ſepulcire	ſepulcale
363	2	705	6		perſuadente	peruadente
364	1	707	2		non	nunc
375			1	M	pleciram	plecitum
376	2	740	1		aduerſo	adoerso
387	2	773	1		VI.	VII.
391	1	809	7		ſues	ſunt
404	1		5		Marequez	Merquez
406	1		51		dirimeum	dirimuat
418	2	85	29		addebabant	addebant
419	1		2		ſiluemus	ſilemus

INDEX RESPONSIONVM Punctorum difficultatum §§. & digreſſionum, quæ in opere continentur.

INDEX RERVM
Quæ in hoc Volumine continetur.

Domi-

D.Fran-

Grego-

INDEX